N. Inv. 1214.

A. aa I 17.

ihũs + xp̄us

[illegible]

Arnolphe Sancte dei confessor pontifex alme doctor egregie
fidei que catholice predicator precipue precare deum pro rectore
Arnolpho presbitero, nec tuo digno nomine [illegible] sane
possit intelligere hic contenta et digne complere pro laude et
gloria creatoris sui tuoque nominis et meritorum ampliacione
et suo salutari remedio tu piissime pro intervenias [illegible]

p. domo et libraria domus collegii legatus

Inceptus feria sexta post festum [illegible] et completus [illegible] anno domini [illegible]62

Capitula primi libri beati Augustini de trinitate divina

Cuius operis opus dicitur hic et auctor / ut sit opus sicut opera talium retexendo fautor

Nota

Prefacio in libros de trinitate

Lecturus hec que disserimus de trinitate prius oportet ut noverit stilum nostrum adversus eorum vigilare calumpnias qui fidei contempnentes inicium inmaturo et perverso racionis amore falluntur. Quorum nonnulli ea que de corporibus rebus sive per sensus corporeos experta notaverunt sive que natura humani ingenii et diligencie vivacitate vel artis adiutorio perceperunt ad res incorporeas et spiritales transferre conantur ut ex his illas metiri atque opinari velint. Sunt item alii qui secundum animi humani naturam vel affectum de deo sentiunt si quid sentiunt et ex hoc errore cum de deo disputant sermoni suo distortas et fallaces regulas figunt. Est item aliud hominum genus eorum qui universam quidem creaturam que profecto mutabilis est nituntur transcendere ut ad incommutabilem substanciam que deus est erigant intencionem sed mortalitatis onere pregravati cum et videri volunt scire quod nesciunt et quod volunt scire non possunt presumpciones opinionum suarum audacius affirmando intercludunt sibimet intelligencie vias magis eligentes sentenciam suam non corrigere perversam quam mutare defensam. Et hic quidem omnium morbus est trium generum que proposui et eorum scilicet qui secundum corpus de deo sentiunt et eorum qui secundum spiritalem creaturam sicuti est anima et eorum qui neque secundum corpus neque secundum spiritalem creaturam et tamen de deo falsa existimant eo remotiores a vero quo id quod sapiunt nec in corpore reperitur nec in facto et condito spiritu nec in ipso creatore. Qui enim opinatur deum verbi gracia candidum vel rutilum fallitur sed tamen hec inveniuntur in corpore. Rursus qui opinatur deum nunc obliviscentem nunc recordantem vel si quid huiusmodi est nichilominus in errore est sed tamen hec inveniuntur in animo. Qui autem putant eius esse potencie deum ut se ipsum ipse genuerit eo plus errant quod non solum deus ita non est sed nec spiritalis nec corporalis creatura. Nulla enim omnino res est que se ipsam gignat ut sit. Ut ergo ab huiusmodi falsitatibus humanus animus purgaretur sancta scriptura parvulis congruens nullius generis rerum verba vitavit ex quibus quasi gradatim ad divina atque sublimia noster intellectus velud nutritus assurgeret. Nam et verbis ex rebus corporalibus sumptis usa est cum de deo loqueretur velut cum ait Sub umbraculo alarum tuarum protege me. Et de spirituali creatura multa transtulit quibus significaret illud quod ita non esset sed ita dici opus esset sicut est Ego sum deus [zelans].
De rebus autem que omnino non sunt non traxit aliqua vocabula quibus vel figuraret locuciones vel sperseret enigmata. Unde perniciosius et vanius evanescunt qui tercio illo genere erroris a veritate secluduntur hoc suspicando de deo quod neque in ipso neque in ulla creatura inveniri potest. Rebus enim que in creatura reperiuntur solet scriptura divina velut infantilia oblectamenta formare quibus infirmorum ad querenda superiora et inferiora deserenda pro suo modulo tamquam passibus moveretur affectus. Que vero proprie de deo dicuntur queque in nulla creatura reperiuntur raro ponit scriptura divina sicut illud quod dictum est ad Moysen Ego sum qui sum et Qui est misit me ad vos. Cum enim esse aliquo modo dicatur et corpus illud et animus nisi proprio quodam modo vellet intelligi non id utique diceret. Et illud quod ait apostolus Qui solus habet immortalitatem cum et anima modo quodam immortalis esse dicatur et sit non diceret solus habet nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est quam nulla potest habere creatura quoniam solius creatoris est. Hoc et Iacobus dicit Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum apud quem non est transmutacio nec momenti

obumbratio. Hic autem dicitur: Mutabis ea et mutabuntur; tu autem idem ipse es. Proinde substantiam Dei sine ulla commutatione sui mutabilia facientem et sine ullo suo temporali motu temporalia creantem intueri et plene nosse difficile est: et ideo necessaria est purgatio mentis nostrae qua illud ineffabile ineffabiliter videri possit; qua nondum praediti fide nutrimur et per quaedam tolerabiliora ut ad illud capiendum apti et habiles efficiamur itinera ducimur. Unde Apostolus in Christo quidem dicit esse omnes thesauros sapientiae et scientiae absconditos; sed eum tamen carnalibus et animalibus tamquam parvulis in Christo non ex divina virtute in qua aequalis est Patri, sed ex humana infirmitate ex qua crucifixus est commendavit. Ait namque: Neque enim iudicavi me scire aliquid in vobis nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. Deinde secutus ait: Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos. Et paulo post eis dicit: Et ego, fratres, non potui loqui vobis quasi spiritualibus sed quasi carnalibus; quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Haec cum dicuntur quibusdam, irascuntur et sibi contumeliose dici putant, qui malunt credere eos potius a quibus hoc audiunt non habere quod dicant, quam se capere non posse quod dixerint. Et aliquando afferimus eis rationem, non quam petunt cum de Deo quaerunt, quia nec ipsi valent sumere nec nos fortasse vel apprehendere vel proferre, sed qua demonstretur eis quam sint inhabiles minimeque idonei percipiendo quod exigunt. Sed quia non audiunt quod volunt, aut callide nos agere putant ut nostram occultemus imperitiam, aut malitiose quod eis invideamus peritiam, atque ita indignantes perturbatique discedunt. Modo disputandi de Trinitate divina. Capitulum ii.

Quapropter adiuvante Domino Deo nostro suscipiemus et eam ipsam quam flagitant, quantum possumus, reddere rationem, quod Trinitas sit unus et solus verus Deus, et quam recte Pater et Filius et Spiritus Sanctus unius eiusdemque substantiae vel essentiae dicatur, credatur et intellegatur; ut non quasi nostris excusationibus illudantur, sed re ipsa experiantur et esse illud summum bonum quod purgatissimis mentibus cernitur, et a se propterea cerni comprehendique non posse, quia mentis humanae acies invalida in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei nutrita vegetetur. Sed prius auctoritate Scripturarum sanctarum utrum ita se fides habeat demonstrandum est. Deinde si voluerit et adiuverit Deus, istis garrulis ratiocinatoribus elatioribus quam capacioribus atque ideo morbo periculosiore laborantibus sic fortasse serviemus ut inveniant aliquid unde dubitare non possint, et ob hoc in eo quod invenire nequiverint de suis mentibus potius quam de ipsa veritate vel de nostris disputationibus conquerantur; atque ita si quid eis erga Deum vel amoris est vel timoris, ad initium fidei et ad ordinem redeant, iam sentientes quam salubriter in sancta Ecclesia medicina fidelium constituta sit, ut ad perceptionem incommutabilis veritatis imbecillam mentem observata pietas curet, ne in opinionem noxiae falsitatis temeritas inordinata praecipitet. Nec pigebit autem me sicubi haesito quaerere, nec pudebit sicubi erro discere.

Proinde quisquis legit — De diverso iudicio legentium et capientium difficilia — pariter ubi pariter certus est pergat mecum; ubi pariter haesitat quaerat mecum; ubi errorem suum cognoscit redeat ad me; ubi meum revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam, tendentes ad eum de quo dictum est: Quaerite faciem eius semper. Et hoc placitum pium atque tutum coram Domino Deo nostro cum omnibus inierim qui ea quae scribo legunt, et in omnibus scripturis meis, maximeque in his ubi quaeritur unitas Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, quia nec periculosius alicubi erratur nec laboriosius aliquid quaeritur nec fructuosius aliquid invenitur. Quisquis ergo cum legit dicit: Hoc non bene dictum est, quoniam non intellego, locutionem meam reprehendit, non fidem; et forte vere potuit dici planius; verumtamen nullus hominum ita locutus est ut in omnibus ab omnibus intellegeretur. Videat ergo cui in hoc sermone meo displicet utrum alios in talibus rebus quaestionibusque versatos intellegat, cum me non intellegit; et si ita est, ponat librum meum, vel etiam si hoc videtur abiciat, et eis potius quos intellegit operam et

et tempus impendat, non tamen propterea putet me tacere debuisse quod non tam expedite ac dilucide quam illi quos intelligit eloqui potui. Non enim omnia que ab omnibus conscribuntur in omnium manus veniunt, et fieri potest ut nonnulli qui etiam hec nostra intelligere valeant illos planiores non inveniant libros et in istos saltem incidant. Ideoque utile est plures a pluribus fieri diverso stilo non diversa fide etiam de questionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic. At si ille qui se ista non intellexisse conqueritur nulla unquam de talibus rebus diligenter et acute disputata intelligere potuit, secum agat votis et studiis ut proficiat, non mecum querelis et conviciis ut taceam. Ac per hoc quisquis me legens dicit: Intelligo quidem quid dictum sit, sed non vere dictum est, asserat ut placet sententiam suam et redarguat meam si potest. Quod si cum caritate et veritate fecerit mihique etiam, si in hac vita maneo, cognoscendum facere curaverit, uberrimum fructum laboris huius mei cepero. Quod si mihi non potuit, quibus id potuit me volente ac libente prestiterit. Ego tamen in lege domini meditor, si non die ac nocte, saltem quibus temporibus possum, et meditationes meas ne oblivione fugiant stilo alligo, sperans de misericordia dei quod in omnibus veris que certa sunt mihi perseverare me faciet. Si quid autem aliter sapio, id quoque ipse mihi revelabit sive per occultas inspirationes atque admonitiones sive per manifesta eloquia sua sive per fraternas sermocinationes. Hoc oro et hoc depositum desiderium quod meis apud eum habeo qui mihi satis idoneus est et custodire que dedit et reddere que promisit. Arbitror sane nonnullos tardiores in quibusdam locis librorum meorum opinatores me sensisse quod non sensi aut non sensisse quod sensi. Quorum errorem mihi tribui non debere quis nesciat si velut me sequentes nec apprehendentes deviaverint in aliquam falsitatem dum per quedam densa et opaca cogor viam carpere, quandoquidem nec ipsis sanctis divinorum librorum auctoritatibus ullo modo quisquam recte tribuerit tam multos et varios errores hereticorum, cum omnes eisdem scripturis falsas atque fallaces opiniones suas conentur defendere. Admonet me plane ac mihi iubet suavissimo imperio lex Christi, hoc est caritas, ut cum aliquid falsum in libris meis me sensisse homines putant quod ego non sensi, atque id ipsum falsum alteri displicet, alteri placet, malim me reprehendi a reprehensore falsitatis quam ab eius laudatore laudari. Ab illo enim quamvis ego non recte qui hoc non senserim, error tamen ipse recte vituperatur; ab hoc autem nec ego recte laudor a quo existimor id sensisse quod vituperat veritas. Ergo in nomine domini susceptum opus aggrediamur.

Que esse fides divine trinitatis senserunt catholici tractatores

ca^m iiii

Ca iiii

Omnes quos legere potui qui ante me scripserunt de trinitate que deus est divinorum librorum veterum et novorum catholici tractatores, hoc intenderunt secundum scripturas docere quod pater et filius et spiritus sanctus unius substantie inseparabili equalitate divinam insinuent unitatem, ideoque non sint tres dii sed unus deus, quamvis pater filium genuerit, et ideo filius non sit qui pater est; filiusque a patre sit genitus, et ideo pater non sit qui filius est; spiritusque sanctus nec pater sit nec filius, sed tantum patris et filii spiritus, patri et filio etiam ipse coequalis et ad trinitatis pertinens unitatem. Non tamen eandem trinitatem natam de virgine Maria et sub Pontio Pilato crucifixam et sepultam tertio die resurrexisse et in celum ascendisse, sed tantummodo filium. Nec eandem trinitatem descendisse in specie columbe super Iesum baptizatum, aut die penthecostes post ascensionem domini sonitu facto de celo quasi ferretur flatus vehemens et linguis divisis velut ignis, sed tantummodo spiritum sanctum. Nec eandem trinitatem dixisse de celo: Tu es filius meus, sive cum baptizatus est a Iohanne sive in monte quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit vox dicens: Et clarificavi et iterum clarificabo, sed tantummodo patris vocem fuisse ad filium factam, quamvis pater et filius et spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt ita inseparabiliter operentur.

De finibus quibus movetur de trinitate questio

Cap. v

Hec et mea fides est quando hec est catholica fides. Sed in ea nonnulli perturbantur
qui audiunt deum patrem et deum filium et deum spiritum sanctum et tamen hanc trinitatem
non tres deos sed unum deum esse quemadmodum id intelligant querunt presertim cum
dicitur inseparabiliter operari trinitatem in omni re qua deus operatur et tamen quandam vocem
patris sonuisse que vox filii non sit; in carne autem natum et passum et resur-
rexisse et ascendisse in celum non nisi filium; in columbe autem specie non nisi spiritum sanctum intel-
ligere volunt quomodo et illam vocem que non nisi patris fuit trinitas fecit et illam
carnem in qua non nisi filius de virgine natus est eadem trinitas creavit et illam
columbe speciem in qua non nisi spiritus sanctus apparuit ipsa illa trinitas operata sit.
Alioquin inseparabiliter trinitas operatur sed alia pater facit alia filius alia spiritus sanctus.
Aut si quedam simul quedam sine invicem iam non inseparabilis trinitas. Mo-
vet etiam quomodo spiritus sanctus in trinitate sit quem nec pater nec filius nec ambo genu-
erint cum sit spiritus patris et filii. Quia ergo querunt ista homines et tedio nobis
sunt ut si quid hinc exiguus dei sapit infirmitas mea disseram eis ut possum
neque cum invidia tabescente iter habeamus. Si dicimus nos de talibus
rebus cogitare solere mentimur. Si autem fatemur habitare ista in nostris cordibus
cogitationibus quia rapimur amore indagande veritatis, flagitant iure caritatis ut
eis indicemus quid hinc excogitare potuerimus. Non quia iam acceperim aut
perfectus sim. Nam apostolus paulus quanto magis ego longe infra illius pedes ia-
cens non me arbitror apprehendisse. Sed pro modulo meo si ea que retro sunt
obliviscor et in anteriora me extendo et secundum intentionem sequor ad palmam
superne vocationis quantum eiusdem vie peregerim et quo pervenerim unde mihi
in finem reliquus est cursus ut aperiam desideratur a me illis desiderantibus quibus
me servire cogit libera caritas. Oportet autem et donabit deus ut eis in-
serviendo que legant ipse quoque proficiam ut eis cupiens respondere querentibus ipse quoque
inveniam quod querebam. Ergo suscepi hec iubente atque adiuvante domino deo
nostro non tam cognita cum auctoritate disserere quam ea cum pietate disserendo cognoscere.

De unitate patris et filii et spiritus sancti quod sit unus et solus et verus deus. Cap. vi

Qui dixerunt dominum nostrum ihesum christum non esse deum aut non esse verum deum
aut non cum patre unum et solum deum aut non vere immortalem quia mutabilem ma-
nifestissima divinorum testimoniorum et consona voce convicti sunt.
Unde sunt illa: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. Manifestum enim est quod verbum dei unicum accipimus de quo paulo post dicit:
Et verbum caro factum est propter nativitatem incarnationis eius que facta est in tempore ex
virgine. In eo autem declarat non tantum esse deum sed etiam eiusdem cum patre substantie quia
cum dixisset: Et deus erat verbum et reliqua. Neque enim dicit nisi omnia que facta
sunt id est omnem creaturam. Unde liquido apparet ipsum non factum esse per quem
facta sunt omnia. Et si factus non est creatura non est. Si autem creatura non est eius-
dem cum patre substantie ~~quia pater ergo substantia facta est~~. Omnis enim substantia que deus
non est creatura est et que creatura non est deus est. Et si non est filius eiusdem
substantie cuius pater ergo facta substantia est. Si facta substantia est non omnia per ipsum facta sunt.
At omnia per ipsum facta sunt. Unius igitur eiusdem cum patre substantie est. Et ideo non tantum deus
sed et verus deus. Quod idem iohannes apertissime in epistola sua dicit: Scimus quod
filius dei venerit et dederit nobis intellectum ut cognoscamus verum et simus in vero
filio eius ihesu christo. Hic est verus deus et vita eterna. Hinc etiam consequenter
intelligitur non tantum de patre dixisse apostolum paulum: Qui solus habet immortalitatem,
sed de uno et solo deo quod est ipsa trinitas. Neque enim ipsa vita eterna
mortalis est secundum aliquam mutabilitatem, ac per hoc filius dei qui vita eterna est
cum patre etiam ipse intelligitur ubi dictum est: Qui solus habet immortalitatem. Eius enim vi-
te eterne et nos participes facti pro modulo nostro immortales efficimur. Sed aliud
est ipsa cuius participes efficimur vita eterna, aliud nos qui eius participatione
vivemus in eternum. Si enim dixisset: Quem temporibus propriis ostendet pater beatus

et solus potens rex regum et dominus dominantium qui solus habet immortalitatem, ut sit inde
separatum filium oporteat credere. Neque enim quia ipse filius alibi loquens voce sapientie, ipse enim
sapientia dei est, ait: Girum celi circuivi sola, separavit a se patrem. Multo magis ergo non
est necesse ut tantummodo de patre preter filium intelligatur quod dictum est solus habet immortalitatem,
sic itaque dictum sit: ut serves inquit mandatum sine macula irreprehensibile usque in
adventum domini nostri ihesu christi quem temporibus propriis ostendet beatus et solus potens rex
regum et dominus dominantium qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem,
quem nemo hominum vidit nec videre potest, cui est honor et gloria in secula seculorum amen. In
quibus verbis nec pater proprie nominatus est nec filius nec spiritus sanctus sed beatus et solus
potens rex regum et dominus dominantium quod est unus et solus deus ipsa trinitas.
Nisi forte que secuntur perturbabunt hunc intellectum quia dixit: quem nemo hominum
vidit nec videre potest, cum hoc etiam ad christum pertinere secundum eius divinitatem accipiatur, quam non vide-
runt iudei qui tamen carnem viderunt et crucifixerunt. Videri autem divinitas humano visu nullo
modo potest, sed eo visu videtur quo iam qui vident non homines sed ultra homines sunt.
Recte ergo ipse deus trinitas intelligitur beatus et solus potens ostendens adventum
domini nostri ihesu christi temporibus propriis. Sic enim dictum est solus habet immortalitatem quomodo dictum
est qui facit mirabilia solus. Quod velim scire de quo accipiant. Si de
patre tantum quomodo ergo verum est quod ipse filius dicit: Quecumque enim pater facit hec
eadem et filius facit similiter? An quicquam est inter mirabilia mirabilius quam suscitare
et vivificare mortuos? Dicit autem idem filius: Sicut pater suscitat mortuos
et vivificat sic et filius quos vult vivificat. Quomodo ergo pater solus facit
mirabilia cum hec verba nec patrem tantum nec filium tantum permittant intelligi sed
utique deum unum verum solum et patrem et filium et spiritum sanctum? Item dicit apostolus:
Nobis unus deus pater ex quo omnia et nos in ipso et unus dominus ihesus
christus per quem omnia et nos per ipsum. Quis dubitet eum de omnibus que creata
sunt dicere sicut iohannes: omnia per ipsum facta sunt. Quero itaque de quo dicat
alio loco: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum.
Si enim de patre et filio et spiritu sancto ut singulis personis singula tribuantur, ex
ipso ex patre, per ipsum per filium, in ipso in spiritu sancto, manifestum quia pater et filius et
spiritus sanctus unus deus est cui singulariter intulit ipsi gloria in secula seculorum. Unde enim
cepit hunc sensum ait [deleted] O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei,
non patris aut filii aut spiritus sancti sed sapientie et scientie dei. Quam incomprehensibilia
sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit [deleted] mentem domini,
aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit ei et retribuetur
ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum. Si autem
hoc de patre tantummodo intelligi voluit quomodo ergo omnia per patrem sunt sicut hic
dicitur et omnia per filium sicut ad corinthios ubi ait: Et unus dominus ihesus christus per quem
omnia, et sicut in evangelio iohannis: omnia per ipsum facta sunt. Si enim alia per patrem
alia per filium iam non omnia per patrem nec omnia per filium. Si autem omnia per
patrem omnia per filium, eadem per patrem que per filium. Equalis est ergo patri filius
et inseparabilis operatio est patris et filii. Quia si filium fecit pater quem non fecit
ipse filius, non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per filium facta sunt. Ergo factus
non est, quoniam cum patre fecit omnia que facta sunt. Atque ut ab ipso verbo re-
tarint apostolus sed apertissime omnino dixit: Qui cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Hic deum proprie patrem appellans
sicut alibi: Caput autem christi deus. Similiter et de spiritu sancto collecta sunt testimonia
quibus ante nos qui hec disputaverunt habundanter usi sunt quia ipse deus
non est creatura. Et si non creatura non tantum deus, nam et homines dicti sunt dii,
sed etiam verus deus. Ergo patri et filio prorsus equalis et in trinitate consubstantialis
et coeternus. Maxime vero illo loco satis claret quod spiritus sanctus non sit creatura
ubi iubemur non servire creature sed creatori, non eo modo quo iubemur per
caritatem servire invicem quod est grece duleis dulusin, sed eo modo quo

tamen deo serviunt quod est grece latreuein ubi ydolatre dicuntur qui simulacris eam servitutem
exhibent que debetur deo. Secundum hanc enim servitutem dictum est Dominum deum tuum
adorabis et illi soli servies. Nam hoc distinctius in greca scriptura invenitur la-
treusis enim legitur. Porro si tali servitute servire creature prohibemur cum quidem dictum est
Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies unde et apostolus detestatur eos qui coluerunt
et servierunt potius creature quam creatori. Non enim utique creatura spiritus sanctus cui ab omni-
bus sanctis talis servitus exhibetur dicente apostolo Nos sumus circumcisio spiritui dei servien-
tes quod est in greco latreuontes. Plures enim codices etiam latini sic habent qui spiritui
dei servimus. Greci autem omnes aut pene omnes. In nonnullis autem exemplaribus
latinis invenimus non spiritui servimus sed spiritu dei servimus. Sed qui in hoc errant
et auctoritati graviori cedere detrectant numquid et illud varium in codicibus reperiunt Ne-
scitis quia corpus vestrum templum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo. Quid
autem insanius magisque sacrilegum est quam ut quisquam dicere audeat membra Christi tem-
plum esse creature minoris secundum ipsos quam Christus est. Alio enim loco dicit Corpora vestra
membra sunt Christi. Si autem que membra sunt Christi templum est spiritus sancti non est
creatura spiritus sanctus quia cui corpus nostrum templum exhibemus necesse est ut huic
eam servitutem debeamus qua non nisi deo serviendum est que grece appellatur latria. Unde
consequenter dicit Glorificate ergo deum in corpore vestro. Sed unigenitus dei filius propter
formam servi minor patre dicitur qui in forma dei equalis est patri.

Cap. vii.

Hiis et talibus divinarum scripturarum testimoniis quibus ut dixi priores nostri
copiosius usi expugnaverunt hereticorum calumpnias vel errores insinuatur
fidei nostre unitas et equalitas trinitatis. Sed quia multa in sanctis libris propter
incarnationem verbi dei que pro salute nostra reparanda facta est ut mediator dei
et hominum homo Christus Ihesus ita dicuntur ut maiorem filio patrem significent vel etiam
apertissime ostendant erraverunt homines minus diligenter scrutantes vel intuen-
tes universam seriem scripturarum et ea que de Christo Ihesu secundum hominem dicta sunt
ad eius substantiam que ante incarnationem sempiterna erat et sempiterna est transferre
conati sunt. Et illi quidem dicunt filium minorem esse quam pater est quia scriptum
est ipso domino dicente Pater maior me est. Veritas autem ostendit secundum istud minorem etiam
se ipso minorem filium. Quomodo non etiam se ipso minor factus est qui semet ipsum exinanivit
formam servi accipiens. Neque enim sic accepit formam servi ut amitteret
formam dei in qua erat equalis patri. Si ergo ita accepta est forma servi ut
non amitteretur forma dei cum et in forma servi et in forma dei idem ipse sit filius
unigenitus dei patris in forma dei equalis patri in forma servi mediator dei
et hominum homo Christus Ihesus quis non intelligat quod in forma dei etiam ipse se ipso
maior est in forma autem servi etiam se ipso minor est. Non itaque inmerito scriptura
utrumque dicit et equalem patri filium et patrem maiorem filio. Illud enim propter
formam dei hoc autem propter formam servi sine ulla confusione intelligitur. Et hec nobis
regula per omnes sanctas scripturas dissolvende huius questionis ex uno capitulo epistole Pau-
li apostoli promitur ubi manifestius ista distinctio commendatur. Ait enim Qui cum in
forma dei esset non rapinam arbitratus est se esse equalem deo sed semet ipsum
exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus
ut homo. Est ergo dei filius deo patri natura equalis habitu minor. In forma enim ser-
vi quam accepit minor est patre. In forma autem dei in qua erat etiam antequam
hanc accepisset equalis est patri. In forma dei verbum per quod facta sunt omnia.
In forma autem servi natus ex muliere factus sub lege ut eos qui sub lege erant
redimeret. Proinde in forma dei fecit hominem in forma servi factus est homo. Nam
si pater tantum fecisset sine filio hominem non diceret Faciamus hominem ad ymagi-
nem et similitudinem nostram. Ergo quia forma dei accepit formam servi utrumque
deus et utrumque homo sed utrumque deus propter accipientem deum utrumque autem
homo propter acceptum hominem. Neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum con-
versum atque mutatum est. Nec divinitas quippe in creaturam mutata est ut de-
sisteret divinitas nec creatura in divinitatem ut desisteret esse creatura.

Illud autem quod dicit apostolus — De subiectione qua filius dicitur subiciendus patri. Capitulum viii
Cum autem ei omnia subiecta fuerint tunc et ipse filius subiectus
erit ei qui illi subiecit omnia. Aut ideo dictum est ne quisquam putaret
habitum christi qui ex humana creatura susceptus est conversum iri postea in ipsam
divinitatem vel ut certius expresserim deitatem que non est creatura sed unitas tri-
nitatis incorporea et incommutabilis et sibimet consubstantialis et coeterna natura. Aut
si quisquam contendit ut aliqui senserunt ita dictum et ipse filius subiectus erit ei qui
illi subiecit omnia ut ipsam subiectionem commutationem et conversionem credant fu-
turam creature in ipsam substantiam vel essentiam creatoris id est ut que fuerat creature
substantia fiat substantia creatoris. Certe vel hoc concedit quod in hoc habet nullam dubitationem
nondum fuisse hoc factum cum dominus diceret Pater maior me est. Dixit enim hoc
non solum antequam ascendisset in celum verum etiam antequam passus resurrexisset
a mortuis. Illi autem qui putant humanam in eo naturam in deitatis substantiam
mutari atque converti et ita dictum esse tunc et ipse filius subiectus erit ei qui
illi subiecit omnia ac si diceretur tunc et ipse filius hominis et a verbo dei suscep-
ta humana natura commutabitur in eius naturam qui ei subiecit omnia. Tunc futurum
putant cum post diem iudicii tradiderit regnum deo et patri. Ac per hoc etiam secundum
istam opinionem adhuc pater maior est quam servi forma que de virgine accepta est.
Quod si aliqui et hoc affirmant quod iam fuerit in dei substantiam mutatus homo
christus, illud certe negare non possunt quod adhuc natura hominis manebat quando ante
passionem dicebat quoniam pater maior me est. Unde nulla cunctacio est secundum hoc
esse dictum quod forma servi maior est pater cui in forma dei equalis est filius.
Nec quisquam cum audit quod ait apostolus cum autem dixerit quod omnia subiecta sunt
manifestum quod preter eum qui subiecit illi omnia ita existimet de patre intelligen-
dum quod subiecerit omnia filio ut ipsum filium sibi omnia subiecisse non putet.
Quod apostolus ad Philippenses ostendit dicens Nostra autem conversacio in celis est unde
et salvatorem expectamus dominum ihesum christum qui transfigurabit corpus humi-
litatis nostre conforme corpori glorie sue secundum operacionem suam qua possit etiam
sibi subicere omnia sed ~~filius ei subiecit qui regnum ei tradidit~~ Insepara-
bilis enim est operacio patris et filii. Alioquin nec ipse pater sibi subiecit omnia
sed filius ei subiecit qui regnum ei tradidit et evacuat omnem principatum
omnemque potestatem et virtutem. De filio quippe dicta sunt ista. Cum tradiderit inquit
regnum deo et patri cum evacuaverit omnem principatum et omnem potestatem et omnem
virtutem. Ipse enim subicit qui evacuat. Nec sic arbitremur christum tradidisse
regnum deo et patri ut adimat sibi. Nam et hoc quidam vani-
loqui crediderunt. Cum enim dicitur tradiderit regnum deo et patri non separatur
ipse quia simul cum patre unus deus est. Sed incuriosos et contencionum studio-
sos fallit verbum quod positum est donec. Ita namque sequitur Oportet enim
illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus suis tamquam cum posuerit non sit
regnaturus. Nec intelligunt ita dictum sicut et illud Confirmatum est cor eius
non commovebitur donec videat inimicos suos. Non enim cum viderit iam
commovebitur. Quid ergo est cum tradiderit regnum deo et patri quasi non habeat re-
gnum deus et pater. Sed quia omnes iustos quibus nunc regnat ex fide viven-
tibus mediator dei et hominum homo christus ihesus perducturus est ad speciem quam
visionem idem dicit apostolus faciem ad faciem ita dictum est cum tradiderit
regnum deo et patri ac si diceretur cum perduxerit credentes ad contemplationem
dei et patris. Sic enim dicit Omnia michi tradita sunt a patre meo et nemo
novit patrem nisi filius et cui voluerit filius revelare et a quo novit fi-
lium nisi pater. Tunc revelabitur a filio pater cum evacuaverit omnem principatum
et omnem potestatem et virtutem id est ut necessaria non sit dispensatio similitudinum
per angelicos principatus et potestates et virtutes ex quorum persona non inconvenienter
intelligitur dici in cantico canticorum ad sponsam Similitudines auri

8.

faciemus tibi cum distinctionibus argenti quoadusque rex in recubitu suo est id est quo
adusque xpus in secreto suo est quia vita vestra abscondita est in xpo cum deo. Cum
xpus inquit apparuerit vita vestra tunc et vos cum ipso apparebitis in gloria. Quod
autem fiat / videmus nunc per speculum in enigmate hoc est in similitudinibus tunc
autem facie ad faciem. Hec est enim contemplacio promittitur nobis actionum omnium finis
atque eternorum perfectio gaudiorum. Filii enim dei sumus et nondum apparuit quod erimus.
Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Quod enim
est dixit famulo suo Moysi ego sum qui sum et dices itaque filiis Israel qui est
misit me ad vos / hoc contemplabimur cum vivemus in eternum. Ita quippe ait
hec est vita eterna ut cognoscant te unum verum deum et quem misisti ihesum xpm
hoc fiet cum venerit dominus et illuminaverit occulta tenebrarum. Cum tenebre morta-
litatis huius corrupcionis transierint tunc erit mane nostrum de quo in psal-
mis dicitur Mane astabo tibi et videbo. De hac contemplacione intelligo
dictum cum tradiderit regnum deo et patri id est cum perduxerit quibus nunc ex fide vi-
ventibus regnat mediator dei et hominum homo xpus ihesus ad contemplacionem
dei et patris. Si desipio hic corrigat me qui melius sapit, michi aliud
non videtur. Neque enim quemquam aliud cum ad illius contemplacionem pervenimus que
nunc non est quamdiu gaudium nostrum in spe est. Spes autem que videtur non
est spes quod enim videt quis quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per
pacienciam expectamus quoadusque rex in recubitu suo est. Tunc erit quod scrip-
tum est Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Illa leticia nil amplius
requiretur quia non erit quod amplius requiratur. Ostendetur enim nobis pater
et sufficiet nobis. Quod bene Philippus intellexit ut diceret domine ostende nobis patrem et
sufficit nobis. Sed nondum intellexerat eo quo modo idipsum se potuisse dicere domine
ostende nobis patrem et sufficit nobis ut enim hoc intelligeret responsum est ei a domino tan-
to tempore vobiscum sum et non cognovistis me Philippe qui videt me videt et
patrem. Sed quia volebat eum ex fide vivere antequam potuisset illud videre secutus
est et ait Non credis quia ego in patre et pater in me. Quamdiu enim in corpore sumus
peregrinamur a domino per fidem enim ambulamus non per speciem. Contemplacio quippe mer-
ces est fidei cui mercedi per fidem corda mundantur sicut scriptum est
fide corda eorum probatur autem quod in contemplacione corda mundentur maxime sententia Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et quia hec vita eterna dicit deus in psalmis
longitudine dierum replebo eum et ostendam illi salutare meum. Sive ergo audiamus
ostende nobis filium sive audiamus ostende nobis patrem tantumdem valet quia neuter sine
altero potest ostendi. Unum quippe sunt sicut ait Ego et pater unum sumus denique
propter ipsam inseparabilitatem sufficienter aliquando nominatur vel pater solus vel filius
solus adimpleturus nos leticia cum vultu suo. Nec inde separatur utriusque spiritus
id est patris et filii spiritus qui spiritus sanctus proprie dicitur spiritus veritatis quem hic mundus ac-
cipere non potest. Hoc est enim plenum gaudium nostrum quo non est amplius frui trinitate
deo ad cuius ymaginem facti sumus. Propter hoc aliquando ita loquitur de spiritu sancto
tamquam solus ipse sufficiat ad beatitudinem nostram et ideo solus sufficit quia separari
a patre et filio non potest. Sicut pater solus sufficit quia separari a filio et spiritu sancto
non potest, et filius ideo sufficit solus quia separari a patre et spiritu sancto non potest.
Quid enim sibi vult quod ait Si diligitis me mandata mea servate et ego
rogabo patrem et alium advocatum dabit vobis ut vobiscum sit in eternum spiritum veritatis
quem hic mundus accipere non potest id est dilectores mundi. Animalis enim homo non percipit que sunt
spiritus dei. Sed adhuc potest videri propter hoc dictum et ego rogabo patrem et alium advocatum
dabit vobis quasi non sufficiat solus filius. Illo autem loco ita de illo dictum est tamquam
solus omnino sufficiat Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.
Numquid ergo separatur hinc filius tamquam ipse non doceat omnem veritatem aut quasi hoc
impleat spiritus sanctus quod minus potuit docere filius. Dicant ergo si placet maiorem
esse filio spiritum sanctum quem minorem illo solent dicere. An quia non dictum est

ipse solus aut neos nisi ipse solus vos docebit omnem veritatem ne premittitur ut cum
illo docere credatur et filius Amplius ergo separavit filium abscondendo horum que dei sunt ubi
ait sic et que dei sunt nemo scit nisi spiritus dei ut iam isti perversi possunt ex hoc
dicere quod et filius non doceat que dei sunt nisi spiritus sanctus tamquam maior minorem
cum filius ipse tamen tribuit ut diceret Quia hec locutus sum vobis tristicia cor vestrum
replebit

Quod utile credentibus fuit ut ad patrem in forma servi xpistus ascenderet

Cap. ix

Sed ego veritatem dico expedit vobis ut ego eam Nam si non abiero paraclitus
non veniet ad vos hoc autem dixit non propter inequalitatem verbi dei et spiritus sancti
sed tamquam impedimento esset presencia filii hominis apud eos quominus veniret ille qui mi
nor non est quia non semetipsum exinanivit sicut filius formam servi accipiens Oportebat
ergo ut auferretur ab oculis eorum servi forma quam intuentes hoc solum xpistum putabant
quod videbant unde est et illud quod ait Si diligeretis me gauderetis utique quoniam eo ad
patrem quia pater maior me est id est propterea me oportet ire ad patrem quia dum me ita videtis
et ex hoc quod videtis estimatis minor sum patre atque ita circa creaturam susceptumque habitum
occupati equalitatem quam cum patre habeo non intelligitis Unde est et illud Noli
me tangere nondum enim ascendi ad patrem Tactus enim tamquam finem facit notionis
ideoque volebat in eo esse finem intenti cordis in se ut hoc quod videbatur tantummodo putaretur
Ascensio autem ad patrem erat sic ita videri sicut est equalis patri ut ibi finis esset vi
sionis que sufficit nobis [illegible] Item de filio dicitur quod ipse sufficiat et eius
visione merces tota promittitur dilectionis et desiderii nostri Sic enim ait Qui habet man
data mea et custodit ea ille est qui me diligit Qui autem diligit me diligetur
a patre meo et ego diligam eum et ostendam meipsum illi Numquid hic quia non dixit ostendam
illi et patrem non separavit patrem Sed quia verum est Ego et pater unum sumus cum pater
ostenditur et filius ostenditur qui in illo est et cum filius ostenditur etiam pater ostenditur
qui in illo est Sicut ergo cum ait Et ostendam illi meipsum intelligitur intelligitur
quod ostendit et patrem ita et in eo quod dicitur cum tradiderit regnum deo et patri intelligitur
quod non adimit sibi quia cum perducet credentes ad contemplacionem dei et patris profecto
perducet ad contemplacionem suam qui dixit Et ostendam illi meipsum Et ideo consequenter
cum dixisset illi iudas Domine quid factum est quia ostensurus es te nobis et non huic
mundo respondit ihesus et dixit illi Si quis diligit me sermonem meum servabit et
pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus Ecce quia
non solum seipsum ostendit ei a quo diligitur quia simul cum patre diligitur venit ad eum
et mansionem facit apud eum An forte putabitur mansionem in dilectore suo facienti
bus patre et filio exclusus esse ab hac mansione spiritus sanctus Quid est ergo quod superius
ait de spiritu sancto Quem hic mundus accipere non potest quia non videt illum nostis illum vos
quia vobiscum manet et in vobis est Non itaque ab hac mansione separatus est de quo dictum
est vobiscum manet et in vobis est nisi forte quisquam sic absurdus est ut arbitretur cum
pater et filius venerint et mansionem fecerint apud dilectorem suum discessurum inde
spiritum sanctum et tamquam locum daturum esse maioribus Sed et huic carnali cogitacioni occurrit
scriptura paulo quippe superius ait Et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit
vobis ut vobiscum sit in eternum Non ergo discedit patre et filio venientibus sed in eadem
mansione erit cum ipsis in eternum quia nec ille sine illis venit nec illi sine illo Sed
propter insinuacionem trinitatis personis singulis eciam nominatis dicuntur quedam non tamen aliis sepa
ratis intelliguntur propter eiusdem trinitatis unitatem unamque substanciam atque deitatem
patris et filii et spiritus sancti

Quomodo traditurus sit regnum filius patri Cap. x

Tradet itaque regnum deo et patri dominus noster ihesus xpistus non se inde separato
nec spiritu sancto quia perducet credentes ad contemplacionem dei ubi est finis
omnium bonarum accionum et requies sempiterna et gaudium quod non aufertur a nobis
Hoc enim significat in eo quod ait Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo auferet
a vobis Huius gaudii similitudinem presignabat sedens maria ad pedes domini et intenta
in verbum dei quieta scilicet ab accione et intenta in veritatem secundum quendam modum cuius
capax est ista vita quo tamen presignaret et illud quod futurum est in eternum Martha

quippe sorore sua circa quod necessarium est satagente quamvis bona et utilis tamen cum requies successit
transitura ipsa requiescebat in verbo domini Et ideo dominus conquerenti marthe quod eam
soror non adiuvaret respondit maria optimam partem elegit que non auferetur ab
ea. Non partem malam dixit quod agebat martha, sed istam optimam
que non auferetur. Illa enim que in ministerio indigentie est cum indigentia ipsa transierit
auferetur. Boni quippe operis transituri merces est requies permansura.
In illa igitur contemplatione deus erit omnia in omnibus quia nichil ab illo aliud re-
quiretur sed solo ipso illustrari perfruique sufficiet. Ideoque ille in quo spiritus
interpellat gemitibus inenarrabilibus unam inquit petii a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini per omnes dies vite mee ut contempler delectationem domini.
Contemplabimur enim deum patrem et filium et spiritum sanctum cum mediator dei et hominum homo christus
ihesus tradiderit regnum deo et patri ut iam non interpellet pro nobis mediator et sa-
cerdos noster filius dei et filius hominis. sed et ipse in quantum sacerdos est assumpta propter
nos forma servi subiectus sit ei qui illi subiecit omnia et cui subiecit omnia
ut in quantum deus est, cum illo nos subiectos habeat, in quantum sacerdos nobiscum
illi subiectus sit. Quapropter cum filius sit deus et homo alia substantia deus alia homo.
homo potius in filio quam filius in patre, sicut caro anime mee, alia substantia est ad animam
meam quamvis in uno homine. quam anima alterius hominis ad animam meam. Cum ergo tradiderit regnum
deo et patri id est cum credentes et viventes ex fide pro quibus nunc mediator interpellat
perduxerit ad contemplationem cui percipiende suspiramus et gemimus et transierit
labor et gemitus iam non interpellabit pro nobis tradito regno deo et patri
Hoc significans ait hec vobis locutus sum in similitudinibus veniet hora quando iam non
in similitudinibus loquar vobis sed manifeste nuntiabo vobis de patre id est iam non
erunt similitudines cum visio erit facie ad faciem, hoc est enim quod ait, sed manifeste
de patre nuntiabo vobis ac si diceret, manifeste patrem ostendam vobis. Nuntiabo quippe
ait quia verbum eius est. Sequitur enim et dicit illa die in nomine meo petetis et non dico vobis
quia ego rogabo patrem. Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis et credidistis
quia ego a deo exivi et veni in hunc mundum iterum relinquo mundum et vado ad patrem.
Quid est a patre exivi nisi non in ea forma qua equalis sum patri sed aliter id est in assump-
ta creatura minor apparui Et quid est veni in hunc mundum nisi formam servi quam
me exinaniens accepi etiam peccatorum qui mundum istum diligunt oculis demonstravi Et
quid est iterum relinquo mundum nisi ab aspectu dilectorum mundi aufero quod viderunt
Et quid est vado ad patrem nisi doceo me sic intelligendum a fidelibus meis
quo equalis sum patri. Hoc qui credunt digni habebuntur perduci a fide ad speciem
id est ad ipsam visionem Quo perducens dicitur tradere regnum deo et patri Fideles
quippe eius quos redemit sanguine suo dicti sunt regnum eius pro quibus nunc
interpellat. tunc autem illic eos sibi faciens inherere ubi equalis est patri
non iam rogabit patrem pro eis ipse enim pater amat vos. Ex hoc enim
rogat quo minor est patre quo vero equalis exaudit cum patre. Unde ab eo quod dixit
ipse enim pater amat vos. non se utique separat sed secundum ea facit intelligi que
supra commemoravi satisque insinuavi plerumque ita nominari in trini-
tate personam ut et alie illic intelligantur. Sic itaque dictum est ipse enim pater amat
vos ut consequenter intelligatur et filius et spiritus sanctus Non quod nos modo non amat
qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum. sed tales nos
amat deus quales futuri sumus non quales sumus Quales enim amat tales
in eternum conservat. Quod tunc erit cum tradiderit regnum deo et patri qui nunc inter-
pellat pro nobis ut iam non roget patrem quia ipse pater amat vos. Quo autem
merito nisi fidei qua credimus antequam illud quod promittitur videamus per hanc enim per-
veniemus ad speciem ut tales nos amet quales amat ut simus non quales
odit quia sumus et hortatur atque prestat ut tales esse semper velimus. Qua distinc-
tione intellecta sit nunc equalis patri filius nunc autem minor falli xi

Quapropter cognita ista regula intelligendarum scripturarum de filio dei ut distin-
guamus quid in eis sonet secundum formam dei in qua est et equalis est patri, et
quid secundum formam servi quam accepit et minor est patre, non conturbabimur
tamquam contrariis ac repugnantibus inter se sanctorum librorum sermonibus. Nam secundum formam
dei equalis est patri et filius et spiritus sanctus quia neuter eorum creatura est, sicut iam
ostendimus. Secundum autem formam servi minor est patre, quia ipse dixit Pater maior me est; minor
est seipso quia de illo dictum est semetipsum exinanivit; minor est spiritu sancto quia ipse ait
Qui dixerit blasphemiam in filium hominis dimittetur ei, qui autem dixerit in spiritum
sanctum non dimittetur ei. Et in ipso virtutes operatus est dicens Si ego in spiritu
dei eicio demonia, certe supervenit super vos regnum dei. Et apud Ysaiam dicit, quam lectionem
ipse in synagoga recitavit, et de se completam sine scrupulo dubitationis ostendit
Spiritus domini super me propter quod unxit me evangelizare pauperibus misit
me predicare captivis remissionem etc. Ad que ideo se facienda dicit missum quia
spiritus domini est super eum. Secundum formam dei omnia per ipsum facta sunt, secundum formam servi
ipse natus ex muliere factus sub lege. Secundum formam dei ipse et pater unum sunt, secundum
formam servi non venit facere voluntatem suam sed voluntatem eius qui eum misit. Secundum
formam dei sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit filio vitam habere in semetipso.
Secundum formam servi tristis est anima mea usque ad mortem et pater inquit si fieri potest transeat
a me hic calix. Secundum formam dei ipse est verus deus et vita eterna, secundum formam
servi factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Secundum formam dei omnia que
habet pater ipsius sunt et omnia mea tua sunt et tua mea, secundum formam servi non est
doctrina ipsius sed eius qui eum misit. Cuius racione filius dicitur nescire diem et horam
Et de die et hora nemo scit neque angeli in celo neque filius ⌊qua scit pater
nisi pater. Hoc enim nescit quod nescientes facit, id est quod non ita sciebat ut tunc di-
scipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham Nunc cognovi quia times deum,
id est nunc feci ut cognosceres, quia ipse sibi in illa temptatione innotuit. Nam et illud
utique predicturus erat discipulis tempore oportuno, de quo futuro tamquam de preterito loquens
ait Iam non dicam vos servos sed amicos. Servus enim nescit voluntatem domini sui,
vos autem dixi amicos quia omnia quecumque audivi a patre meo nota feci
vobis, quod nondum faciebat, sed quia pro certo facturus erat quasi iam fecisset locutus est. Ipse enim
ait Multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo. Inter que intelligitur de
die et hora. Nam et apostolus Neque enim iudicavi me scire aliquid in
vobis nisi Ihesum Christum et hunc crucifixum. Hiis enim loquebatur qui capere altiora
de Christi deitate non poterant, quibus etiam paulo post dicit Non potui loqui vobis
quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat quod per illum scire non
poterant, et hoc solum scire se dicebat quod eos per illum scire oportebat. Denique sciebat
inter perfectos quod inter parvulos nesciebat. Ibi quippe ait Sapientiam loquimur inter
perfectos. Eo namque genere locucionis nescire quisque dicitur quod occultat, quo dicitur fossa
ceca que occulta est. Neque enim aliquo genere loquuntur scripture quod in consuetudine
humana non inveniatur quia utique hominibus loquuntur. Secundum formam dei dictum
est Ante omnes colles genuit me, id est ante omnes altitudines creaturarum, et ante
luciferum genui te, id est ante omnia tempora temporalia. Secundum autem formam servi dictum est Dominus
creavit me in principio viarum suarum, quia secundum formam dei dixit Ego sum veritas et
secundum formam servi Ego sum via. Quia enim ipse est primogenitus a mortuis
iter fecit ecclesie sue ad regnum dei ad vitam eternam cui caput est etiam ad im-
mortalitatem corporis, ideo creatus est in principio viarum dei in opera eius. Secundum formam dei
principium est quod et loquitur nobis, in quo principio fecit deus celum et terram. Secundum
formam servi sponsus procedens de thalamo suo. Secundum formam dei ~~dominus glorie~~
primogenitus omnis creature et ipse est ante omnes et omnia illi constant. Secundum formam
servi et ipse est caput corporis ecclesie. Secundum formam dei dominus glorie unde manifestum est
quod ipse glorificet sanctos suos. Quos enim predestinavit ipsos et vocavit, et quos
vocavit ipsos et iustificavit. Quos autem iustificavit ipsos et glorificavit. De illo quippe.

dictum est quod iustificat impium. De illo dictum est quod sit iustus et iustificans.
Si ergo quos iustificavit ipsos et glorificavit, qui iustificat ipse et glorificat qui
est ut dixi dominus glorie. Cum secundum formam tamen servi satagentibus discipulis de glorificacione
sua respondit Sedere ad dexteram aut ad sinistram meam non est meum dare vobis sed qui-
bus paratum est a patre meo. Quod autem paratum est a patre eciam et ab ipso filio paratum
est quia ipse et pater unum sunt. Iam enim ostendimus in hac trinitate per multos lo-
cucionum divinarum modos eciam de singulis dici quod omnium est propter inseparabilem
operacionem unius eiusdemque substancie sicut de spiritu sancto dicit Si ergo iero mittam eum ad
vos. Non dixit mittemus sed ita quasi tantum filius eum missurus esset et non pater cum
alio loco dicat Hec locutus sum vobis apud vos manens. Advocatus autem ille spiritus
quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia. Hic rursus ita dictum
est quasi non eum missurus esset et filius sed tantum pater. Sicut ergo ista, ita et
illud quod ait sed quibus paratum est a patre meo, cum patre se intelligi voluit
parare sedes glorie quibus vellet. Sed dicit aliquis Illic cum de spiritu sancto loqueretur ita
se missurum, et alio loco ita patrem ut non negaret se missurum. Hic vero aperte ait
Non est meum dare atque ita secutus a patre dixit ista parata. Sed hoc est quod pre-
struximus secundum formam servi dictum ut ita intelligeremus Non est meum dare ac si di-
ceretur non est humane potestatis hoc dare, per quod deus et equalis est patri. Non est
meum inquit dare id est humana potestate ista do sed quibus paratum est a patre meo.
Sed iam tu intellige quia omnia que habet pater mea sunt et hoc utique meum
est et cum patre ista paravi. Nam et illud quero quomodo dictum sit Si quis non au-
dierit verba mea ego non iudicabo illum. Fortassis enim ita dixit ego non iudicabo
illum quemadmodum ibi non est meum dare. Sed quid hic sequitur Non enim veni ut
ut iudicem mundum sed ut salvum faciam mundum. Deinde adiungit et dicit Qui me
spernit et non accipit verba mea habet qui iudicet. Hic iam intelligeremus patrem
nisi adiungeret et diceret Verbum quod locutus sum ipsum iudicabit illum in novissimo
die. Quid ergo iam nec filius iudicabit quia dixit ego non iudico illum
nec pater sed verbum quod locutus est filius. Immo audi quid adhuc sequitur. Quia ego igitur
ex me non locutus sum sed ille qui me misit pater ille mandatum michi dedit quid
dicam aut quid loquar et scio quia mandatum eius vita eterna est. Que ergo
ita ut dixit michi pater sic loquor. Si ergo non iudicat filius sed verbum quod locu-
tus est filius, ideo autem iudicat verbum quod filius locutus est quia non ex se lo-
cutus est filius sed qui misit eum pater mandatum ei dedit quid dicat aut
quid loquatur pater iudicat utique cuius verbum est quod locutus est filius atque
ipsum verbum patris idem ipse est filius. Non enim aliud est mandatum patris, aliud
verbum patris. Nam et verbum hoc appellavit et mandatum. Videamus ergo ne forte quod
ait Ego non ex me locutus sum hoc intelligi voluit ego non ex me natus sum.
Si enim verbum patris loquitur se ipsum loquitur, quia ipse est verbum patris. Plerumque enim
dicit dedit michi pater in quo vult intelligi quod eum genuerit pater, ut non tamquam iam existenti
et non habenti dederit aliquid sed ipsum dedisse ut haberet genuisse est ut esset. Non enim
sicut creatura ita dei filius ante incarnacionem et ante assumptam creaturam unigenitus per
quem facta sunt omnia aliud est et aliud habet, sed ipsum quod est id quod habet. Quod illo lo-
co manifestius dicitur si quis ad capiendum sit ydoneus ubi ait Sicut habet pater vitam
in semetipso ita dedit filio habere vitam in semetipso. Neque enim existenti et vitam
non habenti dedit ut haberet vitam in semetipso cum eo ipso quod est vita sit. Hoc est ergo
dedit filio vitam habere in semetipso genuit filium esse incommutabilem vitam
quod est vita eterna. Cum ergo verbum dei sit filius dei et filius dei sit verus
deus et vita eterna sicut in epistola sua dicit Iohannes, eciam hic quid aliud agno-
scimus cum dicit dominus Verbum quod locutus sum ipsum iudicabit eum in novissimo
die et ipsum verbum patris esse verbum dicit et mandatum patris ipsum quoque mandatum
vitam eternam. Et scio inquit quia mandatum eius vita eterna est. Queo itaque

id est ab eo
ipse est
filius

quod intelligatur Ego non iudicabo sed verbum quod locutus sum iudicabit. Quod ex consequen-
tibus apparet ita dictum ac si diceret Ego non iudicabo sed verbum patris iudicabit. Verbum
autem patris est ipse filius dei. An ita intelligendum est Ego non iudicabo sed ego iudicabo.
Quomodo istud potest esse verum nisi isto modo. Ego scilicet non iudicabo ex potestate humana quia
filius hominis sum sed ego iudicabo ex potestate verbi quia filius dei sum. Aut si contraria et
repugnantia videntur Ego non iudicabo sed ego iudicabo, quid illic dicemus ubi
ait Mea doctrina non est mea. Quomodo mea quomodo non mea. Non enim dixit Ista doctrina non est mea sed Mea doctrina non est mea. Quam dixit suam eandem dixit non suam. Quomodo istud
verum est nisi secundum aliud dixit suam secundum aliud non suam. Secundum formam dei suam secundum
formam servi non suam. Cum enim dicit Non est mea sed eius qui misit me ad
ipsum verbum nos facit recurrere. Doctrina enim patris est verbum patris qui est unicus
filius. Quid illud sibi et illud vult Qui in me credit non in me credit. Quomodo
in ipsum, quomodo non in ipsum. Quomodo tam contrarium sibi quod adversum potest intelligi Qui
in me credit non in me credit sed in eum qui me misit, nisi ita intelligas
Qui in me credit non in hoc quod videt credit ne sit spes nostra in creatura sed in
illo qui suscepit creaturam in qua humanis oculis appareret ac si ad se
aequalem patri contemplandum per fidem corda mundaret. Ideo quod ad patrem referens
intentionem credentium et dicens non in me credit sed in eum qui me misit, non
utique se a patre id est ab illo qui eum misit voluit separari sed ut sic in eum crederetur
quomodo in patrem cui aequalis est. Quod aperte alio loco dicit Creditis in deum et in
me credite id est sic creditis in deum sic et in me credite quia ego et pater unus deus.
Sicut ergo hic tamquam abstulit a se fidem hominum et in patrem transtulit dicendo non
in me credit sed in eum qui me misit, a quo tamen non utique se separavit sic etiam quod
ait non est mea doctrina vobis sed eius qui misit me patris est, puto clarere secundum quid
utrumque accipiendum sit. Tale enim est et illud Ego non iudicabo cum ipse iudicaturus
sit vivos et mortuos sed quia non ex potestate humana propterea recurrens ad deitatem
sursum erigit corda hominum propter quae sublevanda descendit.

De unitate personae filii dei et filii hominis sive in gloria sive in humilitate. Capitulum xiii

Nisi tamen esset ipse idem filius hominis propter formam servi quam accepit qui est filius dei propter formam dei in
qua est, non diceret apostolus Paulus de principibus huius saeculi Si enim cognovissent
numquam dominum gloriae crucifixissent. Ex forma enim servi crucifixus est et tamen dominus gloriae
crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio quae deum hominem faceret et hominem deum.
Quid tamen propter quid et quid secundum quid dicatur adiuvante domino prudens et diligens
et pius lector intelligit. Nam ecce diximus quod secundum id quod deus est glorificat suos
secundum hoc utique quod dominus gloriae est et tamen dominus gloriae crucifixus est quia recte dicitur et deus
crucifixus non ex virtute divinitatis sed ex infirmitate carnis,
sicut dicimus quod secundum id quod deus est iudicat hoc est ex potestate divina non
ex humana et tamen ipse homo iudicaturus est sicut dominus gloriae crucifixus est. Ita enim
aperte dicit Cum venerit filius hominis in gloria sua et omnes angeli cum eo tunc
congregabuntur ante eum omnes gentes et cetera quae de futuro iudicio usque ad ultimam sententiam
in eo loco praedicantur. Et iudaei quippe qui in malitia perseveraverint in illo iu-
dicio puniendi sunt sicut alibi scriptum est Videbunt in quem pupugerunt. Cum
enim boni et mali visuri sint iudicem vivorum et mortuorum procul dubio eum
mali videre non poterunt nisi secundum formam qua filius hominis est, sed tamen in claritate in qua
iudicabit non in humilitate in qua iudicatus est. Ceterum illam dei formam in qua
aequalis est patri procul dubio impii non videbunt. Non enim sunt mundicordes. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et ipsa visio est facie ad faciem quae summum
praemium promittitur iustis et ipsa fiet cum tradet regnum deo et patri in quo et suae
formae visionem vult intelligi subiecta deo universa creatura et
ipsa in qua filius dei filius hominis factus est quia secundum hanc et ipse filius tunc subiectus
illi erit qui subiecit ei omnia ut sit deus omnia in omnibus. Alioquin si filius dei

14.

Iudex in forma etiam minus tunc iudicatus est apparebit, quid est quod in magna dile-
ctore suo pollicetur dicens Et ego diligam eum et ostendam meipsum illi. Quapropter filius
hominis iudicaturus est, nec tamen ex humana potestate sed ex ea qua filius dei est. Et rursus
filius dei iudicaturus est, nec tamen in ea forma apparens in qua deus est equalis patri
sed in ea qua filius hominis est. Itaque utrumque dici potest et filius hominis iudicabit et
non filius hominis iudicabit, quia filius hominis iudicabit ut verum sit quod ait Cum venerit
filius hominis tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Et non filius hominis iudica-
bit ut verum sit quod ait Ego non iudicabo, et ego non quero gloriam meam, est qui querat
et iudicet. Nam secundum id quod in iudicio non forma dei sed forma filii hominis apparebit
nec ipse pater iudicabit, secundum hoc enim quod dictum est Pater non iudicabit quemquam sed omne
iudicium dedit filio. Quod ex illa locutione dictum sit quam supra commemoravimus ubi ait Sic
dedit filio habere vitam in semetipso, ut significaret quod sic genuit filium, non ex illa qua
loquitur apostolus dicens Propter quod eum suscitavit et donavit ei nomen quod est super omne nomen.
Hoc enim de filio hominis dictum est secundum quem filius dei excitatus est a mortuis. Ille quippe
in forma dei equalis patri ex qua se exinanivit formam servi accipiens in ipsa forma
servi et agit et accipit et patitur que consequenter contexit apostolus Humiliavit se factus
obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltatur et donatur ei nomen
quod est super omne nomen ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.
Utrum ergo secundum illam an secundum istam locutionem dictum sit omne iudicium dedit filio,
satis hinc apparet quod si secundum id diceretur secundum quod dictum est dedit filio vitam habere
in semetipso, pater non iudicat quemquam. Secundum enim quod equalem genuit pater filium iudicat cum
illo. Secundum hoc ergo dictum est quod in iudicio non forma dei sed forma servi apparebit, non quia non
iudicabit qui dedit omne iudicium filio cum de illo dicat filius Est qui querat et iudicet,
sed ita dictum est Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio ac si diceretur patrem
nemo videbit in iudicio vivorum et mortuorum sed omnes filium quia et filius hominis est ut pos-
sit et ab impiis videri cum et illi videbunt in quem pupugerunt. Quod ne coniciendo potius quam
aperte demonstrare videamur, proferimus eiusdem domini certam manifestamque sententiam, qua ostendamus
ipsam fuisse causam ut diceret Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio, quod
iudex forma filii apparebit que forma non est patris sed filii, nec ea filii in qua est equalis
patri sed in qua est minor patre, ut sit in iudicio conspicuus et bonis et malis. Paulo post
enim dicit Amen dico vobis quia qui verbum dei audit et credit ei qui me misit habet
vitam eternam et in iudicium non veniet sed transiet a morte in vitam. Hec vita eterna est illa vi-
sio que non pertinet ad malos. Deinde sequitur Amen amen dico vobis quia veniet hora
et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Et hoc pro-
prium est piorum qui sic audiunt de incarnatione eius ut credant quod filius dei est, id est ut
eum propter se factum accipiant minorem patre in forma servi ut credant quod equalis patri est in
forma dei. Et ideo sequitur et hoc ipsum commendans dicit Sicut enim pater habet vitam in semet-
ipso ita dedit filio habere vitam in semetipso. Deinde venit ad visionem sue claritatis
in qua venturus est ad iudicium, que visio communis erit et impiis et iustis. Sequitur enim et
dicit Et potestatem dedit ei et iudicium facere quoniam filius hominis est. Puto nihil
manifestius esse. Nam quia filius dei equalis est patri non accipit hanc potestatem
iudicii faciendi sed habet illam cum patre in occulto, accipit autem illam ut boni et ma-
li eum videant iudicantem quia filius hominis est. Visio quippe filii hominis exhibebitur
et bonis et malis. Nam visio forme dei non nisi mundis corde quia ipsi deum videbunt
in solis piis quorum dilectioni hoc promittit quod ostendet seipsum illis. Et ideo mox quod sequitur
Nolite mirari hoc. Quid nos prohibet mirari nisi illud revera quod miratur
omnis qui non intelligit ut ideo diceret patrem dedisse et potestatem et iudicium faciendi quia
filius hominis est, cum magis hoc expectaretur ut diceret quia filius dei est. Sed quia filium
dei secundum id quod in forma dei est equalis patri et videre non possunt iniqui, oportet ut iudicem
vivorum et mortuorum cum coram iudicabuntur et iusti videant et iniqui. Nolite hoc mirari

in quo veniet quam omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent qui
bona gesserunt in resurrectionem vite qui vero mala gesserunt in resurrectionem iudicii Ad hec
ergo erat ut iudicio acciperet illam potestatem quod filius hominis est ut resurgentes omnes
videant eum in forma in qua ab hominibus videri potest sed alii ad dampnationem alii ad
vitam eternam Que est autem vita eterna nisi illa visio que non conceditur impiis
ut cognoscant te inquit unum verum deum et quem misisti ihesum xpistum Quomodo et ipsum
ihesum xpistum nisi quemadmodum unum verum deum qui ostendet seipsum illis non quomodo
seipsum ostendet etiam puniendis in forma hominis Secundum illam visionem bonus est secundum quam
visionem deus apparet mundis corde quoniam quam bonus deus israhel rectis corde Quando autem
iudicem videbunt mali non eis videbitur bonus quia non ad eum gaudebunt corde sed
tunc se plangent omnes tribus terre in numero utique malorum omnium et infidelium Propter hoc
etiam ille qui eum dixerat magistrum bonum querens ab eo consilium consequende vite eterne
respondit ei Quid me interrogas de bono Nemo bonus nisi solus deus Cum et hominem
alio loco dicat bonum ipse dominus Bonus homo inquit de bono thesauro cordis sui profert
bona et malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala Sed quia ille vitam
eternam querebat vita autem eterna est in illa contemplatione qua non ad penam videtur
deus sed ad gaudium sempiternum et non intelligebat cum quo loquebatur quem tantum
eum filium hominis arbitrabatur quid me interrogas inquit de bono id est istam formam quam
vides quid interrogas de bono et vocas me sicut in quod vides magistrum bonum Hec
forma filii hominis est hec forma accepta est hec forma apparebit in iudicio non
tantum iustis sed impiis et huius forme visio non erit in bonum qui male agunt
Est autem visio forme mee in qua cum essem non rapinam arbitratus sum esse equalem
deo sed ut hanc acciperem meipsum exinanivi Ille ergo unus deus pater et filius
et spiritus sanctus qui non apparebit nisi ad gaudium quod non auferetur a iustis Cui gaudio
futuro suspirat qui dicit unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem in domo
domini per omnes dies vite mee ut contempler delectationem domini unus ergo deus ipse solus
bonus est ad hoc quod nemo eum videt ad luctum et planctum sed tantum ad salutem et leti-
ciam veram Secundum illam formam si me intelligis bonus sum Si autem secundum hanc
solam quid me interrogas de bono si inter illos eris qui videbunt in quem pupu-
gerunt et ipsa visio mala erit eis quia penalis erit Ex ista sententia dixi dominum
quid me interrogas de bono nemo bonus nisi unus deus hiis documentis que com-
memoravi probabile est quod visio illa dei qua contemplabimur incommutabilem atque
humanis oculis invisibilem dei substantiam que solis sanctis promittitur quam dicit apostolus
paulus faciem ad faciem et de qua dicit apostolus Iohannes similes ei erimus quoniam
videbimus eum sicuti est et de qua dicitur unam petii a domino hanc requiram ut con-
templer delectationem domini et de qua dicit ipse dominus Et ego diligam eum et ostendam
meipsum illi et propter quam solam fide corda mundamus ut simus beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt et si qua alia de ista visione dicta sunt que copiosissime
sparsa per omnes scripturas invenit quisquis ad eam querendam oculos amoris intendit sola
est summum bonum nostrum cuius adipiscendi causa precipimur agere quicquid recte agimus Visio
autem illa filii hominis que predicta est cum congregabuntur ante eum omnes gentes
dicentes domine quando te vidimus esurientem et sitientem etc. nec bonum erit impiis
qui mittentur in ignem eternum nec summum bonum erit iustis Ad hoc enim vocat
eos ad regnum quod paratum est eis ab initio mundi Dicet enim illis Dicet ite in ignem
eternum sic istis Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum et sic
ibunt illi in combustionem eternam sic iusti in vitam eternam Quid est autem vita
eterna nisi ut cognoscant te dicit unum verum deum et quem misisti ihesum xpistum sed iam
in ea claritate de qua dicit patri quam habui apud te priusquam mundus fieret Tunc
enim tradet regnum deo et patri ut intret servus bonus in gaudium domini sui et ab-

spondeat eos quos possidet deus in abscondito vultus sui a conturbatione hominum, eorum scilicet qui timere contempnabuntur audientes illa similiaque. A quo auditu malo iustus non timebit si modo in tabernaculo protegatur, id est in fide recta catholice ecclesie a contradictione linguarum, id est a calumpniis hereticorum. Si vero est alius intellectus verborum domini quibus ait: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi solus deus, dum tamen non in deo credatur maioris bonitatis esse patris quam filii substantia que verbum est per quod facta sunt omnia, nichil quod abhorreat a sana doctrina, securi utamur non uno tantum sed quotquot reperire poterimus. Tanto enim fortius convincuntur heretici quanto plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. Sed ea que adhuc consideranda sunt ab alio iam petamus exordio.

Capitula libri secundi beati Augustini de beata trinitate sequuntur

De regulis quibusdam quas scripture de patre loquuntur et filio. De hiis scripture locis de quibus dubium est an propter assumptam creaturam minorem patre indicet filium an vero tantum quod licet equalem patri tamen quod de patre sit doceant. De hiis qui spiritum sanctum non minorem patre indicant sed tantum quod de patre procedit. De clarificatione qua et pater filium clarificet et filius patrem. Quomodo intelligenda sit missio sive filii sive spiritus sancti. Quid sit quod missus legitur pater maiorem filium aut spiritum sanctum minorem patre. De proposito quoniam de multimodis apparitionibus dei quarum quedam missiones appellantur, tantum pater missus non dicatur, sed aut filius aut spiritus sanctus cooperante tamen in omnibus trinitate. De hiis qui naturam verbi dei visibilem putaverunt. De hiis qui filium dei volunt etiam ante carnis assumptionem fuisse mortalem, ut solus pater immortalis habere credatur. An indiscrete deus patribus apparuit, an aliqua certa persona. De tribus viris Abrahe visis, cum quibus sicut cum domino deo loquitur. De duobus angelis qui humana forma apparuerunt Loth, et in quibus dominus singulariter appellatur. De visione Moysi qua deum vidit in igne in rubo. De apparitione dei in exitu Israel de Egipto. De hiis que dicuntur gesta Moysi in monte Syna, quod non pater aut filius aut spiritus sanctus substantia que utique una est videri potuit sed per subiectam creaturam sed et voces et alia edisse que valuit, sicut peto ut auferam manum meam etc. Utrum deus propria substantia apparuit Moysi an per visibilem creaturam. Quid ex persona domini Ihesu Christi dicatur in eo quod dicitur Moysi: Post me videbis. De visione Danielis in qua illi et patris et filii persona apparuit in specie corporali.

Explicit capitula. Incipit prologus libri secundi.

Cum homines deum querunt et ad intelligentiam trinitatis pro captu infirmitatis humane animum intendunt, experti difficultates laboriosas sive in ipsa acie mentis conantis intueri inaccessibilem lucem, sive in ipsa multiplici et multimoda locutione litterarum sacrarum, ubi mihi non videtur nisi atteri Adam ut Christi gratia glorificata dulcescat, cum ad aliquid certum discussa omni ambiguitate pervenerint, facillime debent ignoscere errantibus in tanti pervestigatione secreti. Sed duo sunt que in errore hominum difficillime tolerantur: presumptio priusquam veritas pateat, et cum iam patuerit presumpte defensio falsitatis. A quibus duobus vitiis nimis inimicis inventioni veritatis et tractationi divinorum sanctorumque librorum si me, ut precor et spero, deus defenderit atque munierit scuto bone voluntatis sue et gratia misericordie sue, non ero segnis ad inquirendam substantiam dei sive per scripturam eius sive per creaturam. Que utraque nobis proponitur ad hoc intuenda ut ipse queratur, ipse diligatur, qui et illam inspiravit et istam creavit. Nec trepidus ero ad proferendam sententiam meam in qua magis amabo inspici a rectis quam timebo morderi a perversis. Gratanter enim suscipit oculum columbinum pulcherrima et modestissima caritas; dentem autem caninum vel evitat cautissima humilitas vel retundit solidissima veritas; magisque optabo a quolibet reprehendi quam sive ab errante sive ab adulante laudari. Nullus enim reprehensor

formidanda est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehensor est aut amicus. Si er-
go inimicus insultat ferendus est, amicus vero si errat docendus, si docet audiendus. Lauda-
tor vero et errans confirmat errorem et adulans illicit in errorem. Emendabit ergo
me iustus in misericordia et arguet me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.

De regulis sermonum quas scripture de patre loquuntur et filio. Capitulum primum

Quamobrem quamquam firmissime teneamus de domino nostro Ihesu Christo et per scripturam
disseminatam et a doctoribus catholicis earundem scripturarum tractatoribus demonstratam
tamquam canonicam regulam qua intelligitur dei filius et equalis patri secundum dei formam,
servi quam accepit, in qua forma non solum patre sed etiam spiritu sancto, neque hoc tantum sed etiam
se ipso minor inventus est. Non se ipso qui fuit sed se ipso qui est, quia forma servi
accepta formam dei non amisit, sicut scripturarum que in superioribus libris commemoravimus
testimonia docuerunt. Sunt tamen quedam in divinis eloquiis ita posita ut ambiguum
sit ad quam potius regulam referantur, utrum ad eam qua intelligimus minorem filium
in assumpta creatura, an ad eam qua intelligimus non quidem minorem esse filium
sed equalem patri, sed tamen ab illo hunc esse deum de deo lumen de lumine. Filium quippe
dicimus deum de deo, patrem autem deum tantum non de deo. Unde manifestum est quod filius
habeat alium de quo sit et cui filius sit, pater autem non filium de quo sit habeat, sed
tantum cui pater sit. Omnis enim filius de patre est quod est, et patri filius est; nullus autem
pater de filio est quod est, sed filio pater est. Quedam itaque ita ponuntur in scripturis
de patre et filio ut indicent unitatem equalitatemque substantie, sicuti est: Ego et pater unum
sumus; et: Cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse equalis deo; et
huiusmodi cetera quecumque talia sunt. Quedam vero ita ut minorem ostendant filium propter
formam servi, id est propter assumptam creaturam mutabilis humaneque substantie, sicuti est
quia pater maior me est; et: Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.
Nam paulo post consequenter ait: Et potestatem dedit ei iudicium faciendi quia
filius hominis est. Quedam porro ita ut nec minor nec equalis tunc ostendatur, sed tantum quod
de patre sit intimetur, ut est illud: Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit filio
vitam habere in semetipso; et illud: Non enim potest filius a se facere quicquam nisi quod
viderit patrem facientem. Quod si propterea dictum acceperimus quia in forma accepta
ex creatura minor est filius, consequens erit ut prius pater ambulaverit super aquas et
alterius ceci nati de sputo et luto oculos aperuerit et cetera que filius in carne
apparens inter homines fecit, ut posset ea facere qui dixit non posse filium facere
a se quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Quis autem vel delirus ita sentiat?
Restat ergo ut hec ideo dicta sint quia incommutabilis est vita filii sicut patris, et tamen de
patre, et inseparabilis est operatio patris et filii, sed tamen ita operari filio est de illo quo
datum est, id est de patre ~~quod videt patrem~~ et ita videt filius patrem ut quo eum videt
hoc ipso sit filius. Non enim aliud est illi esse de patre, id est nasci de patre, quam vi-
dere patrem, aut aliud videre patrem, aut aliud videre operantem quam pariter operari.
Sed ideo non a se quia non est a se, et ideo quod viderit patrem quia de patre est. Neque enim
alia similiter, sicut pictor alias tabulas pingit quemadmodum alias ab alio pictas
videt; nec eadem dissimiliter, sicut corpus easdem exprimit quas animus cogitaverit. Sed
quecumque inquit pater fecerit hec eadem filius facit similiter. Et hec eadem dixit et simili-
ter, ac per hoc inseparabilis et par operatio est patri et filio. Sed a patre est filius. Ideo
non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Ex hac ergo
regula qua ita loquuntur scripture, et non aliud alio minorem sed tantum velint ostendere
quis de quo sit, nonnulli eum sensum conceperunt tamquam filius minor dicatur. Quidam
autem nostri indoctiores et in his minime eruditi dum hec secundum formam servi conantur
accipere et eos rectus intellectus non sequitur perturbantur. Quod ne accidat tenenda est
hec regula qua non minor est filius sed quod de patre sit intimatur. Quibus verbis non

et

inequalitas sed nativitas eius ostenditur. De hiis scripture locis de quibus dubium est an propter assumptam creaturam vel patre minorem indicent filium an vero hoc tantum quod licet equalem patri tamen quia de patre sit doceant. Capitulum 3m

Sunt ergo quedam in sanctis libris ut dixi reperiam ita posita ut ambiguum sit quo potius referenda sint utrum ad aliud quod propter assumptam creaturam minor est filius an ad aliud quod quamvis equalis tamen quia de patre sit indicatur. Et michi quidem videtur si eo modo ambiguum est ut explicari discernique non possit ex utrolibet regula sine periculo posse intelligi sicut enim quod ait mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. Nam et ex forma servi potest accipi sicut iam in libro superiore tractavimus et ex forma dei in qua sic equalis est patri ut tamen de patre sit. In dei quippe forma sicut non est aliud filius aliud vita eius sed ipsa vita filius est, ita non est aliud filius aliud doctrina eius sed ipsa doctrina filius est. Et per hoc sicut id quod dictum est dedit filio vitam non aliud intelligitur quam genuit filium qui est vita, sic etiam cum dicitur dedit filio doctrinam bene intelligitur genuit filium qui est doctrina. Ut quod dictum est mea doctrina non est mea sed eius qui me misit, sic intelligatur ac si dictum sit Ego non sum a meipso sed ab alio qui me misit. De hiis que spiritui sancto non minorem patre iudicant sed tantum quod de patre procedit

Nam et de spiritu sancto de quo dictum est sed non semetipsum exinanivit formam servi accipiens, ait hic dominus Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Post hec verba nisi continuo dixisset sequitur Omnia quecumque habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet et annunciabit vobis, crederetur fortasse ita natus de Christo spiritus sanctus quemadmodum ille de patre. De se quippe dixerat mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. De spiritu autem sancto non enim loquetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur et quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Sed quia causam reddidit cur dixerit de meo accipiet ait enim omnia quecumque habet pater mea sunt, propterea dixi quia de meo accipiet, restat ut intelligatur etiam spiritus sanctus de patre habere sicut et filius. Quomodo nisi secundum id quod supra diximus Cum autem venerit ille paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Procedendo itaque a patre dicitur non loqui a semetipso et sicut non ex eo fit ut minor sit filius quod dixit non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Non enim hoc ex forma servi dixit sed ex forma dei sicut iam ostendimus hec autem verba non indicant quod minor sit sed quod de patre sit ita non hinc efficitur ut minor sit spiritus sanctus quia dictum est de illo non enim loquetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur. Secundum hoc enim dictum est quod de patre procedit. Cum vero et filius a patre sit et spiritus sanctus a patre procedat cur non ambo filii dicantur nec ambo geniti sed ille unus filius unigenitus hic autem spiritus sanctus nec filius nec genitus quia si genitus utique filius alio loco si deus donaverit et quantum donaverit disseremus. De clarificatione qua et pater filium clarificet et filius patrem

Verumtamen hic evigilent si possunt qui hoc etiam sibi suffragari putaverunt quod ad demonstrandum patrem filio maiorem quod dixit filius Pater clarifica me. Ecce et spiritus sanctus clarificat eum numquid et ipse maior est illo. Porro autem si propterea spiritus sanctus glorificat filium quia de filio accipiet quia omnia quecumque habet pater ipsius sunt manifestum est quia cum spiritus sanctus glorificat filium pater glorificat filium. Unde cognoscitur quod omnia que habet pater non tantum filii sed etiam et spiritus sancti sunt quia potens est spiritus sanctus glorificare filium quem glorificat pater. Quod si ille qui glorificat eo quem glorificat maior est, sinant ut equales sint qui se invicem glorificant. Scriptum est autem quod et filius glorificet patrem Ego te inquit glorificavi super terram. Sane caveat ne putetur spiritus sanctus maior

ambobus quia glorificat filium que glorificat patrem spiritum, aut neutrum a patre neutrum a filio scriptum
est glorificari. **Quomodo intelligenda sit missio sive filii sive spiritus sancti**

Sed his ita consideratis ad illud sequitur ut queratur maior est qui mittit quam qui
mittitur. Unde maior est pater filio quia filius a patre se missum assidue comme-
morat. Maior est et spiritu sancto quia de illo dixit ihesus Quem mittet pater in nomine
meo. Et ipse spiritus sanctus utique minor est quia et pater eum mittit sicut commemoravimus
et filius eum dicit Si autem abiero mittam illum ad vos. Quam in questione primum quero
unde et quo missus sit filius. Ego inquit a patre exivi et veni in hunc mundum. Ergo
a patre exire et venire in hunc mundum hoc est mitti. Quid ergo [est quod] de illo idem
evangelista dicit In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit.
Deinde coniungit In sua propria venit. Illuc utique missus est quo venit. At si
in hunc missus est quia exivit a patre et venit in hunc mundum et in hoc mundo erat illuc
ergo missus est ubi erat. Nam et illud quod scriptum est in propheta dicente [deo] Celum
et terram ego impleo, si de filio dictum est (nonnulli enim volunt intelligi vel
prophetas vel in prophetis ipsum locutum) quo missus est nisi illuc ubi erat? Ubique
enim erat qui ait Celum et terram ego impleo. Si autem de patre dictum est, ubi esse
potuit sine verbo suo et sine sapientia sua que attingit a fine fortiter et disponit
omnia suaviter. Sed neque sine spiritu suo usque esse potuit. Itaque si ubique [est deus ubique est]
spiritus eius. Illuc ergo et spiritus sanctus missus est ubi erat. Nam et ille qui non in-
venit locum quo iret et dicit Si ascendero in celum tu illic es; si descendero in infernum
ades, ubique volens intelligi presentem deum quem nunc vocavit (?) spiritum eius. Nam sic
ait Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam? Quocirca si filius et spiritus
sanctus mittitur ubi erat, querendum est quomodo intelligatur ista missio sive filii sive
spiritus sancti; pater enim solus nusquam legitur missus. Et de filio quidem scripsit apostolus Cum
autem venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum (?) ex muliere factum
sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret. Misit filium suum factum ex
muliere. Quo nomine quis catholicus nesciat non eum privationem [virginitatis sed] differen-
tiam sexus hebreo loquendi more significare voluisse. Cum itaque ait Misit deus filium
suum factum ex muliere satis ostendit eo ipso missum filium quo factus est ex muliere.
Quod ergo de deo natus est in hoc mundo erat; quod autem de maria natus est in hoc
mundo erat; quod autem de maria natus est in hunc mundum missus advenit. Proinde
mitti a patre sine spiritu sancto non potuit, non solum quia intelligitur cum eum pater
misit id est fecit ex femina non utique sine spiritu sancto fecisse, verum etiam quod manife-
stissime atque apertissime in evangelio dicitur virgini marie querenti ab angelo Quomodo
fiet istud? Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Et matheus dicit Inventa est in utero habens de spiritu sancto. Quamquam et apud
ysaiam [prophetam] ipse christus intelligitur de adventu suo futuro dicere Et nunc dominus
misit me et spiritus eius. Fortasse aliquis cogit ut dicamus etiam a se ipso missum
esse filium quia ille marie conceptus et partus operatio trinitatis est qua creante
omnia creantur. Et quomodo iam inquit pater eum misit si ipse se misit? Cui primum
respondeo querens ut dicat si potest quomodo pater eum sanctificavit si se ipsum sanctificavit. Utrumque
enim ipse dominus ait Quem pater inquit sanctificavit vos dicitis quia blasphemat quia dixi
filius dei sum. Alio autem loco ait Et pro eis sanctifico me ipsum. Item quero quomodo
eum pater tradidit si ipse se tradidit. Utrumque enim dicit apostolus paulus Qui filio
suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum. Alibi autem de ipso sal-
vatore ait Qui me dilexit et tradidit se ipsum pro me. Credo respondebit si hec probe
sapit quia una voluntas est patris et filii et inseparabilis operatio. Sic ergo intelli-
gat illam incarnationem et ex virgine nativitatem in qua filius intelligitur
missus una eademque operatione patris et filii inseparabiliter esse factam non utique

non utique inde separato spiritu sancto de quo apte dicitur Inventa est in utero habens de spiritu sancto
de quo apte dicitur Quamquam etiam si ita queramus fortassis enodatius quod divinum appareat. Quod
misit deus filium suum, misit ut veniret, atque ille iubenti obtemperans venit. Utrum rogaverit
an tantummodo admonuerit. Sed quodlibet horum sit verbo utique factum est. Dei autem verbum ipse est filius.
Quapropter cum ergo pater verbo misit, a patre et verbo eius factum est ut mitteretur. Quapropter
a patre et filio missus est idem filius quia verbum patris est ipse filius. Quis enim se
tam sacrilega induat opinione ut putet temporale verbum a patre factum esse ut eternus filius
mitteretur et in carne appareret ex tempore. Sed utique in ipso verbo dei quod erat in principio apud
deum et deus erat, in ipsa scilicet sapientia dei sine tempore erat quo tempore illam in carne apparere
oporteret. Itaque cum sine ullo initio temporis in principio esset verbum et verbum esset apud
deum et deus esset verbum, sine ullo tempore in ipso verbo erat quo tempore verbum caro fieret
et habitaret in nobis. Que plenitudo temporis cum venisset misit deus filium suum
factum ex muliere id est factum in tempore ut incarnatum verbum hominibus appareret quod in ipso
verbo sine tempore erat in quo tempore fieret. Ordo quippe temporum in eterna dei sapientia sine tempore
est. Cum itaque hoc a patre et filio factum esset ut in carne filius appareret congruenter
dictus est missus ille qui in ea carne apparuit, misisse autem ille qui in ea non
apparuit. Quoniam illa que coram corporeis oculis foris geruntur ab interiore apparatu nature
spiritalis existunt, propterea convenienter missa dicuntur. Porro illa forma suscepti hominis
filii persona est non etiam patris. Quapropter pater invisibilis una cum filio secum invisibili
eundem filium visibilem faciendo misisse eum dictus est. Qui si eo modo visibilis fieret ut cum patre
invisibilis esse desisteret id est si substantia verbi invisibilis in creaturam visibilem mutata et
transiens verteretur, ita missus a patre intelligeretur filius ut tantum missus non etiam
cum patre mittens inveniretur. Cum vero sic accepta est forma servi ut maneret in-
commutabilis forma dei, manifestum est quod a patre et filio non apparentibus factum sit quod
appareret in filio id est ut ab invisibili patre cum invisibili filio idem ipse filius in-
visibilis mitteretur. Cur ergo ait Et a me ipso non veni. Iam hoc secundum formam
servi dictum est secundum quam dictum est Ego non iudico quemquam. Si ergo missus dicitur in quantum
apparuit foris in creatura corporali qui intus in natura spiritali oculis mortalium
semper occultus est, iam in promptu est intelligere etiam de spiritu sancto cur missus
et ipse dicatur. Facta est enim quedam creature species ex tempore in qua visibiliter ostenderetur
spiritus sanctus sive cum in ipsum dominum corporali specie velud columba descendit sive cum
decem diebus peractis post eius ascensionem die penthecosten factus est subito
de celo sonus quasi ferretur flatus vehemens et vise sunt illis lingue divise sicut
ignis qui et insedit super unumquemque eorum. Hec operatio visibiliter expressa et oculis ob-
lata mortalibus missio spiritus sancti dicta est non ut appareret ipsa eius substantia
qua et ipse invisibilis et incommutabilis est sicut pater et filius, sed ut exterioribus visis
hominum corda commota a temporali manifestatione venientis ad occultam eternitatem semper
presentis converterentur. Quid sit quod nusquam legitur pater maior spiritu sancto cum filius dicitur patre minor. vi.

Deo autem nusquam scriptum est quod deus pater maior sit spiritu sancto vel spiritus sanctus minor
patre quia non sic est assumpta creatura in qua appareret spiritus sanctus sicut assumptus est
filius hominis in qua forma ipsius verbi dei persona presentaretur non ut haberet verbum
sicut alii sancti sapientes sed pre participibus suis. Non utique quod amplius habebat
verbum ut esset ~~quam ceteri~~ quam ceteri excellentiore sapientia, sed quod
ipsum verbum erat. Aliud est enim verbum in carne aliud verbum caro id est aliud
verbum in homine aliud verbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo quod ait Verbum caro factum est et sicut
illud Et videbit omnis caro salutare dei. Non enim sine anima vel sine mente
sed ita omnis caro ac si diceretur omnis homo. Non ergo sic est assumpta creatura in qua
appareret spiritus sanctus sicut assumpta est illa caro et humana illa forma ex virgine Maria.
Neque enim columbam beatificavit spiritus vel illum flatum vel illum ignem sibique
et persone sue in unitatem habitumque coniunxit in eternum. Aut vero mutabilis

quidquid mutabile est natura spiritus sancti ut non haec ex creatura sicut sed ipse in illud atque in illud mutabiliter
verteretur sicut aqua in glaciem. Sed apparuerunt istae sicut opportune apparere debuerunt creatura
serviente creatori et ad nutum eius incommutabiliter in se ipso permanentis ad eum significandum
et demonstrandum sicut significari et demonstrari mortalibus oportebat mutata atque conversa. Proinde
quamvis illa columba spiritus dicta sit et de illo igne cum diceretur visae sunt illis in-
quit linguae divisae velut ignis qui insedit super unumquemque eorum et coeperunt lin-
guis variis loqui quemadmodum spiritus dabat illis pronuntiare, ut ostenderet per illum ignem
sicut dicimus filium et deum et hominem, nec sicut dicimus filium agnum dei non solum Iohanne
baptista dicente ecce agnus dei sed etiam Iohanne evangelista vidente agnum occisum in
apocalypsi. Illa quippe visio prophetica non est exhibita oculis corporeis sed in spiritualibus
ymaginibus corporum. Columbam vero illam et ignem oculis viderunt quicumque viderunt.
Quamquam de igne disceptari potest utrum oculis an spiritu visus sit propter verba sic posita.
Non enim ait viderunt linguas divisas velud ignem sed visae sunt illis. Non autem
sub eadem significatione solemus dicere visum est mihi qua dicimus vidi. Et in illis quidem spiritu-
alibus visis ymaginum corporalium solet dici et visum est mihi et vidi. In istis vero
quae per expressam corporalem speciem oculis demonstrantur non solet dici visum est mihi
sed vidi. De illo ergo igne potest esse quaestio quomodo visus sit utrum intus in spiritu tamquam foris
an vere foris tamquam oculis carnis. De illa vero columba quae dicta est corporali
specie descendisse nullus umquam dubitavit quod oculis visa sit. Nec sicut dicimus filium
petram (scriptum est enim petra autem erat Christus) ita possumus dicere spiritum columbam vel ignem. Illa
enim petra iam erat in creatura et per actionis modum nuncupata est nomine Christi
quem significabat. Sicut lapis ille quem Iacob positum ad caput etiam unctum ad significandum
dominum assumpsit, sicut Ysaac erat cum ad se ymolandum ligna portabat. Accessit
istis actio quaedam significativa iam existentibus. Non autem sicut illa columba et ignis
ad haec tantum significanda repente extiterunt. Magis ista similia mihi videntur
flammae illi quae in rubo apparuit Moysi et illi columpnae quam populus in heremo
sequebatur et fulgoribus ac tonitruis quae fiebant cum lex daretur in monte. Ad-
hoc enim rerum illarum corporalis extitit species ut aliquid significaret atque praeteriret. Propter
has ergo corporales formas quae ad eum significandum et sicut humanis sensibus oportebat
demonstrandum temporaliter extiterunt missus dicitur et spiritus sanctus, non tamen minor
patre dictus est sicut filius propter formam servi, quia illa forma servi adhaesit ad uni-
tatem personae, illae vero species corporales ad demonstrandum quod opus fuit ad tempus
apparuerunt et esse postea destiterunt. Operatio communis trinitatis ... apparitionibus
Capitulum vii

Cur ergo non et pater dicitur missus per illas species
corporales ignem rubi et columpnam nubis vel ignis et fulgura in monte
et si qua talia tunc apparuerunt cum eum coram locutum patribus testis scriptura
est, si per illas creaturae modos et formas corporaliter expressas et humanis aspe-
ctibus praesentatas ipse demonstrabatur? Si autem filius per eas demonstrabatur, cur tanto
post dicitur missus cum ex femina factus est sicut dicit apostolus: At ubi venit
plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere, quandoquidem et antea mit-
tebatur cum per illas creaturae mutabiles formas patribus apparebat? Aut si non
recte posset dici missus nisi cum verbum caro factum est, cur missus dicatur
spiritus sanctus, cuius nulla talis incarnatio facta est? Si vero per illa visibilia
quae in lege et prophetis commendantur nec pater nec filius sed spiritus sanctus ostende-
batur, cur etiam iste nunc dicitur missus cum illis modis et antea mitteretur? In hac
perplexitate primum domino adiuvante quaerendum est utrum pater an filius an spiritus sanctus
an aliquando pater aliquando filius aliquando spiritus sanctus an sine ulla distinctione personarum sicut dicitur deus
unus et solus id est ipsa trinitas per illas creaturae formas patribus apparuerit. Deinde
quodlibet horum inventum visumve fuerit utrum ad hoc opus tunc creatura formata sit

in qua deus tunc se apertius iudicauit humanis ostendi aspectibus. An an-
geli qui iam tunc ita mittebantur ut ex persona dei loquerentur assumentes corporalem spe-
ciem de creatura corporea in usum ministerii sui sicut cuique opus esset. Aut ipsum corpus suum
cui non subduntur sed subditum regunt in species quas vellent accommodatas atque aptas
actionibus suis mutantes atque uertentes secundum attributam sibi a creatore potentiam. Postremo
uidebimus id quod querere instituimus utrum filius an spiritus sanctus et antea mittebatur
et si mittebantur quid inter illam missionem et eam quam in euangelio legimus distet
cum missus non sit aliquo modo pater cum ei uel filius suus esset ex maria uirgine uel cum spiritus
sanctus uisibili specie siue in columba siue in igneis linguis apparuit

Omittamus igitur *De hiis qui naturam verbi dei visibilem putauerunt capitulum VIII*
eos qui nimis carnaliter naturam verbi dei atque sapientiam que in se ipsa manens in-
nouat omnia quem unicum filium dei dicimus non solum mutabilem verum etiam visibilem
esse putauerunt. Hii enim multo crassius cor in diuinis rebus inquirendis audacius
quam religiosius attulerunt. Anima quippe cum sit substantia spiritualis cumque etiam ipsa facta
sit nec per aliud fieri potuerit nisi per quem facta sunt omnia et sine quo factum
est nichil quamuis sit mutabilis ~~tamen quod et anima est~~ tamen non est visibilis quod illi
de verbo ipso atque ipsa dei sapientia per quam facta sunt omnia crediderunt cum sit illa non
invisibilis tantum quod et anima est sed etiam incommutabilis quod anima non est. Eadem quippe
incommutabilitas eius commemorata est ut diceretur in se ipsa manens innouat omnia.
Et isti quidem ruinam erroris sui diuinarum scripturarum testimoniis quasi fulcire conantes
adhibent pauli apostoli sententiam et quod dictum est de uno solo deo in quo ipsa trinitas
intelligitur tantum de patre non et de filio et de spiritu sancto dictum accipiunt Regi autem seculorum
inmortali inuisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum. Et illud alterum Beatus et solus
potens rex regum et dominus dominantium qui solus habet inmortalitatem et lucem habi-
tat inaccessibilem quem nemo hominum uidit nec videre potest.

De hiis qui filium dei volunt etiam ante carnis assumptionem fuisse mortalem capitulum IX

Hec quemadmodum
intelligenda sint iam satis nos disseruisse arbitror. Verum isti qui ista
non de filio nec de spiritu sancto sed tantum de patre accipi volunt dicunt visibilem filium
non per carnem assumptam de virgine maria sed etiam antea per se ipsum ~~ut consequenter~~
~~[illegible] de patre~~ Nam ipse inquiunt apparuit oculis patrum. Quibus si dixeris quemadmodum ergo
visibilis per se ipsum filius ita et mortalis per se ipsum ut constet vobis quod tantum de patre vo-
letis intelligi quod dictum est Qui solus habet inmortalitatem. Nam si propter carnem
susceptam mortalis est filius propter hanc sinite ut sit et visibilis. Respondent nec
propter hanc se mortalem filium dicere sed sicut antea visibilem ita et antea mortalem.
Nam si propter carnem filium dicunt esse mortalem non iam pater sine filio solus habet inmortalitatem
quia et verbum eius per quod omnia facta sunt habet inmortalitatem. Neque enim quia carnem
assumpsit mortalem ideo amisit inmortalitatem suam quandoquidem nec anime humane
hoc accidere potuit ut cum corpore moreretur dicente ipso domino Nolite timere eos qui corpus
occidunt animam autem non possunt occidere. Aut vero etiam spiritus sanctus carnem assumpsit de quo
utique sine dubio turbabuntur si propter carnem filius mortalis est quomodo accipiant preter patrem
sine filio et spiritu sancto habere inmortalitatem quandoquidem spiritus sanctus non assumpsit car-
nem. Quod si non habet inmortalitatem non ergo propter carnem filius mortalis est. Si autem
habet spiritus sanctus inmortalitatem non de patre tantum dictum est quia solus habet inmortalitatem.
Quocirca ita se arbitrantur etiam ante incarnationem per se ipsum mortalem filium posse
conuincere quia ipsa mutabilitas non inconuenienter mortalitas dicitur secundum quam et anima mori
dicitur non quia in corpus uel in aliquam alteram substantiam mutatur et vertitur
sed in ipsa sua substantia quicquid alio modo nunc est aut fuit secundum id quod destitit esse quod
erat mortalis deprehenditur. Quia ergo inquiunt antequam natus esset filius dei de vir-
gine maria ipse apparuit patribus nostris non in una eademque specie sed multiformis

aliud atque aliud et visibilis ex praescripto quod nondum carne assumpta substantia eius corporea mortalibus oculis fuit, et mortalis incipiendo mutabilis facta et spiritus sanctus qui alias columba alias igneus apparuit unde non trinitati communiter sed singulariter et ipse proprie convenit quod dictum est regi saeculorum immortali invisibili soli deo et qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem quem nemo hominum vidit nec videre potest. Omissis ergo istis qui nec animae substantiam invisibilem nosse potuerunt unde longe aberat remotum erat ut nossent unius et solius dei et patris et filii et spiritus sancti non solum invisibilem verum etiam incommutabilem permanere substantiam ac per hoc in vera et sincera immortalitate consistere nos qui numquam apparuisse corporeis oculis deum dicimus nec patrem nec filium nec spiritum sanctum nisi per subiectam suae potestati creaturam corpoream in pace catholica pacifico studio requiramus parati corrigi si fraterne ac recte reprehendimur parati etiam si ab inimico vera tamen dicente mordemur utrum indiscrete deus apparuerit patribus nostris antequam christus veniret in carne, an aliqua ex trinitate persona an singillatim quasi per vices.

An indiscrete deus trinitas patribus apparuit an aliqua ex trinitate persona. Capitulum X

Ac primum in eo quod in genesi scriptum est locutum deum cum homine quem de limo finxerat si excepta figurata significatione ut rei gestae fides etiam ad litteram teneatur ista lectione in specie hominis videtur deus tunc cum homine locutus. Non quidem expresse hoc in libro positum est sed consequentia lectionis hoc resonat, maxime in eo quod scriptum est vocem dei audisse adam deambulantis in paradiso ad vesperam et dicentis adam ubi es et respondentis audivi vocem tuam et abscondi me a facie tua quoniam nudus sum. Quomodo enim possit ad litteram intelligi talis dei ambulatio et collocutio nisi in specie humana non video. Neque enim dici potest vocem solam factam ubi deambulasse dictus est deus aut eum qui deambulabat in loco non fuisse visibilem cum et adam dicat quod se absconderit a facie dei. Quis ergo erat ille utrum pater an filius an spiritus sanctus an omnino deus indiscrete ipsa trinitas in forma hominis homini loquebatur. Contextio quidem ipsa scripturae nusquam transire sentitur a persona ad personam sed ille videtur loqui ad primum hominem qui dicebat fiat lux et fiat firmamentum et cetera per illos singulos dies quem deum patrem solemus dicere accipere dicentem ut fiat quicquid dicere facere voluit. Omnia enim per verbum suum fecit quod verbum eius unicum filium eius secundum rectam fidei regulam novimus. Si ergo deus pater locutus est ad primum hominem et ipse deambulabat in paradiso ad vesperam ab eius facie se in medio ligni paradisi peccator abscondebat cur non iam ipse intelligatur apparuisse abrahae et moysi et quibus voluit et quemadmodum voluit per subiectam sibi mutabilem atque visibilem creaturam cum ipse in se ipso atque in substantia sua qua est incommutabilis atque invisibilis maneat. Sed fieri potuit ut a persona ad personam occulte scriptura transiret et cum patrem dixisse narrasset fiat lux et cetera quae per verbum fecisse commemorat iam filium indicaret loqui ad primum hominem non aperte hoc explicans sed eis qui possent intelligendum intimans. Habeat ergo vires quibus hoc secretum possit ut mentis acie penetrare ut ei liquido appareat vel posse etiam patrem vel non posse etiam filium et spiritum sanctum per creaturam visibilem humanis oculis apparere pergat in hac sententia si potest etiam verbis enuntianda atque tractanda. Res tamen quantum ad hoc attinet scripturae testimonium ubi deus cum homine locutus est quantum existimo occulta est quia etiam utrum solet adam corporalibus oculis deum videre non evidenter apparet cum praesertim magna sit quaestio cuiusmodi oculi eius aperti fuerint quando vetitum cibum gustaverunt, hi enim antequam gustassent clausi erant. Illud tamen non temere dixerim si paradisum corporalem quendam locum illa scriptura insinuat deambulasse ibi deum nisi in aliqua corporea forma nullo modo potuisse. Nam et solas voces factas quas audiret

homo nec aliquam formam videtur dici propter hoc quod scriptum est abscondit se Adam a
facie dei cominus sequitur ut solet faciem eius audire unde enim si non quid
inde ipse poterat sed videri ipse metuebat ab eo cuius vocem audierat deambulantis
in paradiso sensisset Nam et Cain dixit deo a facie tua abscondam me. Nec ideo fateri
cogimur eum solere cum facie dei corporis oculis in qualibet forma visibili quemquam de
facinore suo vocem interrogantis sentireque loquentis audiret. Quomodo autem loquela-
tur deus exterioribus hominum auribus insonaret maxime cum primo homines loquens
et invenire difficile est, et non hoc isto sermone suscepimus verumtamen si sole voces et
sonitus fiebant quibus quedam sensibilis presentia dei primis illis hominibus preberetur
tur ibi personam dei patris non intelligam nescio cum quidem persona eius ostenditur et in
ea voce cum Ihesus in monte coram tribus discipulis refulgens apparuit et in illa ubi super
baptizatum columba descendit et illa ubi ad patrem de sua clarificatione clamavit et re-
sponsum est et clarificavi et iterum clarificabo. Non quia fieri potuit vox sine opere filii
et spiritus sancti trinitas quippe inseparabiliter operatur, sed quia ea vox facta est qua solius persone
patris ostenditur. Sicut humanam illam formam ex virgine Maria trinitas operata est, sed solius
filii persona est visibilem namque filii personam solius invisibilis trinitas operata est
Nec nos aliquid prohibet illas voces factas ad Adam non solum a trinitate factas
intelligere sed etiam personam demonstrantes eiusdem trinitatis accipere. Ubi enim est hic
est filius meus dilectus. Neque enim Ihesus etiam spiritus sancti filius aut etiam suus filius
credi aut intelligi potest. Et ubi sonuit et clarificavi et iterum clarificabo non nisi
patris personam fatemur. Responsio quippe est ad illam domini vocem qua dixerat pater clarifica
filium tuum quod non poterat dicere nisi deo patri tantum et spiritui sancto cuius non est filius. Hic
autem ubi scriptum est Et dixit dominus deus ad Adam cur non ipsa trinitas intelligatur
nichil dici potest. Similiter etiam quod scriptum est et dixit deus ad Abraham. Exi
de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui non est apertum utrum sola
vox facta sit ad aures Abrahe an et oculis eius aliquid apparuit paulo post
autem aliquanto apertius apertum et visus est dominus Abrahe et dixit illi Semini tuo
dabo terram hanc. Sed neque ibi expressum est in qua specie visus est sit ei dominus
aut utrum pater an filius an spiritus sanctus ei visus sit nisi forte ideo putant filium vi-
sum esse Abrahe quia non scriptum est visus est ei deus sed visus est ei dominus. Tamquam
enim quippe videtur filius dominus vocari dicente apostolo Nam et si sunt qui dicun-
tur dii sive in celo sive in terra sicuti sunt dii multi et domini multi nobis
tamen unus deus pater ex quo omnia et nos in ipso et unus dominus Ihesus Christus per quem
omnia et nos per ipsum. Sed cum et deus pater inveniatur multis locis dominus dictus
sicuti est illud dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te, et illud
Dixit dominus domino meo sede a dextris meis cum etiam spiritus sanctus dominus dictus inveniatur
ubi apostolus ait dominus autem spiritus est. Et ne quisquam arbitretur filium significatum et ideo
dictum spiritum propter incorpoream substantiam secutus contexuit ubi autem spiritus domini ibi
libertas. Spiritum autem domini spiritum sanctum esse nemo dubitaverit. Neque hic ergo evidenter
apparet utrum aliqua ex trinitate persona an deus ipse trinitas de quo uno deo
est dominum deum tuum adorabis et illi soli servies visus fuerit Abrahe.
Sub ilice Mambre tres viros vidit quos et invitatos hospitioque susceptos et epu-
lantibus ministravit. Sic tamen scriptura illa rem gestam narrare cepit ut non dicat
visi sunt ei tres viri sed visus est ei dominus atque inde consequenter exponens quomodo vi-
sus sit ei dominus, attexuit narrationem de tribus viris quos Abraham per pluralem
numerum invitat ut hospitio suscipiat et postea singulariter sicut unum alloquitur et sicut
unus ei de Sara filium pollicetur quem dominum dicit scriptura sicut in eiusdem
narrationis exordio visus est inquit dominus Abrahe. Invitat ergo et pedes lavat

et deducat abeuntes tamquam homines loquitur autem tamquam cum uno domino sive ad eum pertinet filius sive ad eum sodome imminens interitus meditetur.

De tribus viris abrahe visis

Non parua neque transitoria consideratione positum hoc ipse scripture locus. Si enim vir unus visus fuisset, iam illi qui dicunt et filium christum et de virgine nascentem per suam substantiam visibilem fuisse, quid aliud quam ipsum esse clamarent qui de patre inquit dictum est invisibili soli deo. Et tamen possem adhuc querere quomodo ante susceptam carnem habitu est inventus ut homo, quando quidem pedes ei loti sunt et humanis epulis epulatus est. Quomodo istud fieri potuit cum adhuc in forma dei esset et non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Numquid enim iam semetipsum exinaniverat formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo, cum quando hoc fecerit per partum virginis novimus? Quomodo ergo antequam hoc fecisset ut vir unus apparuit abrahe, idemque dei filius crederetur. Cum vero tres visi sunt nec quisquam in eis vel forma vel etate vel potestate maior ceteris visus est, cur non hic accipiamus visibiliter insinuatam per creaturam visibilem trinitatis equalitatem atque in tribus personis unam eandemque substantiam? Nam ne quisquam putaret sicut intimatum unum in tribus fuisse maiorem et eum dominum dei filium intelligendum, duos autem illos angelos, quod venisse ad loth in quibus et illud scriptum qui de sodomorum incendio meruit liberari, unum dominum loquitur.

De duobus angelis qui humana forma apparuerunt loth

Sic enim sequitur scriptura et in quibus dominus singulariter appellatur Capitulum xij dicens: Abiit autem dominus postquam cessavit loquens ad abraham et abraham reversus est ad locum suum. Venerunt autem duo angeli sodomam vespere. Hic attentius considerandum est quod dicere institui. Cum tribus certe loquebatur abraham et eum dominum singulariter appellavit. Forte ait, unum ex tribus agnoscebat dominum, alios autem duos angelos eius. Quid ergo sibi vult quod consequenter dicit scriptura: Abiit autem dominus postquam cessavit loquens ad abraham et abraham reversus est ad locum suum. Venerunt autem duo angeli sodomis vespere. An forte ille unus abscesserat qui dominus cognoscebatur in tribus et duos angelos qui cum illo erant ad consumendam sodomam miserat? Ergo videamus que sequuntur. Venerunt inquit duo angeli sodomis vespere. Loth autem sedebat ad portam sodomorum et cum vidisset eos loth surrexit in obviam illis et adoravit in faciem super terram et dixit: Ecce domini divertite in domum pueri vestri. Hic manifestum est et duos angelos fuisse et in hospitium invitatos pluraliter et honorifice appellatos dominos cum fortasse homines putarentur. Sed rursus movet quod nisi angeli dei cognoscerentur non adoraret loth in faciem super terram. Cur ergo tamquam tali humanitate ambo domini pluraliter indigentibus et hospitium prebetur et victus? Sed quodlibet hic lateat, illud nunc quod suscepimus exequamur. Duo apparent angeli, ambo dominus pluraliter invitantur, tamquam cum duobus pluraliter loquitur donec educantur a sodomis. Deinde sequitur scriptura et dicit: Et factum est postquam eduxerunt eos foras et dixerunt: Salvans salva animam tuam, ne respexeris retro neque steteris in universa regione, in montem vade et ibi salvaberis ne forte comprehendaris. Dixit autem loth ad eos: Rogo domine quia invenit puer tuus ne forte comprehendat. Quid est hic dicit: Dixit ad eos rogo domine. Si iam ille discesserat qui dominus erat et angelos miserat, cur dicitur rogo domine et non rogo domini? Aut si unum voluit ex eis appellare, cur ait scriptura: Dixit autem loth ad eos: Rogo domine quoniam invenit puer tuus ante te misericordiam? An et hic intelligimus in plurali numero personas duas, cum autem iste duo tamquam unus compellantur, unius substantie unum dominum deum? Sed quas duas hic intelligimus personas? Patris et filii, an patris et spiritus sancti, an filii et spiritus sancti? Hoc forte congruentius quod ultimum dixi. Missos enim se dixerunt, quod de filio et spiritu sancto dicimus. Nam patrem missum nusquam scriptum nobis occurrit.

De visione Moysi qua deum vidit in ... igne in rubo Capitulum xiij

Moyses autem cum ad populum Israel ex egypto educendum missus est sic ei dominum apparuisse scriptum est: Pascebat

[illegible] oves Iethro soceri sui sacerdotis Madian et egit oves in desertum et venit in montem Dei Oreb. Apparuit autem illi angelus Domini in flamma ignis de rubo et vidit quia in rubo ardebat ignis, rubus vero non comburebatur. Ait Moyses: Ibo et videbo visum istud quod tam magnum video quia non comburebatur rubus. Cum ergo vidit Dominus quia venit videre, clamavit ad eum Dominus de rubo dicens: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob. Et hic primo angelus Domini dictus est, deinde Deus. Numquid ergo angelus est Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob? Potest ergo recte intelligi ipse Salvator, de quo dicit Apostolus: Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Qui ergo est super omnia Deus benedictus in secula, non absurde etiam hic ipse intelligitur Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob. Sed cur prius angelus Domini dictus est cum de rubo in flamma ignis apparuit? Utrum quia unus ex multis angelis erat, sed dispensatione personam Domini sui gerebat, an assumptum erat aliquid creature quod ad presens negotium visibiliter appareret et unde voces sensibiliter ederentur, quibus presentia Domini per subiectam creaturam corporeis etiam sensibus hominis sicut oportebat exhiberetur? Si enim unus ex angelis erat, quis facile affirmare possit utrum ei Filii persona nuntianda imposita fuerit, an Spiritus sancti, an Dei Patris, an ipsius omnino Trinitatis, qui est unus et solus Deus, ut diceret: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob? Neque enim possumus dicere Deum Abraham et Deum Isaac et Deum Iacob Filium Dei esse et Patrem non esse. Aut Spiritum sanctum aut ipsam Trinitatem, quam credimus et intelligimus unum Deum, audebit aliquis negare Deum Abraham et Deum Isaac et Deum Iacob? Ille enim non est illorum patrum Deus qui non est Deus. Porro si non solum Pater est Deus, sicut etiam omnes heretici concedunt, sed etiam Filius, quod velint nolint coguntur fateri, dicente Apostolo: Qui est super omnia Deus benedictus in secula; et Spiritus sanctus, dicente Apostolo: Glorificate ergo Deum in corpore vestro, cum supra dixisset: Nescitis quia corpora vestra templum in vobis Spiritus sancti est, quem habetis a Deo? Et hii tres unus Deus sunt, sicut catholica sanitas credit. Non satis lucet quam in Trinitate personam et utrum aliquam an ipsius Trinitatis gerebat ille angelus, si unus ex ceteris angelis erat. Si autem in usum rei presentis assumpta creatura est que et humanis oculis appareret et auribus insonaret et appellaretur et angelus Domini et Dominus et Deus, non potest hic Deus Pater intelligi, sed aut Filius aut Spiritus sanctus. Quamquam Spiritum sanctum alicubi angelum dictum non recolam, sed ex opere possit intelligi; dictum est enim de illo: Que ventura sunt annuntiabit vobis; et angelus utique grece latine nuntius interpretatur. De Domino autem Ihesu Christo evidentissime legimus apud prophetam quod magni consilii angelus dictus sit, et Spiritus sanctus et Dei Filius sit Deus et Dominus angelorum.

De apparicione Dei in exitu Israel ex Egypto

Item in exitu de Egypto filiorum Israel scriptum est: Deus autem precedebat illos die quidem in columna nubis et ostendebat illis viam, nocte autem in columpna ignis, et non deficiebat columpna nubis die et columpna ignis nocte ante populum. Quis et hic dubitet per subiectam creaturam eandemque corpoream, non per suam substantiam, Deum oculis apparuisse mortalium? Sed utrum Patrem an Filium an Spiritum sanctum an ipsam Trinitatem unum Deum, similiter non apparet. Nec ibi hoc distinguitur, quantum existimo, ubi scriptum est: Et maiestas Domini apparuit in nube et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Exaudivi murmur filiorum Israel etc.

De hiis que divinitus gesta sunt coram Moyse in monte Syna. Capitulum xv.

Iam vero de nubibus et vocibus et fulguribus et tuba et fumo in monte Syna, cum diceretur: Syna autem mons fumabat totus propterea quod descendisset Deus in eum in igne, et ascendebat fumus tamquam fumus fornacis, et mente confusus est omnis populus vehementer. Fiebant autem voces tube procedentes fortes valde. Moyses loquebatur et Deus respondebat ei voce. Et paulo post data lege in decem preceptis sequitur: Et omnis populus videbat voces et lampades et vocem tube et montem fumantem. Et paulo post: Et stabat omnis populus longe, Moyses autem intravit in nebulam ubi erat Deus. Et dixit Dominus ad Moysen etc. Quid de hoc dicam nisi quia nemo tam demens est qui credat fumum, ignem, nubes et nebulam et si qua huiusmodi Verbi et sapientie

dei quod est cristus vel spiritus sanctus esse substantiam. Nam de patre deo, ut Arriani unque
ausi sunt hec dicere, ergo creatura serviente creatori facta sunt illa omnia et humanis
sensibus per dispensationem congrua prestata. Nisi forte quia dictum est Moyses intravit in ne
bulam ubi erat deus, hic arbitratur carnalis cogitatio a populo quidem nebulam visam
in nebula vero Moysen oculis carneis vidisse filium dei, quem delirantes heretici in
sua substantia visum volunt. Quasi vero viderit eum Moyses carneis oculis, si oculis carneis vi
deri potest non modo sapientia dei quod est Christus sed vel ipsa cuiuslibet hominis et qualiscunque sapientis
sapientia. Aut quia scriptum est de senioribus israel quia viderunt locum ubi steterat deus israel
et quia sub pedibus eius tanquam opus lapidis zaphiri et tanquam aspectus firmamenti
celi, propterea credendum est verbum et sapientiam dei per suam substantiam in spacio loci terreni stetis
se, que pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, et ita mutabile
esse verbum dei per quod facta sunt omnia, ut modo se contrahat modo distentat. Mundet deus a
talibus cogitationibus corda fidelium suorum. Sed per subiectam ut sepe diximus creaturam
exhibentur hec omnia visibilia et sensibilia ad significandum invisibilem deum, non solum
patrem sed et filium et spiritum sanctum ex quo omnia per quem omnia in quo omnia. Etenim invisibilia
dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius
ac divinitas. Sed quod attinet ad id quod suscepimus, nec in monte Syna video quemadmodum
appareat per illa omnia que mortalium sensibus terribiliter ostendebantur utrum deus trinitas
an pater an filius an spiritus sanctus proprie loquebatur. Verumtamen si quid hinc sine affir
mandi temeritate modeste atque cunctanter conicere licet, si una ex trinitate per
sona potest intelligi cur non spiritum sanctum potius intelligimus qui et tabulis lapideis lex
ipsaque data est ubi digito dei scripta dicitur. Quo nomine spiritum sanctum in evangelio significari
novimus. Et quinquaginta dies numerantur ab occisione agni et celebratione pasche usque
ad diem quo hec fieri cepta sunt in monte Syna, sicut post passionem domini ab eius
resurrectione L dies numerantur ut veniat promissus a filio dei spiritus sanctus. Et ipso eius
adventu quem in apostolorum actibus legimus per divisionem linguarum ignis apparuit qui
et insedit super unumquemque eorum, quod concordat exodo ubi scriptum est: Syna autem
mons fumabat totus propterea quod descendit in eum deus in igne. Et aliquanto post: Aspec
tus maiestatis domini tanquam ignis ardens super verticem montis coram filiis israel. Aut
hec ideo facta sunt quia nec pater nec filius illic putari poterant. Aut
quo ipsam legem oportebat scribi deum quidem non per substantiam suam eo modo sine spiritu sancto
incommutabilis manet sed per illam speciem creature illic apparuisse que invisibilis et in
quam ex trinitate personam signo quodam proprio gerentem ad mei sensus capacitatem cognoscimus sed ali

Utrum deus per suam substantiam apparuit Moysi an per visibilem creaturam. Capitulum xvi

ter patet non video.
Est etiam quo plerique moveri solent quia scriptum est: Et locutus est dominus ad
Moysen facie ad faciem, sicut quis loquitur ad amicum suum, cum paulo post
dicat idem Moyses: Si ergo inveni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum
manifeste ut videam te ut sim inveniens gratiam ante te, ut sciam quia populus tuus
est gens hec. Et paulo post item dixit Moyses ad deum: Ostende mihi maie
statem tuam. Quid est hoc quod in omnibus que superius fiebant deus videri per suam substantiam
putabatur, unde a miseris creditus est non per creaturam sed per seipsum visibilis filius
dei, et quod intravit in nebulam Moyses ad hoc intrasse videbatur ut oculis quidem
populo ostenderetur caligo nebulosa, ille autem intus verba dei tanquam faciem eius
contemplatus audiret. Et quemadmodum dictum est locutus est dominus ad Moysen facie ad faciem
sicut quis loquitur ad amicum suum. Ecce idem dicit: Si inveni gratiam in conspectu
tuo ostende temetipsum mihi manifeste. Noverat utique quod corporaliter videbat et veram
visionem dei spiritualem requirebat. Locutio quippe illa que fiebat in vocibus sic
modificabatur tanquam esset amici ad amicum loquentis. Sed deum patrem quis cor
poreis oculis videt? Et in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus

creat verbum per quod facta sunt omnia quibus corporeis omnino videtur. Et spiritu sapiencie quis corporeis oculis videtur. Quid est autem ostende mihi temetipsum manifeste ut videam te nisi ostende mihi substanciam tuam. Hoc autem si non dixisset moyses utcumque ferendi essent stulti qui putant per ea que supra gesta vel dicta sunt substanciam dei oculis eius fuisse conspicuam. Cum vero hic apertissime demonstretur non desideranti fuisse hoc concessum, quis audeat dicere per similes formas que huic quoque visibiliter apparuerant non creaturam deo servientem sed hoc ipsum quod deus est cuiquam oculis apparuisse mortalium. Et hoc quod est quod postea dominus dixit ad moysen Non poteris videre faciem meam et vivere. Non enim videbit homo faciem meam et vivet. Et ait dominus Ecce locus est penes me et stabis super petram statim ut transiet mea maiestas et ponam te in specula petre et tegam manu mea super te donec transeam et auferam manum meam et tunc videbis posteriora mea. Nam facies mea non apparebit tibi.

Quomodo ex persona domini Ihesu Christi dicta intelligenda sunt Moysi ponam te super petram et auferam manum meam et [illegible]

Non incongruenter ex persona domini nostri Ihesu Christi prefiguratum solet intelligi ut posteriora eius accipiantur caro eius in qua de virgine natus est et mortuus et resurrexit. Sive propter posterioritatem mortalitatis posteriora dicta sunt sive quod eam prope in fine seculi hoc est posterius suscipere dignatus est. Facies autem eius illa dei forma in qua non rapinam arbitratus est equalis deo patri esse quam nemo utique potest videre et vivere. Sive quia post hanc vitam in qua peregrinamur a domino et ubi corpus quod corrumpitur aggravat animam videbimus facie ad faciem sicut dicit apostolus. De hac enim vita in psalmis dicitur Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. Et iterum Quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. In qua vita etiam secundum Iohannem nondum apparuit quod erimus. Scimus autem quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Quod utique post hanc vitam intelligi voluit cum mortis debitum solverimus et resurrectionis promissionem receperimus. Sive quod etiam nunc inquantum dei sapienciam per quam facta sunt omnia spiritualiter intelligimus intantum carnalibus affectibus morimur ut mortuum nobis hunc mundum deputantes nosque huic mundo moriamur et dicamus quod ait apostolus Mundus mihi crucifixus est et ego mundo. De hac enim vita item dicit Si autem mortui estis cum Christo quid adhuc velud viventes de hoc mundo decernitis. Non ergo immerito nemo potest faciem id est ipsam manifestacionem sapiencie dei videre et vivere. Ipsa enim species cui contemplande suspirat omnis qui affectat diligere deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente. Ad quam contemplandam etiam proximum quantum potest edificat qui diligit proximum sicut se ipsum in quibus duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Quod significat etiam in ipso moyse. Nam cum dixisset propter dilectionem dei qua precipue flagrabat Si inveni graciam in conspectu tuo ostende mihi temetipsum manifeste sciam ut sim inveniens graciam ante te, continuo propter dilectionem etiam proximi subiecit atque ait Et ut sciam quia populus tuus est gens hec. Illa ergo species est que rapit omnem animam racionalem desiderio sui tanto ardenciorem quanto mundiorem et tanto mundiorem quanto ad spiritualia resurgentem, tanto autem ad spiritualia resurgentem quanto a carnalibus morientem. Sed dum peregrinamur a domino et per fidem ambulamus et non per speciem posteriora Christi hoc est carnem per ipsam fidem videre debemus id est in solido fidei fundamento stantes quod significat petra et eam de tali tutissima specula intuentes scilicet in catholica ecclesia de qua dictum est Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Tanto enim certius diligimus quam videre desideramus faciem Christi quanto in posterioribus eius agnoscimus quantum nos prior dilexerit Christus. Sed in ipsa carne fides resurrectionis eius salvos facit atque iustificat. Si enim credideris inquit in corde tuo quia deus illum suscitavit a mortuis salvus eris. Et iterum qui traditus est inquit propter delicta nostra et resurrexit propter iustificacionem nostram. Itaque meritum fidei nostre resurrectio corporis domini est. Nam mortuam esse illam carnem in cruce passionis etiam inimici eius credunt sed resurrexisse non credunt. Quod

firmissime nos credentes tamquam de petre soliditate contuemur Unde etiam spe ad optatum
expectamus redemptionem corporis nostri quia hoc in membris Christi speramus que nos ipsi sumus
quod perfectum esse in ipso tamquam in capite nostro fidei sanitate cognoscimus Inde non
vult nisi cum transierit videri posteriora sua et in eius resurrectionem credatur pascha enim
hebraicum verbum dicitur quod transitus interpretatur Unde et Johannes ewangelista dicit Ante diem
autem festum pasche sciens Jhesus quia venit eius hora ut transiret de hoc mundo ad
patrem. Hoc autem qui credunt non tamen in catholica sed in scismate aliquo aut in heresi
non vident de loco qui est penes eum posteriora domini Quid enim sibi vult
quod ait dominus Ecce locus est penes me et stabis super petram Quis locus terrenus
est penes dominum Nisi hoc est penes eum quod eum spiritualiter attingit Nam quis locus
non est penes dominum qui attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia
suaviter et cui dictum est Celum sedes et terra scabellum pedum eius et qui dixit
Quam domum edificatis mihi aut quis locus quietis mee Nonne manus mea fecit
hec omnia Sed videlicet intelligitur locus penes eum in quo statur super petram ipsa
ecclesia catholica ubi salubriter videt pascha domini id est transitum domini et posteriora eius
id est corpus eius qui credit in resurrectionem eius Et stabis inquit super petram statim
ut transiet mea maiestas Revera enim statim ut transiit maiestas domini in clarifi
catione domini qua resurgens ascendit ad patrem solidati sumus super petram et
ipse petrus tunc solidatus est ut eum fiducialiter predicaret quem priusquam esset soli
datus ter timore negaverat Iam quidem predestinatione positus in specula petre
sed adhuc manu domini sibi superposita ne videret posteriora enim eius visurus
erat et nondum ille transierat utique a morte ad vitam nondum resurrectione clarificatus
erat Nam et quod sequitur in exodo et dixit Tegam manu mea super te donec
transeam et auferam manum et tunc videbis posteriora mea multi israhelite quorum
tunc erat figura moyses post resurrectionem domini crediderunt in eum tamquam iam viden
tes posteriora eius remota manu eius ab oculis suis Unde et ysaie illam
prophetiam ewangelista commemorat Incrassa cor populi huius et aures eorum aggrava
et oculos eorum grava Deinde in psalmo non absurde intelligitur ex eorum persona dici
Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua Die fortasse cum ma
nifesta miracula faceret ut ab eis agnosceretur nocte autem cum in passione moreretur
quando etiam putaverunt sicut quemlibet hominem peremptum et extinctum Sed quia cum transisset
ut eius posteriora viderentur predicante sibi apostolo petro quod oportebat pati Christum et
resurgere compuncti sunt dolore penitentie et factum est in baptizatis quod in capite eius
psalmi dicitur Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata Propterea cum
dictum esset gravata est super me manus tua tamquam domino transeunte ut iam removeret
manum et viderentur posteriora eius sequitur vox dolentis et confitentis et ex fide ac
cipientis domini peccatorum remissionem Conversus sum in erumpna mea dum infi
gitur spina peccatum meum agnovi et iniusticiam meam non operui Dixi pronuncia
bo adversum me iniusticiam meam domino et tu remisisti impietatem cordis mei
Neque enim tanto carnis nubilo debemus involvi ut putemus faciem quidem esse domini
invisibilem dorsum vero visibile cum quidem in forma servi utrumque visibiliter
apparuit In forma autem dei absit ut tale quid cogitetur Absit ut verbum
dei et sapientia dei ex una parte habeat faciem et ex alia dorsum sicut corpus humanum
aut omnino ulla specie vel motione sive loco sive tempore commutetur Quapropter si
in illis vocibus que fiebant in exodo et illis omnibus corporalibus demonstrationibus
ubique dominus Jhesus Christus ostendebatur aut alias Christus sicut loci huius consideratio
persuadet alias spiritus sanctus sicut ea que supra diximus admonet non hoc efficitur
Ut deus pater numquam tali aliqua specie patribus aut prophetis visus sit Multa

cum alia visa sint illis patribus non evidenter nominato et designato aut vel patre vel filio vel spiritu sancto sed tamen per quasdam valde probabiles significationes nonnullis indiciis occurrentibus ut nimis temerarium sit dicere deum patrem numquam patribus aut prophetis per aliquas formas visibiles apparuisse. Hanc enim opinionem pepererunt illi qui non potuerunt in unitate trinitatis intelligere quod dictum est Regi autem seculorum immortali et invisibili soli deo. et quem nemo hominum vidit nec videre potest. Quod de ipsa substantia summa summeque divina et incommutabili ubi et pater et filius et spiritus sanctus et solus deus est sana fide intelligitur. Visiones autem ille per creaturam commutabilem deo incommutabili subdita facte sunt non proprie sicuti est sed significanter sicut pro rerum causis et temporibus oportuit ostendentes deum.

De visione danielis in qua illi et pater et filius in persona apparuit in specie corporali. Capitulum xviii

Quamquam nescio quemadmodum isti intelligant quod danieli apparuit antiquus dierum a quo filius hominis quod propter nos dignatus est esse accepisse intelligitur regnum ab illo scilicet qui ei dicit in psalmis Filius meus es tu ego hodie genui te postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam vel qui omnia subiecit sub pedibus eius. Si ergo danieli et pater dans regnum et filius accipiens apparuerunt in specie corporali quomodo isti dicunt patrem numquam visum prophetis et ideo solum debere intelligi invisibilem quem nemo hominum vidit nec videre potest. Ita enim narravit daniel Aspiciebam inquit donec throni positi sunt et vetus dierum sedebat et indumentum eius quasi nix album et capilli capitis eius quasi lana munda thronus eius flamma ignis rote eius ignis flagrans et flumen ignis trahebat in conspectu eius et mille milia deserviebant ei et dena milia denum milium assistebant ei et iudicium collocavit et libri aperti sunt etc. Et post pauca Aspiciebam in visu noctis et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniens erat et usque ad vetustum dierum pervenit et oblatus est ei et ipsi datus est principatus et honor et regnum et omnes populi tribus et lingue ipsi servient. potestas eius potestas eterna que non preteribit et regnum eius non corrumpetur. Ecce pater dans et filius accipiens regnum sempiternum et sunt ambo in conspectu prophetantis visibili specie. Non ergo inconvenienter creditur etiam deus pater eo modo solere apparere mortalibus. Nisi forte aliquis dicet ideo non esse visibilem quia in somnis visa sunt ideo autem filium et spiritum sanctum visibiles quia moyses illa omnia vigilans vidit quasi vero verbum et sapientiam dei vidit moyses carnalibus oculis aut videri potest vel spiritus humanus qui carnem istam vivificat vel ipse corporeus qui ventus dicitur quanto minus ille spiritus dei qui omnium hominum et angelorum mentes ineffabili excellentia divine substantie supergreditur. Aut quisquam tali precipitetur errore ut audeat dicere filium et spiritum sanctum etiam vigilantibus hominibus visibilem esse patrem autem non nisi somniantibus. Quomodo ergo de patre solo accipiunt quem nemo hominum vidit nec videre potest. An cum dormiunt homines tunc homines non sunt. Aut qui potest formare similitudinem corporis ad se significandum per visa somniantium non potest formare ipsam corpoream creaturam ad se significandum oculis vigilantium cum eius substantia ipsa qua est ipse quod est nulla corporis similitudine dormienti nulla corporea specie vigilanti possit ostendi. Sed non patris tantum verum etiam filii et spiritus sancti. Et certe qui vigilantium visis moventur ut non patrem sed tantum filium et spiritum sanctum credant corporalibus hominum apparuisse conspectibus ut omittam tam latitudinem sanctarum paginarum et tam multiplicem earum intelligentiam unde nemo sani capitis affirmare debet nusquam personam patris per aliquam speciem corporalem vigilantium oculis demonstratam. Sed ut dixi omittam quid dicunt de patre nostro abraham cui certe vigilanti et ministranti cum scriptura premisisset visus est dominus abrahe non unus aut duo sed tres apparuerunt viri quorum nullus excelsius aliis eminuisse dictus est nullus honoratius effulsisse nullus imperiosius egisse. Quapropter quia in illa triplici distributione quamvis querere instituimus utrum pater an filius an spiritus sanctus an aliquando pater aliquando filius aliquando spiritus sanctus an sine ulla distinctione personarum sicut dicitur deus unus et solus id est ipsa trinitas per illas creature formas patribus apparuerit que potuimus quantum sufficere visum est scripturarum locis inspectis nihil aliud quantum existimo divinorum sacramentorum modesta et cauta consideratio persuadet nisi ut temere non dicamus que harum trinitatis persona cuilibet patrum aut prophetarum in aliquo corpore vel similitudine corporis apparuerit nisi cum continentia lectionis aliqua indicia ponit.

probabiliter indicarem. Ipsa enim natura vel substantia vel essentia vel quolibet alio nomine appellandum est id ipsum quod deus est quidquid illud est corporaliter videri non potest per subiectam vero creaturam non solum filium vel spiritum sanctum sed etiam patrem corporali specie sive similitudine mortalibus sensibus significationem dare potuisse credendum est. Que cum ita sint ne inmoderatius progrediatur secundi huius libri longitudo ea que restant in consequentibus videamus. Explicit liber secundus. Incipiunt capitula tercii libri.

Utrum deus hominibus visus est ante passibilitatem carnis speciem apparuit an vero antiqua creatura ipse locutus sit

De mutationibus creaturarum sive consuetudinariis sive insolitis que non sunt ex potestate

Exemplum quo ostenditur omnes causas actionum corporalium a summa dei voluntate descendere

De prudentia dei qua subiectioni spirituum presidet angelorum

Quod nutu dei omnis creatura administratur et quod mira extra ordinem consuetudinis fiunt

De miraculis que magicis artibus fiunt

De causis originalibus creaturarum corporalium quas mundo creator inseruit

De significationibus que ad manifestandam voluntatem dei sive per angelos sive per homines fiunt

Essentiam trinitatis numquam apparuisse mortalibus oculis secundum substantiam sed creaturam subservisse que voluit.

Prefacio libri tercii incipit hic

Credant qui volunt malle me legendo quam dictando laborare. Qui autem hoc nolunt credere experiri vero et possunt et volunt, dent quas vel legendo meis inquisitionibus respondeatur vel interrogationibus aliorum quas pro mea persona quam in servitio Christi gero et pro studio quo fidem nostram adversus errorem carnalium et animalium hominum muniri inardesco necesse est me pati, ut videant quam facile ab isto labore me temperem et quanto etiam gaudio stilum possim habere feriatum. Quod si ea que legimus de his rebus sufficienter edita in latino sermone aut non sunt aut non inveniuntur aut certe difficile a nobis inveniri queunt, grece autem lingue non sit tantus habitus ut talium rerum libris legendis et intelligendis ullo modo reperiamur idonei, quo genere litterarum ex his que nobis pauca interpretata sunt non dubito cuncta que utiliter querere possimus contineri, fratribus autem non valeam resistere iure quo eis servus factus sum flagitantibus ut eorum in Christo laudabilibus studiis lingua ac stilo meo quas bigas in me caritas agitat maxime serviam, egoque ipse multa que nesciebam scribendo me didicisse confitear. Non debet hic labor meus cuiquam pigro aut multum docto videri superfluus cum in multis partibus non paucis sit necessarius, quos etiam mihi non parum expediret. Ex his ergo que ab aliis de hac re scripta iam legimus plurimum adminiculati et adiuti ea que de trinitate uno summo summeque bono deo pie queri et disseri posse arbitror, ipso exhortante querenda atque adiuvante disserenda suscepi, ut si alia non sunt huiusmodi scripta sit quod habeant et legant qui voluerint et valuerint. Si autem iam sunt, tanto facilius aliqua inveniantur quanto talia plura esse potuerint. Sane cum in omnibus litteris meis non solum pium lectorem sed etiam liberum correctorem desiderem, maxime in his ubi ipsa magnitudo questionis utinam tam multos inventores habere posset quam multos contradictores habet. Verum sicut lectorem meum nolo mihi esse deditum ita correctorem nolo sibi. Ille me non amet amplius quam catholicam fidem, iste se non amet amplius quam catholicam veritatem. Sicut illi dico: Noli meis litteris quasi canonicis scripturis inservire sed in illis et quod non credebas cum inveneris incunctanter crede, in istis autem quod certum non habebas nisi certum intellexeris noli firmiter retinere, ita illi dico: noli meas litteras ex tua opinione vel contentione sed ex divina lectione vel inconcussa ratione corrigere. Si quid in eis veri comprehenderis existendo non est meum, at intelligendo et amando et tuum sit et meum. Si quid autem falsi conviceris errando fuerit meum sed iam cavendo nec tuum sit nec meum. Hinc itaque tercius iste liber sumat exordium quousque secundus

habebas .i. credebas vel habebas videbatis quia contra ad opinionem tuam et eloquium repugnat quod sequitur in fine ... intellexeris et hic expone nisi certum intellexeris .s. falsitatis ... vel rationes ... sequitur et ... dicit noli

perveniat. Cum ad id ventum esset ut vellemus ostendere non ideo minorem patre filium quia ille misit hic missus est nec ideo minorem utrobique spiritum sanctum quia et ab illo et alio missus in evangelio legitur, suscepimus hoc quaerere cum illuc missus sit filius ubi erat, quia in hunc mundum venit et in hoc mundo erat, cum illuc etiam spiritus sanctus ubi et ipse erat, quia spiritus domini replevit orbem terrarum et hic quod continet omnia scientiam habet vocis, utrum propterea missus sit dominus quia ex occulto in carne natus est et de sinu patris ad oculos hominum in forma servi tamquam egressus apparuit. Ideo etiam spiritus sanctus quia et ipse ~~carne natus~~ est corporali specie quasi columba missus est et linguis divisis velut ignis ut hoc eis fuit mitti ad aspectum mortalem in aliqua forma corporea de spirituali secreto procedere. Quod pater quia non facit tantum misisse non etiam missus esse dictus sit. Deinde quaesitum est cur et pater aliquando missus dictus sit si per illas species corporales quae oculis antiquorum apparuerunt ipse demonstrabatur. Si autem filius demonstrabatur ~~Si autem filius~~ tunc cur tanto post missus diceretur cum plenitudo temporis venit ut ex femina nasceretur, quandoquidem et antea mittebatur cum in illis formis corporaliter apparebat. Aut si non recte missus diceretur nisi cum verbum caro factum est, cur spiritus sanctus missus legatur cuius incarnatio talis non facta est. Si vero per illas antiquas demonstrationes nec pater nec filius sed spiritus sanctus vero missus legatur cuius incarnatio talis non facta est. Si vero per illas antiquas ostendebatur cur etiam ipse nunc diceretur missus cum illis modis et antea mittebatur. Deinde subdivisimus ut haec diligentissime tractarentur, ac tripartita facta est quaestio, cuius una pars in secundo libro explicata est, duae sunt reliquae de quibus disserere deinceps aggrediar. Iam enim quaesitum atque tractatum est in illis antiquis corporalibus formis et visis non tantum patrem nec tantum filium nec tantum spiritum sanctum apparuisse, sed aut indifferenter dominum deum qui trinitas ipsa intelligitur aut quamlibet ex trinitate personam quam lectionis textus indiciis circumstantibus significaret. Incipit liber 3us

Utrum deus ab hominibus visus est ipse per assumptam creaturam speciem apparuit an angeli ex persona // Capitulum sicut locutus sum

Nunc ergo primum quaeramus quod sequitur. Nam secundo loco in illa distributione positum est utrum ad hoc opus tantum creatura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse iudicavit humanis ostenderetur aspectibus, an angeli qui iam erant ita mittebantur ut ex persona dei loquerentur assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui, aut ipsum corpus suum cui non subduntur sed subditum regunt mutantes atque vertentes in species quas vellent accommodatas atque aptas actionibus suis secundum attributam sibi a creatore potentiam. Qua parte quaestionis quantum dominus dederit pertractata postremo erit videndum id quod instituebamus inquirere utrum filius et spiritus sanctus et antea mittebantur. Et si ita est quid inter illam missionem et eam quam in evangelio legimus distet. An missus non sit aliquis eorum nisi cum vel filius factus est ex Maria virgine vel cum spiritus sanctus visibili specie sive in columba sive in linguis igneis apparuit. Sed fateor excedere vires intentionis meae utrum angeli manentes spirituali sui corporis qualitate per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus quod sibi coaptatum quasi aliquam vestem mutent et vertant in quaslibet species corporales etiam ipsas veras, sicut aqua vera in verum vinum conversa est a domino, an ipsa propria corpora et sua transforment in quod voluerint accommodata ad id quod agunt. Sed quodlibet horum sit ad praesentem quaestionem non pertinet. Et quamvis haec quoniam homo sum nullo experimento possim comprehendere sicut angeli qui haec agunt et magis illi norunt quam ego novi quatenus mutetur corpus meum in affectu voluntatis meae sive quod in me sive quod ex aliis expertus sum, quid mihi horum ex divinarum scripturarum auctoritate credendum sit nunc non opus est dicere ne cogar probare et fiat sermo longior de re qua non indiget praesens quaestio. Illud nunc videndum

est utique angeli tunc agebant et illas corporum species apparentes oculis hominum
et illas voces insonantes auribus eorum ipsa sensibilis creatura ad nutum sui
eius conditoris in quod opus erat pro tempore vertebatur sicut in libro sapientie scriptum
est. Creatura enim tibi factori deserviens extenditur in tormentum adversus iniustos
et lenior fit ad benefaciendum his qui in te confidunt. propter hoc et tunc in omnia
se transfigurans omnium nutrici gratie tue deserviebat ad voluntatem horum qui a te
desiderabant. pervenit enim potentia voluntatis dei per creaturam spiritualem usque
ad effectus atque sensibiles creature corporalis. ubi enim non operatur quod vult dei
omnipotens sapientia que pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter.

De mutationibus creaturarum sive in consuetudinariis sive insolitis que non

Sed alius est ordo naturalis in conversione et mutabilitate sunt extra potestatem
tate corporum qui quamvis etiam ipse ad nutum dei serviat perseverantia tamen con-
suetudinis amisit admirationem sicuti sunt que vel brevissimis vel certe
non longis intervallis temporum celo terra marique mutantur sive nascentibus sive occi-
dentibus rebus sive alias aliter atque aliter apparentibus alia vero quamvis ex eodem ordine ve-
nientia tamen propter longiora intervalla temporum minus usitata que licet multi stupeant
ab inquisitoribus huius seculi comprehensa sunt et progressu generationum quo sepius repeti-
ta et pluribus cognita eo minus mira sunt sicuti sunt defectus luminarium
et raro existentes quedam species siderum et terre motus et monstrosi partus animantium et
queque similia quorum nichil fit nisi dei voluntate sed plerisque non apparet. Itaque licuit va-
nitati philosophorum etiam causis aliis ea tribuere vel veris vel proximis cum omnino videre non
omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam id est voluntatem dei vel falsis
et ne ab ipsa quidem pervestigatione corporalium rerum atque motionum sed a sua suspicione
et errore prolatis dicam si potero quoddam exempli gratia quo hec apertiora sint. Est
certe in corpore humano quedam moles carnis et forme species et ordo distinctioque membrorum
et temperatio valitudinis hoc corpus inspirata anima regit eademque rationalis et ideo quamvis
mutabilis tamen que possit illius incommutabilis sapientie particeps esse ut sit participatio
eius in idipsum sicut in psalmo scriptum est de omnibus sanctis ex quibus tamquam
de lapidibus vivis edificatur illa iherusalem mater nostra eterna in celis. Ita enim canitur
iherusalem que edificatur ut civitas cuius participatio eius in idipsum. Idipsum namque
hoc loco illud summum et incommutabile bonum intelligitur quod deus est atque sapientia
voluntasque ipsius cui cantatur alio loco mutabis ea et mutabuntur tu autem idem
ipse es et anni tui non deficient.

Exemplum quo ostenditur omnes causas corporum voluntati dei dependere

Constituamus ergo animo talem sapientem cuius anima rationalis iam sit particeps incommutabilis eterneque ve-
ritatis quam de omnibus suis actionibus consulat nec omnino aliquid faciat quod non
in ea cognoverit esse faciendum ut ei subditus eique obtemperans recte faciat.
Iste si consulta summa ratione divine iusticie quam in secreto audiret auribus cordis
sui eaque sibi iubente in aliquo officio misericordie corpus labore fati-
garet egritudinemque contraheret consultisque medicis ab alio diceretur causam
morbi esse corporis siccitatem ab alio autem humoris immoderationem unus eorum
veram causam diceret alter erraret uterque tamen de proximis causis id est corporalibus pronunciaret.
At si illius siccitatis causa quereretur et inveniretur voluntarius labor iam ventum
esset ad superiorem causam que ab anima proficiscitur ad afficiendum corpus quod
regit sed nec ipsa prima esset. Illa enim procul dubio superior erat in ipsa in
incommutabili sapientia cui hominis sapientis anima in caritate serviens et ineffabiliter iubenti
obediens voluntarium laborem suscipiebat. ita non nisi dei voluntas causa illius
egritudinis verissime reperiretur. Quam si in labore officioso adhi-
buisset ille sapiens ministros collaborantes et in opere suo bono ut tunc eadem
voluntate deo servientes sed ad carnalium cupiditatum suarum mercedem pervenire

cupientes vel incommoda carnalia devitantes adhibuissent etiam iumenta si quid
exigeret illius operis implendi racio que utique iumenta irrationabilia essent anima-
ntia ut ideo moverent membra subiectorum corporum aliquid de illo bono opere cogitarent
sed naturali appetitu sue voluptatis et devitatione molestie postremo adhibuissent
ipsa etiam corpora omni sensu carencia que illi operi essent necessaria frumentum stramina et
olea vestem nummum codicem et si qua huiusmodi in hiis vero omnibus in illo opere
versantibus corporibus sive animatis sive inanimatis quecumque moverentur attererentur
repararentur exterminarentur reformarentur aliis atque aliis locis et temporibus affecta
mutarentur Nam quo alia esset istorum omnium visibilium et mutabilium factorum causa
nisi invisibilis atque incommutabilis illa voluntas dei per animam iustam sicut sedem
sapiencie cunctis utens et malis et irrationabilibus animis et postremo corporibus sive
que in illis inspirarentur et animarentur sive omni sensu carentibus cum primitus uteretur
ipsa bona anima et sancta que sibi ad pium et religiosum obsequium subdidisset Si ergo
vero de uno sapiente homine adhuc corpus mortale gestante homine ex parte vi-
dente possimus exemplum capere sive hoc de aliqua domo ubi aliquorum talium societas est
et hoc de civitate vel etiam de orbe terrarum licet cogitare si penes sapientes sancte ac
perfecte deo subditos sit principatus et regimen rerum humanarum. De providencia dei
que sub racione sanctorum presidet angelorum Capitulum iiii

Sed hoc quia nondum est oportet enim nos in hac peregrinatione prius mortaliter
exerceri et per vires mansuetudinis et paciencie in flagellis erudiri illam ipsam
supernam atque celestem unde peregrinamur patriam cogitemus Illic enim dei voluntas
qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem in spiritibus summa
pace atque amicicia copulatis et in unam voluntatem quodam spiritali caritatis
igne conflatis tamquam in excelsa et sancta et secreta sede presidens veluti in domo
sua et in templo suo inde se quibusdam ordinatissimis creature motibus primo spiri-
talibus deinde corporalibus per cuncta diffundit et utitur omnibus ad incommutabile
arbitrium sentencie sue sive incorporeis sive corporeis rebus sive racionalibus sive irracio-
nabilibus spiritibus sive bonis per eius graciam sive malis per propriam voluntatem
Sed quemadmodum corpora crassiora et inferiora per subtiliora et potenciora quodam ordine reguntur
ita omnia corpora per spiritum vite et spiritus vite racionalis desertor atque peccator per spiritum
vite racionalem pium et iustum et ille per ipsum deum ac sic universa creatura per crea-
torem suum ex quo et per quem et in quo etiam condita et instituta est Ac per hoc vo-
luntas dei est prima et summa causa omnium corporalium specierum atque motionum Nichil
enim fit visibiliter et sensibiliter quod non de interiore invisibili atque intelligibili aula
summi imperatoris aut iubeatur aut permittatur secundum ineffabilem iusticiam premiorum
atque penarum graciarum et retribucionum in ista totius creature amplissima quadam im-
mensaque republica Si ergo apostolus Paulus quamvis adhuc portaret sarcinam corporis quod corrum-
pitur et aggravat animam quamvis adhuc ex parte atque in enigmate videret optans
dissolvi et esse cum Christo et in semetipso ingemiscens adoptionem expectans
redempcionem corporis sui potuit tamen significando predicare dominum Ihesum Christum aliter
per linguam suam aliter per epistolam aliter per sacramentum corporis et sanguinis eius Nec enim
linguam quippe eius nec membranas et atramentum nec significantes sonos lingua
editos nec signa litterarum conscripta pelliculis corpus Christi et sanguinem dicimus
sed illud tantum quod ex fructibus terre acceptum et prece mistica consecratum rite sumimus
ad salutem spiritalem in memoriam pro nobis dominice passionis quod cum per manus
hominum ad illam visibilem speciem perducatur non sanctificatur ut sit tam magnum
sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu dei cum hec omnia que per corporales mo-
tus in illo opere fiunt deus operetur movens primitus invisibilia ministrorum sive
animas hominum sive occultorum spirituum sibi subditas servitutes quid mirum si etiam

in cuncta celi et terre maris et aeris facit deus que vult sensibilia atque visibilia ad significandum in eis se ipsum sicut oportere ipse novit non apparente ipsa sua qua est substantia que omnino incommutabilis est omnibusque spiritibus quos creavit interius secretiusque sublimior. Quod opere dei omnis creatura administretur et quod nulla ulla ... vis divina tota spiritalis. Ordine consuetudinis intermicant capitulum v

quod administrante creatura omnium annorum certis diebus adveniunt tamque mare et effundunt super faciem terre. Sed hoc scito Helia orante factum est quod processit tam continua et tam longa serenitas ut fame deficerent homines. Nec ea hora qua ille dei famulus oravit aer ipse aliqua humida facie mox future pluvie signa protulerat. Consecutis tantis et tam velocibus ymbribus apparuit vis divina quibus illud dispensabatur dabatur quod miraculum. Ita deus operatur solempnia fulgura atque tonitrua. Sed quod in monte Syna insolito modo fiebat voces quod illic non strepitu confuso edebantur sed eas quedam signa dari certissimis indiciis apparebat miracula erant. Quis attrahit humorem per radicem vitis ad botrum et vinum facit nisi deus qui et homine plantante et rigante incrementum dat. Sed cum ad nutum domini aqua in vinum inusitata celeritate conversa est etiam stultis fatentibus vis divina declarata est. Quis arbusta fronde ac flore sollempniter vestit nisi deus. Verum cum floruit virga sacerdotis Aaron collocuta est quodammodo cum dubitante humanitate divinitas. Et lignis certe omnibus et omnibus aliorum carnalium gignendis atque formandis communis est terrena materies et quis ea facit nisi qui dixit et hec terra produceret et in eodem verbo suo que creavit regit atque agit. Sed cum eandem materiem ex virga Moysi in carnem serpentis proxime ac velociter vertit miraculum fuit rei quidem mutabilis sed tamen inusitata mutatio. Quis autem animat queque viva nascentia nisi qui et illum serpentem ad horam sicut opus fuit animavit. Et quis reddidit cadaveribus animas suas cum resurgerent mortui nisi qui animat carnes in uteris matrum nascituras moriturasque. Sed cum fiunt illa continuato quasi quodam fluvio labentium manantiumque rerum et ex occultis in promptum et ex prompto in occultum usitato itinere transeuntia naturalia dicuntur cum vero admonendis hominibus inusitata mutabilitate ingeruntur magnalia nominantur. De miraculis que magicis artibus fiunt capitulum vi

Hic video quid infirme cogitationi possit occurrere cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiant. Nam et magi pharaonis similiter serpentes fecerunt et alia similia. Sed illud amplius est admirandum quomodo magorum illa potentia que serpentes facere potuit ubi ad muscas minutissimas ventum est omnino defecit. Scinifes enim muscule sunt brevissime qua tertia plaga superbus Egyptiorum populus cedebatur. Ubi certe deficientes magi dixerunt Digitus dei est hic. Unde intelligi datur ne ipsos quidem transgressores angelos et aereas potestates in imam istam caliginem tamquam in sui generis carcerem ab illius sublimis etheree puritatis habitatione detrusas per quas magice artes possunt quicquid possunt valere aliquid nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallendos fallaces sicut in Egyptios et in ipsos etiam magos data est ut in eorum spirituum seductione viderentur admirandi a quibus fiebant a dei veritate dampnandi vel ad monendos fideles ne tale aliquid facere pro magno desiderent propter quod etiam nobis scripture auctoritate sunt prodita vel ad exercendam probandam manifestandamque iustorum patientiam. Neque enim parva visibilium miraculorum potentia Iob cuncta que habebat amisit et filios et ipsam corporis sanitatem. Nec ideo putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam sed deo potius a quo hec potestas datur quantum in sublimi et spiritali sede incommutabilis iudicat. Nam et dampnatis iniquis etiam in metallis servit aqua et ignis et terra ut faciant inde quod volunt sed quantum sinitur. Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt quia per illos magi resistentes famulo dei ranas et serpentes fecerunt. Non enim eos creaverunt. Omnium quippe rerum que corporaliter visibiliterque nascuntur occulta quedam semina in istis corporeis mundi

elementis latent. Alia sunt enim hec iam conspicua oculis nostris ex fructibus et animan-
tibus. Alia vero illa occulta istorum seminum semina unde iubente creatore produxit aqua
prima natatilia et volatilia, terra autem sui generis prima germina et prima sui generis animalia.
Neque enim tunc in huiuscemodi fetus ita producta sunt ut in eis que producta sunt ut
in eis que producta sunt vis illa consumpta sit. Sed plerumque desunt congrue tempera-
mentorum occasiones quibus erumpant et species suas peragant. Ecce enim brevissimus
surculus semen est. Nam convenienter mandatus terre arborem facit. Huius autem
surculi subtilius semen aliquod eiusdem generis granum est et hoc usque nobis visibile.
Iam vero huius etiam seminis semen quamvis oculis videre nequeamus, ratione tamen conicere
possumus, quia nisi talis aliqua vis esset in istis elementis non plerumque nascerentur
ex terra que ibi seminata non essent, nec animalia tam multa nulla marium feminarum-
que commixtione precedente sive in terra sive in aqua que tamen crescunt et coeun-
do alia pariunt, cum illa nullis coeuntibus parentibus orta sint. Et certe apes semina
filiorum non coeundo concipiunt, sed tamquam sparsa per terras ore colligunt. Invisibilium
enim seminum creator ipse est creator omnium rerum, quia quecumque nascendo ad oculos nostros
exeunt ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia et incrementa debite
magnitudinis distinctionesque formarum ab originalibus tamquam regulis sumunt. Sicut ergo
nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamvis eorum extrinsecus
adhibitis motibus ista creanda dei virtus interius operetur, ita non solum malos sed
nec bonos angelos fas est putare creatores, si pro subtilitate sui sensus et corporis semina
rerum istarum nobis occultiora noverunt et ea per congruas temperationes elementorum
latenter spargunt atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum prebent
occasiones. Sed nec boni hec nisi quantum deus iubet, nec mali hec iniuste faciunt nisi
quantum ipse iuste permittit. Nam iniqui malignitas voluntatem suam habet iniustam,
potestatem autem non nisi iuste accipit, sive ad suam penam sive ad aliorum vel penam
malorum vel laudem bonorum. Ita apostolus discernens interius deum creantem atque for-
mantem ab operibus creature que admoventur extrinsecus et de agricultura sumpta simi-
litudine assumens ait: Ego plantavi et reliqua. Sicut ergo in ipsa vita nostra
mentem iustificando formare non potest nisi deus, predicare autem extrinsecus evan-
gelium et homines possunt non solum boni per veritatem sed etiam mali per occasionem, ita
creationem rerum visibilium deus operatur interius, exteriores autem operationes sive bonorum
sive malorum vel angelorum vel hominum sive etiam quorumcumque animalium secundum imperium
suum et a se impertitas distributiones potestatum et appetitiones commoditatum ita rerum
nature adhibet in qua creat omnia, quemadmodum terre agriculturam. Quapropter
ita non possum dicere angelos malos magicis artibus evocatos creatores fuisse
ranarum atque serpentum, sicut non possum dicere homines malos segetis esse
creatores quam per eorum operam video exortam. Sicut nec Iacob creator colorum
in pecoribus fuit, quia bibentibus in conceptu matribus varias virgas quas in-
tuerentur apposuit. Sed nec ipse pecudes creatrices fuerunt varietatis prolis sue, quia
inheserat anime illarum discolor phantasia expressa intuitu variarum virgarum per oculos
impressa que non potuit nisi corpus quod spiritu sic affecto animabatur ex com-
passione commixtionis afficere, unde teneris fetuum primordiis colore
aspergeretur. Ut enim sic ex semetipsis afficiantur vel anima ex corpore vel corpus
ex anima congrue rationes id faciunt que incommutabiliter vivunt in ipsa summa
dei sapientia quam nulla spatia locorum capiunt. Que cum ipsa sit incommutabilis
nihil eorum que vel mutabiliter sunt deserit, quia nihil eorum nisi per ipsam creatum
est. Ut autem de pecoribus non virge sed pecora nascerentur, facit hoc incommuta-
bilis et invisibilis ratio sapientie dei per quam creata sunt omnia. Ut autem de variate

variarum pecorum conceptorum colorum aliquid ducit, sicut hoc anima quae unde pecudum per oculos affecta forinsecus et intus secum pro suo modulo formandi regulas trahens quam intima corporis dici non possit, quia omnis causa mutabilis sensibilisque substantiae potentia summi creatoris accepit. Quanto magis sit vis animae ad efficienda atque mutanda materiam corporalem, creatrix tamen corporis dici non possit, quia omnis causa mutabilis sensibilisque substantiae omnisque modus et numerus et pondus eius unde efficitur ut et sit et non ita vel ita sit ab intelligibili et incommutabili vita quae super omnia est existit et pervenit usque ad extrema atque terrena. Multus sermo est, neque necessarium hic de pecoribus commemorandum arbitratus sum ut intelligeretur si homo qui virgas illas sic posuit dici non potest creator colorum in agnis et haedis, nec ipsa mater anima quae concepta per oculos corporis phantasia variavit seminibus tamen carne concepta, quanto minus passa est asseruit multo minus posse dici ranarum serpentiumque creatores angelos malos, per quos magi pharaonis tunc illa fecerunt.

De causis originalibus creaturae corporalis quas mundo Deus inseruit. Cap. vii

Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere atque administrare creaturam, quod qui facit solus creator est Deus. Aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admovere, ut tunc vel tunc sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt, sed acceptis opportunitatibus prodeunt. Nam sicut matres gravidae sunt fetibus, sic ipse mundus gravidus est causis nascentium, quae in illo non creantur nisi ab illa summa essentia ubi nec oritur nec moritur aliquid, nec incipit esse nec desinit. Adhibere autem forinsecus accidentes causas quae tametsi non sunt naturales tamen secundum naturam adhibentur, ut ea quae secreto naturae sinu abdita continentur erumpant quodammodo et foris creentur explicando mensuras et numeros et pondera sua quae in occulto acceperunt ab illo qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit, non solum mali angeli sed etiam mali homines possunt sicut exemplo agriculturae supra docui. Sed ne de animalibus quasi diversa ratio moveat, quod habent spiritum vitae cum sensu appetendi quae secundum naturam sunt vitandique contraria, etiam hoc videndum est quam multi homines noverint ex quibus herbis aut carnibus aut quarumcumque rerum quibuslibet sucis et humoribus vel ita positis vel ita obrutis vel ita contritis vel ita commixtis quaeque animalia nasci soleant, quorum se quis tam demens audeat dicere creatorem? Quid ergo mirum si quemadmodum potest nosse quilibet nequissimus homo unde illi vel illi vermes muscaeque nascantur, ita mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioribus elementorum seminibus norunt unde ranae serpentesque nascantur, et haec per certas et notas temperationum opportunitates occultis motibus adhibendo faciunt creari, non creant? Sed illa homines quae solent ab hominibus fieri non mirantur. Quod si quisque celeritates incrementorum forte miratur quod illa animantia tam cito facta sint, attendat et ista quemadmodum pro modulo facultatis humanae ab hominibus proveniant. Unde enim fit ut eadem corpora citius vermescant aestate quam hieme, citius in calidioribus locis quam in frigidioribus? Sed haec ab hominibus tanto difficilius adhibentur quanto desunt sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Unde qualibuscumque angelis vicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est, tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates. Sed non est creator nisi qui principaliter ista format, nec quisquam hoc potest nisi ille penes quem primitus sunt omnium quae sunt mensurae numeri et pondera, et ipse est unus creator Deus, cuius ineffabili potentatu fit etiam ut quod possent hi angeli si permitterentur, ideo non possint quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio cur non potuerint facere minutissimas muscas qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat

diacio cohibentibus dei per spiritum sanctum quod etiam ipsi magi confessi sunt dicentes: Digitus dei est hic. Quid autem possint per naturam nec possint per prohibicionem, et quid per ipsius sue nature condicionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, immo vero non possibile nisi per illud donum dei quod apostolus commemorat dicens: alii diiudicacio spirituum. Novimus hominem posse ambulare, et neque hoc posse etiam si non permittatur; volare autem non posse etiam si permittatur. Sic et illi angeli quedam possunt facere si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei, quedam vero non possunt nec si ab eis permittantur, quia ille non permittit a quo illis est talis nature modus, qui etiam per angelos suos illa plerumque non permittit que concessit ut possint. Exceptis igitur illis que usitatissimo transcursu temporum in rerum nature ordine corporaliter fiunt, sicuti sunt ortus et occasus siderum, generaciones et mortes animalium, seminum et germinum innumerabiles diversitates, nebule et nubes, nives et pluvie, fulgura et tonitrua, fulmina et grandines, venti et ignes, frigus et estus et omnia talia; exceptis etiam illis que in eodem ordine rara sunt, sicut defectus luminum et species inusitate siderum et monstra et terre motus et similia; exceptis ergo istis omnibus quorum prima et summa causa non est nisi voluntas dei, unde et in psalmo cum quedam huius generis commemorata essent, ignis grando nix glacies spiritus tempestatis, ne quis ea vel fortuitu vel causis tantummodo corporalibus vel etiam spiritualibus tamen preter voluntatem dei existentibus agi crederet, continuo subiecit: que faciunt verbum eius.

De significacionibus que aguntur ad manifestandam voluntatem dei sive per angelos sive per homines [...]. Capitulum viii

Sed his duobus exceptis, alia sunt illa que quamvis ex eadem materia corporali ad aliquid tamen divinitus annunciandum nostris sensibus admoventur, que proprie miracula et signa dicuntur. Nec in omnibus que nobis a domino deo annunciantur ipsius dei persona suscipitur. Cum autem suscipitur, aliquando in angelo demonstratur, aliquando in ea specie que non est quod angelus, quamvis per angelum disposita ministratur. Rursus cum in ea specie suscipitur que non est quod angelus, aliquando iam erat ipsum corpus et ad hoc demonstrandum in aliquam mutacionem assumitur, aliquando ad hoc exoritur et re peracta rursus absumitur. Sicut etiam cum homines annunciant, aliquando ex sua persona verba dei loquuntur, sicut cum premittitur: Dixit dominus, aut: Hec dicit dominus, aut tale aliquid; aliquando autem nichil tale premittentes ipsam dei personam in se suscipiunt, sicuti est: Intellectum dabo tibi et instruam te in via hac qua ingredieris. Sic non solum in dictis verum etiam in factis dei persona figuranda imponitur prophete, ut eam gerat in ministerio prophetie. Sic enim personam gerebat qui vestimentum suum divisit in xii partes, ut ex eis decem servo regis Salomonis dedit regi futuro Israel. Aliquando etiam res que non erat quod propheta et erat iam in rebus terrenis in talem significacionem assumpta est, sicut sompno evigilans Iacob fecit de lapide quem dormiens habebat ad caput. Aliquando ad hoc fit eadem species vel aliquandiu mansura, sicut potuit serpens ille eneus exaltatus in heremo, sicut possunt et littere, vel peracto ministerio transitura, sicut panis ad hoc factus in accipiendo sacramento consumitur. Sed quia hec hominibus nota sunt que per homines fiunt, honorem tanquam religiosa possunt habere, stuporem tanquam mira non possunt habere. Itaque illa que per angelos fiunt, quo difficiliora et ignociora, eo mirabiliora sunt nobis, illis autem tanquam sue actionis note tanquam faciles. Loquitur ex persona dei angelus homini dicens: Ego sum deus Abraham et deus Ysaac et deus Iacob, cum scriptura predixisset: Ego [...]: Audi populus meus; visus est ei angelus domini. Loquitur et homo ex persona dei [...] et testificabor tibi. Assumpta est virga ad significacionem et in serpentem angelica facultate mutata est. Que facultas cum desit homini, assumptus est tamen ab homine lapis ad talem aliquam significacionem. Inter factum angeli et factum hominis plurimum distat. Illud et

mirandum est et intelligendum. Hoc autem tercio intelligendum quod ex utroque intelligitur fortasse
unum est. Sed illa ex quibus intelligitur diversa sunt, tamquam si domini nomen auro et atra-
mento scribatur, illud est preciosius, illud vilius, quod tamen utroque significatur idipsum est. Et tamen quamvis
idem significavit serpens ex virga Moysi quod lapis Iacob, melius tamen aliquid lapis Iacob
quam serpentes magorum. Nam sicut unctio lapidis Christum in carne in qua unctus est
oleo exultationis pre participibus suis, ita virga Moysi conversa in serpentem ipsum Christum
factum obedientem usque ad mortem crucis. Unde ait: Sicut exaltavit Moyses ser-
pentem in heremo et cetera. Sicut metuentes illum serpentem exaltatum in heremo
serpentum morsibus non peribant. Vetus enim homo noster crucifixus est cum illo
ut evacuaretur corpus peccati. Per serpentem autem in paradiso modo per efficientem id
quod efficitur demonstrante. Ergo virga in serpentem, Christus in mortem, et serpens
rursus in virgam, Christus in resurrectionem totus cum corpore suo quod est ecclesia, quod in fine
temporis erit, quem significat cauda quam Moyses tenuit ut rediret in virgam. Serpentes
autem magorum tamquam mortui seculi, nisi credentes in Christum tamquam devorati in
corpus eius intraverint, resurgere in illo non poterunt. Lapis ergo Iacob ut dixi melius
aliquid significavit quam serpentes magorum, at enim factum magorum multo mirabilius. Verum
hec non preiudicant rebus intelligendis, tamquam si nomen hominis scribatur auro et dei at-
ramento. Illas ergo nubes et ignes quomodo fecerint vel assumpserint angeli ad significandum
quod annunciabant, etiam si dominus vel spiritus sanctus illis corporalibus formis ostendebatur, quis
novit hominum? Sicut infantes non noverunt quod in altari ponitur et peracta pietatis
celebratione consumitur, unde vel quomodo conficiatur, unde in usum religionis assumatur. Et si
numquam discant experimento vel suo vel aliorum, et numquam illam speciem rerum vi-
deant nisi inter celebrationem sacramentorum cum offertur et datur, dicaturque illis
auctoritate gravissima cuius corpus sit et sanguis, nec aliud credent nisi in illa
omnino specie dominum oculis apparuisse mortalium et de latere tali percusso liquorem
illum omnino fluxisse. Mihi autem utile est ut meminerim virium mearum fratresque meos
admoneam ut meminerint suarum, ne ultra quam tutum est humana progrediatur infirmi-
tas. Quemadmodum enim hec faciant angeli vel potius deus quemadmodum hec faciat
per angelos malos sive sinendo sive iubendo sive cogendo ex occulta se altis-
sede altissimi imperii sui, nec oculorum acie penetrare nec fiducia rationis enucleare
nec provectu mentis comprehendere valeo, ut tam certus hinc loquar ad omnia que (margin: provectu)
requiri de his rebus possunt quam si essem angelus aut propheta aut apostolus. Cogitationes
enim mortalium timide ~~[deleted]~~ et incerte providentie nostre. Corpus enim quod corrumpitur
aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et difficile estimamus
que in terra sunt, et que in prospectu sunt invenimus cum labore. Que autem in celis
sunt quis investigabit? Quod quia sequitur et dicit: Sensum vero tuum quis sciet nisi tu de-
deris sapientiam et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis, que in celis sunt quidem non
investigamus, quorum rerum genere et corpora angelica secundum propriam dignitatem et eorum
quedam corporalis actio continetur. Quidem spiritum tamen dei immissum nobis de altissimis et
impertitam vitiis gratiam mentibus nostris audeo secundum rationem dicere neque deum patrem neque verbum
eius neque spiritum eius, quod deus unus est, per id quod atque idipsum est, ullo modo esse mu-
tabilem, ac per hoc multo minus esse visibilem. Quoniam sunt quedam etiam mutabilia
non tamen visibilia, sicut nostre cogitationes et memorie et voluntates et omnis incor-
porea creatura. Visibile autem quidquam non est quod non sit mutabile.

Essentia [dei] invisibilitatis numquam oculis apparuisse mortalibus sed per subiectam sibi creaturam sig-
nificasse que velint.

Quapropter substantia vel si melius dicitur essentia
dei, ubi pro nostro modulo ex quantulacumque particula intelligimus patrem et
filium et spiritum sanctum, quandoquidem nullo modo mutabilis est, nullo modo potest ipsa per se ipsam
esse visibilis. Proinde illa omnia que patribus visa sunt, cum deus illis secundum dispen-
sationem temporibus congruam presentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos

latet quos cum ministris angelis fecit, per angelos tamen facta esse non ex meo dicimus ne
cuiquam videamur plus sapere quam oportet sed sapimus ad temperanciam sicut nobis deus par-
titus est mensuram fidei et credimus propter quod et loquimur. Exstat enim auctoritas divinarum scripturarum
unde mens nostra deviare non debet, nec relicto solidamento divini eloquii per suspiciones
suas abrupta precipitari ubi nec sensus corporis regit nec perspicua ratio veritatis elucet. Ap-
ertissime quippe scriptum est in epistola ad hebreos cum dispensatio novi testamenti a dispen-
satione veteris testamenti secundum congruenciam seculorum aut temporum distingueretur non tantum illa
visibilia sed ipsum etiam sermonem per angelos factum. Sic enim dicit: Ad quem autem angelorum
dixit aliquando sede ad dexteram meam quoadusque ponam inimicos tuos et scabellum
Nonne omnes sunt spiritus ministratorii ad ministerium missi propter eos qui futuri sunt heredi-
tate possidere salutem. Hinc ostendit illa omnia non solum per angelos facta sed et
propter nos facta id est propter populum dei cui promittitur hereditas vite eterne. Sicut etiam ad Cho-
rinthios scriptum est: Omnia autem in figura contingebant illis. scripta sunt autem ad cor-
reptionem nostram in quos fines seculorum devenerunt. Deinde quia sicut tunc per angelos
ita nunc autem per filium sermo factus est, consequenter aperte quia demonstrat: propterea inquit habun-
dantius oportet attendere nos ea que audivimus ne forte defluamus. Si enim qui per an-
gelos dictus est sermo factus est firmus et omnis prevaricatio et inobediencia iustam
accepit mercedis retribucionem quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem.
Et quasi quereres quam salutem, ut ostenderet se de novo testamento iam dicere id est sermonem
qui non per angelos sed per dominum factus est: Que cum inicium inquit accepisset et enarra-
retur per dominum ab hiis qui audierunt in nos confirmata est contestante deo signis
et portentis et variis virtutibus et spiritus sancti divisionibus secundum suam voluntatem.
Sed ait aliquis cur ergo scriptum est dixit dominus ad moysen, et non potius dixit
angelus ad moysen. Quia cum verba iudicis preco pronunciat non scribitur in ge-
stis ille preco dixit sed ille iudex. Sic etiam loquente propheta sancto et si dicamus
propheta dixit, nichil aliud quam dominum dixisse intelligi volumus. et si dicamus dixit
dominus dixit prophetam non subtrahimus sed quis per eum dixerit admonemus. Et illa quidem
scriptura sepe aperit angelum esse deum quem loquentem identidem dicit dominus dixit sic-
ut demonstravimus, sed propter eos qui cum scriptura illic angelum nominat ipsum per semet-
ipsum filium dei volunt intelligi quia propter annunciationem patris et sue voluntatis
a propheta dictus est angelus, propterea volui ex hac epistola manifestius testimonium dare
ubi non dictum est per angelum sed per angelos. Nam et stephanus in actibus apostolorum
eo more narrat hec quo etiam in veteribus libris conscripta sunt: viri fratres et
patres audite deus glorie apparuit abrahe patri nostro cum esset in meso-
potamia. ne quis autem arbitraretur tunc deum glorie per id quod in se ipso est cuiusquam
oculis apparuisse in consequentibus dicit quod moysi angelus apparuit. Fugit
autem moyses in verbo isto et factus est inquilinus in terra madian ubi genuit filios
duos et completis illic annis xl apparuit illi in deserto montis synai angelus
in flamma ignis in rubo. Moyses autem videns mirabatur visum etc. hic
dicit et angelum et dominum dicit, eundem quem deum abraham et deum ysaac et deum
Iacob sicut in genesi scriptum est. Numquid forte quemquam dictum est quod moysi per angelum
apparuit dominus abrahe non per se ipsum et hoc a stephano non quaeramus ipsum libe-
rum interrogemus unde stephanus ita narravit. Nempe enim quod scriptum est et dixit
dominus deus ad abraham et paulo post et visus est dominus deus abrahe propterea
ista non per angelos facta sunt. Ecce alio loco similiter dicit visus est autem ei deus
ad ilicem mambre sedenti eo ad ostium tabernaculi sui meridie et tamen consequenter
adiungit respiciens autem oculis suis vidit et ecce tres viri stabant super eum

De quibus iam diximus. Quomodo enim poterunt isti qui vel auribus ad intellectum
nolunt assurgere vel facile se ab intellectu in verba praecipitant, quomodo poterunt explicare
visum esse deum in viris tribus, nisi eos sicut etiam consequentia docent angelos fuisse
fateantur. An quia non dictum est angelus ei locutus est vel apparuit, propterea dicere
audebunt Moysi quidem illam visionem atque vocem per angelum factam, quia ita scriptum
est, Abrahae autem quia commemoratio angeli facta non est per substantiam suam deum apparuisse
atque sonuisse. Quid quod nec apud Abraham de angelo tacitum est. Nam ita legitur
cum immolandus ei filius preciperetur: Et factum est post haec verba temptavit deus Abra-
ham etc. Certe hic deus non angelus commemoratus est. Paulo post vero ita se habet
scriptura: Extendens autem Abraham manum suam sumpsit gladium etc. Quid
ad haec respondetur? an dicturi sunt deum iussisse ut occideretur Isaac, et angelum prohi-
buisse? porro ipsum patrem adversus dei preceptum qui iusserat ut occideret obtemper-
asse angelo ut parceret? Ridendus et abiciendus est hic sensus. Sed nec ipsum tam crasso et abie-
cto ullum locum esse scriptura permittit continuo subiungens: Nunc autem cognovi
etc. Quid est propter me, nisi propter eum qui occidi vetuerat? Idem ergo deus Abra-
hae qui angelus? An potius per angelum deus? Accipe sequentia. Certe iam hic
angelus manifestissime expressus est. Attende tamen quid contexatur: Et respiciens Abra-
ham oculis suis vidit etc. Quid est quod paulo ante dixit deus per angelum:
Nunc cognovi quia times deum? Non quia tunc deus cognovisse intelligendum
est, sed egisse ut per deum ipse Abraham cognosceret quantas haberet vires cordis
ad obediendum deo usque ad immolationem unici filii, illo modo locutionis quo significatur
per efficientem id quod efficitur, sicut dicitur frigus pigrum quia pigros facit, ut ideo
cognovisse diceretur quia ipsum Abraham cognoscere fecerat, quem poterat latere fidei
suae firmitas nisi tali experimento probaretur. Ita et hic cognominat Abraham
nomen loci illius dominus vidit, id est quod videri se fecit. Nam continuo sequitur ait: Ut
dicant hodie quia in monte dominus visus est. Ecce idem angelus dominus dicitur. Quare
nisi quia per angelum dominus. Iam vero in eo quod sequitur prorsus prophetice angelus lo-
quitur et prorsus aperit quia per angelum loquitur deus. Et vocavit, inquit, angelus
domini Abraham iterum etc. Haec certe verba ut dicat ille per quem loquitur haec dicit
dominus etiam prophetae solent habere. An filius de patre ait dicit dominus, et ipse est angelus
patris? Quid ergo de illis tribus viris, nonne respiciunt quomodo urgeantur qui
visi sunt Abrahae cum praedictum est: Visus est ei dominus? An quia viri dicti sunt
non erant angeli? Danielem legant dicentem: Ecce vir Gabriel. Sed quid
ultra differimus ora eorum evidentissimo atque gravissimo alio documento oppilare, ubi
non angelus singulariter nec viri pluraliter, sed omnino angeli dicuntur, per quos non
sermo quilibet factus sed lex ipsa data manifestissime ostenditur, quam certe nullus fi-
delium dubitat deum dedisse Moysi ad subiugandum populum Israel, sed tamen per angelos
datam. Ita Stephanus loquitur: Dura cervice inquit et non circumcisi corde et auribus
vos semper spiritui sancto restitistis sicut patres vestri. Quem prophetarum non sunt persecuti patres
vestri etc. Quid hoc evidentius? Quid tanta auctoritate robustius? Per dispositionem quidem
angelorum illi populo data est lex, sed domini nostri Iesu Christi per eam disponebatur et praenun-
ciabatur adventus. Et ipse tamquam verbum dei miro et ineffabili modo erat in
angelis in quorum dispositione lex ipsa dabatur. Unde dicit in evangelio: Si crederetis Moysi crederetis
et mihi; de me enim ipse scripsit. Per angelos ergo deus tunc loquebatur, per angelos
filius dei mediator dei et hominum futurus ex semine Abrahae suum disponebat
adventum ut inveniret a quibus reciperetur, confitentes reos quos lex non impleta
fecerat transgressores. Unde et apostolus ad Galatas dicit: Quid ergo lex? Transgressionis
gratia posita est donec veniret semen cui promissum est, disposita per angelos in manu

mediatoris hoc est dispositam per angelos in manu sua. Non enim natus est per conditionem sed per potestatem. Ergo illud aut non aliquem ex angelis dicit mediatorem, sed ipsum dominum ihesum xpistum inquantum homo fieri dignatus est. habes alio loco unus enim deus et unus mediator dei et hominum homo xpistus ihesus. Hinc illud pascha pascha in interfectione agni. hinc illa omnia que in xpisto venturo in carne atque passuro sed et resurrecturo in lege figurantur que data est in edictis angelorum. donec veniret dispositam per angelos in manu mediatoris. In quibus angelis erant utique pater et filius et spiritus sanctus et aliquando pater aliquando filius aliquando spiritus sanctus aliquando sine ullo distinctione persone deus per illos figurabatur et visibilibus et sensibilibus formis apparens per creaturam suam non per substantiam suam. Cui videndo corda mundantur per hec omnia que oculis videntur et auribus audiuntur. Sed iam satis quantum estimo pro captu nostro disputatum et demonstratum est quod in hoc libro suscepimus. unde constitit et probabiliter quantum homo vel potius ego potui et firmitate auctoritatis quantum de scripturis sanctis divina eloquia patuerunt quod antiquis patribus nostris ante incarnationem salvatoris cum deus apparere dicebatur voces ille ac species corporales per angelos facte sunt sive ipsis loquentibus vel agentibus ex persona dei sicut etiam prophetas solere ordinavimus sive assumentibus ex creatura quod ipsi non essent ubi deus figuraretur demonstraretur hominibus. Quod genus significationis nec prophetas omisisse exemplis multis docet scriptura. Superest ergo iam ut videamus cum et nato per virginem domino et corporali specie sicut columba descendente spiritu sancto visisque igneis linguis sonitu facto de celo die pentecostes post ascensionem domini non ipsum dei verbum per suam substantiam qua patri equale atque coeternum est. Nec spiritus patris et filii per suam substantiam qua et ipse utrique equalis coequalis atque coeternus est sed utique creatura que et illis modis formari et existere potuit corporeis atque mortalibus sensibus apparuit. Verum inter illas demonstrationes et has proprietates filii dei et spiritus sancti quid intersit per creaturam visibilem factas missit quod alio volumine commodius ordietur. Explicit liber tercius. Incipiunt capitula libri quarti de trinitate dei Ieta

Scienciam terrestrium celestiumque rerum magni estimare solet genus humanum
in quo profecto meliores sunt qui huic sciencie preponunt nosse semetipsos lau-
dabiliorque est animus cui nota est infirmitas sua quam qui ea non respecta
vias siderum scrutatur etiam cogniturus aut qui iam cognitas tenet
ignorans ipse qua ingrediatur ad salutem ac firmitatem suam. Qui vero iam
euigilauit in deum spiritus sancti calore excitatus atque in eius amore coram se viluit
ad eumque intrare volens nec valens eoque sibi lucente attendit in se invenitque
se suamque egritudinem illius mundicie contemperari non posse cognovit flere dulce habet
et eum precari ut etiam misereatur donec exuat totam miseriam et precari cum fiducia iam
gratuito pignore salutis accepto per eius unicum salvatorem et illuminatorem hominis.
Hunc itaque egentem ac dolentem sciencia non inflat quia caritas edificat. Preposuit enim
scienciam // apposuit dolorem peregrinacionis sue ex desiderio patrie sue et conditoris sui. In
hoc genere hominum in familia Christi tui domine deus meus si inter pauperes tuos gemo
da mihi de pane tuo respondere hominibus qui non esuriunt et sitiunt iusticiam sed saciati sunt
et habundant. Saciavit autem illos fantasma eorum non veritas tua quam repellendo
resiliunt et in suam vanitatem cadunt. Ego certe sencio quam multa figmenta pariat
cor humanum et quid est cor meum nisi cor humanum. Sed hoc oro deum cordis mei
ut nichil ex eis figmentis pro solido verum eructem in has litteras sed inde veniat
in eas quicquid per me venire potuerit unde mihi quamvis proiecto a facie oculorum eius
et de longinquo redire conanti per viam quam stravit nobis divinitas humanitate
unigeniti sui aura veritatis eius aspergitur quam in tantum licet mutabilis haurio
in quantum in ea nichil mutabile video. Nec locis et temporibus sicut corpora
nec solis temporibus et quasi locis sicut spirituum nostrorum cogitaciones nec solis temporibus et
nulla vel ymagine locorum sicut quedam nostrarum mencium raciocinaciones. Omnino enim dei es-
sencia est que nichil mutabile habet nec in eternitate nec in veritate nec in voluntate
quia eterna ibi est veritas et eterna caritas et vera ibi caritas vera eternitas et cara ibi
est eternitas cara veritas. **De gracia dei quam sibi humanum genus reconciliat ut sal[vetur]**

Sed quia exulavimus ab incommutabili gaudio **nec tamen quod perierat c. ii**
nec tamen inde precisi atque abrupti sumus ut non etiam in istis mutabilibus et
temporalibus eternitatem veritatem beatitudinem quereremus nec mori enim nec falli nec
perturbari volumus missa sunt nobis divinitus visa congrua peregrinacioni nostre
quibus admoneremur non hic esse quod querimus sed illuc ab ista esse redeundum
unde nisi penderemus hic ea non quereremus. Et primum nobis persuadendum
fuit quantum nos dilexit deus ne desperacione non auderemus erigi in eum. Qua-
les autem dilexerit ostendi oportebat ne tamquam de meritis nostris superbientes magis
ab eo resiliremus et in nostra fortitudine magis deficeremus. Ac per
hoc egit nobiscum ut per eius fortitudinem pocius proficeremus atque ita in infirmitate
humilitatis perficeretur virtus caritatis. Hoc significat in psalmo ubi ait pluviam volun-
tariam segregabit deus etc. Pluviam quippe voluntariam non nisi graciam vult
intelligi non meritis redditam sed gratis datam unde et gracia nominatur. Dedit enim
eam non quia digni eramus sed quia voluit. Hoc cognoscentes non fidemus
in nobis ipsis et hoc est infirmari. Ipse enim perficit nos qui etiam paulo
apostolo dixit Sufficit tibi gracia mea etc. Persuadendum ergo erat homini quantum nos
dilexit deus et quales dilexit. Quantum ne desperaremus quales ne superbi-
remus. Hunc locum apostolus pernecessarium sic explicat. Commendat autem suam caritatem
deus in nobis. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius
multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Item alio loco Quid ergo
dicemus ad hec. Si deus pro nobis quis contra nos qui filio proprio non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit eum quomodo non cum illo omnia nobis donavit. Quod autem factum

---

Margin note: scientie posuit scire infirmitatem suam magis quam scire mundi moenia fundata terrarum et fastigia celorum et hanc apponendo scienciam

nobis annuntiaretur. Hoc futurum ostendebatur et antiquis iustis, ut per eandem fidem etiam ipsi
humilitati incarnationis et infirmati per sanarentur. Una ergo dominus est verbum dei per quod
facta sunt omnia, quod est incommutabilis veritas ubi principaliter atque incommutabiliter
sunt omnia simul, non solum que nunc sunt in hac universa creatura verum etiam que fuerunt
et que ventura sunt. Ibi autem nec fuerunt nec futura sunt, sed tantum sunt. Et omnia vita
sunt et omnia unum sunt et magis unum est et una vita est. Sic enim per ipsum omnia
facta sunt, ut quicquid factum est in hiis in illo vita sit, et facta non sit, quia
in principio non factum est verbum, sed erat verbum apud deum et deus erat verbum. Et omnia per
ipsum facta sunt, nec per ipsum omnia facta essent nisi ipsum esset ante omnia factumque
non esset. In hiis autem que per ipsum facta sunt, etiam corpus quod vita non est
per ipsum non fieret nisi in illo antequam fieret vita esset. Quod enim factum est in
illo iam vita erat et non qualiscumque vita, et anima vita est corporis, sed et hec facta
est quia mutabilis est, et per quid facta est nisi per dei verbum incommutabile? Omnia
per ipsum facta sunt et cetera. Quod ergo factum est iam in ipso vita erat, et non qualis-
cumque vita, sed vita erat lux hominum. Lux utique rationalium mentium per quas homines
a pecoribus differunt et ideo sunt homines. Non ergo lux corporea que lux est carnium
sive de celo fulgeat sive terrenis ignibus accendatur, nec humanarum tantum car-
nium sed et beluinarum et usque ad minutissimos quosque vermiculos. Omnia enim
hec vident istam lucem. Sed illa vita lux erat hominum nec longe posita ab unoquoque
nostrum. In illo enim vivimus et movemur et sumus. Lux in tenebris lucet.

De incarnatione verbi ut participes eius esse possimus. Capitulum tercium.

Tenebre autem sunt stulte mentes hominum prava cupiditate atque infidelitate
cecate. Has ut curaret atque sanaret verbum per quod facta sunt omnia, caro factum
est et habitavit in nobis. Illuminatio quippe nostra participatio verbi est, illius scilicet
vite que lux est hominum. Huic autem participationi prorsus inhabiles et minus idonei
eramus propter immunditiam peccatorum. Mundandi ergo eramus. Porro iniquorum
et superborum una mundatio est, sanguinis iusti et humilitas dei, ut ad contemplan-
dum deum quod natura non sumus, et quod peccato non sumus. Deus enim natura non sumus,
homines natura sumus, iusti peccato non sumus. Deus itaque factus homo iustus intercede-
ret deo pro homine peccatore. Non enim congruit peccator iusto, sed congruit homini homo.
Adiungens ergo nobis similitudinem humanitatis sue, abstulit dissimilitudinem
iniquitatis nostre, et factus particeps mortalitatis nostre fecit participes divinitatis sue.
Merito quippe mors peccatoris ex dampnationis necessitate veniens soluta est per mor-
tem iusti venientem ex misericordie voluntate, dum simplum eius congruit duplo nostro.
Hec congruentia sive convenientia vel concinentia vel consonantia vel si quid
commodius dicitur quod est unum ad duo in omni compaginatione vel si melius
dicitur coaptatione creature valet plurimum. Hanc enim coaptationem sicut mi-
hi nunc occurrit dicere volui quam greci armoniam vocant. Nec nunc locus est ut
ostendam quantum valeat consonantia simpli ad duplum que maxime in
nobis reperitur ut sit nobis insita naturaliter. A quo utique nisi qui nos creavit?
ut nec imperiti possent eam non sentire sive ipsi cantantes sive alios audi-
entes. Per hanc quippe voces acutiores graviores que concordant ita ut quisquis
ab ea dissonuerit non sciam tamen quod excepte sunt plurimi, sed ipsum sensum an-
dito nostri vehementer offendat. Quod hoc ut demonstretur longo sermone opus
est. Ipsis autem auribus exhiberi potest ab eo qui novit in regulari monocordo.

De simplo salvatoris in quo duplum nostrum concurrit et concinit. C. iiii.

Verum quod instat in presentia, quantum donat deus edissendum est quemadmodum
simplum domini et salvatoris nostri Iesu Christi duplo nostro conveniat et quodammodo
concinat ad salutem. Nos certe quod nemo christianus ambigit, et anima et corpore mor-
tui sumus, anima propter peccatum corpore propter penam peccati, utrique autem nostre et anime

et corporis medicinam ex resurrectione opus erat, ut in melius renovaretur quod erat inde-
terius commutatum. Mors autem anime impietas est, et mors corporis corruptibilitas
per quam fit et anime a corpore abscessus. Sicut enim anima deo deserente ita corpus anima
deserente moritur, unde fit illa insipiens, hoc exanime. Resuscitatur ergo anima per
penitentiam et in corpore adhuc mortali renovatio vite inchoatur a fide qua creditur
in eum qui iustificat impium bonisque moribus et roboratur de die in diem, cum
magis magisque renovatur interior homo. Corpus vero tamquam homo exterior quanto hec
vita diuturnior est, magis magisque corrumpitur vel etate vel morbo vel variis
afflictionibus donec veniat ad ultimam que ab omnibus mors vocatur. Eius autem
resurrectio differtur in finem cum et ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. Tunc
enim similes ei erimus et videbimus. Nunc vero quamdiu corpus quod corrumpitur aggravat animam
et vita humana super terram tota temptatio est, non iustificabitur in conspectu tuo
omnis vivens in comparatione iusticie qua equabimur angelis, et glorie que revela-
bitur in nobis. De morte autem anime a morte corporis distinguenda, quid plura
documenta commemorem, cum dominus in evangelii sententia utramque mortem cuivis facile
discernendam posuerit ubi ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sepeliendum
quippe corpus mortuum erat, sepultores autem eius per infidelitatem impietatis
in anima mortuos intelligi voluit, quales excitantur cum dicitur: Surge qui dormis etc.
Detestatur autem quandam mortem apostolus dicens de vidua: Que autem in deliciis agit
vivens mortua est. Anima ergo iam pia que fuit impia propter iusticiam fidei dicitur
ex morte revixisse atque vivere. Corpus autem non tantum moriturum propter anime abscessum
abscessionem qui futurus est, sed propter tantam infirmitatem carnis et sanguinis quodam
loco in scripturis etiam mortuum dicitur loquente apostolo: Corpus quidem mortuum est
propter peccatum etc. Hec vita ex fide facta est quia iustus ex fide vivit. Sed quid sequitur?
Si autem spiritus eius qui suscitavit Ihesum ex mortuis habitat in vobis etc. Huic autem
duple morti nostre salvator impendit simplam suam et ad faciendam utramque
resurrectionem nostram in sacramento et exemplo proposuit unam suam. Neque enim fuit peccator
aut impius ut ei tamquam spiritu mortuo in interiori homine renovari opus esset
et tamquam resipiscendo ad vitam iusticie revocari, sed indutus carne mortali et
sola moriens sola resurgens ea esset sola nobis ad utrumque concinuit, cum in ea
fieret interioris hominis sacramentum, exterioris exemplum. Interioris enim hominis nostri sacramento
data est illa vox pertinens ad mortem anime nostre significandam non solum in psalmo
verum etiam in cruce: Deus deus meus ut quid me dereliquisti. Cui voci congruit
apostolus dicens: Scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est etc. Crucifi-
xione quippe interioris hominis penitencie dolores intelliguntur et continencie quidam
salubris cruciatus, per quam mortem mors impietatis perimitur in qua
nos non relinquit deus. Et ideo per talem crucem evacuatur corpus peccati
ut iam non exhibeamus membra nostra membra iniquitatis peccato. Quia et interior homo
si utique renovatur de die in diem profecto vetus est antequam renovetur. Intus
namque agitur quod idem apostolus dicit: Exuite vos veterem hominem etc. Quod
ita consequenter exponit: Quapropter deponentes mendacium loquimini veritatem. Ubi
autem deponitur mendacium nisi intus, ut inhabitet in monte sancto dei qui loquitur
veritatem in corde suo. Resurrectio vero corporis domini ad sacramentum interioris resurrectionis
nostre pertinere ostenditur ubi postquam resurrexit ait mulieri: Noli me tangere etc.
Cui misterio congruit apostolus dicens: Si autem consurrexistis cum Christo etc. Hoc est
Christum non tangere nisi cum ascenderit ad patrem non de Christo carnaliter sapere.
Iam vero ad exemplum mortis exterioris hominis nostri dominice carnis mors

competit quia per talem passionem maxime hortatus suos suos ut non timeant eos qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere propter quod dicit apostolus ut suppleam que desunt pressurarum christi in carne mea. Et ad exemplum exterioris hominis nostri competere invenitur resurrectio domini corporis quia ita discipulis ait palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Et unus ex discipulis eius etiam cicatrices eius contrectans exclamavit dicens dominus meus et deus meus. Et cum illius carnis tota integritas appareret demonstratum est in ea quod suos exhortans dixerat capillus capitis vestri non peribit. Unde enim primo noli me tangere etc. et unde antequam ascendat ad patrem a discipulis tangitur nisi quia illic insinuabatur interioris hominis sacramentum hic praebebatur exterioris exemplum. An forte quisquam ita est absurdus atque aversus a vero ut non audeat dicere a viris eum tactum antequam ascenderet a mulieribus cum ascendisset. Propter hoc exemplum future resurrectionis nostre in corpore quod precessit in domino dicit apostolus initium christus deinde qui sunt christi. De corporis enim resurrectione illo loco agebatur propter quam etiam dicit transfigurabit corpus humilitatis nostre conforme corpori glorie sue. Una ergo mors nostri salvatoris duabus mortibus nostris saluti fuit et una eius resurrectio duas nobis resurrectiones prestitit cum corpus eius in utraque re id est in morte et resurrectione et in sacramento interioris hominis nostri et exemplo exterioris medicinali quadam convenientia ministratum est.

De ratione simpli ad dupli per numerum ternarium atque senarium c v

Hec autem ratio simpli ad duplum oritur quidem a ternario numero unum quippe ad duo tria sunt sed hoc totum quod dixi ad senarium pervenit unum enim et duo et tria sex fiunt. Qui numerus propterea perfectus dicitur quia partibus suis completur habet enim eas tres partes sextam tertiam dimidiam nulla pars alia que dici possit quota sit invenitur in eo. Sexta ergo eius unum est tertia duo dimidia tria. Unum autem et duo et tria consummant eundem senarium. Cuius perfectionem nobis sancta scriptura commendat in eo maxime quod deus sex diebus perfecit opera sua et sexto die factus est homo ad ymaginem dei et sexta etate generis humani filius dei venit et factus est filius hominis ut nos reformaret ad ymaginem dei. Ea quippe nunc etas agitur sive millenis annis singulis distribuantur etatibus sive in divinis litteris memorabiles atque insignes quasi articulos temporum investigemus ut prima etas inveniatur ab adam usque ad noe inde secunda usque ad abraham et deinceps sicut matheus ewangelista distinxit ab abraham usque ad david a david usque ad transmigrationem babilonie atque inde usque ad virginis partum. Que tres etates illis duabus iuncte quinque faciunt. Proinde sextam inchoavit nativitas domini que nunc agitur usque ad occultum temporis finem. Hunc senarium numerum quandam temporis gerere figuram etiam in illa ratione tripartite distributionis agnoscimus qua unum tempus computamus ante legem alterum sub lege tertium sub gratia in quo tempore sacramentum renovationis accepimus ut in fine temporis etiam resurrectione carnis omni ex parte renovati ab universa non solum animi verum etiam corporis infirmitate sanemur. Unde intelligitur illa mulier in typo ecclesie a domino sanata et erecta quam curvaverat infirmitas alligante sathana. De talibus enim occultis hostibus plangit illa vox in psalmo curvaverunt animam meam. Hec autem mulier xviii annos habuit in infirmitate quod est ter seni. Menses autem annorum xviii inveniuntur in numero solidi quadrati senarii quod est sexies seni et hoc sexies. Iuxta quippe est in eodem ewangelii loco arbor illa ficulnea quam etiam misere sterilitatis

tinus annus argueret, sed ~~illa ipsa~~ ita pro illa interiectio est ut dimitteretur illo anno
ut si fuerit facit bene, sin aliter crederetur. Nam et tres enim ad eandem perti
tam distribucionem pertinet et menses trium annorum quadratum senarium faciunt quod
est sexies seni. Cuncta eciam vincis si xii menses integri consideretur quos
trecenti dies complent talem quippe mensem veteres assignaverunt quem circuitus
lunaris ostendit senarius numerus pollet. Quod enim numeri valent sex in primo or
dine numerorum qui constat ex unis ut perveniatur ad decem hoc autem valent
lx in secundo ordine qui constat ex denis ut perveniatur ad c. Sexagenarius ergo
numerus dierum vi pars anni est proinde per senarium primi versus multiplicatur tamquam
senarius secundi versus et fiunt sexies lx sexagenum ccclx dies qui sunt inte
gri xii menses. Sed quoniam sicut mensem circuitus lune ostendit hominibus, sic
annum circuitus solis annum adversus est. Restant autem quinque dies et quadrans
diei ut sol impleat cursum suum annum quod concludat. Quatuor enim quadran
tes faciunt unum diem quem necesse est intercalari excursu quadriennio quod
bissextum vocant ne temporum ordo turbetur. Eciam ipsos v dies et quadrantem
si consideremus senarius numerus in eis plurimum valet primo quod sicut solet
ut a parte toti computetur non sunt iam quinque dies sed potius vi ut qua
drans ille accipiatur pro die. Deinde quod in ipsis v diebus vi pars mensis est
ipse autem quadrans vi horas habet. Totus enim dies i cum sua nocte xxiiii eo
hore sunt quarum pars iiii quam est quadrans diei vi hore inveniuntur ita in
anni cursu senarius numerus valet. De xl et vi annis edificationis domini
Non et omitto in edificacione dominici corporis corporis. Capitulum viim
Non enim tunc figura templum a iudeis destructum triduo se resuscitaturum
dicebat. Numerus ipse senarius pro anno potius intelligitur. Dicuntur ergo xl
et vi annis edificatum templum et quadragies sexies seni fiunt cc lxx
vi dies. Qui numerus dierum complet viiii menses et vi dies qui tamquam
x menses parientibus feminis imputantur non quod omnes ad sextum diem post
nonum mensem perveniunt sed quod ipsa perfectio corporis domini tot dies ad partum
perducta comperitur sicut a maioribus traditum suscipiens ecclesie custodit auctoritas.
Octava enim die kalendas aprilis conceptus creditur quo et passus. Ita monumento
novo quo sepultus est ubi nullus positus erat mortuorum nec antea nec
postea congruit uterus virginis quo conceptus ubi nullus seminatus est mortalium.
Natus autem traditur viii kalendas ianuarii. Ab illo ergo die usque ad istum
computati cc lxxvi reperiuntur dies qui senarium numerum quadragies sexies
habent. Quo numero annorum templum edificatum est quod eo numero corpus domini per
fectum est quod mortis passione destructum triduo resuscitat. Dicebat hoc
de templo corporis sui sicut evidentissimo et robustissimo evangelii te
stimonio declaratur quod ait Sicut fuit ionas in ventre ceti etc.
De triduo impleto quo dominus resurrexit. Capitulum viii
Ipsum autem triduum non totum et plenum fuisse scriptura testis est. Sed primus
dies a parte extrema totus annumeratus est dies vero tercius a parte prima et medius
totus. Medius autem inter eos id est secundus absolute totus i. xxiiii horis suis
xii nocturnis xii diurnis. Crucifixus est enim primo iudeorum vocibus hora
iii cum esset dies vi sabbati. Deinde in ipsa cruce suspensus hora vi et
spiritum tradidit hora ix. Sepultus est autem cum iam sero esset sicut se se habent
verba evangelii quod intelligitur in fine diei. Unde ergo libet incipias. Eciam
si alia ratio reddi potest quomodo non sit contra evangelium Iohannis ut hora tercia

ligno suspensus intelligatur toti diei primum non competit. Ergo a parte extrema totus computabitur sicut totus a parte prima quod a nocte sumat dies initium. Nox enim usque ad diluculum quo domini resurrectio declarata est ad totum pertinet diem quia deus qui dixit de tenebris lumen clarescere ut per gratiam novi testamenti et participationem resurrectionis christi audiremus fuistis enim aliquando tenebre nunc autem lux in domino quodammodo quia a nocte sumat dies initium. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem ita isti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur. Ab hora ergo mortis usque ad diluculum resurrectionis hore sunt xl ut et ipsa hora ix connumeretur. Cui numero congruit etiam vita eius super terram post resurrectionem in xl diebus. Et est ille numerus in scripturis frequentissimus ad insinuandum misterium perfectionis in quadripartito mundo. Habent enim perfectionem quandam x et ea quater multiplicata faciunt xl. A vespere autem sepulture usque ad diluculum resurrectionis xxxvi hoc sunt qui est quadratus senarius. Refertur autem ad illam rationem simpli ad duplum ubi est coaptationis maxima consonantia. xii enim ad xxiiii simpli ad duplum convenimus et fiunt xxxvi Nox tota cum die toto et nocte tota Nec hoc sine illo sacramento quod supra commemoravi. Non absurde quippe spiritum diei comparamus corpus autem nocti. Domini enim corpus in morte et resurrectione et spiritus nostri figuram et corporis gerebat exemplum. Sic ergo apparet illa ratio simpli ad duplum in horis xxxvi cum xii ad xxiiii conferuntur. Et harum quidem numerorum causas cur in scripturis sanctis positi sunt potest alius alias indagare vel quibus iste quas ego reddidi preponende sint vel eque probabiles vel istis etiam probabiliores. Frustra tamen eos esse in scripturis positos et nullas esse causas misticas cur isti ibi numeri commemorentur nemo tam stultus ineptusque contendit. Ego autem quas reddidi vel ecclesie auctoritate a maioribus traditas vel divinarum scripturarum testimonio vel ex ratione numerorum similitudinumque collegi. Contra rationem nemo sobrius contra scripturas nemo christianus contra ecclesiam nemo pacificus senserit.

De signis et prefiguracionibus que adventum domini precesserunt c. viii

Hoc sacramentum hoc sacrificium hic sacerdos hic deus antequam missus veniret factus ex femina omnia que sacrate ac mistice patribus nostris per angelica miracula apparuerunt sive que per ipsos prophetas facta sunt similitudines huius fuerunt ut omnis creatura factis quodammodo loqueretur unum futurum in quo esset salus universorum a morte reparandorum. Quia enim ab unitate deo summo et vero per impietatis iniquitatem resilientes et dissonantes defluxeramus et evanueramus in multa et inherentes in multis oportebat nutu et imperio dei miserantis ut ipsa multa venturum conclamarent unum et a multis conclamatus veniret unus et multa contestarentur venisse unum et a multis exonerati veniremus ad unum et multis peccatis in anima mortui et propter peccatum in carne morituri amaremus sine peccato mortuum in carne pro nobis unum et in resuscitatum credentes et cum illo per fidem spiritu resurgentes iustificaremur in uno iusto facti unum Nec in ipsa carne nos resurrecturos desperaremus cum multa membra intueremur precessisse nos caput unum in quo nunc per fidem mundati et tunc per speciem redintegrati et per mediatorem deo reconciliati hereamus uni fruamur uno permaneamus unum.

De filio dei qui et in forma dei et in forma servi una est persona. Capitulum ix

Sic ipse filius dei verbum dei et idem ipse mediator dei et hominum filius hominis equalis patri per divinitatis unitatem et particeps noster per humanitatis susceptionem patrem interpellans pro nobis per id quod homo erat nec tamen tacens quod deus cum patre unum erat et inter cetera ita loquitur Non pro hiis autem rogo tantum sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum et reliqua.

De unitate ecclesie in deo pergenda dilectionem cuius formam prebet unitas patris et filii et spiritus sancti c. x

Non dixit Ego et ipsi unum quamvis per id quod caput ecclesie est et corpus eius ecclesia posset dicere Ego et ipsi non unum sed unus quia caput et corpus unus est christus sed divinitatem suam consubstancialem patri ostendens propter quod et alio loco dicit Ego et pater unum sumus In suo genere hoc est in eiusdem nature consubstanciali parilitate vult esse suos unum sed in ipso quia in seipsis non possent dissociati ab invicem per diversas voluntates et cupiditates et inmundicias peccatorum unde mundantur per mediatorem ut sint in illo unum non tantum per eandem naturam qua omnes ex hominibus mortalibus equales sunt sed eciam per eandem caritatem in eandem beatitudinem conspirante concordissima voluntate in unum spiritum quodammodo caritatis igne conflata Ad hoc enim valet quod ait ut sint unum sicut et nos unum sumus ut quemadmodum pater et filius non tantum equalitate substancie sed eciam voluntate unum sunt ita et hii inter quos et deum mediator est filius non tantum per id quod eiusdem nature sunt sed eciam per eandem dileccionis societatem unum sint Deinde idipsum quod mediator est per quem reconciliamur deo sic indicat Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum

De mediatore ad mortem dyabolo et mediatore ad vitam ihesu christo Capitulum xi

Hec est vera pax et cum creatore nostro nobis firma connexio purgatis et reconciliatis per mediatorem vite sicut maculati et alienati ab eo recesseramus per mediatorem mortis Sicut enim dyabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem ita christus humilis hominem obedientem reduxit ad vitam Quia sicut elatus cecidit et deiecit consencientem sic iste humiliatus surrexit et erexit credentem Quia enim non pervenerat dyabolus quo ipse perduxerat mortem quippe spiritus in impietate gestabat sed mortem carnis non subierat quia nec indumentum susceperat magnus homo videbatur princeps in legionibus demonum ~~sed mortem carnis~~ per quos fallaciarum regnum exercet sic hominem per elacionis typum potencie quam iusticie cupidiorem aut per falsam philosophiam magis inflans aut per sacra sacrilegia irretiens in quibus eciam magice fallacie curiosiores superbioresque animas deceptas illusasque precipitat subditum tenet polliciens eciam purgacionem anime per eas quas teletas appellant transfigurando se in angelum lucis per multiformem machinacionem in signis et prodigiis mendacii

De fallacitate ludificacionum qua homines immundi spiritus fallunt Cap. xii

Facile est enim spiritibus nequissimis per aerea corpora facere multa que mirentur anime terrenis corporibus aggravate eciam melioris affectus Si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus et exercitacionibus modificata in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent ut hii qui nunquam talia viderunt narrata vix credant Quid magnum est dyabolo et angelis eius de corporeis elementis per aerea corpora facere que caro miretur aut eciam occultis inspiracionibus ad illudendos humanos sensus fantasmata imaginum machinari quibus vigilantes dormientesve decipiat vel furentes exagitet sed sicut fieri potest ut homo vita ac moribus melior spectet nequissimos homines vel in fune ambulantes vel motibus multimodis corporum multa incredibilia facientes nec ullos talia facere concupiscat nec eos propterea sibi preponendos existimet sic anima fidelis et pia non solum si videat verum eciam si propter fragilitatem carnis exhorreat miracula demonum non ideo tamen aut non se posse talia dolebit aut ob hoc illos meliores esse iudicabit cum sint presertim in societate sanctorum qui per potenciam dei cui cuncta subiecta sunt et minime fallacia et multo maiora fecerunt sive homines sive angeli boni

De falsis et deceptoriis purgacionibus c. xiii

Nequaquam igitur per sacrilegas similitudines et impias curiositates et magicas consecrationes anime purgantur et reconciliantur deo quia falsus mediator non traicit ad superiora, sed potius obsidens intercludit viam per affectus quos tanto maligniores quanto superbiores suis sociis inspirat qui non possunt ad evolandum pennas nutrire virtutum sed potius ad demergendum pondera exaggerare viciorum tanto gravius anime ruiture quanto sibi videtur evecta sublimius. Proinde sicut magi fecerunt divinitus moniti quos ad humilitatem domini adorandam stella perduxit ita et nos non qua venimus sed per aliam viam in patriam redire debemus quam rex humilis docuit, et quam rex superbus humili regi adversarius obsidere non possit. Et nobis enim ut adoremus humilem Christum celi enarraverunt gloriam dei cum in omnem terram exiit sonus eorum etc. Via nobis fuit ad mortem per peccatum in Adam. Per unum quippe hominem intravit peccatum in hunc mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccaverunt. Huius vie mediator dyabolus fuit persuasor peccati et precipitator in mortem. Nam et ipse ad operandam duplam mortem nostram simplam attulit suam. Per impietatem namque mortuus in spiritu, carne utique mortuus non est. Nobis autem et impietatem persuasit et per hanc ut in mortem venire mereremur effecit. Unum ergo appetivimus iniqua suasione, alterum nos secutum est iusta dampnatione. Propterea quippe scriptum est: Deus mortem non fecit, quia causa mortis ipse non fuit, sed tamen retributione eius iustissima mors irrogata est peccatori. Sicut supplicium iudex irrogat reo, causa tamen supplicii non est iusticia iudicis, sed meritum criminis. Quo ergo nos mediator mortis transmisit et ipse non venit, id est ad mortem carnis, ibi nobis dominus deus noster medicinam emendationis inseruit, quam ille non meruit, occulta et nimis archana divine alteque iusticie. Ut ergo sicut per unum hominem mors ita per unum hominem fieret resurrectio mortuorum, quia magis vitabant homines quod vitare non poterant mortem carnis quam mortem spiritus, id est magis penam quam meritum pene. Nam non peccare aut non curatur aut parum curatur. Non mori autem quamvis non obtineatur vehementer satagitur. Vite mediator ostendens quam non sit mors timenda que per humanam conditionem iam evadi non potest, sed potius impietas que per fidem caveri potest. Occurrit nobis ad finem quo venimus sed non qua venimus. Nos enim ad mortem per peccatum venimus, ille per iusticiam. Et ideo cum sit mors nostra pena peccati, mors illius facta hostia pro peccato. Mortem Christi non fuisse invitam sed voluntatis sue ac potestatis. Capitulum xiii quarti libri.

Quapropter cum spiritus corpori preponatur mors que sit spiritus a deo deseri, mors autem corporis a spiritu deseri, eaque sit pena in morte corporis, ut quia spiritus volens deseruit deum, deserat corpus invitus, ut cum spiritus deum deseruerit quia voluit, deserat corpus etiam si nolit, nec deserat cum voluerit nisi aliquam sibi vim qua ipsum corpus perimatur intulerit, demonstravit spiritus mediatoris quam nulla pena peccati usque ad mortem carnis eius accesserit, quia non eam deseruit invitus, sed quia voluit quando voluit quomodo voluit. Quippe verbo dei ad unitatem commixtus hinc ait: Potestatem habeo ponendi animam meam etc. Et hoc maxime mirati sunt sicut evangelium loquitur qui presentes aderant, cum post illam vocem in qua figuram peccati nostri edidit continuo tradidit spiritum. Longa enim morte cruciabantur suspensi. Unde latronibus ut iam morerentur et de ligno ante sabbatum deponerentur crura confracta sunt. Ille autem quia mortuus inventus est miraculo fuit. Hoc etiam Pilatum legimus fuisse miratum cum ab illo sepeliendum corpus domini peteretur. Ille itaque deceptor qui fuit homini mediator ad mortem falso se opponit ad vitam nomine purgationis per sacra et sacrificia sacrilega quibus superbi seducuntur quia nec participationem mortis

nostre hic potuit ut et ipsum sic exemplum quoddam suam mortem ad duplam nostram
potuit afferre simplam vero resurrectionem in qua et sacramentum esset renovationis nostre et
in fine eius que signa est evigilationis exemplum non utique potuit. Ille porro
qui spiritu vivus carnem suam mortuam resuscitavit verus vite mediator illum
spiritu mortuum et mortis mediatorem a spiritibus in se credentium foras mittit, ut
non regnaret intrinsecus sed forinsecus oppugnaret nec tamen expugnaret. Cui se
ipse quoque temptandum prebuit ut ad superandas etiam temptationes eius mediator esset
non solum per adiutorium verum etiam per exemplum. At ille primitus ubi
per omnes aditus ad interiora moliens irrepere expulsus est per baptismum in heremo
completa omni temptatione illecebrosa quia vivum spiritu mortuus spiritu non invasit
quoquomodo avidus mortis humane convertit se ad faciendam mortem quam potuit et per
missus est in illud quod ex nobis mortale vivus mediator acceperat, et ubi
potuit aliquid facere ibi ex omni parte devictus est, et unde accepit exterius
potestatem dominice carnis occidende inde interior qua nos tenebat potestas
eius occisa est. Factum est enim ut vincula peccatorum multorum in mortis mortibus
per unius unam mortem quam peccatum nullum precesserat solverentur quam pro nobis dominus
pro nobis indebitam reddidit ut nobis debita non noceret. Neque enim iure cuiusquam
potestatis exutus est carne sed ipse se exuit. Nam qui posset non mori si nollet
procul dubio quia voluit mortuus est et ideo principatus et potestates exemplavit fiducialiter
triumphans eos in semetipso. Morte sua quippe uno verissimo sacrificio
pro nobis oblato quicquid culparum erat unde nos principatus et potestates ad luenda sup-
plicia iure detinebant purgavit abolevit et extinxit et sua resurrectione in novam
vitam nos predestinatos vocavit vocatos iustificavit iustificatos glorificavit. Ita
dyabolus hominem quem per consensionem seductum tamquam iure integro possidebat et ipse nulla
corruptione carnis et sanguinis septus per istam corporis mortalis fragilitatem nimis egeno
et infirmo tanto superbior quanto velut ditior et fortior quasi pannoso et erumposo
dominabatur in ipsa morte carnis amisit. Quo enim cadentem non secutus compulit
redemptorem descendit in mortis consortio filius dei nobis fieri dignatus est amicus quo
non perveniendo meliorem se nobis atque maiorem putavit inimicus. Dicit enim redemptor
noster maiorem dilectionem nemo habet etc. Quocirca etiam ipso domino se credidit dyabolus
superiorem in quantum illi dominus in passionibus cessit quia et de ipso intellectum est quod in psal-
mis legitur minuisti eum paulominus ab angelis ut ab iniquo velut equo iure ad-
versus nos agente ipse occisus innocens eum iure equissimo superaret atque ita capti-
vitatem propter peccatum factam captivaret nos quoque liberaret a captivitate propter peccatum suo
iusto sanguine iniuste fuso mortis cirographum delens et iustificandos redimens pecca-
tores. Hinc etiam dyabolus adhuc suos illudit quibus se per sua sacra velut purgandis
et potius implicandis atque mergendis falsus mediator opponit quod superbis facil-
lime persuadet irridere atque contempnere mortem Christi a qua ipse est quanto alienior
tanto ab eis sanctior atque divinior. Qui tamen apud eum paucissimi remanserunt agnoscen-
tibus gentibus et pia humilitate imbibentibus precium suum eiusque fiducia deserentibus
hostem suum et concurrentibus ad redemptorem suum. Nescit enim dyabolus quomodo illo
et insidiante et furente utatur ad salutem fidelium suorum excellentissima sapientia
dei, a fine superiore quod est initium spiritualis creature usque ad finem inferiorem quod
mors corporis pertendens fortiter et disponens omnia suaviter. Attingit enim ubique
propter suam mundiciam et nichil inquinatum in eam incurrit. Alieno autem a morte carnis
dyabolo unde nimium superbus incedit mors alterius generis paratur in eterno igne
thartari quo non solum cum terrenis sed etiam cum aereis corporibus excruciari spiritus
possunt. Superbi autem homines quibus Christus quia mortuus est viluit ubi nos
tam magno emit et istam mortem reddit cum hominibus conditionis erumpnose

nature que trahitur a primo peccato et in illa tamen illo preputabat. que propterea xpo spre
uebant quia eos in isto deceat quo per distantem nondum ipse non cecidit et quo propter
eos per ingentem misericordiam ille descendit Et hij se demonibus esse meliores et eis dubitat
credere eos esse maledictos omnibus insectari detestari quod non cessant Quos deos alienos
ab hominis mortis passione nouerunt propter quam xpm contempnunt Nec sic volunt considera
re quod fieri potuit ut in se manens et per se ipsum ex nulla parte mutabile verbum dei per inferioris
tamen nature susceptionem aliquid inferius pati posset quod immundus demon quia terrenum cor
pus non habet pati non possit Ita cum sint ipsi demonibus meliores tamen quia carnem por
tant mori sic possunt quemadmodum mori demones quia non eam portant non utique possunt Et
cum de mortibus sacrificiorum suorum multum presumant quos se fallacibus superbisque spiritibus
ymolare non senciunt aut si etiam senciunt aliquid sibi prodesse arbitrantur perfidorum et inui
dorum amiciciam Quorum intencionis nullum negocium est nisi impedimentum reditus nostri non
intelligunt nescii quod superbissimos spiritus honoribus sacrificiorum gaudere potuisse
si nisi vni vero deo pro quo coli volunt vnum sacrificium debetur ¶ De sacrificio perfecto
et vero quod ipse pro nobis saluator effectus est Capitulum xvij

Neque id posse rite offerri nisi per sacerdotem sanctum et iustum nec nisi ab eis accipiatur
quod offertur pro quibus offertur atque id sine vicio sit ut possit pro viciosis mundandis
possit offerri. hoc certe omnes cupiunt qui pro se offerri sacrificium sua purgare peccata
deo volunt Quis ergo tam iustus et sanctus sacerdos quam vnicus dei filius non qui
opus haberet per sacrificium sua purgare peccata nec originalia nec ex humana vita que
adduntur. Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur quam huma
na caro Et quid tam aptum huic ymolacioni quam caro mortalis et quid tam mun
dum pro mundandis viciis mortalium quam sine vlla contagione carnalis concupiscencie caro na
ta in vtero et ex utero virginali Et quid tam grate offerri et suscipi posset quam caro
sacrificii nostri corpus effectum sacerdotis nostri vt quia quatuor considerantur in omni sa
crificio cui offeratur a quo offeratur quid offeratur pro quibus offeratur idem ipse
vnus ipse esset qui afferebat et quod offerebat ¶ De hijs qui sibi pur
gacionem de virtute propria pollicentur Capitulum xvi

Sunt autem quidam qui se putant ad contemplandum deum et inherendum deo virtute
propria posse purgari, quos ipsa superbia maxime maculat nullum enim vicium
est cui magis diuina lege resistatur et in quod maius accipiat dominandi ius ille super
bissimus spiritus ad ima mediator ad summa interclusor nisi occulte insidians
alia via deuitetur aut per populum deficientem quod interpretatur amalech aperte saui
ens et ad terram promissionis repugnando transitum negans per crucem domini que
moysi manibus extensis est prefigurata superetur hinc enim sibi purgacionem isti
virtute propria pollicentur quia nonnulli eorum potuerunt aciem mentis ultra omnem cre
aturam transfigere et lucem incommutabilis veritatis quantulacumque ex parte conti
gere quod xpianos multos ex fide interim sola viuentes nondum potuisse derident
Sed quid prodest superbienti et ob hoc erubescenti lignum conscendere de longinquo prospi
cere patriam transmarinam Aut quid obest humili de tanto interuallo non eam
videre in illo ligno ad eam venienti quo dedignatur ille portari ¶ Sapientes
mundi nec resurrectionem vitam cognoscere nec futurorum ordinem sciencie potuisse quos ipsi etiam
Capitulum xvij

Hij etiam resurrectionem carnis nobis credere reprehendunt sibique potius etiam de hijs rebus credi volunt quasi uero
quia excelsam incommutabilemque substanciam per illa que facta sunt intelligere potuerunt
propterea de conuersione rerum mutabilium aut de contexto seculorum ordine consulendi sunt
Numquid enim quia verissime disputant et documentis certissimis persuadent eterna
racionibus omnia temporalia fieri propterea potuerunt in ipsis racionibus perspicere vel ex ipsis

colligere quot sint animalium generum que semina singulorum in exordiis qui modi in incrementis
qui numeri per conceptus per ortus per etates per occasus qui modi in appetendis que
secundum naturam sunt fugiendisque contrariis. Nonne ista omnia non per illam incommutabilem sapientiam
sed per locorum ac temporum historiam quesierunt et ab aliis experta atque conscripta crediderunt.
Quo minus mirandum est nullo modo eos potuisse prolixiorum seculorum seriem investi-
gare et quandam metam huius excursus quo tamquam flumine genus decurrit humanum atque
inde conversionem ad suum cuique debitum terminum. Ista enim nec historici scribere potue-
runt longe futura et a nullo experta atque narrata nec isti philosophi ceteris meliores in
illis summis eternisque rationibus intellectu talia contemplati sunt. Alioquin non eius-
dem generis preterita que potuerunt historici inquirerent sed potius et futura prenoscerent
quod qui potuerunt ab eis vates a nostris prophete appellati sunt.

Unde apt impios put quedam futura presciri. Capitulum xviii

Quanquam et prophetarum nomen non omnino alienum est a libris eorum. Sed plurimum
interest utrum experimento preteritorum futura coniciantur. Sicut medici multa pro-
videndo etiam litteris mandaverunt que ipsi experta notaverunt sicut denique agri-
cole vel etiam naute multa prenuntiant. Talia enim si ex longis intervallis temporum fiant
divinationes putantur. An vero iam ventura processerint et longe visa venientia nun-
tientur pro acumine sensus a videntibus. Quod cum faciunt aeree potestates divinare creduntur tamquam
si quisquam de montis vertice aliquem longe videat venientem et proxime in campo ha-
bitantibus ante nuntiet. An ab angelis sanctis quibus ea Deus per verbum sapientiamque
suam indicat ubi et futura et preterita stant et quibusdam prenuntientur hominibus
vel ab eis audita rursus ad alios homines transmittantur. An ipsorum hominum quorundam
mentes in tantum evehantur spiritu sancto ut non per angelos sed per se ipsas futurorum instan-
tes causas in ipsa summa rerum arce conspiciant. Audiunt enim ista et aeree pote-
states sive angelis ea nuntiantibus sive hominibus et tantum audiunt quantum opus
esse ille iudicat cui subdita sunt omnia. Multa etiam predicuntur instinctu quodam
et impulsu spiritus nescientium sicut Caiphas nescivit quid dixit / sed cum esset pon-
tifex prophetavit. Ergo de successionibus seculorum et de resurrectione mortuorum
philosophos nec illos consulere debemus qui creatoris eternitatem in quo vivimus movemur
et sumus quantum potuerunt intellexerunt quia per ea que facta sunt cognoscentes
Deum non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt sed dicentes se esse sapientes
stulti facti sunt. Et cum idonei non essent in eternitatem spiritualis incommutabilisque
nature aciem mentis tam constanter infigere ut in ipsa sapientia creatoris atque rectoris
universitatis viderent volumina seculorum que iam ibi essent ut semper essent hic autem
futura essent ut non essent atque ut ibi viderent conversiones in melius non solum animorum
sed etiam corporum humanorum usque ad sui modi perfectionem. Ergo ad hec ibi videnda
nullo modo essent idonei nec ad illud quidem digni habiti sunt ut eis ista per sanctos an-
gelos nuntiarentur sive forinsecus per sensus corporis sive interioribus revelationibus
in spiritu expressis sicut patribus nostris vera pietate preditis hec demonstrata sunt
qui ea predicentes et vel de presentibus signis vel de proximis rebus ita ut predi-
xerant factis fidem facientes auctoritatem cui de longe futuris usque in finem seculi cre-
deretur habere meruerunt. Potestates autem aeree superbe atque fallaces etiam si quedam
de societate et civitate sanctorum et de vero mediatore a sanctis prophetis vel
angelis audita per suos vates dixisse reperiuntur id egerunt ut per hec aliena
vera etiam fideles Dei si possent ad sua falsa traherent. Deus autem per nescientes
id egit ut veritas undique resonaret fidelibus in adiutorium impiis in testimonium.

De fide qua credimus temporaliter gesta et veritate que reddit eterna. Capitulum xix

Quia igitur ad eterna capescenda idonei non eramus. sordesque peccatorum nos pregrava-
bant temporalium rerum amore contracte et de propagine mortalitatis tanquam
naturaliter insite purgandi eramus. purgari autem ut contemperaremur eternis
non nisi per temporalia possemus. qualibus iam contemperati tenebamur. Sanitas enim
a morbo plurimum distat sed media curatio nisi morbo congruat non perducit
ad sanitatem. Inutilia temporalia decipiunt egrotos. utilia temporalia suscipiunt sa-
nandos. et sanatos ad eterna traiciunt. Mens autem rationalis sicut purgata con-
templationem debet rebus eternis. sic purganda temporalibus fidem. Dixit quidam
et illorum qui quondam apud grecos sapientes habiti sunt. Quantum ad id quod ortum
est eternitas valet tantum ad fidem veritas. et profecto est vera sententia. Quod enim nos tempora-
le dicimus hoc ille quod ortum est appellavit. ex quo genere etiam nos sumus non
tantum secundum corpus sed secundum animi mobilitatem. Non enim proprie vocatur eternum quod
aliqua ex parte mutatur. In quantum ergo mutabiles sumus. in tantum ab eternitate
distamus. Promittitur enim nobis vita eterna per veritatem a cuius perspicuitate rur-
sus tantum distat fides nostra. quantum ab eternitate mortalitas. Nunc ergo adhibemus
fidem rebus temporaliter gestis propter nos et per ipsam mundamur ut cum ad speciem ve-
nerimus quemadmodum succedit fidei veritas. ita mortalitati succedit eternitas. Qua-
propter quoniam fides nostra fiet veritas cum ad id quod nobis credentibus promittitur pervenerimus
promittitur autem nobis vita eterna. et dixit veritas non que fiet sicut futura est fi-
des nostra sed que semper est veritas quia ibi est eternitas. Dixit vero veritas. Hec est
vero vita eterna ut cognoscant te unum et verum deum etc. cum fides nostra videndo fiet
veritas. tunc mortalitatem nostram commutatam tenebit eternitas. quod donec fiat
et ut fiat. quia rebus ortis accommodamus fidem credulitatis. sicut in eternis
speramus veritatem contemplationis ne fides mortalis dissonaret a veritate vite
eterne. ipsa veritas patri coeterna de terra orta est. cum filius dei sic venit ut fieret
filius hominis. et ipse in se exciperet fidem nostram qua nos perduceret ad veritatem
suam. qui sic suscepit mortalitatem nostram ut non amitteret eternitatem suam
non amitteret e. Quantum enim ad id quod ortum est eternitas valet tantum ad fidem
veritas. Ita ergo nos purgari oportebat ut ille nobis fieret ortus qui maneret
eternus ne alter nobis esset in fide. alter in veritate. Nec ab eo quod orti sumus
ad eterna transire possemus nisi eterno per ortum nostrum sociato ~~ne alter nobis esset~~
~~in fide~~ ad eternitatem ipsius traiceremur. Nunc itaque illuc quodammodo secu-
ta est fides nostra quo ascendit in quem credimus ortus mortuus resuscitatus
assumptus. horum quattuor duo priora noveramus in nobis. Scimus enim et homines oriri
et mori. Duo enim reliqua resuscitari et assumi iuste in nobis speramus futura
quia in eo facta credimus. Itaque in illo quia et id quod ortum erat transiit ad
eternitatem transiturum est et nostrum. cum fides pervenerit ad veritatem. Iam enim creden-
tibus in verba dei fidei manentibus ut inde ad veritatem ac per hoc ad eternitatem
perducti a morte liberemur. ita loquitur. Si manseritis in verbo meo vere di-
scipuli mei estis. Et quasi quererent quo fructu. secutus ait. Et cognoscetis
veritatem. Et rursus quasi dicerent. Quid prodest mortalibus veritas. Et veritas
inquit liberabit vos. unde nisi a morte a corruptione a mutabilitate. veritas
quippe immortalis incorrupta incommutabilis permanet. vera autem immortalitas
vera incorruptibilitas vera incommutabilitas ipsa est eternitas.

De missione filii dei qua in forma servi patre factus est minor cum in forma dei patri permaneat equalis

Ecce ad quod missus est filius dei. immo vero ecce quod est missum esse fi-
lium dei. Quecumque propter faciendam fidem qua mundaremur ad contem-
plandam veritatem in rebus ortis ab eternitate prolatis et ad eternitatem
relatis temporaliter gesta sunt aut testimonia missionis huius fuerunt aut

missio ipsa filii dei. Sed testimonia quedam venturum prenunciaverunt quedam venisse
testata sunt. Factum quippe creaturam per quem facta sunt omnia unius [illegible]
omnem creaturam testem habere oportebat. Nisi enim multis missis predicaretur unus
non multis dimissis teneretur unus. Et nisi talia essent testimonia que
parvis magna viderentur non crederetur ille tam magnus ut magnos faceret ma-
gnus qui ad parvos missus est. Incomparabiliter enim maiora filii dei facta
sunt celum et terra et omnia que in eis sunt quoniam omnia per ipsum facta sunt quam signa
atque portenta que in eius testimonium proruperunt. Sed tamen homines ut hec magna per
eum facta parvi crederent, illa parva tamquam magna tremuerunt. Cum ergo venit
plenitudo temporis etc. usque adeo per unum ut factus, eo itaque missus quo factus. Si ergo
maior mittit minorem, fatemur et nos factum minorem, et in tantum minorem in-
quantum factum et in tantum factum inquantum missum. Misit enim filium suum factum ex
muliere per quem tamen quia facta sunt omnia non solum priusquam mitteretur factus, sed priusquam
essent omnia, eundem mittenti confitemur equalem quem dicimus missum minorem. Quomodo er-
go ante istam plenitudinem temporis qua eum oportebat mitti, priusquam missus esset videri
a patribus potuit cum eis angelica quedam visa demonstrarentur, quando nec iam mis-
sus sicut equalis est patri videbatur. Unde enim dicit Philippo a quo utique sicut a
ceteris et ab ipsis a quibus crucifixus est in carne videbatur: Tanto tempore vobiscum
sum et non cognovistis me etc. nisi quia videbatur et non videbatur. Videbatur sicut
missus factus erat non videbatur sicut per eum omnia facta erant. Aut unde etiam
illud dicit: Qui habet mandata mea et servat ea usque ibi et manifestabo ei meipsum. Cum
quando esset manifestus ante oculos hominum, nisi quia carnem quod verbum in plenitu-
dine temporis factum erat, suscipiende nostre fidei porrigebat. Ipsum autem verbum per quod
omnia facta sunt et facta erant purgate per fidem mentis contemplandum in eternitate
servabat. Si enim secundum hoc ~~iam potest intelligi~~ missus a patre filius dicitur quod ille pater
est, ille filius, nullo modo impedit ubi credimus equalem patri esse filium et con-
substantialem et coeternum, et tamen a patre missum filium. Non quia ille maior est ille
minor sed quia ille pater ille filius, ille genitor, ille genitus, ille a quo est qui
mittitur, ille qui est ab eo qui mittit. Filius enim a patre est non pater a filio.
Secundum hoc iam potest intelligi non tantum ideo dici missus filius quia verbum caro factum
est, sed ideo missus ut verbum caro fieret et per presentiam corporalem illa que scrip-
ta sunt operaretur, id est ut non tantum homo missus intelligatur quod verbum factum, sed
et verbum missum ut homo fieret, quia non secundum imparem potestatem vel substantiam vel
aliquid quod in eo patri non sit equale missus est, sed secundum id quod filius a
patre est, non pater a filio. Verbum enim patris est filius quod et sapientia eius dicitur. Quid
ergo mirum si mittitur non quia inequalis patri est, sed quia est manatio quedam claritatis
omnipotentis dei sinceris. Ibi enim quod manat et de quo manat, unius eiusdem
que substantie est ~~sed quia est manatio~~. Neque enim sicut aqua de foramine terre aut
lapidis manat sed sicut lux de luce. Nam quod dictum est: Candor enim est lucis
eterne, candor quippe lucis quid nisi lux est et ideo coeterna luci de qua
lux est. Maluit enim dicere candor lucis quam lux lucis ne obscurior putaretur
ista que manat quam illa de qua manat. Cum enim auditur candor eius esse
ista, facilius est ut per hanc lucem illa quam hec minus lucere credatur. Sed quia
cavendum non erat ne minor lux illa putaretur que istam genuit. Hoc enim nullus
~~[illegible]~~ nullus unquam hereticus ausus est dicere, nec credendum est aliquem
ausurum, illi cogitationi occurrit scriptura qua posset videri obscurior lux.

ista que manat quam illa de qua manat. quam suspicionem tollit cum ait Candor est
luminis i lucis eterne. Atque ita condit equalem. Si enim hec minor est. obscuritas
illius est. non candor illius. Si enim maior est. non ex ea manat. Non enim vincit
de qua genita est. Sapientia ergo que ex illa manat non est maior quam illa. Sapientia vero non
obscuritas illius sed candor illius est non est minor. equalis est ergo. Neque hoc mo
veat quod omnipotentis dei dicta est manatio quedam claritatis omnipotentis dei sinceris. tamquam
ipsa non sit omnipotens sed omnipotentis manatio. Mox enim de illa dicitur Et cum sit una
omnia potest. Quis est enim omnipotens nisi qui omnia potest. Ab illo itaque mittitur a quo e
manat. Sic enim et petitur ab illo qui amabat eam et desiderabat. Emitte inquit
eam de celis sanctis tuis. Et mitte illam a sede magnitudinis tue ut mecum sit et
mecum laboret id est doceat me laborare ne laborem. labores enim eius virtutes sunt.
Sed aliter mittitur ut sit cum homine aliter missa est ut ipsa sit homo. In animas sanctas enim
se transfert atque amicos dei et prophetas constituit. sicut etiam implet sanctos angelos
Non ut esset angelus missus est magni consilii nuntius. prius annuntiabat quod et ipsum erat
Nec ut esset cum hominibus aut in hominibus. hoc enim et antea in patribus et
prophetis sed ut ipsum verbum caro fieret id est homo fieret. in quo erat Nec ut esset cum hominibus
futuro revelato sacramento etiam eorum sapientium atque sanctorum salus esset qui prius
quam ipse de virgine nasceretur de mulieribus nati sunt. et in quo facto atque predi
cato salus sit omnium credentium sperantium diligentium. hoc est enim magnum pietatis
sacramentum quod manifestatum est in carne. apparuit angelis predicatum est in gentibus
creditum est in mundo. assumptum est in gloria. Ab illo ergo mittitur dei verbum cuius
est verbum ab illo mittitur de quo natum est mittit qui genuit mittitur quod genitum
est. Et tunc cuique mittitur cum a quoquam cognoscitur atque percipitur. quantum cognosci
et percipi potest pro captu vel proficientis in deum vel perfecte in deo anime rationalis. Non
ergo eo ipso quo de patre natus est missus dicitur filius. sed vel eo quod apparuit huic
mundo verbum caro factum unde dicit Exivi a patre et veni in hunc mundum. vel eo quod
ex tempore cuiusquam mente percipitur sicut dictum est Mitte illam ut mecum sit et mecum
laboret. Quod ergo natum est ab eterno eternum est. Candor est enim lucis eterne
Quod autem mittitur ex tempore a quoquam cognoscitur. Sed cum in carne manifestatus est
filius dei in hunc mundum missus est in plenitudine temporis. factus est ex femina.
Quia enim in sapientia dei non poterat mundus cognoscere per sapientiam deum quia lux
lucet in tenebris et tenebre eam non comprehenderunt. placuit deo per stulti
tiam predicationis salvos facere credentes ut verbum caro fieret et habitaret in
nobis. Cum autem ex tempore cuiusque profectus mente percipitur mitti quidem dicitur
sed non in hunc mundum. Neque enim sensibiliter apparet id est corporeis sensibus presto est. quia
et nos secundum quod mente aliquid eternum quantum possumus capimus non in hoc mundo
sumus. et omnium iustorum spiritus etiam adhuc in carne viventium in quantum divina sapiunt
non sunt in hoc mundo. Sed pater cum ex tempore a quoquam cognoscitur non dicitur missus.
non enim habet de quo sit aut ex quo procedat. Sapientia quippe dicit Ego ex ore altissi
prodivi et de spiritu sancto a patre procedit. pater vero a nullo. Sicut ergo pater genuit filius genitus
est. ita pater misit filius missus est. Sed quemadmodum qui genuit et qui genitus
est. ita et qui misit et qui missus est unum sunt. quia pater et filius unum sunt
ita etiam spiritus sanctus unum cum eis est. quia hec tria unum sunt. Sicut enim natum
esse est filio a patre esse ita mitti est filio cognosci quod ab illo sit. Et sicut spiritui
donum dei esse est a patre procedere ita mitti est cognosci quod ab illo procedat. Nec
possumus dicere quod spiritus sanctus et a filio non procedat. Neque enim frustra idem spiritus
et patris et filii spiritus dicitur. Nec video quid aliud significare voluit cum sufflans

ait Accipite spiritum sanctum. Neque enim flatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens a corpore substantia spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum a
patre sed a filio procedere spiritum sanctum. Quis enim dementissimus dixerit alium fuisse spiritum
sanctum quem insufflans apostolis dedit et alium quem post ascensionem suam misit. Unus enim
spiritus est, spiritus dei, spiritus patris et filii, spiritus sanctus qui operatur omnia in nobis. Sed
quod bis datus est, dispensatio certe significationis fuit, de qua suo loco quantum dominus de-
derit dissemus. Illud ergo ait dominus: Quem ego mittam vobis a patre, ostendit spiritum
et patris et filii. Quia etiam cum dixit: Quem mittet pater in nomine meo, non
tamen dixit: quem mittet pater a me, quemadmodum dixit: Quem ego mittam vobis a patre,
intellexit, ostendens quod totius divinitatis, vel si melius dicitur deitatis, principium pater est. Qui er-
go ex patre procedit et filio ad eum refertur a quo natus est. Et quod dicit evangelista:
Spiritus nondum erat datus quia Ihesus nondum erat glorificatus, quomodo intelligatur, nisi
quia certa illa spiritus sancti datio vel missio post clarificationem Christi futura erat, qualis
numquam antea fuerat. Neque enim antea nulla erat, sed talis non fuerat. Si enim
antea spiritus sanctus non dabatur, quo impleti locuti sunt prophete? Cum scriptura dicat a-
perte et multis ostendat spiritu sancto eos locutos fuisse. Cum et de Iohanne baptista
dictum sit: Spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris sue, et spiritu sancto repletus
Zacharias pater eius invenitur, ut de illo talia diceret, et spiritu sancto Maria, ut talia de
domino quem gestabat utero predicabat predicaret, spiritu sancto Symeon et Anna ut magni-
tudinem Christi parvuli agnoscerent. Quomodo ergo spiritus nondum erat datus quia Ihesus non-
dum erat clarificatus, nisi quia illa datio vel donatio vel missio spiritus sancti ha-
bitura erat quandam proprietatem suam in ipso adventu qualis antea numquam fuit.
Nusquam enim legimus linguis quas non noverant homines locutos veniente
in se spiritu sancto sicut tunc factum est, cum oporteret eius adventum signis sensibilibus
demonstrari, ut ostenderetur totum orbem terrarum atque omnes gentes in linguis variis
constitutas credituras in Ihesum per donum spiritus sancti, ut impleretur quod in psalmo
canitur: Non sunt loquele neque sermones quorum non audiantur voces eorum. In omnem
terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Verbo itaque dei ad
unitatem persone copulatus et quodammodo commixtus est homo, cum veniente pleni-
tudine temporis missus est in hunc mundum factus ex femina filius dei ut esset et
filius hominis propter filios hominum. Hanc personam angelica significare antea potuit natura, ut pro-
nuntiaret, non expropriare ut ipsa esset.

De sensibili autem demonstratione spiritus sancti sive per columbe speciem sive per
linguas igneas cum eius substantiam patri et filio coeternam pariterque incommutabilem
subdita et serviens creatura temporalibus motibus et formis ostenderet, cum ad eius persone
unitatem sicut caro quod verbum factum est non copularetur non audeo dicere nichil tale
factum esse antea. Sed plane evidenter dixerim patrem et filium et spiritum sanctum unius
eiusdemque substantie deum creatorem trinitatem omnipotentem inseparabiliter operari. Sed
ita non posse per longe imparem maxime corpoream creaturam insepara-
biliter demonstrari sicut per voces nostras que utique corporaliter sonant non possunt pater et
filius et spiritus sanctus nisi suis propriis intervallis temporum certa separatione distinctis
que sua cuiusque vocabuli syllabe occupant nominari. In sua quippe substantia qua
sunt tres pater et filius et spiritus sanctus nullo temporali motu super omnem creaturam id
ipsum sine ullis intervallis temporum vel locorum et simul unum atque idem ab
eternitate in eternitatem tamquam ipsa eternitas que sine veritate et caritate non
est. In meis enim vocibus separati sunt pater et filius et spiritus sanctus nec simul dici potuerunt,
et in litteris visibilibus sua separatim locorum spacia tenuerunt. Et quemadmodum cum

memoriam meam vel intellectum et voluntatem nomino, singula quidem nomina ad res singulas
referuntur sed tamen ab omnibus tribus singula facta sunt. Nullum enim horum trium nominum
est quod non memoria et intellectus et voluntas mea simul operata sint. Ita trinitas
simul operata est et vocem patris et carnem filii et columbam spiritus sancti, cum ad personas
singulas hec singula referantur. Qua similitudine utcumque cognoscitur inseparabilem
in seipsa trinitatem per visibilis creature speciem separabiliter demonstrari, et inseparabilem trinitatis
operationem etiam in singulis esse rebus que ad patrem vel ad filium vel ad spiritum sanctum de-
monstrandum proprie dicuntur. Si ergo queritur quomodo facte sint vel voces vel sensibiles
forme atque species ante incarnationem verbi dei que hoc futurum prefigurarent, per angelos
ea deum ~~et homo per hominem~~ operata esse credo, quod etiam scripturarum sanctarum testimo-
niis quantum existimo satis ostendi. Si autem queritur ipsa incarnatio quomodo facta sit, ipsum
dei verbum dico carnem factum id est hominem factum, non tamen in hoc quod factum est conversum atque
mutatum. Ita sane factum ut ita ut ibi sit non tantum verbum dei et hominis caro sed etiam
rationalis hominis anima, atque hoc totum et deus dicatur propter deum et homo propter hominem.
Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur magis magisque abstinendo a
peccatis et bene operando et orando cum gemitibus desideriorum sanctorum ut per divinum adiutorium
proficiendo et intelligat et amet. Si autem queritur post incarnationem verbi quomodo facta sit vel
vox patris vel species corporalis qua spiritus sanctus demonstratus est, per creaturam quidem facta ista
non dubito, sed utrum tantummodo corporalem atque sensibilem an adhibito spiritu etiam rationali
vel intellectuali, hoc enim quibusdam placuit appellari quod greci dicunt noeron, non quidem
ad unitatem persone. Quis enim hoc dixit ut quecumque illud est creature per quod sonuit vox
ita sit deus pater, vel quecumque illud est creatura in quo per columbe speciem vel igneas
linguas spiritus sanctus demonstratus est ita sit spiritus sanctus sicut est dei filius homo ille qui
ex virgine factus est, sed tantummodo ad ministerium peragende significationis sicut oportuisse deus
iudicavit, an aliquid aliud intelligendum sit invenire difficile est, et temere affir-
mare non expedit. Quomodo tamen ista sine rationali vel intellectuali creatura fieri potuerint
se non video. Neque adhuc locus est explicare quantum vires dominus
dederit. Prius enim sunt discucienda et refellenda hereticorum argumenta que non ex divinis
libris sed ex rationibus suis proferunt, quibus se vehementer urgere arbitrantur testi-
monia scripturarum que de patre et filio et spiritu sancto sunt ita esse intelligenda ut
ipsi volunt. Nunc enim non ideo minorem filium quia missus est a patre, nec ideo minorem
~~filium~~ spiritum sanctum quia et pater eum misit et filius, sufficienter quantum arbitror demon-
stratum est. Hec enim sive propter visibilem creaturam sive potius propter principii commenda-
tionem non propter inequalitatem vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantie in scripturis
hec posita intelligantur. Quia etsi voluisset deus pater per subiectam creaturam
visibiliter apparere, absurdissime tamen aut a filio quem genuit aut a spiritu sancto qui
de illo procedit missus diceretur. Iste ergo sit huius voluminis modus. Deinceps in ceteris
adiuvante domino illa hereticorum versutissima argumenta qualia sint et quemadmodum
redarguantur videbimus. Incipit prefacio in quintum librum beati Augustini.

Hinc iam exordiens dicere que dici ut cogitantur vel ab homine aliquo vel
certe a nobis non omnino possunt, quamvis et ipsa nostra cogitatio cum de deo trinitate
cogitamus longe se illi de quo cogitat imparem sentiat neque ut est
eum capiat, sed ut scriptum est etiam a tantis quantus Paulus apostolus hic erat per
speculum et in enigmate videatur, primum ab ipso domino deo nostro de quo semper cogitare de-
bemus et de quo digne cogitare non possumus, cui laudando reddenda est omni
tempore benedictio et cui enunciando nulla competit dictio, et adiutorium ad intelligenda

atque explicanda que intendo et veniam precor sicubi offendo. Memor enim sum non solum voluntatem verum etiam infirmitatem meam. Ab hiis etiam qui ista lecturi sunt ut ignoscant peto ut me magis voluisse quam potuisse dicere adverterint quod vel ipsi melius intelligunt vel propter eloquii mei difficultatem non intelligunt sicut ego eis ignosco ut propter suam tarditatem intelligere non possunt. Facilius enim nobis invicem ignoscimus si noverimus aut certe credendo firmum tenuerimus ea que de natura incommutabili et invisibili summeque vivente ac sibi sufficiente dicuntur non ex consuetudine visibilium atque mutabilium et mortalium vel egenarum rerum esse metienda. Sed cum in hiis etiam que nostris corporalibus adiacent sensibus vel quod nos ipsi in interiore homine sumus scientia comprehendendo laboremus nec sufficiamus non tamen impudenter in illa que supra sunt divina et ineffabilia pietas fidelis ardescit non quam suarum virium inflat arrogancia sed quam gratia ipsius creatoris et salvatoris inflammat. Nam quo intellectu homo deum capit qui ipsum intellectum suum quo eum vult capere nondum capit. Si autem hunc iam capit attendat diligenter nichil eo esse in sua natura melius et videat utrum ibi videat ulla lineamenta formarum nitores colorum spaciosam granditatem vel qualitatem partium distanciam molis distensionem aliquas per locorum intervalla motiones vel quid eiusmodi. Nichil certe istorum invenimus in eo quo in natura nostra nichil melius invenimus id est in nostro intellectu quo sapientiam capimus quantum capaces sumus. Quod ergo non invenimus in meliore nostro non debemus in illo querere quod longe melius est meliore nostro ut sic intelligamus deum si possumus quantum possumus sine qualitate bonum sine quantitate magnum sine indigencia creatorem sine situ presentem sine habitu omnia continentem sine loco ubique totum sine tempore sempiternum sine ulla sui mutatione mutabilia facientem nichil que patientem. Quisquis deum ita cogitat etsi nondum potest invenire quid sit pie tamen cavet quantum potest aliquid de eo sentire quod non sit.

Incipiunt capitula libri quinti de trinitate et glosa eius

Liber quintus Capitulum primum

Est tamen sine dubitatione substantia vel si melius hoc appellatur essentia quam greci usiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta sapientia ita ab eo quod est esse dicta est essentia. Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo Ego sum qui sum

et dices filiis israel qui est misit me ad vos. Sed alie que dicuntur essentie sive substantie capiunt accidentias quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque mutacio. deo autem aliquid eiusmodi accidere non potest. et ideo sola est incommutabilis substantia vel essentia que deus est, cui profecto ipsum esse unde essentia nominata est maxime ac verissime competit. Quod enim mutatur non servat ipsum esse. et quod mutari potest etiam si non mutetur potest quod fuerat non esse. Ac per hoc illud solum quod non tantum non mutatur, verum etiam mutari omnino non potest sine scrupulo occurrit quod verissime dicatur esse.

Contra Arrianorum argumentum an in deo ingeniti et geniti appellacio substantiam indicet [illegible] c. iii

Quamobrem etiam de hiis que non dicuntur ut cogitantur nec cogitantur ut sunt respondendum est fidei nostre adversariis. nam inter multa que Arriani adversus catholicam fidem solent disputare hoc sibi maxime callidissimum machinamentum proponere videntur cum dicunt. Quicquid de deo dicitur vel intelligitur non secundum accidens sed secundum substantiam dicitur. Quapropter ingenitum esse patri secundum substantiam est, et genitum esse filio secundum substantiam est. diversum est autem ingenitum esse et genitum esse. diversa est ergo substantia patris et filii. Quibus respondemus. Si quicquid de deo dicitur secundum substantiam dicitur, ergo quod dictum est Ego et pater unum sumus secundum substantiam dictum est. una est ergo substantia. Aut si hoc non secundum substantiam dictum est dicitur ergo aliquid de deo non secundum substantiam et ideo iam non cogimur secundum substantiam intelligere ingenitum et genitum. Item dictum est de filio non rapinam arbitratus est esse equalis deo. querimus secundum quid est equalis. Si enim non secundum substantiam dicitur equalis, admittat ut dicatur aliquid de deo non secundum substantiam. Admittat ergo non secundum substantiam dici ingenitum et genitum. Quod si propterea non admittunt quia omnia de deo secundum substantiam dici volunt secundum substantiam filius equalis est patri.

De incommutabili essencia que solus est deus c. iiii

Accidens autem dici non solet nisi quod aliqua mutacione eius rei cui accidit amitti potest. Nam et si quedam dicuntur accidencia inseparabilia que appellantur grece acolista sicut est plume corvi color niger, amittit eum tamen non quidem quamdiu pluma est, sed quia non semper est pluma. Quapropter ipsa materies mutabilis est, et ex eo quod desinit esse illud animal vel illa pluma totumque illud corpus in terram mutatur et vertitur, amittit utique etiam illum colorem. quamvis et accidens quod separabile dicitur non separacione sed mutacione amittatur sicuti est capillis hominum nigritudo. quoniam dum capilli sunt possunt albescere separabile accidens dicitur. Sed si diligenter intueatur satis apparet non separacione quasi emigrare aliquid a capite dum canescit, ut nigritudo inde candore succedente discedat et aliquo eat ibi, sed illam qualitatem coloris ibi verti atque mutari. Nichil itaque accidens in deo quia nichil mutabile aut amissibile. Quod si et illud dici accidens placet quod licet non amittatur minuitur tamen vel augetur sicuti est anime vita. Nam et quamdiu est anima tamdiu vivit, et quia semper anima est semper vivit. sed quia magis vivit cum sapit minusque cum desipit, fit hic etiam aliqua mutacio, non ut desit vita sicuti deest insipienti sapiencia, sed ut minus sit. nec tale aliquid in deo fit quia omnino incommutabilis manet. Quamobrem nichil in eo secundum accidens dicitur secundum substantiam dicitur. In rebus enim creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur restat ut secundum accidens dicatur. Omnia enim accidunt eis que vel amitti possunt vel minui ut magnitudines et qualitates, sicut amicicie similitudines equalitates et si qua talia, et situs et habitus et loca et tempora et opera atque passiones.

De accidentibus separabilibus et inseparabilibus que in deo non possunt esse capitulum v

ideo enim nichil quidem secundum accidens dicitur quia nichil in eo mutabile est. nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid sicut pater ad filium et filius ad patrem quod non est accidens. quia et ille semper pater et ille semper filius et non ita semper quasi ex quo natus est filius aut ex eo quod nunquam desinat esse filius pater esse non desinat pater sed quia ex eo quod semper natus filius nec cepit unquam esse filius. quod si aliquando cepisset aut aliquando esse desineret filius secundum accidens diceretur. Si vero quod dicitur pater ad seipsum diceretur non ad filium et quod dicitur filius ad seipsum diceretur non ad patrem secundum substantiam diceretur et ille pater et ille filius. Sed quia et pater non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius, et filius non dicitur nisi ex eo quod habet patrem non secundum substantiam hec dicuntur. quia non quisque eorum ad se ipsum sed ad invicem atque ad alterutrum ista dicuntur neque secundum accidens quia et quod dicitur pater et quod dicitur filius eternum atque incommutabile est eis. Quamobrem quamvis diversum sit patrem esse et filium esse non tamen est diversa substantia. quia hec non secundum substantiam dicuntur sed secundum relativum quod tamen relativum non est accidens quia non est mutabile. Que in deo ad aliquid dicuntur non secundum substantiam dici nec tamen esse accidentia sed relativa incommutabilia

Si enim huic se putant resistendum esse sermoni quod pater quidem ad filium dicitur et quod filius ad patrem. Ingenitus tamen et genitus ad seipsos dicuntur non ad alterutrum. Non enim hoc est dicere ingenitum quod est patrem dicere. quia et si filium non genuisset nichil prohiberet eum dicere ingenitum. Et si gignat quisque filium non ex eo ipse est ingenitus. quia geniti homines ex aliis hominibus gignunt et ipsi alios. ergo pater ad filium dicitur et filius ad patrem. ingenitus autem ad seipsum et genitus ad seipsum dicitur. Et ideo si quicquid ad seipsum dicitur secundum substantiam dicitur diversum est enim ingenitum esse et genitum esse. diversa igitur substantia est. In ingenitus quod pater dicitur possit esse accidens quia ad seipsum et substantia dicitur.

Hoc enim dictum non intelligunt de ingenito aliquid se dicere quod diligentius pertractandum est. quia nec ideo quisque pater quia ingenitus nec ingenitus ideo quia pater. Et propterea non ad aliquid sed ad se dici putatur ingenitus. Genitum vero mira cecitate non advertunt dici non posse nisi ad aliquid. Ideo quippe filius quia genitus et quia filius utique genitus. Sicut enim filius ad patrem sic filius genitus ad genitorem refertur et sicut pater ad filium ita genitor ad genitum. Ideoque alia notio est qua intelligitur genitor alia qua ingenitus. Nam quamvis de patre deo utrumque dicatur illud tamen ad genitum id est ad filium dicitur quod nec illi negant. hoc autem quod ingenitus dicitur ad seipsum dici perhibent. Dicunt ergo si aliquid ad seipsum dicitur pater quod ad seipsum dici non potest filius. Et quicquid ad seipsum dicitur secundum substantiam dicitur. Et ad seipsum dicitur ingenitus quod dici non potest filius ergo secundum substantiam dicitur ingenitus. quod filius quia dici non potest non est eiusdem substantie. Cui versutie respondetur ita et ipsi cogantur dicere secundum quid sit equalis patri filius. utrum secundum id quod ad se dicitur an secundum id quod ad patrem dicitur. Non enim secundum id quod ad patrem dicitur quoniam ad patrem filius dicitur. Ille enim non filius sed pater. quia non sic ad se dicuntur pater et filius quomodo amici ad invicem. Amicus enim relative dicitur ad amicum. Et si equaliter se diligunt eadem in utroque amicitia est. et relative vicinus dicitur ad vicinum. Et quia equaliter sibi vicini sunt quantum enim iste illi tantum et ille huic vicinatur eadem in utroque vicinitas. Filius non ad filium relative dicitur sed ad patrem. non secundum hoc quod ad patrem dicitur equalis est filius patri. Restat ut secundum id utrique substantia

Cum vero ingenitus dicitur pater, non quid sit sed quid non sit dicitur. Cum enim relativum negatur non secundum substantiam negatur, quia ipsum relativum non secundum substantiam dicitur secundum modum in quibuscumque locis valeat negativa particula, quia aliud non quid sit sed quod non sit omnino.

Hoc exemplum planum faciendum est. Hoc ita dicitur genitus quod ita dicitur filius. Ideo enim filius quia genitus, et quia filius utique genitus. Quod ergo dicitur ingenitus, hoc ostenditur quod non sit filius. Sed genitus et ingenitus commode dicuntur. Filius enim latine dicitur, sed infilius ut dicatur non admittit loquendi consuetudo. Nihil tamen intellectui demitur si dicatur non filius, quemadmodum etiam si dicatur non genitus pro eo quod dicitur ingenitus nihil dicitur. Sicut enim et vicinus et amicus relative dicuntur, nec tamen potest invicinus dici quomodo dicitur inimicus. Quapropter non est in rebus considerandum quid vel sinat vel non sinat usus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam dicamus ingenitum, quamvis dici latine possit, sed pro eo dicamus non genitum, quod tantum valet. Num ergo aliud dicimus quam non filium? Negativa porro ista particula non id efficit ut quod sine illa relative dicitur, eadem praeposita substantialiter dicatur, sed id tantum negatur quod sine illa aiebatur, sicut in ceteris praedicamentis. Velut cum dicimus homo est, substantiam designamus. Qui ergo dicit non homo est, non aliud genus praedicamenti enuntiat, sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio homo est, sic secundum substantiam nego cum dico non homo est. Et cum quaeritur quantus sit et aio quadrupedalis est, id est quatuor pedum, qui dicit non quadrupedalis est, secundum quantitatem negat. Candidus est, secundum qualitatem aio; non candidus est, secundum qualitatem nego. Propinquus est, secundum relativum aio; non propinquus, secundum relativum nego. Secundum situm aio cum dico non iacet. Secundum habitum aio cum dico armatus est, secundum habitum nego cum dico non armatus est. Tantumdem enim valet si dicam inermis est. Secundum tempus aio cum dico hesternus est, secundum tempus nego cum dico non hesternus est. Et cum dico Romae est, secundum locum aio, et secundum locum nego cum dico non est Romae. Secundum id quod est facere aio cum dico caedit. Si enim dicam non caedit, secundum id quod est non facere nego, ut ostendam non hoc facere. Et cum dico vapulat, secundum praedicamentum aio quod pati vocatur, et secundum id nego cum dico non vapulat. Et omnino nullum praedicamenti genus est secundum quod aliquid aiere volumus, nisi ut secundum idipsum praedicamentum negare convincamur, si praeponere negativam particulam voluerimus. Quae cum ita sint, si substantialiter aierem dicendo filius, substantialiter negarem dicendo non filius. Quia vero relative aio cum dico filius est, ad patrem enim refero, relative nego si dico non filius est, ad parentem enim eandem ~~sicut praelocuti sumus tantumdem~~ negationem refero, volens ostendere quod ei parens non sit. At si quantum valet quod dicitur filius, tantumdem valet quod dicitur genitus, sicut praelocuti sumus, tantumdem ergo valet quod dicitur non genitus quantum valet quod dicitur non filius. Relative enim negamus dicendo non filius, relative igitur negamus dicendo non genitus. Ingenitus porro quid est nisi non genitus? Non ergo receditur a relativo praedicamento cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad seipsum dicitur, sed quod ex genitore sit ostenditur, in eodem tamen praedicamento quod relativum vocatur utraque significatio vertitur; relative pronuntiatur, non indicat substantiam. Ita quamvis diversum sit genitus ad genitorem referatur, natura est. Cum in trinitate dicitur quicquid ad se dicitur, quoque per singulas [illegible] atque ... sit et unum constet eandem esse substantiam. C. viii

Quapropter illud precipue teneamus quicquid ad se dicitur prestantissima illa
et diuina sublimitas substantialiter dici. Quod enim ad aliquid non substantialiter sed
relatiue tantamque esse eiusdem substantie in patre et filio et spiritu sancto ut quicquid de
singulis ad se ipsos dicitur non pluraliter in summa sed singulariter accipiatur. Quemadmodum
enim deus est pater et filius deus est et spiritus sanctus deus est quod secundum substantiam dici
nemo dubitat non tamen tres deos sed unum deum dicimus eam ipsam prestantis-
simam trinitatem. Ita magnus pater magnus filius magnus et spiritus sanctus non tamen
tres magni sed unus magnus. Non enim de patre solo sicut illi peruerse sentiunt
sed de patre et filio et spiritu sancto scriptum est Tu es deus solus magnus. Et bonus
pater bonus filius bonus et spiritus sanctus nec tamen tres boni sed unus bonus de
quo dictum est Nemo bonus nisi unus deus. Etenim dominus Ihesus ne ab illo
qui dixerat magister bone tamquam hominem compellans secundum hominem tantummodo intelli-
geretur ideo non ait Nemo bonus nisi solus pater sed nemo bonus nisi unus deus.
In patris enim nomine ipse per se pater pronunciatur in dei vero et ipse et filius et spiritus
quia trinitas unus deus. Situs vero et habitus et loca et tempora non proprie sed
translatiue ac per similitudines dicuntur in deo. Nam et sedere super cherubim dicitur
quod ad situm dicitur. Et abissus tamquam vestimentum amictus eius quod ad habi-
tum. Et anni tui non deficient quod ad tempus. Et si ascendero in celum tu ibi
es quod ad locum. Quod autem ad faciendum attinet fortassis de solo deo verissime
dicatur. Solus enim deus facit et ipse non fit neque patitur quantum ad eius substantiam
pertinet qua deus est. Itaque omnipotens pater omnipotens filius omnipotens spiritus sanctus nec tamen tres omnipotentes sed
unus omnipotens ex quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi gloria. Quicquid er-
go ad se ipsum dicitur et de singulis personis ter dicitur patre et filio et spiritu sancto
et simul de ipsa trinitate non pluraliter sed singulariter dicitur. Quoniam quippe
non aliud est deo esse et aliud magnum esse sed hoc idem illi est esse
propterea sicut non dicimus tres essentias sic non dicimus tres magnitudines sed
unam essentiam et unam magnitudinem. Essentiam dico que usya grece dicitur quam
usitatius substantiam vocamus. Dicunt quidem et illi ypostasim sed nescio
quid volunt interesse inter vsiam et ypostasim ita ut plerique nostri qui
hec greco tractant eloquio dicere consueverint consueverunt unam usiam
tres ypostases quod est latine unam essentiam tres substantias. Sed quia nostra lo-
quendi consuetudo iam obtinuit ut hoc intelligatur cum dicimus essentiam
quod intelligitur cum dicimus substantiam non audemus dicere unam essentiam tres
substantias sed unam substantiam vel essentiam tres autem personas quemadmodum multi latini
ista tractantes et digni auctoritate dixerunt cum alium modum ~~sed unam substantiam
vel etiam unam essentiam~~ aptiorem non invenirent quo enunciarent verbis quod sine verbis intel-
ligebant. Reuera enim cum pater non sit filius et filius non sit pater et spiritus sanctus
ille qui etiam donum dei vocatur nec pater sit nec filius tres utique sunt. Ideo
pluraliter dictum est Ego et pater unum sumus. Non enim dixit unum est quod
Sabelliani dicunt sed unum sumus. Tamen cum queritur quid tres magna prorsus
inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen tres persone non ut illud
diceretur sed ne taceretur. Non necessitate tres persone in trinitate dicuntur et cetera.

Sicut ergo non dicimus tres essentias ita non dicimus et tres ma-
gnitudines neque tres magnos. In rebus enim que participatione
magnitudinis magne sunt quibus aliud esse aliud magnas

esse sicut magna domus et magnus mons et magnus animus. In his ergo rebus aliud
est magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine magnum est, et prorsus non
hoc magnitudo quod est magna domus. Sed illa vera est magnitudo qua non
magna est domus que magna est et qua magnus est mons quisquis
magnus est, sed etiam qua magnum est quicquid aliud magnum dicitur, ut aliud sit ipsa
magnitudo, aliud ea que participatione eius magna sunt. De vera ma-
gnitudine cuius participatione magna sunt quecumque sunt magna. C. x.

Deus autem quia non ea magnus est que non est quod ipse, ut quasi particeps
eius sit deus cum magnus est, alioquin illa erit maior magnitudo, et ideo
sicut non dicimus tres essentias, sic nec tres magnitudines. Hoc est enim deo
esse quod magnum esse. Eadem causa nec magnos tres dicimus, sed unum ma-
gnum, quia non participatione magnitudinis deus magnus est, sed se ipso magno
magnus est, quia ipse est sua magnitudo. Hoc et de bonitate et de eternitate et
de omnipotentia dei dictum sit omnibusque omnino predicamentis que de deo
possunt pronuntiari, quod ad se ipsum dicitur, non translate ac per similitudinem sed proprie, si tamen
de illo proprie aliquid ore hominis dici potest. Relative non substantialiter dici quicquid
pater aut filius aut spiritus sanctus proprie nominatur. Capitulum x.

Quod enim proprie singula in eadem trinitate dicuntur, nullo modo ad se ipsa sed ad
invicem aut ad creaturam dicuntur, et ideo relative non substantialiter ea
dici manifestum est. Sicut enim trinitas unus deus dicitur magnus bonus eternus
omnipotens idemque ipse sua dici potest deitas, ipse sua magnitudo, ipse sua bonitas,
ipse sua eternitas, ipse sua omnipotentia, non sic potest dici trinitas pater, nisi forte trans-
late ad creaturam propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est Audi Israel
dominus deus tuus dominus unus est, non utique excepto filio aut excepto
spiritu sancto oportet intelligi, quem unum dominum deum nostrum recte dicimus etiam
patrem nostrum per gratiam enim suam nos regenerantem. Trinitas vero filius nullo modo
dici potest. Spiritus vero sanctus secundum id quod scriptum est quia deus spiritus est potest quidem
universaliter dici, quia et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus. Itaque
pater et filius et spiritus sanctus quoniam unus deus et utique deus sanctus est et deus spiritus
est, potest appellari trinitas et spiritus sanctus. Sed tamen ille spiritus sanctus qui non trinitas sed
in trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus relative dicitur, cum ad
patrem et ad filium refertur, quia spiritus sanctus et patris et filii spiritus est. Sed ipsa
relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum dei. Donum
enim est patris et filii, quia et a patre procedit sicut dominus dicit, et quod apostolus ait
Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, de ipso utique spiritu sancto ait. Donum
ergo donatoris et donator doni cum dicimus, relative utique ad invicem
dicimus. Ergo spiritus sanctus ineffabilis ~~spiritus sanctus~~ ait quedam patris filiique communio,
et ideo fortassis sic appellatur quia patri et filio eadem appellatio convenit.
Nam hoc ipse proprie dicitur quod illi communiter, quia et pater spiritus et filius spiritus,
et pater sanctus et filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod utrique convenit utriusque communio
significetur, vocatur donum amborum spiritus sanctus. Et hec trinitas unus deus,
solus bonus magnus eternus omnipotens, ipse sibi unitas, deitas, magnitudo,
bonitas, omnipotentia. De relativis que respectu ad invicem nequeunt cum tamen relativa sint. c. xii.

Quod deus, deus enim non est aliquid maius creatura, magnitudine magnus est qua ipse est eadem magnitudo

Nec moveat quod diximus relative dici spiritum sanctum non ipsam trinitatem sed eum
qui est in trinitate quia non ei videtur vicissim respondere vocabulum eius ad quem
refertur Non enim sicut dicimus servum domini et dominum servi filium patris et patrem filii quoniam
ista relative dicuntur ita etiam hic possumus dicere. Dicimus enim spiritum sanctum patris
sed non vicissim dicimus patrem spiritus sancti ne filius eius intelligatur spiritus sanctus.
In multis enim relativis hoc contingit ut non inveniatur vocabulum quo sibi vicissim
~~dicimus patrem spiritus sancti~~ respondeat que ad se refertur. Sicut enim tam manifeste
relative dicitur quam pignus, ad id quippe refertur cuius pignus est et semper
pignus alicuius rei pignus est Numquid ergo cum dicimus pignus patris et filii pos-
sumus vicissim dicere patrem pignoris aut filium pignoris At vero cum dicimus
donum patris et filii non quidem possumus dicere patrem doni, sed ut hec vicissim
respondeant dicimus donum donatoris et donatorem doni quia hic potuit inveniri
usitatum vocabulum illic non potuit

Trinitatem dici non tria principia sed unum esse principium quia et pater et filius et spiritus sanctus unus creator est sicut unus deus

Dicitur ergo relative pater idemque relative dicitur principium et si quid forte
aliud ipse pater ad filium dicitur principium vero ad omnia que ab ipso
sunt Item dicitur relative filius relative dicitur et verbum et ymago et in
omnibus his vocabulis ad patrem refertur Nichil enim horum pater dicitur et
principium dicitur filius Cum enim diceretur ei Tu quis es respondit principium
qui et loquor vobis Sed numquid patris principium creature se quippe osten-
dere voluit cum se dixit esse principium, sicut et pater principium est creature quod ab
ipso sunt omnia Nam et creator relative dicitur ad creaturam sicut dominus ad
servum Et ideo cum dicimus et patrem principium et filium principium non duo prin-
cipia creature dicimus, quia pater et filius simul ad creaturam unum principium sicut
unus creator sicut unus deus Si enim quicquid in se manet et gignit aliquid
vel operatur principium est ei rei quam gignit vel ei quam operatur non possumus
negare etiam spiritum sanctum recte dici principium quia non eum separamus ab appellatione
creatoris et scriptum est de illo quod operetur et utique in se manens operatur
Non enim in aliquid eorum que operatur ipse mutatur et vertitur Et que operetur
vide unicuique inquit datur manifestatio spiritus ad utilitatem Alii quidem
datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie secundum eundem spiritum Alteri vero fides in
eodem spiritu Alii curationum donatio in uno spiritu Alii operationes virtutum
Alii prophetia Alii diiudicatio spirituum Alteri genera linguarum Omnia autem hec
operatur unus atque idem spiritus dividens propria unicuique prout vult utique
sicut deus Quis enim tanta illa potest operari nisi deus Idem enim deus
qui operatur omnia in omnibus Nam et singillatim si interrogemur de spiritu sancto
verissime respondemus quod deus sit et cum patre et filio simul unus deus est
Unum ergo principium ad creaturam dicitur deus non duo vel tria principia ad
se autem invicem in trinitate.

Unde in trinitate pater ad filium principium sit et pater et filius ad spiritum sanctum Capitulum xiii

Si gignens ad id quod gignit principium est pater ad filium principium est quia
genuit eum Utrum autem et ad spiritum sanctum sit principium pater quoniam dictum
est de patre procedit non parva questio est quia si ita est non iam principium ei
tantum rei erit quam gignit aut facit sed etiam ei quam dat ubi et illud

elucescit ut puto quod multos solet movere cur non sit filius etiam spiritus sanctus cum et ipse a patre exeat sicut in evangelio legitur. Exiit enim non quomodo natus sed quomodo datus, et ideo non dicitur filius quia neque natus est sicut unigenitus neque factus ut per gratiam in adoptionem nasceretur sicut nos. Quod enim de patre natum est ad patrem refertur cum dicitur filius et ideo filius est patris et non etiam noster. Quod autem datum et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus dedit. Itaque spiritus sanctus non tantum patris et filii qui dederunt sed etiam noster dicitur qui accepimus sicut dicitur domini salus qui dat salutem, eadem etiam nostra salus est qui accepimus. Spiritus ergo et dei qui dedit et noster qui accepimus. Non ille spiritus noster quo sumus quia ipse spiritus est hominis qui in ipso est. Sed alio modo iste noster quo dicimus et panem nostrum da nobis. Quamquam et illum spiritum qui hominis dicitur utique accepimus. Quid enim inquid habes quod non accepisti. Sed aliud est quod nos accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Unde scriptum est et de Iohanne quod in spiritu et virtute Helie veniret. Dictus est Helye spiritus sed spiritus sanctus quem accepit Helias. Hoc de Moyse intelligendum est cum ait ei dominus: Tollam de spiritu tuo et dabo eis. Hoc est dabo illis de spiritu sancto quem etiam tibi dedi. Si ergo et quod datur principium habet eum a quo datur quia non aliunde accepit illud quod ab ipso procedit, fatendum est patrem et filium principium esse spiritus sancti, non duo principia sed sicut pater et filius unus deus et ad creaturam relative unus creator et unus dominus

Quod in spiritu sancto etiam antequam detur possit donum nominari

Ulterius enim quaeritur utrum **Cum ille vero semper non aliud fuit donum esse quam ipsum esse** quemadmodum filius non hoc tantum nascendo habet ut filius sit sed omnino ut sit, sicut et spiritus sanctus eo quo datur habeat non tantum ut donum sit sed omnino ut sit. Utrum ergo erat antequam daretur. Sed si non procedit nisi cum datur, nec procederet utique prius quam esset cui daretur. Quomodo iam erat ipsa substantia si non est nisi quia datur, sicut filius non tantum ut sit filius quod relative dicitur sed omnino ut sit ipsa substantia nascendo habet. An semper procedit spiritus sanctus et non ex tempore sed ab eternitate procedit. Sed quia sic procedebat ut esset donabile iam donum potest esse et antequam detur, donatum vero nisi datum fuerit nullo modo dici potest.

De appellationibus relativis que non addendo sed ad creaturam referuntur. Capitulum xvi

Nec moveat quod spiritus sanctus cum sit coeternus patri et filio dicitur tamen aliquid ex tempore veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne spiritus donum, temporaliter autem donatum. Nam et si dominus non dicitur nisi cum habere incipit servum etiam ista appellatio relativa ex tempore est deo. Non enim sempiterna creatura est cuius est ille dominus. Quomodo ergo obtinebimus nec ipsa relativa esse accidentia, quia nihil accidit deo temporaliter quia non est mutabilis sicut in exordio huius disputationis tractavimus. Ecce dominum esse non sempiternum habet ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere, quia ille sempiterne non dominaretur nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut enim non potest esse servus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet servum. Et quisquis extiterit qui dicat deum quidem solum eternum, tempora enim non esse eterna propter varietatem et mutabilitatem, sed tamen tempora non in tempore esse coepisse, non enim erat tempus antequam inciperent tempora, et ideo non in tempore accidit deo ut dominus esset quia ipsorum temporum dominus erat que utique non in tempore esse coeperunt. Quid respondebit de homine qui in tempore factus est cuius utique dominus non erat antequam esset cuius esset. Certe vel ut dominus hominis esset ex tempore accidit. Et ut omnis auferri videatur controversia, certe ut tuus dominus esset aut meus qui modo esse coepimus ex tempore accidit deo. Aut si et hoc propter obscuram quaestionem anime videtur incertum, quid ut esset dominus populi Israel, quia et si iam erat anime natura quam ille populus habebat, quod nunc non quaerimus, tamen ille populus nondum erat et quando esse coepit apparet. Postremo ut dominus esset huius arboris et huius segetis ex tempore accidit que modo esse coeperunt. Quia et si materies ipsa iam erat, aliud est esse dominum materie, aliud esse dominum iam facte nature. Alio enim tempore est etiam homo dominus ligni et alio tempore est dominus arce quamvis ex ipso ligno fabricate, quod utique non erat cum ligni dominus iam esset. Quomodo igitur obti

vel minus nichil secundum accidens dici deum nisi quia ipsius nature nil accidit quo mu-
tetur ut ea sint accidentia relativa que cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur
accidunt. sicut amicus relative dicitur neque enim esse incipit nisi cum amare cepit.
Fit ergo aliqua mutatio voluntatis ut amicus dicatur. Nummus autem cum dicitur pretium relative
dicitur nec tamen mutatus est cum esse cepit pretium neque cum dicitur pignus et
si qua similia. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione totiens dici relative ut
neque cum incipit dici neque cum desinit aliquid in eius natura vel forma qua nummus
est mutationis fiat quanto facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere
ut ita dicatur relative aliquid ad creaturam ut quamvis temporaliter incipiat dici
non tamen ipsi substantie accidisse intelligatur sed illi creature ad quam dicitur. Domine
refugium factus es nobis. Refugium ergo nostrum deus relative dicitur ad nos enim refertur
et tunc refugium nostrum fit cum ad eum refugimus. Numquid tunc fit aliquid in
eius natura quod antequam ad eum refugeremus non erat. In nobis ergo fit aliqua mu-
tatio deteriores enim eramus antequam ad eum refugeremus et efficimur ipso(?) eum ad
eum refugiendo meliores in illo enim nulla. Sic et pater noster esse incipit cum per eius
gratiam regeneramur quoniam dedit nobis potestatem filios dei fieri. Substantia itaque nostra
in melius mutatur cum filii eius efficimur simul et ille pater noster esse incipit sed
nulla sue commutatione substantie. Quod ergo temporaliter dici incipit deus quod antea non
dicebatur manifestum est relative dici non tamen secundum accidens dei quod ei aliquid acci-
derit sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid deus incipit relative
et quod amicus dei iustus esse incipit ipse mutatur. Deus enim absit ut temporaliter
aliquem diligat quasi nova dilectione que in ipso ante non erat apud quem nec
preterita transierunt et futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos suos ante mundi con-
stitutionem dilexit sicut predestinavit. Sed cum convertuntur et inveniunt illum tunc
incipere ab eo diligi dicuntur ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod
dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis illi mutantur non ipse
sicut lux infirmis oculis aspera firmis lenis est ipsorum scilicet mutatione non sua.

Explicit liber quintus. Incipiunt capitula libri sexti beati Augustini de trinitate.

De eo quod apostolus ait Christum dei virtutem et dei sapientiam. ¶ De patre
et filio hoc solum non dici ad aliud de illo quod non ambo sunt. Deus enim de deo
bonus de bono iustus de iustitia quod simul sunt. Recte ergo pater aut de patre
aut filius de filio quod non ambo simul sunt non potest dici. ¶ De unitate filii
ad patrem et unam mortem nobiscum. ¶ Patris equalitatem virtute non possumus
intelligere dissimiles ac si hec equalitas maius recipiat humanus. nullo
incomparabiliter ea inane incommutabili eterna quod substantia quod est deus trinitas.
¶ De spiritus sancti unitate ad patrem et filio. ¶ De natura corporea et tanta spirituali
quod simplex simplicitas non sunt quia nec incommutabiles. ¶ De simplici et
incommutabili esse dei quod multiplex secundum substantiam nominetur. ¶ Trinitate
deitatis nullo triplicem esse dicam quia nec tantum ibi plus est quam unus vel unum
plus quam tria. ¶ De solo vero deo deo patre et filio et spiritu sancto. ¶ De sententia
sancti Hylarii qua in trinitate propria eternitatem imaginem(?) et usum(?) Liber 6us

Equalitatem patris et filii et spiritus sancti putant nonnulli ex hoc
impediri quominus intelligatur quod scriptum est Christum dei virtutem
et dei sapientiam ut ideo non videatur equalitas quia non est pater
esse ipse virtus et sapientia sed genitor virtutis et sapientie. Et revera
non mediocri intentione queri solet quomodo dicatur deus virtutis et sapientie pater.
Ait enim apostolus Christum dei virtutem et dei sapientiam. Et hinc nonnulli nostri

adversus arrianos hoc modo conati sunt contra eos qui prius se adversus catholicam fidem
extulerunt. Nam ipse Arrius dixisse fertur: Si filius est natus est; si natus est,
erat tempus quando non erat filius. Non intelligens etiam natum esse deo sempiternum esse,
ut sit coeternus patri filius, sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur
coevus est illi, et esset coeternus si ignis esset eternus. Unde quidam posteriores
Arriani abiecerunt istam sententiam, fassique sunt non ex tempore cepisse filium dei. Sed inter
disputationes quas habebant nostri adversus eos qui dicebant: Erat tempus quando non erat
filius, hanc etiam nonnulli raciocinacionem inserebant: Si dei filius virtus et sapientia
dei est, nec umquam deus sine virtute et sapientia fuit, coeternus est deo patri filius. Dicit
autem apostolus Christum dei virtutem et sapientiam. Dementis est dicere non. Igitur erat tempus
quando non erat filius. Que raciocinacio ad id cogit ut dicamus deum patrem non esse sa-
pientem nisi habendo sapientiam quam genuit, non existendo per se pater ipsa sapientia. De-
inde si ita est, filius quoque ipse sicut dicitur deus de deo, lumen de lumine, videndum est
utrum possit sapientia de sapientia dici, si non est deus pater ipsa sapientia sed tantum genitor
sapientie. Quod si tenemus, cur non et magnitudinis sue et bonitatis et eternitatis et omni-
potencie sue genitor sit, ut non ipse sit sua magnitudo et sua bonitas et sua e-
ternitas et sua omnipotencia, sed ea magnitudine magnus sit quam genuit, et ea bonitate
bonus, et eternitate eternus, et ea omnipotencia omnipotens que de illo nata est, sicut non
ipse sua sapientia sapiens est que de illo nata est. Nam illud non est formidandum
ne cogamur multos filios dei dicere preter adoptionem creature coeternos patri,
si magnitudinis sue genitor est et bonitatis et eternitatis et omnipotencie. Huic enim
calumpnie facile respondetur, non effici quia multa nominata sunt ut ille multorum
filiorum coeternorum sit pater, quemadmodum non efficitur ut duorum sit cum dicitur Christus dei virtus
et sapientia. Eadem quippe virtus que sapientia, et eadem sapientia que virtus. Ita igitur
eadem de ceteris, ut eadem sit magnitudo que virtus, et si qua alia vel superius commemorata
sunt vel commemorari possunt. Capitulum ii

Sed si non dicitur in se ipso nisi quod ad filium dicitur, idem pater vel genitor ut prin-
cipium eius, si etiam gignens ei quod de se gignit consequenter principium est,
cum aliud dicitur cum filio dicitur vel potius in filio, sive magnus ea ma-
gnitudine quam genuit, sive potens ea potencia vel virtute quam genuit,
sive iustus ea iusticia quam genuit, sive sapiens ea sapientia quam genuit, sive
bonus ea bonitate quam genuit. Magnitudo enim ipsa non dicitur pater sed magni-
tudinis genitor. Filius vero sicut in se ipso dicitur filius quod non cum patre dici-
tur sed ad patrem, non sic et in se ipso magnus, sed cum patre cuius ipse magnitudo est;
sic et sapiens cum patre dicitur cuius ipse sapientia est, sicut ille sapiens cum filio,
quia ea sapientia sapiens est quam genuit. Nunquam ergo ad se dicitur non dicitur alter sine
altero, id est quicquid dicitur quod substanciam eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Si hec
ita sunt, iam ergo nec deus est pater sine filio nec filius deus sine patre, sed ambo
simul deus. Et quod dictum est: In principio erat verbum, in patre erat verbum intel-
ligitur. Aut si in principio sic dictum est ac si diceretur ante omnia, quod sequitur: Et
verbum erat apud deum, verbum quidem solus filius accipitur, non simul pater et
filius tamquam ambo unum verbum. Sic enim verbum quomodo ymago. Non enim pater
et filius simul ambo ymago, solus ymago patris quemadmodum et filius. Non
enim ambo simul filius. Quod vero adiungitur: Et verbum erat apud deum, multum est
ut sic intelligatur: verbum quod est filius erat apud deum, quod non solus est pater, sed
pater et filius simul deus. Sed quid mirum si in duobus quibusdam rebus longe

nisi sit diversum potest hoc dici. Unum enim diversum quod anima et corpus, potest tamen dici animal quod
est apud homines, in homine enim anima non est corpus, sed homo enim anima simul et corpus
sit, ut etiam quod consequitur scriptum. Et Deus erat verbum sic intelligatur verbum quod
non est pater, Deus erat simul cum patre. Ita ne ergo dicamus ut pater sit ge-
nitor genitor magnitudinis, hoc est genitor virtutis vel genitor sapientie
sue, filius enim magnitudo virtus et sapientia. Deus vero magnus omnipotens ambo
simul. Unus ergo Deus de Deo lumen de lumine; non enim simul ambo Deus de Deo sed
solus filius Deus de Deo scilicet patre, nec ambo simul lumen de lumine sed solus filius de lumine
patre. Nisi forte ad insinuandum et brevissime inculcandum quod coeternus est patri filius
ita dictum est Deus de Deo lumen de lumine et si quid huiusmodi, tamquam diceretur
hoc quod non est filius sine patre et de eo quod non est pater sine filio perfecte
intelligatur quod non precessit genitor illud quod genuit. Quod si ita est, hoc solo
de eis dici non potest illud de illo quod simul ambo non sunt, sicut verbum de verbo di-
ci non potest quia non simul ambo ~~filius sunt quod dicitur~~ verbum sed solus filius, nec yma-
go de ymagine quia non simul ambo est ymago, nec filius de filio quia non simul
ambo filius sunt quod dicitur: Ego et pater unum sumus. Unum sumus enim dictum
est quod ille hoc ego secundum essentiam non secundum relativum.

De unitate filii cum patre et nostra invicem nobiscum. Capitulum tercium sexti libri

Et nescio utrum inveniatur in scripturis dictum unum sunt quorum est diversa
natura. Si enim et aliqua plura eiusdem nature sunt et diversa sentiunt
si iam unum essent ex eo quod homines erant, non diceret ut sint unum sicut et nos
unum cum eos discipulos patri commendaret. At vero Paulus et Appollo quia et ambo
homines et idem sentiebant: Qui plantat enim et qui rigat unum sunt. Cum
ergo sic dicitur unum ut non addatur quid unum et plura unum dicuntur eadem natura atque
essentia non dissidens neque dissentiens significatur. Cum vero additur quid unum potest
aliquid significari ex pluribus unum factum quamvis diversa natura sicut anima et corpus
non sunt utique unum. Quid enim tam diversum, nisi addatur aut subintelligatur
quid unum, id est unus homo aut unum animal. Inde apostolus: Qui adheret meretrici
unum corpus non dixit unum sunt aut unum est, sed addidit corpus tamquam ex duo-
bus diversis masculino et femineo unum corpus adiunctione compositum. Et qui
adheret domino unus spiritus est. Non dixit: Qui adheret domino unus est
aut unum sunt, sed addidit spiritus. Diversum enim natura spiritus hominis et spiritus Dei,
sed inherendo fit unus spiritus ex diversis duobus ita ut sine humano spiritu beatus
sit Dei spiritus atque perfectus, beatus enim hominis spiritus non nisi cum Deo. Nec ut ar-
bitror sine causa tanta in euangelio secundum Johannem et totiens diceret dominus de sua unitate
vel sua cum patre vel nostra invicem nobiscum, nusquam dixit ut nos et
ipsi unum, sed ut sint unum sicut et nos unum. Pater ergo et filius unum sunt
utique secundum unitatem substantie, et unus Deus est et unus magnus et unus
sapiens sicut tractatum est. Unde ergo maior pater? Si enim maior magnitudine ma-
ior. Cum enim magnitudo eius filius sit, nec ille utique maior est eo qui
se genuit, nec ille maior ea magnitudine qua magnus est; ergo equalis. Nam
unde equalis si non eo quod est, cui non est aliud esse et aliud magnum
esse? Aut si eternitate pater maior est, non est equalis filius quacumque re. Unde
enim? Si enim equalis si magnitudine dixeris, non est par magnitudo que mi-
nus eterna est, atque ita cetera. An forte in virtute equalis est, sapientia vero non
est equalis? Sed quomodo est equalis virtus que minus sapit? An in sapientia equalis
est, in virtute vero non est equalis? Sed quomodo est equalis sapientia que minus
potens? Restat itaque ut si in nulla re non sit equalis. At scriptura clamat

non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Agitur ergo quis adversarius veritatis
non teneatur auctoritate apostolica in qualibet vel una re equalem deo filium confiteri eligat
quam voluerit hinc enim ostenditur in omnibus esse equalem que de substancia eius dicuntur

Pares inequalesque virtutes non posse in eodem esse dissimiles Capitulum IIII

Si enim virtutes que sunt in animo humano quamvis alio atque alio modo singule intel-
ligantur, nullo modo tamen separantur ab invicem ut quicumque fuerint equales verbi
gratia in fortitudine equales sint et prudencia et iusticia et temperancia. Si enim
dixeris equales esse istos fortitudine sed illum prestare prudencia sequitur ut huius
fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine equales sunt quando est illius
fortitudo prudencior, atque ita de ceteris virtutibus invenies si omnes eadem consideracione
percurras. Non enim de viribus corporis agitur sed de animi fortitudine. Quanto magis
ergo in illa incommutabili et eterna substancia incomparabiliter simpliciore quam est animus humanus
hec ita se habent. Humano quippe animo non hoc est esse quod est fortem esse aut pru-
dentem aut iustum aut temperantem, potest enim esse animus et nullam istarum
habere virtutem. Deo enim hoc est esse quod est potentem esse aut iustum esse aut sa-
pientem esse et si quid de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate
dixeris quo substancia eius significetur. Quocirca sive ita dicatur deus de deo ut et
singulis hoc nomen conveniat non tamen ut ambo simul duo dii sed unus deus sit.
Ita enim sibi coherent quod etiam in distantibus diversisque substanciis apostolus testis est.
Nam et solus dominus spiritus est et solus hominis spiritus utique spiritus est, tamen si hereat domi-
no unus spiritus est. Quanto magis ibi ubi est omnino inseparabilis atque eterna connexio ne
absurde dici videatur quasi filius amborum cum dicitur filius dei. Si id quod dicitur deus non
nisi de ambobus simul dicitur. Sive quidquid de deo dicitur quod substanciam eius indicet
non nisi de ambobus simul immo de ipsa simul trinitate dicatur. Sive ergo hoc sive
illud sit quod diligencius discuciendum est, nunc ut videatur satis est videre nullo modo
filium equalem esse patri si in aliquo sed quod pertinet ad significandum eius substanciam
inequalis invenitur sicut iam ostendimus. Apostolus enim dixit equalem in omnibus
ergo equalis est patri filius et est unius eiusdemque substancie. ¶ De spiritus sancti
unitate cum patre et filio Capitulum quintum sequitur

Quapropter etiam spiritus sanctus in eadem unitate substancie et equalitate consistit. Sive
enim sit unitas amborum sive sanctitas sive caritas sive ideo unitas quia
caritas et ideo caritas quia sanctitas manifestum est quod non aliquis duorum est quo uterque
coniungitur quo genitus a gignente diligatur generatoremque suum diligat sintque
non participacione sed essencia sua neque dono superioris alicuius sed suo proprio ser-
vantes unitatem spiritus in vinculo pacis. Quod imitari per graciam et ad deum
et ad nos ipsos iubemur in quibus duobus preceptis tota lex pendet et prophete.
Ita sunt illa tria deus unus solus magnus sapiens sanctus beatus. Nos enim ex ipso
et per ipsum et in ipso beati quia ipsius munere inter nos unum. Cum illo enim unus
spiritus quia agglutinatur anima nostra post eum et nobis herere deo bonum est quia perdet
omnem qui fornicatur abs eo. Spiritus ergo sanctus commune aliquid est patris et filii quidquid
illud est aut ipsa communio consubstancialis et coeterna que si amicicia convenienter dici potest
dicatur sed aptius dicitur caritas. Et hec quoque substancia quia deus substancia est et deus ca-
ritas sicut scriptum est. Sicut enim simul substancia cum patre et filio ita simul magna
et simul bona et simul sancta et quidquid aliud ad se dicitur quoniam non aliud est
deo esse et aliud magnum esse vel bonum esse etc. sicut supra ostendimus. Si enim
minus magna est ibi caritas quam sapiencia minus quam est diligitur sapiencia. Equalis est
igitur ut quanta est sapiencia tantum diligatur. Est enim sapiencia equalis patri sicut supra
disputavimus, equalis est ergo et spiritus sanctus. Et si equalis in omnibus equalis propter summam
simplicitatem que in illa substancia est. Et ideo non amplius quam tria sunt unum

diligens eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio. Que si nihil est quomodo deus dilectio est? Si non est substantia quomodo deus substantia est? Si enim queritur quomodo simplex et multiplex sit illa substantia, animadvertenda est primo creatura quare sit multiplex, nullo enim modo vere simplex. Et primo corpus universum utique partibus constat, ita ut sit alia pars alia maior, alia minor, et maius sit universum quam quelibet aut quantalibet pars. Nam et celum et terra partes sunt universe magnitudine molis, et sola terra vel solum celum innumerabilibus partibus constat, et in tertia parte minor est quam tota, et in dimidia minor quam tota. Et totum mundi corpus quod duabus plerumque partibus appellari solet, id est celum et terra, utique maius est quam solum celum aut sola terra. Et in unoquoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud figura. Potest enim et deminuta magnitudine manere idem color et eadem figura, et colore mutato manere eadem figura et eadem magnitudo, et figura eadem non manente tam magnum esse et eodem coloratum. Et quecumque alia simul dicuntur de corpore possunt et simul et plura sine ceteris commutari, ac per hoc multiplex esse convincitur natura corporis. Simplex enim nullo modo. Creatura quoque spiritualis sicut est anima, est quidem in corporis comparatione simplicior; sine comparatione enim corporis multiplex est, etiam ipsa non simplex. Nam ideo simplicior est corpore quia non mole diffunditur per spatium loci, sed in unoquoque corpore et in toto tota est, et in qualibet eius parte tota est. Et ideo cum fit aliquid in quavis exigua particula corporis quod sentiat anima, quamvis non fiat in toto corpore, illa tamen tota ~~illa~~ sentit quia totam non latet. Sed tamen etiam in anima cum aliud sit artificiosum esse, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud letitia, aliud tristitia, possintque et alia sine aliis, et alia magis et alia minus innumerabilia innumerabiliter in anime natura inveniri, manifestum est non simplicem sed multiplicem esse. Nam nihil enim simplex mutabile est. Omnis enim creatura mutabilis est.

Quod natura corporea et creatura spiritualis quod simplices non sunt quia non incommutabiles. Cap. viij

Deus vero multipliciter quidem dicitur magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, et quicquid aliud non indigne dici videtur, sed eadem magnitudo eius est que sapientia. Non enim mole magnus est sed virtute. Et eadem bonitas que sapientia et magnitudo, et eadem veritas que illa omnia, et non est aliud ibi beatum esse et aliud magnum aut sapientem aut verum aut bonum esse aut omnino ipsum esse. Nec quoniam trinitas est ideo triplex putandus est. Alioquin minor erit pater solus aut filius solus quam simul pater et filius. Quamquam non inveniatur quomodo dici possit aut pater solus aut filius solus, cum semper atque inseparabiliter et ille cum filio sit et ille cum patre, non ut ambo sint pater aut ambo filius, sed quia semper in invicem neuter solus. Et deum solum ipsam trinitatem quamvis semper sit cum spiritibus et animabus sanctis, sed solum dicimus quod deus est quia non est illi cum illo deus. Sic itaque solum dicimus patrem non quia separatur a filio sed quia non ambo simul pater est.

De summa et incommutabili essentia dei cuius multiplex sit substantiam nominetur. Cap. ix

Cum itaque tantus est solus pater vel solus filius vel solus spiritus, nullo modo triplex dicendus. Corpora quippe adiunctione sua crescunt. Nam enim qui adheret uxori sue unum corpus sit, maius tamen corpus fit quam si solius viri esset aut solius uxoris. In rebus enim spiritualibus cum minor maiori adheret, sicut creatura creatori, illa fit maior quam erat, non ille. In his enim que non mole magna sunt, hoc est maius esse quod est melius esse. Melior enim fit spiritus alicuius creature cum adheret creatori quam si non adhereat, et ideo etiam maior quia

melior. Nam cum adheret domino unus spiritus est, sed tamen dominus non ideo fit maior
quamvis fiat ille qui domino adheret. In ipsa ergo trinitate cum adheret equalis patri filius vel equalis
cum spiritus patri et filio, equalis non fit maior deus quam singuli eorum, quia non est quo
crescat illa perfectio. Perfectus autem sive pater sive filius sive spiritus sanctus, et perfectus deus pater
et filius et spiritus sanctus, et ideo trinitas potius quam triplex.

Trinitatem divinitatis nullo modo triplicem esse dicendam. Cap. viij.

Et quomodo ostendimus quomodo possit pater dici solus pater,
consideranda est illa sententia qua dicitur deum verum solum non esse patrem solum sed
patrem et filium et spiritum sanctum. Neque enim interroget pater solus utrum sit deus quomodo videbitur
non esse, nisi forte ita dicatur esse quidem patrem deum sed non esse solum deum, esse
autem solum deum patrem et filium et spiritum sanctum. Et quid respondetur de illo testimonio domini?
Patri enim dicebat, et patrem nominaverat, de quo loquebatur cum ait: Hec est autem vita
eterna ut cognoscant te unum verum deum. Et quidem Arriani sicut volunt accipere
quod non sit filius deus verus. Relinquimus exclusis; videndum est an intelligere co-
gamur de deo est patre ut cognoscant unum verum deum, tamquam hoc insinuare
voluerit quod et solus pater verus est, ne non intelligeremus deum nisi ipsos tamen simul
patrem et filium et spiritum sanctum. Unde ergo eodem testimonio et patrem unum verum deum dica-
et filium unum verum deum et spiritum sanctum unum verum deum, et simul patrem et filium
et spiritum sanctum, id est simul ipsam trinitatem, non tres veros deos sed unum verum deum.
An quod addidit, et quem misisti Ihesum Christum, subaudiendum est unum verum deum,
et ordo verborum est ut et te et quem misisti Ihesum Christum cognoscant unum verum
deum. Cur ergo tacuit de spiritu sancto? An quia consequens est ut ubicumque nominatur unum
tota pace unum adherens ut per hanc verum quod unum sit, etiam ex hoc intel-
ligatur eadem ipsa pax quamvis non commemoretur? Nam et illo loco velut preterire videtur
apostolus spiritum sanctum, et tamen ibi intelligitur ubi ait: Omnia vestra, vos autem Christi,
Christus autem dei. Et iterum: Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autem
Christi deus. Sed rursus si deus non nisi omnia simul tria, quomodo caput
Christi deus, id est caput Christi trinitas, cum in trinitate sit Christus ut sit trinitas? An quod est pater cum filio
caput est ei quod est solus filius? Cum filio enim pater deus est, solus autem filius
Christus, maxime quia iam verbum caro factum est loquitur, secundum quam humilitatem
eius etiam maior est pater, sicut ait: Quoniam pater maior me est, ut ipsum deum esse
quod illi cum patre unum est caput sit hominis mediatoris quod ipse solus est.
Si enim mentem recte dicimus principale hominis, id est tamquam caput humane substantie,
cum ipse homo cum mente sit homo, cur non multo congruentius multoque magis verbum
cum patre quod simul deus est caput est Christi, quamvis Christus homo nisi
cum verbo quod caro factum est intelligi non possit? Sed hoc ut iam diximus
aliquanto diligentius posterius considerabimus. Nunc enim equalitas trini-
tatis et una eademque substantia quantum breviter potuimus demonstrata est, ut quo-
quo modo se habeat ista questio quam discutiendam acriore intentione distuli-
mus, nihil impediat quominus fateamur summam equalitatem patris et filii et spiritus sancti.

De sententia sancti Hylarii qua in trinitate personarum ~~[illegible]~~ proprietates intelligere demonstrare. Cap. ix.

Quidam cum vellet breviter
singulorum in trinitate personarum insinuare propria: Esse, inquit, eternitas in
patre, species in imagine, usus in munere. Et quia non mediocris auctoritatis

in tractatione scripturarum et assertione fidei vir exstitit. Hylarius enim hoc in libris suis posuit horum verborum id est patris et ymaginis et muneris et eternitatis et speciei et usus abdi-
tam scrutatus intelligentiam quantum valeo non eum secutum arbitror in eternitatis voca-
bulo nisi quod pater non habet patrem de quo sit filius autem de patre est ut sit atque ut illi
coeternus sit. ymago enim si perfecte implet illud cuius est ymago ipsa coequatur ei
non illud ymagini sue. in qua ymagine speciem nominavit credo propter pulcritudinem
ubi iam est tanta congruentia et prima equalitas et prima similitudo nulla in re dis-
sidens et nullo modo inequalis et nulla ex parte dissimilis sed ad identidem respondens ei cuius
ymago est ubi est prima et summa vita cui non est aliud vivere et aliud esse sed idem
sed id quod est intelligere hoc vivere hoc esse est unum omnia tamquam verbum perfectum cui
non desit aliquid et ars quedam omnipotentis atque sapientis dei plena omnium racionum
viventium incommutabilium et omnes unum in ea sicut ipsa unum de uno cum quo unum ibi
novit omnia deus que fecit per ipsam et ideo cum decedant et succedant tempora non dece-
dit aliquid vel succedit sciencie dei Non enim hec que creata sunt ideo sciuntur a deo quia
facta sunt. ac non potius ideo facta sunt vel mutabilia quia immutabiliter ab eo sciuntur.
Ille igitur ineffabilis quidam complexus patris et ymaginis non est sine perfruitione
sine caritate sine gaudio Illa ergo dilectio delectatio felicitas vel beatitudo si tamen ali-
qua humana voce digne dicitur usus ab illo appellatus est breviter et est in trinitate
spiritus sanctus non genitus sed genitoris genitique suavitas ingenti largitate atque
ubertate perfundens omnes creaturas pro captu earum ut ordinem suum teneant et locis suis
acquiescant hec omnia que arte divina facta sunt et unitatem quandam in se ostendunt et
speciem et ordinem quicquid enim horum est et unum aliquid est sicut sunt nature corporum et
ingenia animarum et aliqua specie formatur sicut sunt figure vel qualitates corporum ac doctrine
vel artes et ordinem aliquem petit aut tenet sicut sunt pondera vel collocationes
corporum atque amores aut delectationes animarum Oportet igitur ut creatorem per ea que facta sunt
intellecta conspicientes trinitatem intelligamus cuius in creatura quo dignum est appa-
ret vestigium In illa enim trinitate summa origo est rerum omnium et perfectissima pulcri-
tudo et beatissima delectatio Itaque illa tria et ad se invicem determinari videntur
sed hic in rebus corporeis tantum in corporeis non tantum est Nam tantum tres simul et
plus aliquid sunt due quam una res et in se infinita sunt ita et singula sunt in sin-
gulis et omnia in singulis et singula in omnibus et omnia in omnibus et unum omnia
Qui videt hoc vel ex parte vel per speculum et in enigmate gaudeat cognoscens deum
et sicut deum honoret et gratias agat Qui non videt tendat per pietatem
ad videndum non per cecitatem ad calumpniandum quoniam unus deus est sed tamen trinitas
Nec confuse accipiendum est ex quo omnia per quem omnia in quo omnia
sed ipsi gloria in secula seculorum. Explicit liber sextus Incipiunt capitula libri septimi

Utrum unusquisque de deo non relative sed ad se ipsum dicte dicitur per se in trinitate conveniat
Sed quia pater et filius eterna substantia sunt non esse relativa et quecumque ad se non ad aliquid dicuntur
De sapientia a deo genita vel creata. Quid vel a grecis vel a latinis intellecta sint dicti de essentia
De substantia et essentia. De verbis personis unius essentie. Incipit liber septimus

Iam nunc queramus diligentius quantum dat deus quod paulo ante distulimus utrum
et singula queque in trinitate persona etiam per se ipsam non cum ceteris duabus
dici deus aut magnus aut sapiens aut verus aut omnipotens aut iustus et si quid
aliud de deo dici potest non relative sed ad se ipsum an vero non dicantur ista nisi cum
trinitas intelligitur hoc enim questionem facit quia scriptum est christum dei virtutem et
dei sapientiam. utrum ita sit pater sapientie atque virtutis sue ut hac sapientia sapiens sit quam
genuit et hac virtute potens quam genuit et quia semper potens et sapiens semper
genuit virtutem et sapientiam Dixeramus enim si ita est cur non et magnitudinis sue
pater sit qua magnus est et bonitatis qua bonus et iusticie qua iustus et alia

secutum

non

74.

sique sunt si hec omnia pluribus vocabulis in eadem sapientia et virtute intelliguntur ut
ea sit magnitudo que virtus ea bonitas que sapientia et ea rursus sapientia que virtus
sicut iam tractavimus. meminerimus cum aliquid horum nomino sic accipiendum esse ac si omnia
commemorem. Queritur ergo an pater etiam singulus sit sapiens atque ipsa sibi ipse sapientia.
an ita sit sapiens quomodo dicens. Verbo enim quod genuit dicens est, non verbo quod profertur
et sonat et transit sed verbo quod erat apud deum et deus erat verbum et omnia per ipsum
facta sunt verbo equali sibi. quo semper atque incommutabiliter dicit seipsum. Non est
enim ipse verbum sicut nec filius nec ymago. dicens enim exceptis illis temporalibus vocibus
dei que in creatura fiunt nam sonant et transeunt. dicens ergo illo coeterno verbo non
per singulus intelligitur sed cum ipso verbo sine quo non est utique dicens. ita et ut sa-
piens sicut dicens. ut ita sit sapientia sicut verbum. et hoc sit verbum esse quod est esse sapientiam
hoc eadem esse virtutem ut virtus et sapientia et verbum idem sit et relative dicatur sicut filius
et ymago atque ille non singulus potens vel sapiens sed cum ipsa virtute atque sapientia
quam genuit sicut non singulus dicens sed eo verbo et cum eo verbo quod genuit. atque
ita magnus ea et cum ea magnitudine quam genuit. Et si non alio magnus alio
deus sed eo magnus quo deus. quia non aliud illi est magnum esse aliud deum
esse. consequens est ut nec deus singulus sed ea et cum ea deitate quam genuit. ut sit
sic filius deitas patris sicut sapientia et virtus patris. et sicut est verbum et ymago patris
Et quia non aliud illi est esse. aliud deum esse. ita sit esse eadem essentia patris filius
sicut est verbum eius et ymago eius ac per hoc etiam excepto eo quod pater est non sit
aliquid pater nisi quia est ei filius. ut non tantum id quod dicitur pater. quod manifestum est eum
non ad seipsum sed ad filium dici relative et ideo patrem quia est ei filius sed cum omnino
ut sit quod ad seipsum est ideo sit quia genuit essentiam suam. Sicut enim magnus est non
nisi ea quam genuit essentia quia non aliud est illi esse aliud magnum esse. ita ne
igitur pater est essentie sue sicut pater est magnitudinis sue sicut pater est virtutis et sapientie
sue. Eadem quippe eius magnitudo quae virtus et eadem essentia que magnitudo. Hec
disputatio nata est ex eo quod scriptum est christum esse dei virtutem et dei sapientiam. Qua-
propter in eas angustias sermo coartatur cum ineffabilia fari cupimus ut aut dicamus
christum non esse dei virtutem et dei sapientiam atque ita impudenter et impie resistamus
apostolo. aut christum quidem dei virtutem et dei sapientiam esse fateamur sed eius patrem
non esse patrem virtutis et sapientie sue. quod non minus impium est. Sic enim nec christi erit
pater quia christus dei virtus et dei sapientia est aut non esse patrem virtute ~~et sapientia sua~~ sua
potentem neque sapientia sua sapientem quis audeat dicere. Aut aliud in
patre intelligi esse. aliud sapientem esse ut non hoc ipso sit quo sapiens est. quod
de anima intelligi solet que alias insipiens alias sapiens est velut natura mutabilis
et non summe perfecteque simplex. aut patrem non esse aliquid ad seipsum. et non solum
quod pater est sed omnino quod est ad filium relative dici. Quomodo ergo eiusdem essentie filius
cuius pater quandoquidem ad seipsum nec essentia est. nec omnino est ad seipsum sed etiam esse
ad filium illi est. Atenim multo magis unius eiusdemque essentie quia una eademque essentia
pater et filius. quandoquidem patri non ad seipsum est ipsum esse sed ad filium quam essentiam
genuit. et qua essentia est quicquid est. Neuter ergo ad se est et uterque ad invicem re-
lative dicitur. an pater solus non solum quod pater dicitur sed omnino quicquid dicitur relative
ad filium dicitur. ille enim dicitur et ad se. Et si ita est. quid dicitur ad se. an ipsa essentia
Sed ipsa essentia est filius sicut patris virtus et sapientia sicut verbum patris et yma-
go patris. Aut si essentia dicitur ad se filius. pater enim non est essentia sed genitor es-
sentie. non est enim ad seipsum. sed hac ipsa essentia quam genuit. sicut hac ipsa ma-
gnitudine magnus quam genuit. Ergo et magnitudo dicitur ad se filius ergo et virtus
et sapientia et verbum et ymago. Quid enim absurdius quam ymaginem ad se dici
Aut si non idipsum est ymago et verbum quod est virtus et sapientia sed illa relative dicuntur

Hec autem ad se non aliud incipit non ea sapientia quam genuit sapiens esse pater quia non participe
de eam relative dici et ille ad eam relative non dici. Omnia enim que relative dicuntur ad aliquid
dicuntur. Restat itaque ut etiam essentia filii relative dicatur ad patrem. Ex quo conficitur in-
opinatissimus sensus ut ipsa essentia non sit essentia vel certe cum dicitur essentia non essentia sed
relativum dicatur indicetur. Quomodo cum dicitur dominus non essentia indicatur sed relativum quo refertur
ad servum. Cum autem homo dicitur vel aliquid tale quod ad se non ad aliud dicitur tunc indi-
catur essentia. Homo ergo cum dicitur dominus ipse homo essentia est, dominus vero relative dicitur. Homo
enim ad se dicitur, dominus autem ad servum. Hoc enim unde agimus si essentia ipsa relative dicitur essentia
ipsa non est essentia. Huc accedit quia omnis essentia que relative dicitur etiam aliquid excep-
to relativo sicut homo dominus et homo servus et equus iumentum et nummus arra. Homo et equus
et nummus ad se dicuntur et substantie sunt vel essentie. Dominus vero et servus et iumentum et ar-
ra ad aliquid relative dicuntur. Sed si non esset homo id est aliqua substantia non esset qui
relative dominus diceretur. Et si non esset equus quedam essentia non esset quod iumentum
relative diceretur. Ita si nummus non esset aliqua substantia nec arra posset relative dici.
Quapropter si pater non est aliquid ad seipsum non est omnino qui relative dicatur ad aliquid.
Non sicut ad aliquid colorati refertur color eius nec omnino ad se dicitur color sed semper
alicuius colorati. Illud autem cuius color est sit etiam si eo quod coloratum dicitur ad colorem
refertur, tamen id quod corpus dicitur ad se dicitur. Nullo modo ita putandum est patrem non dici
aliquid ad seipsum sed quicquid dicitur ad filium dici, eundem vero filium et ad seipsum et ad
patrem, cum dicitur magnitudo magna et virtus potens utique ad seipsum et magnitudo
atque virtus magni et potentis patris qua pater magnus et potens est. Non ergo ita
sed utrumque substantia et utrumque una substantia. Sicut enim absurdum est dicere candidum non esse
candorem sic absurdum est dicere sapientem non esse sapientiam et sicut candor ad seipsum
candidus dicitur ita et sapientia ad seipsam dicitur sapiens. Sed candor corporis non est essentia
essentia. Quoniam ipsum corpus essentia est et illa eius qualitas. Unde et ab ea dicitur
candidum corpus cui non est hoc esse quod candidum esse. Aliud enim ibi forma et
aliud color et utrumque non in seipso sed in aliqua mole que moles nec forma nec co-
lor est sed formata atque colorata. Sapientia vero et sapiens est et seipsa sapiens est.
Et quoniam quecumque anima participatione sapientie fit sapiens si rursus desipiat manet tamen
in se sapientia nec cum fuerit anima in stultitiam commutata illa mutatur. Non ita est
in eo qui ex ea fit sapiens quemadmodum candor in corpore quod ex illo candidum est. Cum
enim corpus in alium colorem fuerit commutatum non manebit candor ille atque
omnino esse desinet. Quod si et pater qui genuit sapientiam ex ea fit sapiens neque hoc
est illi esse quod sapere qualitas eius est filius non proles eius. Et non erit ibi iam
summa simplicitas. Sed absit ut ita sit quia vere ibi est summe simplex essentia. Hoc
ergo est ibi esse quod sapere. Quod si hoc est ibi esse quod sapere non per illam sapientiam
quam genuit sapiens est pater alioquin non ipse illam sed illa eum genuit. Quid enim
aliud dicimus cum dicimus hoc illi est esse quod sapere nisi eo est quo sapiens est.
Quapropter que causa illi est ut sapiens sit ipsa illi causa est ut sit. Proinde si sapientia
quam genuit causa est illi ut sapiens sit etiam ut ipse sit illa illi causa est quod fieri
non potest nisi gignendo eum aut faciendo. Sed neque genitricem neque conditricem patris
ullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius. Ergo et pater ipse sapientia est
Et ita dicitur filius sapientia patris quomodo dicitur lumen patris id est ut quemadmodum lumen de
lumine et utrumque unum lumen sic intelligatur sapientia de sapientia et utrumque una
sapientia. Ergo et una essentia quia hoc est ibi esse quod sapere. Quod enim est sapientie
sapere et potentie posse eternitati eternam esse iustitie iustam esse magnitudini
magnam esse hoc est essentie ipsum esse. Et quia in illa simplicitate non est aliud
sapere quam esse eadem ibi sapientia que essentia. Et que patris et filii communiter sunt non de se

relativa c. ii

76.

Pater ergo et filius simul una essentia et una magnitudo et una veritas et una sa-
pientia. Sed non pater et filius simul ambo unum verbum quia non simul ambo unus filius.
Sicut enim filius ad patrem refertur non ad se ipsum dicitur ita et verbum ad eum cuius verbum
est refertur cum dicitur verbum. Eo quippe filius quo verbum et eo verbum
quo filius. Quoniam ergo pater et filius simul non utique unus filius consequens est ut pater et filius
simul non sint ambo unum verbum. Et propterea non eo verbum quo sapientia quia verbum non ad se
dicitur sed tantum relative ad eum cuius est verbum sicut filius ad patrem. Sapientia vero eo
quo sapientia et ideo quia una essentia una sapientia. Quoniam vero et verbum sapientia est
sed non eo verbum quo sapientia, verbum enim relative, sapientia essentialiter intelligitur, id dici
accipiamus cum dicitur verbum ac si dicatur nata sapientia ut sit et filius et ymago et hec
duo cum dicuntur id est nata sapientia in uno eorum eo quod est nata et verbum et ymago et
filius intelligatur. Et in his omnibus nominibus non ostendatur essentia quia relative dicuntur.
Et in altero quod est sapientia quoniam ad se dicitur se ipsa enim sapiens est etiam essentia de-
monstratur et hoc eius esse quod sapere. Unde pater et filius simul una sapientia quia una
essentia et singillatim sapientia de sapientia sicut essentia de essentia. Quapropter non quia
pater non est filius et filius non est pater aut ille ingenitus ille vero genitus ideo non
una essentia quia his nominibus relativa eorum ostenduntur. Utrumque autem simul una sapientia et
una essentia ubi hoc est esse quod sapere. Non enim simul utrumque verbum aut filius quoniam non
hoc esse est quod verbum esse aut filium esse sicut iam satis ostendimus ista relative
dici. ~~De sapientia a deo genita vel creata capitulum tercium~~

Cur ergo in scripturis nusquam fere de sapientia quidquam dicitur nisi ut ostendatur
a deo genita vel creata, genita scilicet per quam facta sunt omnia, creata
vero vel facta sicut in hominibus cum ad eam que non creata et facta sed genita
est convertuntur et illustrantur. In ipsis enim fit aliquid quod vocetur eorum sapientia vel
illud scripturis pronunciantibus aut narrantibus quod verbum caro factum est et habitavit
in nobis. Hoc enim modo Christus facta sapientia est quia factus est homo. An propterea non loquitur
in illis libris sapientia vel de illa dicitur aliquid nisi quod eam de deo natam ostendat aut
factam quamvis sit et pater ipsa sapientia, quia illa nobis sapientia commendanda erat et
imitanda cuius imitatione formamur. Pater enim eam dicit ut verbum eius sit
non quomodo profertur ex ore verbum sonans aut ante pronunciationem cogitatur. Spaciis enim temporum
hoc completur, illud enim eternum est et illuminando dicit nobis et de se et de patre quod
dicendum est hominibus. Ideo quia ait Nemo novit filium nisi pater et nemo novit patrem
nisi filius et cui voluerit filius revelare quia per filium revelat pater id est per verbum suum.
Si enim hoc verbum quod nos proferimus temporale et transitorium ostendit et se ipsum ostendit et id
de quo loquimur quanto magis verbum dei per quod facta sunt omnia. Quod ita ostendit patrem
sicuti est pater quia et ipsum ita est et hoc est quod pater secundum quod sapientia est et essentia.
Nam secundum quod verbum non hoc est quod pater quia verbum non est pater et verbum relative
dicitur sicut filius quod utique non est pater. Et ideo Christus virtus et sapientia dei quia de patre virtute
et sapientia etiam ipse virtus et sapientia sicut lumen de patre lumine et fons vite apud
deum patrem utique fontem vite. Quoniam apud te fons vite et in lumine tuo videbimus
lumen quia sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit filio habere vitam in semetipso.
Et erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum et lumen
hoc verbum erat apud deum sed et deus erat verbum. Deus enim lux lux est et tene-
bre in eo non sunt ulle. Lumen vero non corporale sed spirituale neque ita spirituale ut
illuminatione factum sit quemadmodum dictum est apostolis Vos estis lux mundi sed lumen quod
illuminat omnem hominem ipsa illa summa sapientia dei unde nunc agimus. Sapientia ergo filius
de sapientia patre sicut lumen de lumine et deus de deo ut et singulus pater lumen
et singulus filius deus. Ergo et singulus pater sapientia et singulus filius sapientia

et sicut utrumque simul unum lumen et unus deus. sic utrumque una sapientia. Sed filius factus est nobis sapientia a deo et iusticia et sanctificatio. quia temporaliter nos ad illum convertimur id est ex aliquo tempore et cum illo maneamus in eternum et ipse ex quodam tempore verbum caro factum est et habitavit in nobis. Propterea ergo cum pronunciatur in scripturis aut enarratur aliquid de sapientia sive dicente ipsa sive cum de illa dicitur filius nobis potissimum insinuatur. Cuius ymaginis exemplo et nos non discedamus a deo quia et nos ymago dei sumus non quidem equalis facta quippe a patre per filium non nata de patre sicut illa. et nos quia illuminamur lumine. illa vero quia lumen illuminans et ideo illa sine exemplo. nobis exemplum est. Neque enim imitatur precedentem aliquem ad patrem. a quo nunquam est omnino separabilis quia idipsum est quod ille de quo est. Nos enim nitentes imitamur manentem. et nos sequimur stantem et in ipso ambulantes tendimus ad ipsum quia factus est nobis via temporalis per humilitatem que mansio nobis est eterna per divinitatem. Quippe spiritibus mundis intellectualibus qui superbia non lapsi sunt in forma dei et deo equalis est deus prebet exemplum. ut prebeat exemplum redeundi etiam lapso prebet homini qui propter immundiciam peccatorum penamque mortalitatis deum videre non potest. semetipsum exinanivit non mutando divinitatem suam sed nostram mutabilitatem assumendo et formam servi accipiens venit ad nos in hunc mundum qui in hoc mundo erat quia mundus per eum factus est ut exemplum sursum videntibus deum. exemplum deorsum mirantibus hominem exemplum sanis ad permanendum. exemplum infirmis ad convalescendum exemplum morituris ad non timendum exemplum mortuis ad resurgendum ut esset in omnibus ipse primatum tenens. Quia enim homo ad beatitudinem sequi non debeat nisi deum et sentire non poterat deum sequendo deum hominem factum. sequeretur simul. atque sentire poterat et quem sequi debebat. Amemus ergo eum et inhereamus illi caritate diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non ergo mirum si propter exemplum quod nobis ut reformemur ad ymaginem dei prebet ymago equalis patri cum de sapientia scriptura loquitur. de filio loquitur. quem sequimur vivendo sapienter quamvis et pater sit sapientia sicut lumen et deus. spiritus quoque sanctus sive sit summa caritas utrumque coniungens. nosque subiungens quod ideo non indigne dicitur quia scriptum est deus caritas est. Quomodo non est ipse sapientia cum sit lumen quia deus lumen est. Sive alio modo essentia eius singillatim atque proprie nominanda est. quia deus est utique lumen est et quia lumen est utique sapientia est. Deum enim esse spiritum sanctum scriptura clamat apud apostolum qui dicit nescitis quia templum dei estis vos. Statimque subiecit Et spiritus sanctus habitat in vobis. Deus enim habitat in templo sancto suo. Non enim tamquam minister habitat spiritus dei in templo dei. cum alio loco evidencius dicat. Nescitis quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo et non estis vestri. Empti enim estis precio magno glorificate ergo deum in corpore vestro. Quid est enim sapientia nisi lumen spiritale et incommutabile. Est enim et sol iste lumen sed corporale est et spiritalis creatura lumen sed non incommutabile. lumen ergo pater. lumen filius. lumen spiritus sanctus simul enim non tria lumina sed unum lumen. Et ideo sapientia pater. sapientia filius. sapientia spiritus sanctus et simul non tres sapientie sed una sapientia. Et quia hoc est ibi esse quod sapere. una essentia pater et filius et spiritus sanctus. et nec aliud est ibi esse quam deum esse. Unus ergo deus pater et filius et spiritus sanctus. Quid a grecis vel latinis nomine sunt dicti de ineffabili trinitate. Capitulum iiij.

Ita loquendi causa de ineffabilibus ut fari aliquo possemus quod effari nullo possumus. Dictum est a nostris grecis una essentia. tres substantie. A latinis vero una essentia vel substantia. tres persone. Quia sicut iam diximus non aliter in sermone nostro id est latino. essentia quam substantia solet intelligi. Et ut intelligatur saltem in enigmate quod dicitur placuit ita dici ut diceretur aliquid cum quereretur. Quid tria

sint que tria esse fides vera pronunciat cum et patrem non dicit esse filium et spiritum sanctum
quod est donum dei nec patrem dicit esse nec filium. Cum ergo queritur quid tria vel quid tres
conferimus nos ad inveniendum aliquod speciale nomen vel generale quo complectamur hec
tria neque occurrit animo quia excedit supereminentia divinitatis usitati eloquii facultatem.
Verius enim cogitatur deus quam dicitur et verius est quam cogitatur. Cum enim dicimus non eundem
esse iacob qui est abraham ysaac vero nec abraham esse nec iacob tres esse utique
fatemur abraham ysaac et iacob. Sed cum queritur quid tres respondemus tres homines
nomine speciali eos pluraliter appellantes. Generali enim si dicamus tria animalia. Homo enim
sicut veteres diffinierunt animal est rationale mortale. Aut sicut scripture nostre loqui
solent tres animas cum a parte meliore totum appellari placet id est et anima et corpore quod
est totus homo. Ita quippe dictum est in egyptum descendisse cum iacob animas lxxv
pro tot hominibus. Item cum dicimus equum tuum non eum esse qui meus est et tertium
alicuius alterius nec meum esse nec tuum fatemur esse tres et interrogantibus quid tres re-
spondemus tres equos nomine speciali generaliter vero tria animalia. Itaque cum dicimus bovem
non esse equum canem vero nec bovem esse nec equum tria quedam dicimus et percontanti-
bus quid tria non iam speciali nomine dicimus tres equos aut tres boves aut tres
canes quia non eadem specie continentur sed generali tria animalia vel superiore genere tres substantias
vel tres creaturas vel tres naturas. Quecumque enim pluraliter nomine specialiter uno
nomine etiam generaliter enunciari possunt. Non autem omnia que generaliter uno nomine appellantur
etiam specialiter appellare uno nomine possumus. Nam tres equos quod est nomen speciale etiam
animalia tria dicimus. Equum vero et bovem et canem animalia tria tantum dicimus vel tres substantias
que sunt generalia nomina et si quid aliud de hiis generaliter dici possit. Tres vero equos
aut boves aut canes que specialia vocabula sunt non ea possumus dicere. Ea quippe
uno nomine quamvis pluraliter enunciamus que communiter habent id quod eo nomine significatur. Abra-
ham quippe et ysaac et iacob commune habent id quod est homo. Ita ergo dicuntur tres homines.
Equus quoque et bos et canis commune habent id quod est animal. Dicuntur ergo tria animalia.
Ita tres aliquas lauros etiam tres arbores dicimus laurum vero et mirtum et oleam
tantum tres arbores vel tres substantias aut naturas. Atque ita tres lapides etiam tria cor-
pora lapidem vero et lignum et ferrum tantum tria corpora vel si quo etiam superiore generali
nomine dici possunt. Pater ergo et filius et spiritus sanctus quoniam tres sunt quid tres sunt
queramus quid commune habent. Non enim commune illis est id quod pater est ut invicem sibi sint
patres sicut amici cum relative ad alterutrum dicuntur possunt dici tres amici quod invicem
sibi sunt. Non autem hoc ibi quia tantum pater ibi pater nec duorum pater sed filii unici. Nec
tres filii cum pater ibi non sit filius nec spiritus sanctus. Nec tres spiritus sancti quia et
spiritus sanctus propria significatione qua etiam donum dei dicitur nec pater nec filius. Quid igitur tres?
Si enim tres persone commune est eis id quod persona est ergo speciale hoc enim generale nomen
est eis si consuetudinem loquendi respicimus. Sed ubi est nulla diversitas
ita generaliter enunciantur aliqua plura ut etiam specialiter enunciari possint. Nature
enim differentia facit ut laurus mirtus et olea aut equus et bos et canis non
dicantur speciali nomine iste tres lauri aut illi tres boves sed generali ut iste
tres arbores et illa tria animalia. Hic vero nulla essentie diversitas oportet
et speciale nomen habeant hec tria quod tamen non invenitur. Nam persona generale
nomen ~~habeant~~ est in tantum ut etiam homo possit hoc dici cum tantum intersit inter
deum et hominem. Deinde in ipso generali vocabulo si propterea dicimus tres personas
quia commune est eis id quod persona est alioquin nullo modo possunt ita dici quemadmodum
non dicuntur tres filii quia non commune est eis quod est filius cur non etiam tres deos
dicimus? Certe enim quia pater persona et filius persona et spiritus sanctus persona ideo tres

personae. Quia ergo pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus cur non tres dii? Aut
quia propter ineffabilem coniunctionem hec tria simul unus deus, cur non etiam una perso
na, ita ut non possimus dicere tres deos quamvis singulum quemque appellemus deum
sive patrem sive filium sive spiritum sanctum? An quia scriptura non dicit tres deos? Sed nec
tres personas alicubi scripturam commemorare invenimus. An quia nec tres nec unam
personam scriptura dicit hec tria, legimus enim personam domini, non personam dominum, propterea li
cuit loquendi et disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia
scriptura non contradicit. Si enim diceremus tres deos, contradiceret scriptura dicens: Audi Israel
dominus deus tuus deus unus est. Cur ergo et tres essentias non licet dicere, quod similiter
scriptura sicut non dicit ita nec contradicit? Nam essentia si speciale nomen est commune tribus,
cur non dicantur tres essentie, sicut Abraham, Isaac et Iacob tres homines, quia homo
speciale nomen est omnibus hominibus? Si enim speciale non est essentia sed
generale, quia homo et pecus et arbor et sidus et angelus dicitur essentia, cur non
dicuntur iste tres essentie, sicut tres equi dicuntur tria animalia, et tres lauri dicuntur tres
arbores, et tres lapides tria corpora? Aut si propter unitatem trinitatis non dicuntur tres
essentie sed una essentia, cur non propter eandem unitatem non dicuntur tres substantie vel
tres persone sed una substantia et una persona? Quia enim est illis commune nomen essentie
ita ut singulus quisque dicatur essentia, tam illis commune est vel substantie vel persone
vocabulum. Quod enim de personis secundum nostram, hoc de substantiis secundum grecorum consue
tudinem ea que diximus oportet intelligi. Sicut enim dicunt illi tres substantias unam essen
tiam, quemadmodum nos dicimus tres personas unam essentiam vel substantiam. Quid igitur
restat, an ut fateamur loquendi necessitate parta hec vocabula cum opus esset co
piosa disputatione adversus insidias vel errores hereticorum? Cum enim conaretur
humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus quod in secretario mentis pro captu
tenet de domino deo creatore suo, sive per piam fidem sive per qualemcumque intelligen
tiam, timuit dicere tres essentias ne intelligeretur in illa summa equalitate ulla di
versitas. Rursus non esse tria quedam non poterat dicere, quod Sabellius quia dixit in
heresim lapsus est. Certissime quippe et de scripturis congnoscitur quod pie credendum
est, et aciem mentis indubitata perceptione contingitur, et patrem esse et filium
esse et spiritum sanctum esse, nec eundem filium esse qui pater est, nec spiritum sanctum eundem
esse vel filium. Quesivit quid tria diceret, et dixit substantias sive personas, quibus
nominibus non diversitatem intelligi voluit, sed singularitatem, ut non solum ibi
unitas intelligatur ex eo quod dicitur una essentia, sed et trinitas ex eo quod dicuntur tres
substantie vel tres persone. Nam si hoc est deo esse quod subsistere,
ita non erant dicende tres substantie ut non dicuntur tres essentie, quemadmodum quia hoc est
deo esse quod sapere, sicut nec tres sapientias dicimus. Sic enim quia hoc illi est
deo esse quod est esse, tam tres essentias quam tres deos dicere fas non est.
Si enim aliud est deo esse, aliud subsistere, sicut aliud deo esse, aliud patrem esse
vel dominum esse, quod non ad se dicitur: pater enim ad filium et dominus ad servientem creaturam
dicitur relative, ergo subsistit sicut relative gignit et relative dominatur. Ita iam
substantia non erit substantia quia relativum erit. Sicut enim ab eo quod est esse appellatur
essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus. Absurdum est autem ut
substantia relative dicatur. Omnis enim res ad seipsam subsistit, quanto magis deus,
si tamen dignum est ut deus dicatur subsistere. De substantia et essentia. Capitulum vi^m

De his enim rebus recte intelligitur in quibus subiectis sunt ea que in
aliquo subiecto dicuntur, sicut color aut forma in corpore. Corpus enim subsistit
et ideo substantia est. Illa vero in subsistente atque in subiecto corpore, que non substantie
sunt sed in substantia, et ideo si esse desinat vel ille color vel illa forma, non
adimunt corpori corpus esse, quia non hoc est ei esse quod illam vel illam formam colorem

vere atque proprie res que mutabiles neque simplices proprie dicuntur substancie. Deus autem si subsistit ut
substancia dici possit proprie inest in eo aliquid tamquam in subiecto et non est simplex cui sit hoc esse
quod illi est quicquid aliquid de illo ad illum dicitur sicut magnus omnipotens bonus et si quid
huiusmodi de deo non incongrue dicitur. Nephas est enim dicere ut subsistat et subsit deus boni-
tati sue atque illa bonitas non substancia sit vel potius essencie. Neque ipse deus sit
bonitas sua sed in illo sit tamquam in subiecto. Unde manifestum est deum abusive substanciam
vocari ut nomine usitatiore intelligatur essencia quod vere ac proprie dicitur ita ut fortasse solum
deum dici oporteat essenciam. Est enim vere solus quia incommutabilis est, idque suum nomen
famulo suo Moysi enunciavit cum ait Ego sum qui sum. et dices ad eos Qui est
misit me ad vos. Sed tamen sive essencia dicatur quod proprie dicitur sive substancia quod abusive
utrumque ad se dicitur non relative ad aliquid. Unde hoc est deo esse quod subsi-
stere. et ideo si una essencia trinitas. una etiam substancia fortassis igitur commodius
dicuntur tres persone quam tres substancie. Sed ne nobis videatur suffragari hoc etiam requiramus quamquam et illi si
vellent sicut dicunt tres substancias tres ypostases possent dicere tres personas tria pro-
sopa. Illud enim maluerunt quod fortasse secundum lingue sue consuetudinem aptius diceretur.
Nam et in personis eadem racio est. Non enim aliud deo esse aliud personam esse. sed
omnino idem. Nam si esse ad se dicitur persona vero relative. sic dicamus tres personas
patrem et filium et spiritum sanctum quemadmodum dicuntur aliqui tres amici aut tres propin-
qui aut tres vicini quod sint ad invicem non quod unusquisque eorum ad seipsum sit. Qua-
propter quilibet ex eis amicus est duorum ceterorum aut propinquus aut vicinus quia hec nomina
relativam significacionem habent. Quid ergo. Num placet ut dicamus patrem personam esse filii et
spiritus sancti. aut filium personam esse patris et spiritus sancti. Sed neque persona ita dici alicu-
bi solet neque in hac trinitate cum dicimus personam patris aliud dicimus quam substanciam
patris. Quocirca ut substancia patris ipse est pater non quo pater est sed quo est ita et persona
patris non aliud quam ipse pater est. Ad se quippe dicitur persona non ad filium vel spiritum sanctum
sicut ad se dicitur deus magnus et bonus et iustus et si quid aliud huiusmodi. Et que-
admodum hoc illi est esse quod deum esse. quod magnum quod bonum esse ita hoc illi
est esse quod personam esse. Cur ergo non hec tria simul unam personam dicimus sicut
unam essenciam et unum deum. sed dicimus tres personas cum tres deos aut tres
essencias non dicamus. nisi quia volumus vel unum vocabulum aliquod servire huic
significacioni qua intelligitur trinitas ne omnino taceremus interrogati quid tres cum
tres esse fateremur. Nam si genus est essencia. species vero substancia sive persona ut
nonnulli senciunt. omitto illud quod iam dixi oportere appellari tres essen-
cias ut appellentur tres substancie vel persone appellantur tres equi. eademque animalia
tria cum sit species equus. animal genus. Neque enim species ibi pluraliter dicta est. et
genus singulariter tamquam si dicerentur tres equi unum animal. Sed sicut tres equi speciali
nomine ita tria animalia generali. Quod si dicunt substancie vel persone nomine non speciem
significari sed aliquid singulare atque individuum ut substancia vel persona non ita di-
catur sicut dicitur homo quod commune est omnibus hominibus sed quomodo dicitur hic homo velut ~~ysaac~~
Abraham velut ysaac velut iacob ~~tria individua~~ vel si quis alius qui etiam
digito presens demonstrari possit sic quoque illos eadem racio consequetur. Sicut
enim dicuntur Abraham ysaac iacob tria individua ita tres homines et tres
anime. Cur ergo et pater et filius et spiritus sanctus si secundum genus et speciem et individuum
ista disserimus non ita dicuntur tres essencie ut tres substancie seu persone. Sed
hoc ut dixi omitto. Illud dico si essencia genus est. una essencia iam habet species
sicut quia genus est. animal unum animal iam non habet species. Non sunt ergo tres species
unius essencie pater et filius et spiritus sanctus. Si enim species est essencia sicut species est homo
tres vero ille quas appellamus substancias sive personas sic eandem speciem communiter
habent quemadmodum Abraham ysaac et iacob speciem que homo dicitur communiter habent

non sicut homo subdividitur in abraham ysaac et iacob ita unus homo in aliquos
singulos homines subdividi potest. Omnino enim non potest quia unus homo iam singulus homo
est. Cur ergo una essentia in tres substantias vel personas subdividitur nam si essentia species
est sicut homo sic est una essentia sicut unus homo. An sicut dicimus aliquos
tres homines eiusdem sexus eiusdem temperationis corporis eiusdem animi unam esse naturam
tres enim sunt homines sed una natura sic et ibi dicimus tres substantias unam essentiam
aut tres personas unam substantiam vel essentiam. Hoc vero utcumque simile est quia et ve-
teres qui latine locuti sunt antequam haberent ista nomina que non diu est ut in usum
venerunt id est essentiam vel substantiam pro his naturam dicebant. Non itaque secundum genus et
speciem ista dicimus sed quasi secundum materiam eandem communem sicut si ex eodem auro fierent
tres statue diceremus tres statuas unum aurum nec tamen genus diceremus aurum species autem sta-
tuas nec aurum speciem species vero individua. Nulla quippe species individua sua tran-
sgreditur ut aliquid extra comprehendat. Cum enim diffiniero quid sit homo quod est
nomen speciale singuli quique homines que sunt individua eadem diffinicione continentur nec ali-
quid ad eam pertinet quod homo non sit. Cum vero aurum diffiniero non sole statue si auree
fuerint sed et anuli et si quid aliud de auro fuerit ad aurum pertinebit et si nichil
inde fiat aurum dicitur quia etiam si non sint auree non iam non erunt statue. Item
nulla species est equus omnis equus animal est non autem statua omnis aurum est. Quo-
quamvis in tribus statuis aureis recte dicamus tres statuas unum aurum non tamen
ita dicimus ut genus aurum statuas vero species intelligamus. Nec sic ergo trinitatem
dicimus tres personas vel substantias unam essentiam et unum deum tamquam ex una materia
tria quedam subsistant etiamsi quicquid illud est in his tribus explicatum est. Non
enim aliquid aliud eius essentie est preter istam trinitatem tamen tres personas eiusdem
essentie vel tres personas unam essentiam dicimus. Tres enim personas ex eadem essen-
tiam non dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est aliud quod persona sicut
tres statuas ex eodem auro possumus dicere. Aliud est enim illic esse aurum aliud esse
statuas. Et cum dicuntur tres homines una natura vel tres homines eiusdem nature possunt
dici tres homines ex eadem natura quoniam ex eadem natura et alii tales homines possunt etiam
In illa vero essentia trinitatis nullo modo alia quelibet persona homines possunt existere
existere. Deinde in his rebus non tantum est unus homo quantum tres homines simul et
plus aliquid sunt homines duo quam unus homo et in statuis statuis equalibus
plus auri est tres simul quam singule et minus auri est una quam due. At in deo
non ita. Non enim maior essentia est pater et filius simul quam solus pater aut filius
solus sed tres simul ille substantie sive persone si ita dicende sunt equales sunt
singulis quod animalis homo non percipit. Non enim potest cogitare nisi moles et spacia vel mi-
nuta vel grandia volitantibus in animo eius fantasmatibus tamquam ymaginibus
corporum. Ex qua immundicia donec purgetur credat in patrem et filium et spiritum sanctum deum unum
solum magnum omnipotentem bonum iustum misericordem omnium visibilium et invisibilium
conditorem et quicquid de illo pro humana facultate digne vere et dici potest. Nec
cum audierit patrem solum deum separet inde filium aut spiritum sanctum cum eo quippe
solus deus cum quo et unus deus quia et filium cum audimus solum deum sine ulla
separatione patris aut spiritus sancti oportet accipere. Atque ita dicat ut unam essentiam ut non ex-
istimet aliud alio vel maius vel melius vel aliqua ex parte diversum. Non tamen ut pater
ipse sit et filius aut spiritus sanctus et quicquid aliud ad alterutrum singula dicuntur
sicut verbum quod non dicitur nisi filius aut donum quod non dicitur nisi spiritus sanctus propter
quod spiritualem numerum admittunt sicut in ewangelio scriptum est Ego et pater unum sumus
et unum dixit et sumus unum secundum essentiam quod idem deus sumus secundum relativum quod
quod ille pater hic filius. Aliquando autem tacetur unitas essentie et sola relativa plu-
raliter commemorantur Veniemus ad eum ego et pater et habitabimus apud eum. Venie-
mus

et habitabimus plus est nunc quia predictum est. Ego autem et pater unum sumus et pater quae relative ad invicem dicuntur. Aliqui latent omnino sicut in genesi Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. et faciamus et nostram pluraliter dictum et nisi ex relativis accipi non oportet. Non enim ut facerent dii aut ymaginem et similitudinem deorum sed ut facerent pater et filius et spiritus sanctus ad ymaginem patris et filii et spiritus sancti ut subsisteret homo ymago dei. deus enim trinitas. Sed quia non omnino equalis fiebat illa ymago dei tamquam non ab illo nata sed ab eo creata. huius rei significande causa ita ymago est ut ad ymaginem sit id est non equatur parilitate sed quadam similitudine accedit. Non enim locorum intervallis sed similitudine acceditur ad deum et dissimilitudine receditur ab eo. Sunt enim qui ita distinguunt ut ymaginem velint esse filium hominem vero non ymaginem sed ad ymaginem. Refellit enim apostolus dicens vir quidem non debet velare caput cum sit ymago et gloria dei. non dixit ad ymaginem sed ymago. quae tamen ymago cum alibi dicitur ad ymaginem non quasi ad filium dicitur quae ymago equalis est patri alioquin non diceret ad ymaginem nostram. Quomodo enim nostram cum filius solius patris ymago sit. Sed propter imparem ut diximus similitudinem dictus est homo ad ymaginem. et ideo nostram ut ymago trinitatis esset homo non trinitati equalis sicut filius patri sed accedens ut dictum est quadam similitudine. sicut in distantibus significatur quedam vicinitas non loci sed cuiusdam imitationis. Ad hoc enim et dicitur Reformamini in novitate mentis vestre. Quibus item dicit Estote imitatores dei sicut filii karissimi. Novo enim homini dicitur qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem eius qui creavit illum. Aut si iam placet propter disputandi necessitatem etiam exceptis nominibus relativis pluralem numerum admittere ut uno nomine respondeatur cum quaeritur quid tria. et dicere tres substantias sive personas nulle moles aut intervalla cogitentur nulla distantia quantulecumque dissimilitudinis ut ibi intelligatur aliud alio vel paululum minus quocumque modo minus esse aliud alio potest. ut neque personarum sit confusio nec talis distinctio qua sit impar aliquid. Quod si intellectu capi non potest fide teneatur donec illucescat in cordibus ille qui ait per prophetam Nisi credideritis non intelligetis. Explicit liber septimus. Incipiunt capitula libri octavi beati Augustini de trinitate.

De inefficienti magnitudine trinitatis in qua non est plus ipsa trinitas quam singula quaeque persona. Quod de essentia veritatis quae est trinitas deus nil corporeum neque mutabile debeat cogitari. De vero et summo ac vero bono. De dilectione dei per fidem. De fide circa incarnationem domini et salvatoris. Quomodo iustitiam quam non videmus diligamus. De vera dilectione. Quod qui fratrem diligit deum diligat qui amat et ipsam dilectionem quae ex deo et deus est. Quod ex ea forma qua diligitur iustus diligatur deus. quod non potest ea quae dilectionem excitat forma non diligi. atque est deus quia deus est caritas. De amante et quod amatur et amore.

Diximus alibi ea dici proprie in illa trinitate distincte ad singulas personas pertinentia que relative dicuntur ad invicem. sicut pater et filius et utriusque donum spiritus sanctus. Non enim pater trinitas aut filius trinitas aut trinitas donum. Quod vero ad se dicuntur singuli non dici pluraliter tres sed unum ipsam trinitatem sicut deus pater deus filius deus spiritus sanctus et bonus pater bonus filius bonus spiritus sanctus et omnipotens pater omnipotens filius omnipotens spiritus sanctus nec tamen tres dii aut tres boni aut tres omnipotentes sed unus deus bonus omnipotens ipsa trinitas. et quicquid aliud non ad invicem relative sed ad se singuli dicuntur. hec enim secundum essentiam dicuntur quia hoc est ibi esse quod magnum esse quod bonum quod sapientem esse et quicquid aliud ad se unaquaque persona vel ipsa trinitas dicitur. Ideoque dici tres personas vel tres substantias

non ut aliqua intelligatur diversitas essentie sed ut vel uno aliquo vocabulo
responderi possit cum dicitur quid tres vel quid tria. tantamque esse equalitatem in ea t
rinitate ut non solum pater non sit maior quam filius quod attinet ad divinitatem sed nec pater
et filius simul maius aliquid sint quam spiritus sanctus. aut singula queque persona quelibet
trium minus aliquid sit quam ipsa trinitas. Dicta sunt hec et si sepius versando re
petantur familiarius quidem innotescunt. Sed et modus adhibendus est deoque suppli
candum devotissima pietate ut intellectum aperiat et studium contentionis absumat
quo possit mente cerni essentia veritatis sine ulla mole sine ulla mobilitate.
Nunc itaque inquantum ipse adiuvat creator mire misericors attendamus hec que modo
interiore quam superiora tractabimus cum sint eadem servata illa regula ut quod intellectui
nostro nondum eluxerit a firmitate fidei non dimittatur. Capitulum ii.

Dicimus enim non esse in hac trinitate maius aliquid duas aut tres personas
quam unam earum quod non capit consuetudo carnalis non ob aliud nisi quia vera
que creata sunt sentit ut potest. veritatem vero ipsam qua creata sunt non potest intueri.
Nam si posset nullo modo esset lux ista corporea manifestior quam hoc quod diximus. In substantia
quippe veritatis quoniam sola vere est non est maior aliqua nisi que verius est. Quicquid
enim intelligibile atque incommutabile est non aliud alio verius est quia eque incommutabiliter
eternum est nec quod ibi magnum dicitur aliunde magnum est quam eo quo vere est. Quapropter
ubi magnitudo ipsa veritas est quicquid plus est magnitudinis necesse est plus habeat
veritatis. Quicquid ergo plus veritatis non habet non habet et plus magnitudinis. porro quicquid
plus habet veritatis profecto verius est sicut maius est quod plus habet magnitudinis
hoc ergo ibi est maius quod verius. Non autem verius est pater et filius simul quam
singulus pater aut singulus filius. Non ergo maius aliquid utrumque simul
quam singulum eorum. Et quoniam eque verus est etiam spiritus sanctus nec pater et filius simul
maius aliquid est quam ipse quia nec verius. pater quoque et spiritus sanctus simul tamen quoniam veritate
non superant filium non enim verius sunt nec magnitudine superant. Sic et ipsa trinitas tam magnum
est quam unaquaeque ibi persona. Non enim ibi maior est que verior non est
ubi est ipsa veritas magnitudo quia in essentia veritatis hoc est verum esse quod est
esse et quod magnum esse hoc ergo magnum esse quod verum esse. Quod ergo ibi
eque verum est etiam eque magnum sit necesse est. In corporibus enim fieri potest ut
eque verum sit hoc aurum atque illud sed maius hoc sit quam illud quia non eadem ibi ma
gnitudo que veritas. aliudque illi est aurum esse aliud magnum esse. Quod
essentia veritatis que est trinitas deus nisi corporeum nisi mutabile ne cogitari in

Sic et in animi natura fieri quod magnus non secundum hoc dicitur verus animus animum
habet enim qui non est magnanimus quandoquidem corporis et animi essentia non est ipsa
veritatis essentia sicut est trinitas deus unus solus magnus verus verax veritas
quem si cogitare conamur quantum sinit et donat nullus cogitetur per locorum spatia
contactus atque complexus quasi trium corporum nulla compago membrorum sicut
tricorporem Gerionem fabule ferunt sed quicquid animo occurrerit ut maius sit
in tribus quam in singulis minusque in uno quam in duobus sine ulla dubitatione
respuatur. ita enim respuitur omne corporeum. In spiritualibus vero omne mutabile quod
occurrit non putetur deus. Non enim parve notitie pars est cum de profundo ista
in illam summitatem respiramus si antequam scire possimus quid sit deus possimus
iam scire quid non sit. Non est enim certe nec terra nec celum nec quasi terra et ce
lum nec tale aliquid quale videmus in celo nec quicquid tale non videmus
et est fortassis in celo. Nec si augeas imaginatione cogitationis lucem solis
quantum potes sive quo sit clarior millies tantum aut innumerabiliter neque hoc est deus.
Nec sicut cogitantur angeli mundi spiritus celestia corpora inspirantes atque ad
arbitrium quo serviunt deo mutantes atque versantes. Nec si omnes cum

sint multa in illud collata vnum fiant. Non tale aliquid deus est. Nec sit eiusdem
sibi modi sine corporibus cogites quod quidem carnali cogitationi difficillimum est.
Ecce vide si potes o anima pregrauata corpore quod corrumpitur et onusta terrenis cogitationibus
multis et variis. Ecce vide si potes. Deus veritas est. Hoc enim scriptum est quoniam deus lux
est non quomodo isti oculi vident sed quomodo videt cor. Cum audis veritas est noli querere
quid sit veritas. Statim enim se opponent caligines imaginum corporalium et nubila
fantasmatum et perturbabunt serenitatem que primo ictu diluxit tibi cum dicerem veri-
tas. Ecce enim in ipso primo ictu quo velut choruscatione perstringeris cum dicitur veritas
mane si potes. Sed non potes. Relaberis in ista solita atque terrena. Quo tandem pondere
queso relaberis nisi sordium contractarum cupiditatis visco et peregrinationis erroribus.

Capitulum quartum De vero et summo et vno bono

Ecce iterum vide si potes. Non amas certe nisi bonum quia bona est terra altitudine
montium et temperamento collium et planicie camporum. Et bonum predium amenum ac
fertile. Et bona domus paribus membris disposita et ampla et lucida. Et bona
animalia animata corpora. Et bonus aer modestus et salubris. Et bonus cibus suauis
atque aptus valitudini. Et bona valitudo sine doloribus et lassitudine. Et bona fa-
cies hominis dimensa pariliter et affecta hylariter et luculenta colorata. Et bonus
animus amici consensionis dulcedine et amoris fide. Et bonus vir iustus. Et bone
diuitie quia facile expediunt. Et bonum celum cum sole luna et stellis suis. Et boni angeli
sancta obediencia. Et bona locutio suauiter docens et congruenter mouens audientem.
Et bonum carmen canorum numeris et sententiis graue. Quid plura et plura. Bonum hoc et bonum
illud. Tolle hoc et illud et vide ipsum bonum si potes. Ita deum videbis non alio bono
bonum sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis vel que commemoraui vel
que alia cernuntur vel cogitantur diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus nisi esset nobis
impressa notio ipsius boni secundum quod et probaremus aliquid et aliud alii preponeremus. Sic amandus
est deus non hoc et illud bonum sed ipsum bonum. Querendum enim bonum anime non cui super-
volitet iudicando sed cui hereat amando. Et quid hoc nisi deus. Non bonus animus
aut bonus angelus aut bonum celum sed bonum bonum. Sic enim forte facilius aduertitur
quod velim dicere. Cum enim audio verbi gratia quod dicitur animus bonus sicut duo verba sunt
ita et eis verbis duo quedam intelligo. Aliud quo animus est aliud quo bonus. Et quidem
ut animus esset non egit ipse aliquid. Non enim erat qui ageret ut esset. Ut enim sit bonus
animus video agendum esse voluntate. Non quia id ipsum quo animus est non est aliquid boni.
Nam vnde iam dicitur et verissime dicitur corpore melior. Sed ideo nondum dicitur bonus animus quia
animus est quia restat ei actio voluntatis qua sit prestancior. Quam si neglexerit iure culpatur
recteque dicitur non bonus animus. Distat enim ab illo qui hoc agit. Et quia ille laudabilis
profecto iste qui hoc non agit vituperabilis est. Cum vero agit hoc studio ut sit bonus
nisi se ad aliquid conuertat quod ipse non est non potest hoc assequi. Quo se autem co-
uertit ut fiat bonus animus nisi ad bonum cum hoc amat et appetit et adipiscitur. Unde
se si rursus auertit fiatque non bonus hoc ipso quo se auertit a bono nisi maneat
in se illud bonum vnde se auertit non est quo se iterum si voluerit emendare conuertat.
Quapropter nulla essent mutabilia bona nisi esset incommutabile bonum. Cum itaque
audis bonum hoc et bonum illud que possunt alias dici etiam non bona si potueris
sine illis que participatione boni bona sunt perspicere ipsum bonum cuius participatione
bona sunt. Simul enim et ipsum intelligis cum audis hoc aut illud bonum. Si er-
go potueris illis detractis per se ipsum perspicere bonum perspexeris deum. Et si amore inhe-
series continuo beatificaberis. Pudeat enim cum alia non amentur nisi quia
nisi quia bona sunt eis inherendo non amare bonum ipsum vnde bona sunt. Illud etiam
quod animus tantum quia est animus etiam nondum eo modo bonus quo se conuertit ad incommutabile bo-
num sed ut dixi tantum animus cum ita nobis placet ut eum omni etiam luci corporee cum
bene intelligimus preferamus non in se ipso nobis placet sed in illa arte qua factus

est. Unde cum apostatus fuit nisi videtur fuisse faciendum hec vita et simpliciter bonum. Non enim est aliud aliquid quam ipsum bonum ac per hoc etiam summum bonum. Non enim minui vel augeri bonum potest nisi quod ex alio bono bonum est. Ad hoc se ergo animus convertit ut bonus sit a quo habet ut animus sit. Tunc ergo voluntas nature congruit ut perficiatur in bono animus, cum id bonum diligitur conversione voluntatis unde est et illud quod non amittitur aversione voluntatis. Avertendo enim se a bono a summo bono amittit animus ut sit bonus animus. Non autem amittit ut sit animus. Et hoc iam bonum est atque melius corpore. Hoc ergo amittit voluntas quod voluntas adipiscitur. Iam enim erat animus qui converti ad illud vellet a quo erat. Qui autem vellet esse antequam esset nondum erat. Et hoc est bonum nostrum, ubi videmus utrum esse debuit aut debeat quicquid esse debuisse aut debere comprehendimus, et ubi videmus esse non potuisse nisi esse debuisset quicquid etiam quomodo esse debuit non comprehendimus. Hoc ergo bonum non longe positum est ab unoquoque nostrum. In illo enim vivimus et movemur et sumus.

Capitulum quintum De dilectione in deum per fidem

Sed dilectione standum est ad illud et inherendum illi ut presentem perfruamur a quo sumus, quo absente nec esse possemus. Cum enim per fidem adhuc ambulamus non per speciem, nondum utique videmus deum sicut idem ait facie ad faciem. Quem tamen nisi iam nunc diligamus numquam videbimus. Sed quis diligit quod ignorat? Sciri enim aliquid et non diligi potest. Diligi autem quod nescitur quero utrum possit, quia si non potest nemo diligit deum antequam sciat. Et quid est deum scire nisi eum mente conspicere firmeque percipere? Non enim corpus est ut corporeis oculis inquiratur. Sed et priusquam valeamus conspicere atque percipere deum sicut conspici et percipi potest, quod mundis cordibus licet — beati enim mundo corde quia ipsi deum videbunt — nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari quo ad eum videndum sit aptum et idoneum. Ubi sunt enim illa tria propter que edificanda in animo omnium divinorum librorum machinamenta consurgunt, fides, spes, caritas, nisi in animo credente quod nondum videt et sperante atque amante quod credit? Amatur ergo et quod ignoratur, sed tamen creditur. Nimirum cavendum est ne credens animus id quod non videt fingat sibi aliquid quod non est, et speret diligatque quod falsum est. Quod si fit, non erit caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, qui finis precepti est sicut idem dicit apostolus. Necesse est autem cum aliqua corporalia lecta vel audita que non vidimus credimus, fingat sibi animus aliquid in lineamentis formisque corporum sicut occurrerit cogitanti, quod aut verum non sit, aut etsi verum est, quod rarissime potest accidere, non hoc tamen fide ut teneamus quicquam prodest, sed ad aliud aliquid utile quod per hoc insinuatur. Quis enim legentium vel audientium que scripsit apostolus Paulus vel que de illo scripta sunt non fingat animo et ipsius apostoli faciem et omnium quorum ibi nomina commemorantur? Et cum in tanta hominum multitudine quibus ille littere note sunt alius aliter lineamenta figurasque illorum corporum cogitet, quis propinquius et similius cogitet utique incertum est. Neque ibi occupatur fides nostra qua facie corporis fuerint homines illi, sed tantum quod per dei gratiam ita vixerint et ea gesserint que scriptura illa testatur. Hoc utile est credere et non desperandum et appetendum. Nam et ipsius facies dominice carnis innumerabilium cogitationum diversitate variatur et fingitur, que tamen una erat quecumque erat. Neque in fide nostra quam de domino nostro Ihesu Christo habemus illud salubre est quod sibi animus fingat longe fortasse aliter quam res habet, sed id quod secundum speciem de homine cogitamus.

Capitulum sextum De sacra incarnatione domini et salvatoris Ihesu

Secundum humane nature cogitationem nostra informatur cum credimus pro nobis deum hominem factum ad humilitatis exemplum et ad demonstrandam erga nos dilectionem dei. Hoc enim nobis prodest credere et firmum atque inconcussum corde retinere humilitatem qua natus est deus ex femina et a mortalibus

perpetuitas contumeliis perductus ad mortem summum esse medicamentum quo superbie nostre sanaretur tumor et altum sacramentum quo peccati vinculum solveretur. Sic et virtute miraculorum et ipsius resurrectionis eius quo novimus quid sit omnipotentia de omnipotente deo credimus et de singulis speciebus et generibus rerum vel insita vel experientia collecta definimus ut non ficta sit fides nostra. Neque enim novimus faciem virginis Marie ex qua ille a viro intacta neque in ipso partu corrupta mirabiliter natus est, nec quibus membrorum lineamentis fuit Lazarus, nec Bethaniam, nec sepulcrum lapidemque illum quem removeri iussit cum eum resuscitaret vidimus, nec monumentum novum excisum in petra unde ipse resurrexit, nec montem Oliveti unde ascendit in celum, neque omnino scimus quicumque ista non vidimus an ista sint ut ea cogitamus, immo vero probabilius existimamus ita non esse. Nam cum alicuius facies vel loci vel hominis vel cuiuslibet corporis eadem occurrit oculis nostris que occurrebat animo cum eam prius quam videremus cogitabamus, non parvo miraculo movemur, ita raro et pene numquam accidit. Et tamen ea firmissime credimus secundum specialem generalemque notitiam que certa nobis est. Cogitamus credimus enim dominum Ihesum Christum natum de virgine que Maria vocabatur. Quid sit autem virgo et quid sit nasci et quid sit nomen proprium non credimus sed prorsus novimus. Utrum autem illa facies Marie fuerit que occurrit animo cum ista loquimur aut recordamur nec novimus omnino nec credimus. Itaque hic salva fide licet dicere: forte talem habebat faciem, forte non talem. Forte autem de virgine natus est Christus nemo salva fide christiana dixerit. Quapropter quoniam trinitatis eternitatem et equalitatem et unitatem quantum datur intelligere cupimus, prius autem quam intelligamus credere debemus, vigilandumque nobis est ne ficta sit fides nostra. Eadem quippe trinitate fruendum est ut beate vivamus. Si autem falsum de illa crediderimus, inanis erit spes et non casta caritas. Quomodo ergo trinitatem quam non novimus credendo diligimus? An secundum specialem generalemve notitiam qua diligimus apostolum Paulum? In quo etiam si non ea facie fuit que nobis occurrit de illo cogitantibus, et hoc penitus ignoramus, novimus tamen quid sit homo. Ut enim longe non eamus, hoc sumus, et illum hoc fuisse et animam eius corpori copulatam mortaliter vixisse manifestum est. Hoc ergo de illo credimus quod invenimus in nobis secundum speciem vel genus quo humana omnis pariter continetur natura. Quid ergo de illa excellentia trinitatis sive specialiter sive generaliter novimus, quasi multe sint tales trinitates quarum aliquas experti sumus, ut per regulam similitudinis impressam vel specialem vel generalem notitiam illam quoque talem esse credamus atque ita rem quam credimus et nondum novimus ex parilitate rei quam novimus diligamus? Quod utique non ita est. An quemadmodum diligimus in domino Ihesu Christo quod resurrexit a mortuis quamvis inde neminem umquam resurrexisse viderimus, ita trinitatem quam non videmus et qualem nullam umquam vidimus possumus credendo diligere? Sed quid sit vivere et quid sit mori utique scimus, quia et vivimus et mortuos ac morientes aliquando vidimus atque experti sumus. Quid autem aliud est resurgere nisi reviviscere, id est ex morte ad vitam redire? Hoc ergo dicimus et credimus esse trinitatem, novimus quid sit trinitas quia novimus quid sint tria. Sed non hoc diligimus. Non quod omnis trinitas sed quod trinitas deus. Hoc enim ut volumus facile habemus, ut alia omittam, vel micando digitis tribus. An vero diligimus non quod omnis trinitas sed quod trinitas deus? Hoc ergo diligimus in trinitate quod deus est. Sed deum nullum alium vidimus aut novimus quia unus deus est, ille solus quem nondum vidimus et credendo diligimus. Sed ex qua rerum notarum similitudine vel comparatione credamus quo etiam nondum notum deum diligamus, hoc queritur.

Redi ergo mecum. Quid sit istud quod non videmus diligamus. Et consideremus cur diligamus apostolum. Numquid propter humanam speciem quam notissimam habemus eo quod credimus eum hominem fuisse? Non utique

Alioquin nichil non est quod diligamus quia quidem homo ille iam non est. Anima enim
eius a corpore separata est. Id nosse quia et nos homines sumus. Neque enim vivum oculis
videmus, sed id quod in illo amamus etiam nunc vivere credimus. Amamus enim animum
iustum. Et animus quidem quid sit, non incongrue nos dicimus id nosse quia et nos
habemus animum. Neque enim umquam oculis vidimus et ex similitudine visorum plurium
notionem generalem specialemve percepimus, sed potius ut dixi quia et nos habemus. Quid
enim tam intime scitur seque ipsum sentire quod id quo cetera sentiuntur, id est ipse animus.
Nam et motus corporum quibus praeter nos alios vivere sentimus, ex nostra similitudine
agnoscimus, quia et nos ita movemus corpus vivendo sicut illa corpora moveri advertimus.
Neque enim cum corpus vivum movetur aperitur ulla via oculis nostris ad videndum animum
esse qui oculis videri non potest, sed illi moli aliquid inesse sentimus quale nobis
inest ad movendam similiter molem nostram, quod est vita et anima. Neque quasi humane pru-
dentie rationis que proprium est. Et bestie quippe sentiunt vivere non tantum in se ipsas sed etiam
invicem atque alterutrum et nos ipsos, nec animas nostras vident sed ex motibus corporis
idque statim et facillime quadam conspiratione naturali. Animum ergo cuiuslibet ex nostro novimus
et ex nostro credimus quem non novimus. Diximus enim Apostolum nos non alia causa diligere
nisi quia sit iustus animus. Novimus ergo et quid sit iustus sicut quid sit animus. Sed quid sit animus
ut dictum est novimus ex nobis, inest enim animus nobis. Unde vero sit iustus? vn namque
si iusti non sumus? Respondetur: si nemo novit quid sit iustus nisi qui iustus est, nemo
diligit iustum nisi iustus. Non enim potest diligere quem iustum esse credit si quid iustus
sit ignorat, secundum quod supra demonstravimus neminem diligere quod credit et non videt nisi
ex aliqua regula notitie generalis sive specialis. Atque propter hoc si non diligit iustum nisi
iustus, quo valet quisque iustus esse qui nondum est? Non enim vult quisque esse
quod non diligit. Ut enim sit iustus qui nondum est, volet utique iustus esse. Ut autem
velit, diligit iustum. Diligit ergo iustum et qui nondum iustus est. Diligere autem iustum
non potest, si quid sit iustus ignoret. Proinde novit quid sit iustus etiam qui nondum
est. Ubi ergo novit? Numquid oculis vidit aut ullum corpus iustum velut album aut
nigrum aut quadratum aut rotundum? Quis hoc dixerit? Aut oculis non vidit nisi cor-
pora. Iustus autem in homine non est nisi animus. Et cum homo iustus dicitur ex animo dicitur
non ex corpore. Est enim quedam pulchritudo animi iustitia, qua pulchri sunt homines plerique
etiam qui corpore distorti atque deformes sunt. Sicut autem animus non videtur oculis
ita nec pulchritudo eius. Ubi ergo novit quid sit iustus qui nondum est atque ut
sit diligit iustum? An signa quedam per motum corporis emicant quibus ille homo
esse iustus apparet? Sed unde novit illa signa esse animi iusti nesciens omnino quid sit
iustus? Novit ergo. Sed ubi novimus quid sit iustus etiam cum iusti nondum sumus? Si
extra nos novimus, in corpore aliquo novimus. Sed non est ista res corporis. In nobis
ergo novimus quid sit iustus. Non enim alibi hoc invenio cum quero ut hec eloquar
nisi apud meipsum. Et si interrogem alium quid sit iustus, apud seipsum
quid respondeat invenit. Et Carthaginem cum eloqui volo apud meipsum
quero ut eloquar, et apud meipsum invenio phantasiam Carthaginis. Sed eam
per corpus accepi, id est per corporis sensum, quoniam presens in ea fui corpore et eam vidi atque
sensi memoriaque retinui, ut apud me invenirem de illa verbum cum eam
vellem dicere. Ipsa enim phantasia eius in memoria mea verbum eius, non sonus
iste trisillabus cum Carthago nominatur, vel etiam tacite nomen ipsum per spatia
temporum cogitatur, sed illud quod in animo meo cum hoc trisillabum voce profero vel
antequam proferam. Sic et Alexandriam cum eloqui volo quam numquam vidi, presto est
apud me phantasma eius. Cum a multis audissem et credidissem magnam esse
illam urbem sicut michi narrari potuit, finxi animo imaginem eius quam potui,
et hoc est apud me verbum eius cum eam volo dicere antequam voce quamque. Ex qua
enim generali aut speciali regula, nisi quia scimus et quid animus, et quid sit iustus? Et

aliquid quidem ex sillabas proferam quod nomen eius quod nomine esse fere omnibus no
tum est, quia tamen in ymaginationem saltem cogitationis meae proferre possem ad oculos hominum qui
Alexandriam noverunt profecto aut omnes dicerent non est ipsa aut si dicerent ipsa
est multum mirarer, atque ipsam intuens animo meo in ymagine eius quasi picturam
eius, ipsam tamen esse nescirem sed ei crederem qui visam tenerent. Non enim ita quaero quid sit iustus
ut ita inveniam ut ita intuear cum id eloquor, ut ita probem cum audio est tale
aliquid oculis vidi aut ullo corporis sensu sensi aut ab aliquo qui ita
didicisset audivi et sciens dico iustus est animus qui scientia atque ratione in vita
atque moribus sua cuique distribuit non aliquam rem absentem cogito sicut Kar
thaginem aut fingo ut possum sicut Alexandriam sive ita sit sive non ita sed
presens quiddam cerno apud me etsi non sum ipse quod cerno et multi si audiant approba
bunt. Et quisquis me audit atque scienter approbat apud se et ipse hoc idem cernit
etiam si non sit et ipse quod cernit. Iustus vero cum id dicit quod ipse est cernit et
dicit. Et ubi etiam ipse cernit nisi apud seipsum, etiam hoc mirum est ubi enim seipsum cerneret
nisi apud seipsum. Illud mirabile ut apud se animus videat quod alibi numquam vidit et verum
videat et ipsum verum iustum animum videat et sit ipse animus et non sit iustus animus quem apud
seipsum videt. Num est alius animus iustus in animo nondum iusto, aut si non est quem ibi vi
det cum videt et dicit quid sit animus iustus nec alibi quam in se videt cum ipse non sit animus
iustus. An id quod videt veritas est interior praesens animo qui eam valet intueri neque omnes
valent, et qui intueri valent hoc etiam quod intuentur non omnes sunt, hoc est
non sunt etiam ipsi iusti animi sicut possunt videre ac dicere quid sit iustus animus. Quod unde
esse poterunt nisi inherendo eidem ipsi formae quam intuentur ut inde formentur et sint
iusti animi non tantum cernentes et dicentes iustum esse animum qui scientia atque ratione in vita
ac moribus sua cuique distribuit sed etiam ut ipsi iuste vivant iusteque morati sint sua
cuique distribuendo ut nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Et unde
inheretur illi formae nisi amando. Cur ergo alium diligimus quem credimus iustum et
non diligimus ipsam formam ut videamus quid sit iustus animus ut et nos iusti esse
possimus. An vero nisi et istam diligeremus nullo modo eum diligeremus quem ex ista dili
gimus. Sed dum iusti non sumus minus eam diligimus quam ut iusti esse valeamus. Homo ergo
qui creditur iustus ex ea forma et veritate diligitur quam cernit et intelligit apud se
ille qui diligit, ipsa vero forma et veritas non est quomodo aliunde diligatur. Neque enim
invenimus aliquid tale praeter ipsam ut eam cum incognita est credendo diligamus ex eo
quod iam aliquid tale novimus. Quicquid enim tale aspexeris ipsa est et non est
quicquam tale quoniam sola ipsa talis est qualis ipsa est. Qui ergo amat homines aut quia
iusti sunt aut ut iusti sint amare debet. Sic enim et seipsum amare debet aut
quia iustus est aut ut iustus sit. Sic enim enim diligit tamquam seipsum sine ullo
periculo. Nam enim aliter se diligat iniuste se diligit quoniam se ad hoc diligit ut sit
iniustus, ad hoc ergo ut sit malus ac per hoc eam non se diligit. Qui enim diligit
iniquitatem odit animam suam.

De vera dilectione Capitulum

Quapropter non est precipue videndum in hac questione que de trinitate nobis
est et de cognoscendo deo nisi quid sit vera dilectio. Ea quippe dilectio
vera que vera est, alioquin cupiditas est, atque ita cupidi abusive dicuntur dilige
re quemadmodum cupere abusive dicuntur qui diligunt. Haec est autem vera dilectio ut inherentes
veritati iuste vivamus et omnia contempnamus mortalia prae amore hominum quo
eos volumus iuste vivere. Ita enim et mori pro fratribus utiliter parati esse poterimus quod nos
exemplo suo dominus Ihesus Christus docuit. Cum enim duo precepta sint in quibus tota lex pen
det et prophete, dilectio dei et dilectio proximi, non immerito plerumque scriptura pro utroque
unum ponit, sive tantum dei sicut est illud. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur

in bonum. Quisquis enim diligit deum, hic cognitus est ab illo. Et illud: Quoniam caritas
dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et alia multa. Et
qui diligit deum consequens est ut faciat quod precepit deus, et in tantum diligit in quantum facit;
consequens ergo est ut et proximum diligat, quia hoc precepit deus. Ideo tantum proximi dilectionem
scriptura commemorat, sicut est illud: Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis
legem Christi. Et illud: Omnis enim lex in uno sermone impletur, in eo quod scriptum est: Dili
ges proximum tuum sicut teipsum. Et in evangelio: Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines
bona, et vos facite illis; hec est enim lex et prophete. Et pleraque alia reperimus in
litteris sanctis, in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem precipi videtur, et taceri de
dilectione dei, cum in utroque precepto lex pendeat et prophete. Sed et hoc ideo quia et qui proximum
diligit consequens est ut ipsam precipue dilectionem diligat. Deus enim dilectio est, et qui ma
net in dilectione in deo manet. Consequens ergo est ut precipue deum diligat. Quapropter
qui querunt deum per istas potestates que mundo presunt vel partibus mundi auferuntur ab eo
longeque iactantur, non intervallis locorum sed diversitate affectuum. Exterius enim conantur
ire et interiora sua deserunt, quibus interior est deus. Itaque etiam si aliquam sanctam
celestem potestatem vel audierint vel utcumque cogitaverint, facta magis eius
appetunt que humana miratur infirmitas, non imitantur pietatem qua divina
requies comparatur. Mavult enim superbe hoc posse quod angelus quam devote hoc esse quod
angelus. Non enim sanctus quisquam potestate sua gaudet, sed eius a quo habet posse quicquid
congruenter potest, et novit potentius esse coniungi omnipotenti pia voluntate quam posse quod contre
miscant qui talia non possunt. Itaque ipse dominus Ihesus Christus talia faciens, ut mirantes do
ceret amplius, et temporalibus insolitis intentos atque suspensos ad eterna atque interiora
converteret: Venite, inquit, ad me qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. Tolli
te iugum meum super vos. Et non dixit: Discite a me quia quadriduanos mortuos su
scito, sed ait: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Potentior enim et tutior est soli
dissima humilitas quam ventosissima celsitudo. Et ideo sequitur: Et invenietis requiem
animabus vestris. Dilectio enim non inflatur. Et deus dilectio est, et fideles in dilectione
acquiescunt illi, revocati ab strepitu qui foris est ad gaudia silentia. Ecce deus
dilectio est. Ut quid imus et currimus in sublimia celorum et ima terrarum querentes eum
qui est apud nos, si nos esse velimus apud eum? Nemo dicat: Non novi quod diligam.
Diligat fratrem, et diligat eandem dilectionem. Magis enim novit dilectionem qua diligit quam
fratrem quem diligit. Ecce enim iam potest notiorem habere deum quam fratrem; plane notiorem quia
presentiorem, notiorem quia interiorem, notiorem quia certiorem. Amplectere dilectionem deum
et dilectione amplectere deum. Ipsa est dilectio que omnes bonos angelos et omnes dei
servos consociat vinculo sanctitatis nosque et illos coniungit invicem nobis et subiungit
sibi. Quanto ergo sanati sumus a tumore superbie, tanto sumus dilectione pleniores. Et
quo nisi deo plenus est qui plenus est dilectione? At enim caritatem video, et quantum
possum eam mente conspicio, et credo scripture dicenti: Quoniam deus caritas est, et qui ma
net in caritate in deo manet. Sed cum eam video non in ea video trinitatem. Immo vero vi
des trinitatem si caritatem ~~vides aliquid diligentem diligens~~. Sed commonebo si
potero ut videre te videas. Adsit tantum ipsa ut moveamur caritate ~~se diligat~~ ad aliquid
boni quia cum diligimus propter hoc ipsum quia diligit aliquid. Ergo quid diligit
caritas ut possit etiam ipsa caritas diligi? Caritas enim non est que nihil diligit.
Si autem se ipsam diligit, diligat aliquid ~~oportet~~ oportet ut caritate se di
ligat. Sicut enim verbum indicat aliquid, indicat etiam se ipsum, sed non se verbum
indicat nisi se aliquid indicare indicet, sic et caritas diligit quidem se,
sed nisi se aliquid diligentem diligat non caritate se diligit. Quid ergo

diligit caritas nisi quod caritate diligimus. Id autem ut apertius explicemus videamus sicut est dilectionem aut fratrem quantum commendat Iohannes apostolus attendamus. Qui diligit fratrem suum in lumine manet et scandalum in eo non est. Manifestum est quod iusticie perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem dei tacuisse, quod numquam faceret nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi deum. Apertissime enim in eadem epistola paulo post ita dicit: Dilectissimi, diligamus invicem quia dilectio ex deo est. Et omnis qui diligit ex deo natus est et cognovit deum. Qui non diligit non cognovit deum quia deus dilectio est. Ista contextio satis aperit atque declarat eandem ipsam fraternam dilectionem (nam fraterna dilectio est qua diligimus invicem) non solum ex deo sed etiam deum esse tanta auctoritate predicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de deo diligimus fratrem; nec fieri potest ut eandem dilectionem non precipue diligamus qua fratrem diligimus. Unde colligitur duo illa precepta non posse sine invicem esse. Quoniam quippe deus dilectio est, deum certe diligit qui diligit dilectionem; dilectionem enim necesse est diligat qui diligit fratrem. Et ideo quod paulo post ait: Non potest deum diligere quem non videt qui fratrem quem videt non diligit; quia illa causa est ei non videndi deum quod non diligit fratrem. Qui enim non diligit fratrem non est in dilectione, et qui non est in dilectione non est in deo, quia deus dilectio est. Porro qui non est in deo non est in lumine, quia deus lumen est et in eo tenebre non sunt ulle. Qui ergo non est in lumine quid mirum si non videt lumen, id est non videt deum, quia in tenebris est. Fratrem enim videt humano visu quo videri deus non potest. Sed si eum quem videt humano visu spirituali caritate diligeret, videret deum qui est ipsa caritas visu interiore quo videri potest. Itaque qui fratrem quem videt non diligit, deum quem propterea non videt quia deus dilectio est, qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere? Nec illa iam questio moveat quantum caritatis fratri debeamus impendere, quantum deo: incomparabiliter plus quam nobis deo, fratri autem quantum nobis ipsis. Nos autem ipsos tanto magis diligimus quanto magis diligimus deum.

Et qui fratrem diligit deum diligat qui amat et fratrem dilectionem que ex deo et deus est. Capitulum

Ex una igitur eademque caritate deum proximumque diligimus, sed deum propter deum, nos autem et proximum propter deum. Quid enim est quod exardescimus cum audimus et legimus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; nullam in quoquam dantes offensionem ut non reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos ut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iusticie a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces, ut qui ignoramur et cognoscimur, quasi morientes et ecce vivimus, ut coerciti et non mortificati, ut tristes semper autem gaudentes, sicut egentes multos autem ditantes, tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Quid est quod accendimur in dilectionem Pauli apostoli cum ista legimus nisi quod credimus eum ita vixisse? Vivendum tamen sic esse dei ministris non de aliquibus auditum credimus, sed intus apud nos vel potius supra nos in ipsa veritate conspicimus. Illum ergo quem sic vixisse credimus ex hoc quod videmus diligimus. Et nisi hanc formam quam semper stabilem atque incommutabilem cerneremus precipue diligeremus, non ideo diligeremus illum quia eius vitam cum in carne viveret huic forme coaptatam et congruentem fuisse retinemus. Sed nescio quomodo amplius et in ipsius forme caritatem excitamur per fidem qua credimus sic vixisse aliquem et spem qua nos quoque ita posse vivere qui homines sumus ex eo quod aliqui homines ita vixerunt minime

desideramus ut hoc et desiderium ardentius et fidentius presumamus. Ita et ipsa vita fratris a nobis diligitur forma illius dilectionis secundum quam vixisse creditur et illorum vita credita in eandem formam flagrantiorem excitat caritatem ut quanto flagrantius diligimus deum tanto certius sereniusque videamus quia in deo conspicimus incommutabilem iusticie formam secundum quam hominem vivere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionem et ad dilectionem dei, non tamquam omnino incogniti aut omnino non dilecti sed quo cognoscatur manifestius et quo firmius diligatur. De amante et quod amatur et amore Capitulum.

Quid autem est dilectio vel caritas quam tantopere scriptura divina laudat et predicat nisi amor boni? Amor autem alicuius amantis est, et amore aliquid amatur. Ecce tria sunt: amans et quod amatur et amor. Quid est ergo amor nisi quedam vita duo aliqua copulans vel copulari appetens, amantem scilicet et quod amatur? Et hoc etiam in extremis carnalibusque amoribus ita est. Sed ut aliquid purius et liquidius hauriamus, calcata carne ascendamus ad animum. Quid amat animus in amico nisi animum? Et illic igitur tria sunt: amans et quod amatur et amor. Restat etiam hinc ascendere et superius ista querere quantum homini datur. Sed hic paululum requiescat intentio non ut se iam existimet invenisse quod querit, sed sicut solet inveniri locus ubi querendum est aliquid. Nondum illud inventum est, sed iam inventum est ubi queratur. Ita hoc dixisse sufficerit ut tamquam ab articulo alicuius exordii cetera contexamus. Incipiunt capitula noni libri.

De eo quod querendum an tria sint amans et quod amatur et amor an tantum duo et an qui non aliud quam seipsum diligit. Mentem notitiam sui nisi seipsa esse non posse. Tria esse rata que sunt unum mentem et notitiam sui et amorem. Quod mens et amor et notitia et singula in se maneant et omnia in omnibus. De notitia qua mens non solum se sed etiam alias mentes nosse regulariter potest. De verbo quod mens ex eterna concipit veritate. An carnali amore debeat diligi creatura. Quo differat dilectio rerum spiritualium ab amore carnalium. Non omnia que notitia comprehendit dici posse concepta. Concepte notitie similitudine tunc ad equalitatem mentis dici posse concepta. Cur attendenti verbo quod cognoscit vel cum visionis neque speciosius nate esse est. Cur sicut notitia mentis est proles non etiam amor parentis eiusdem sit. Cui talis ...

Ubi est querendum an tria sint amans et quod amatur et amor

Trinitatem certe querimus non quamlibet sed illam trinitatem que deus est verusque ac summus et solus deus. In fide firmissime quisque querat quod aut nosse aut eloqui difficillimum est. Affirmantem vero cito iusteque reprehendit quisquis melius vel videt vel docet. Querite, inquit, deum et vivet anima vestra. Et ne quisquam se tamquam apprehendisse temere gaudeat: Querite, inquit, faciem eius semper. Et apostolus: Si quis, inquit, se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum scire oporteat. Quisquis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo. Nec sic quidem dixit: cognovit illum, que periculosa presumptio est, sed cognitus est ab illo. Sic et alibi cum dixisset: Nunc autem cognoscentes deum, statim corrigens: Immo cogniti, inquit, a deo. Maximeque illo loco: Fratres, inquit, ego me ipsum non arbitror comprehendisse; unum autem, que retro oblitus, in ea que ante sunt extentus secundum intentionem sequor ad palmam superne vocationis dei in Christo Ihesu. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Perfectionem enim in hac vita dicit non aliud quam ea que retro sunt oblivisci et in ea que ante sunt extendi secundum intentionem. Tutissima est enim querentis intentio donec apprehendatur illud quo tendimus et quo extendimur. Sed ea recta intentio est que proficiscitur a fide. Certa enim fides utcumque inchoat cognitionem; cognitio vero certa non perficietur nisi post hanc vitam cum videbimus facie ad faciem. Hoc ergo sapiamus ut noverimus tutiorem

esse effectum vel quaeri de incognita praecognitis praesumendum. Sic ergo quaeramus tamquam inventuri, et sic inveniamus tamquam quaesituri. Cum enim consummaverit homo, tunc incipit. De credendis nulla infidelitate dubitemus, de intelligendis nulla temeritate affirmemus. In illis auctoritas tenenda est, in his veritas exquirenda. Quod ergo ad istam quaestionem attinet, credamus patrem et filium et spiritum sanctum unum deum esse universe creature conditorem atque rectorem, nec patrem esse filium nec spiritum sanctum vel patrem esse vel filium, sed ~~unum deum~~ trinitatem relatarum ad invicem personarum et unitatem equalis essentie. Queramus autem hoc intelligere ab ipso quem intelligere volumus auxilium precantes, et quantum tribuit quod intelligimus explicare tanta cura et sollicitudine pietatis, ut etiam si aliquid aliud pro alio dicimus, nihil tamen dicamus indignum. Ut si quid verbi gratia de patre dicimus quod patri proprie non conveniat, aut filio conveniat aut spiritui sancto aut ipsi trinitati. Et si quid de filio quod filio proprie non congruit, saltem congruat patri aut spiritui sancto aut trinitati. Item si quid de spiritu sancto quod proprietatem spiritus sancti non decet, non tamen alienum sit a patre aut filio aut ab uno deo ipsa trinitate. Veluti nunc cupimus videre utrum illa excellentissima caritas proprie spiritus sanctus sit. Quod si non est, aut pater est caritas aut filius aut ipsa trinitas, quoniam resistere non possumus certissime fidei et validissime auctoritati scripture dicentis: Deus caritas est. Non tamen debemus deviare sacrilego errore, ut aliquid de trinitate dicamus quod non creatori sed creature potius conveniat aut inani cogitatione fingatur. Que cum ita sint, attendamus ista tria que invenisse nobis videmur. Nondum de supernis loquimur, nondum de deo patre et filio et spiritu sancto, sed de hac impari imagine, attamen imagine, id est homine. Familiarius enim eam et facilius fortassis intuetur nostre mentis infirmitas. Ecce tria sunt: amans et quod amatur et amor.

Certe ego qui hoc quero, cum aliquid amo, tria sunt: ego et quod amo et ipse amor. Non enim amo amorem nisi amantem amem, nam non est amor ubi nihil amatur. Tria ergo sunt: amans et quod amatur et amor. Quid si non amem nisi meipsum? Nonne duo erunt, quod amo et amor? Amans enim et quod amatur hoc idem est quando se ipse amat, sicut amare et amari eodem modo idipsum est cum se quisque amat. Eadem quippe res bis dicitur cum dicitur: amat se et amatur a se. ~~Tunc sic duo sunt. Non enim quisquis se amat amor est et nisi cum amatur a se~~ Tunc non est aliud atque aliud amare atque amari, sicut non est alius atque alius amans et amatus. At vero amor et quod amatur etiam sic duo sunt. Non enim quisquis se amat amor est, et nisi cum amatur ipse amor. Aliud enim est amare se, aliud amare amorem suum. Non enim amatur amor nisi iam aliquid amans, quia ubi nihil amatur nullus est amor. Duo ergo sunt cum se quisque amat: amor et quod amatur. Tunc enim amans et quod amatur unum est. Unde videtur non esse consequens ut ubicumque amor fuerit iam tria intelligantur. Auferamus enim ab hac consideratione cetera que multa sunt quibus homo constat, atque ut hec que nunc requirimus quantum in his rebus possumus liquide reperiamus, de sola mente tractemus. Mens igitur cum amat seipsam duo quedam ostendit, mentem et amorem. Quid est autem amare se nisi sibi presto esse velle ad fruendum se? Et cum tantum se vult esse quantum est, par menti voluntas est et amanti amor equalis. Et si aliqua substantia est amor, non est utique corpus sed spiritus, nec mens corpus sed spiritus est. Neque tamen amor et mens duo spiritus sed unus spiritus, nec essentie due sed una, et tamen duo quedam unum sunt ~~quedam unum~~ amans et amor, sive dicas quod amatur et amor. Et hec quidem duo relative ad invicem dicuntur. Amans quippe ad amorem refertur et amor ad amantem. Amans vero aliquo amore amat, et amor alicuius amantis est. Mens vero et spiritus non relative dicuntur, sed essentiam demonstrant. Non enim quia mens et spiritus alicuius hominis est, ideo

mens et spiritus est. Detracto enim eo quod homo est quod adiuncto corpore dicitur, detracto ergo corpore mens et spiritus manet. Detracto autem amante nichil est amor, et detracto amore nichil est amans. Ideoque quantum ad invicem referuntur duo sunt. Quod autem ad se ipsa dicuntur et singula spiritus et simul utrumque unus spiritus et singula mens et simul utrumque et simul utrumque una mens. Ubi ergo trinitas? Attendamus quantum possumus et invocemus eternam lucem ut illuminet tenebras nostras et videamus in nobis quantum sinimur ymaginem dei. Mens enim amare se ipsam non potest nisi etiam noverit se. Nam quomodo amat quod nescit? Aut si quisquam dicit ex notitia generali vel speciali mentem credere se esse talem qualis alias experta est et ideo amare semetipsam, insipientissime loquitur. Unde enim mens aliquam mentem novit si se non novit? Neque enim ut oculus corporis videt alios oculos et se non videt, ita mens novit alias mentes et ignorat semetipsam. Per oculos enim corporis corpora videmus quia radios qui eos emicant et quicquid cernimus tangunt refringere ac retorquere in ipsos non possumus nisi cum speculo intuemur; quod subtilissime obscurissimeque disseritur donec apertissime demonstretur vel ita se rem habere vel non ita. Sed quoquo modo se habeat vis qua per oculos cernimus, ipsam tamen vim sive sint radii sive aliud aliquid oculis cernere non valemus sed mente querimus; et si fieri potest etiam hoc mente comprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit sic incorporearum in semetipsam non quod est incorporea. Nam si non se novit non se amat.

3 capitulum

Sicut autem duo quedam sunt mens et amor eius cum se amat, ita quedam duo sunt mens et notitia eius cum se novit. Ipsa igitur mens et amor et notitia eius tria quedam sunt, et hec tria unum sunt et perfecta sunt, equalia sunt. Si enim minus se amat quam est, ut verbi gratia tantum se amet hominis mens quantum amandum est corpus, peccat et non est perfectus amor eius. Item si amplius se amet quam est, velut si tantum se amet quantum amandus est deus, cum incomparabiliter minus sit ipsa quam deus, etiam sic nimis peccat et non perfectum sed amorem sui habet. Maiore autem perversitate et iniquitate peccat cum corpus tantum amat quantum amandus est deus. Item notitia si minor est quam est id quod noscitur et plene nosci potest, perfecta non est. Si enim maior, iam superior est natura que novit quam illa que nota est, sicut maior est notitia corporis quam ipsum corpus quod ea notitia notum est. Illa enim vita quedam est in ratione cognoscentis, corpus autem non est vita; et vita qualibet quolibet corpore maior est non mole sed vi. Mens vero cum se ipsam cognoscit ipsa cognoscitur. Sic ergo se totam cognoscit neque secundum quicquam aliud. Par est illi cognitio sua quia neque ex alia natura est eius cognitio cum se ipsam cognoscit. Et cum se totam nichil amplius percipit, nec minor nec maior est. Recte ergo diximus hec tria cum perfecta sunt esse consequenter equalia. Simul etiam admonemur si utcumque videre possumus hec in anima existere et tamquam involuta evolvi ut sentiantur et dinumerentur substantialiter vel ut ita dicam essentialiter, non tamquam in subiecto ut color aut figura in corpore aut ulla alia qualitas aut quantitas. Quicquid enim tale est non excedit subiectum in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis potest esse et alterius corporis. Mens autem amore quo se amat potest amare et aliud preter se. Item non se solam cognoscit mens sed et alia multa. Quapropter non amor et cognitio tamquam in subiecto insunt menti sed substantialiter etiam ipsa sunt sicut ipsa mens, quia et si relative dicuntur ad invicem in sua tamen sunt singula quaeque substantia, non sicut color et coloratum relative ita dicuntur ad invicem ut color in subiecto colorato sit non habens in se ipso propriam substantiam quoniam coloratum corpus substantia est, ille autem in substantia. Sed sicut

duo amici etiam duo sunt homines que sunt substantie. cum homines non relative dicantur amici
autem relative Sed item quamvis substantia sit amans vel sciens substantia sit amor sed amans
et amor aut sciens et scientia relative ad se dicuntur sicut amici, mens vero aut spiritus
non sunt relativa sicut nec homines relativa sunt, non tamen sicut amici homines possunt seor-
sum esse ab invicem Sic amans et amor aut sciens et scientia, quamquam et amici cor-
pore videntur separari posse non animo in quantum amici sunt, verumtamen fieri potest ut amicus amicum
etiam odisse incipiat, et eo ipso amicus esse desinat nesciente illo et adhuc aman-
te Amor autem quo se mens amat si esse desinat, simul et illa desinit esse amans
Item notitia qua se mens novit si esse desinat, et illa nosse se desinet, sicut caput
capitati alicuius utique caput est et relative ad se dicuntur quamvis etiam substantie sint. Nam
Nam et caput corpus est et capitatum, et si non sit corpus nec capitatum erit
Sed hec precisione ab invicem separari possunt illa non possunt Quod si sunt aliqua cor-
pora que secari et dividi nequeunt tamen nisi partibus suis partibus constarent
corpora non essent pars ergo ad totum relative dicitur quia omnis pars alicuius totius
pars est, et totum omnibus partibus totum est, sed quoniam et pars corporis est et totum
non tantum ista relative dicuntur sed etiam substantialiter sunt Fortassis ergo mens totum est et
eius quasi partes amor quo se amat et scientia qua se novit quibus duabus partibus
illud totum constat An tres sunt equales partes quibus totum unum completur
mens vero cum se totam novit hoc est perfecte novit per totum eius est notitia eius, et cum se
perfecte amat totam se amat et per totum est amor eius Num ergo sicut ex vino et
aqua et melle una fit potio et singula per totum sunt et tamen tria sunt Nulla enim pars
est potionis que non habeat hec tria Non enim iuncta velut si aqua et oleum esset sed omnino
commixta sunt et substantie sunt omnes et totus ille liquor una quedam est ex tribus con-
fecta substantia tale aliquid arbitrandum est esse simul hec tria. mentem amorem notitiam
sed non unius substantie sunt aqua vinum et mel quamvis ex eorum commixtione fiat una
substantia potionis Quomodo autem illa tria non sint eiusdem substantie non video cum mens ipsa se amet
atque ipsa se novit atque ita sint hec tria ut non alteri alicui rerum mens vel amata vel
nota sit unius ergo eiusdemque essentie necesse est hec tria sint Et ideo si tamquam
commixtione confusa essent nullo modo essent tria nec referri ad invicem possent Quemad-
modum si ex uno eodemque auro tres anulos similes facias quamvis connexos sibi referuntur
ad invicem quod similes sunt Omnis enim similis alicui similis est et trinitas anulorum est
et unum aurum At si misceantur sibi et per totam singuli massam suam conspergantur intercidet tri-
nitas et omnino non erit et non solum unum aurum dicetur sicut in illis tribus anulis dicebatur
sed iam nulla aurea tria

At in illis tribus cum se novit mens et amat se manet trinitas mens amor no-
titia et nulla commixtione confunditur quamvis et singula sint in se ipsis et invicem
tota in totis sive singula in binis sive bina in singulis itaque omnia in omnibus
Nam et mens est mens in se ipsa ita est utique in se ipsa quia ad se ipsam mens dicitur quam-
vis noscens vel nota vel noscibilis ad suam notitiam relative dicatur Amans quoque et
amata vel amabilis ad amorem referatur quo se amat et notitia quamvis referatur
ad mentem cognoscentem vel cognitam tamen et ad se ipsam notitia et noscens dicitur Non
enim sibi est incognita qua se mens ipsa cognoscit et amor quamvis referatur ad
mentem amantem cuius amor est tamen et ad se ipsum est amor ut sit etiam in se ipso
quia et amor amatur nec alio nisi amore amari potest id est se ipso Ita sunt hec singula in
se ipsis, in alternis autem ita sunt quia et mens amans in amore est et amor in amante
et notitia in mente noscente Singula in binis ita sunt quia mens que se novit et
amat in amore et notitia sua est, et amor amantis mentis sese scientis in mente
notitiaque eius est et notitia mentis se scientis et amantis in mente atque in amore
atque in amore eius est quia scientem se amat, et amantem se novit Ac per hoc et bina
in singulis quia mens que se novit et amat cum sua notitia est in amore et cum suo
amore in notitia, amorque ille et notitia simul sunt in mente que se amat et novit

Tota vero in totis quemadmodum sunt iam supra ostendimus cum se totam mens amat et totam novit et totum amorem suum novit totumque amat notitiam suam quando tria ista ad se ipsa sunt. Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis et tamen eorum singulum quodque substantia est et simul omnia una substantia vel essentia, cum et relative dicantur ad invicem.

Sed cum se ipsam novit humana mens et amat se ipsam, non aliquid incommutabile novit et amat. Aliter unusquisque homo loquendo enuntiat mentem suam quid in se ipso agatur attendens. Aliter autem humanam mentem speciali aut generali cognitione diffinit. Itaque cum michi de sua propria loquitur utrum intelligat hoc aut illud an non intelligat et utrum velit an nolit hoc aut illud credo. Cum vero de humana speciali aut generali verum dicit agnosco et approbo. Unde manifestum est aliud unumquemque videre in se quod sibi alius dicenti credat, non tamen videat, aliud autem in ipsa veritate quod alius quoque possit intueri, quorum alterum mutari per tempora, alterum incommutabili eternitate consistere. Neque enim oculis corporeis multas mentes videndo per similitudinem colligimus generalem vel specialem mentis humane notitiam, sed intuemur inviolabilem veritatem ex qua perfecte quantum possumus diffiniamus non qualis sit uniuscuiusque hominis mens, sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. Unde etiam fantasias et quodam modo infusas memorie ex quibus etiam ea que non visa sunt ficto fantasmate cogitantur sive aliter quam sunt sive fortuito sicut sunt, aliis omnino regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus vel approbare apud nosmetipsos vel improbare convincimur cum recte aliquid approbamus aut improbamus. Nam et cum recolo Carthaginis menia que vidi aut cum fingo Alexandrie que non vidi, easdemque ymaginarias formas quasdam quibusdam preferens rationabiliter prefero, viget et claret desuper iudicium veritatis ac sui iuris incorruptibilissimis regulis firmum est. Et si corporalium ymaginum quasi quodam nubilo subtexitur, non tamen involvitur atque confunditur. Sed interest utrum ego sub illa vel in illa caligine tamquam a celo perspicuo secludar, an sicut in altissimis montibus accidere solet inter utrumque aere libero fruens et serenissimam lucem supra et densissimas nebulas subter aspiciam. Nam unde in me fraterni amoris inflammatur ardor cum audio virum aliquem pro fidei pulchritudine et firmitate acria tormenta tolerasse? Et si michi digito ostendatur ipse homo, studeo michi coniungere et notum facere amicitia colligare. Itaque si facultas datur accedo alloquor sermonem confero, affectum meum in illum quibus verbis possum exprimo vicissimque in eo fieri quem in me habeat atque exprimi volo, spiritalemque complexum credendo molior, quia pervestigare tam cito aut cernere penitus eius interiora non possum. Amo itaque fidelem atque fortem virum amore casto atque germano. Quod si michi inter nostras loquelas fateatur aut incautus aliquo sese indicet quod vel de deo credat incongrua atque in illo quoque aliquid carnale desideret, et pro tali errore illa pertulerit vel sperate pecunie cupiditate vel inani aviditate laudis humane, statim amor ille quo in eum ferebar offensus et quasi repercussus atque ab indigno homine ablatus in ea forma permanet ex qua eum talem credens amaveram, nisi forte ad hoc amo iam ut talis sit cum talem non esse comperero. At in illo homine nichil mutatum est, mutari tamen potest ut fiat quod eum iam esse credideram. In mente autem mea mutata est utique ipsa existimatio que de illo aliter se habebat et aliter habet. Idemque amor ab intentione perfruendi ad intentionem consulendi incommutabili desuper iustitia iubente deflexus est. Ipsa vero forma inconcusse ac stabilis veritatis et in qua fruerer homine bonum eum credens et in qua consulo ut bonus sit, eadem luce incorruptibilis sincerissimeque rationis et mentis mee aspectum et illam fantasie nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito imperturbabili eternitate perfundit. Item cum arcum pulchre et equaliter intortum quem vidi Carthagine animo revolvo, res quedam menti nuntiata per oculos memorieque transfusa ymaginarium conspectum facit. Sed aliud mente conspicio secundum quod michi opus illud placet, unde etiam si displiceret corrigerem. Itaque de istis

secundum illam meditamur et illam cernimus intuitu mentis. Ista vero aut presentia sensu corporis tangimus, aut ymagines absentium fixas in memoria recordamur, aut ex earum similitudine talia fingimus qualia nos ipsi si vellemus atque possemus etiam opere moliremur, aliter figurantes animo ymagines corporum aut per corpus corpora videntes. Aliter autem rationes artemque ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes.

In illa igitur eterna veritate ex qua temporalia facta sunt omnia, formam secundum quam sumus et secundum quam vel in nobis vel in corporibus vera et recta ratione aliquid operamur visu mentis aspicimus, atque inde conceptam rerum veracem noticiam tamquam verbum apud nos habemus et dicendo intus nos gignimus, nec a nobis nascendo discedit. Cum autem ad alios loquimur, verbo intus manenti ministerium vocis adhibemus aut alicuius signi corporalis, ut per quamdam commemorationem sensibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis quale de loquentis animo non recedit. Nichil itaque agimus per membra corporis in factis dictisque nostris quibus vel approbantur vel improbantur mores hominum quod non verbo apud nos intus edito prevenimus. Nemo enim aliquid volens facit quod non in corde suo prius dixerit. Quod verbum amore concipitur sive creature sive creatoris, id est aut nature mutabilis aut incommutabilis veritatis.

Ergo aut cupiditate aut caritate, non quo non sit amanda creatura, sed si ad creatorem refertur ille amor non iam cupiditas sed caritas erit. Tunc enim est cupiditas cum propter se amatur creatura. Tunc non utentem adiuvat sed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis aut inferior creatura sit, inferiore utendum est ad deum, pari autem fruendum sed in deo. Sicut enim te ipso non in te ipso sed in eo qui fecit te, sic etiam illo quem diligis tamquam te ipsum. Et nobis ergo et fratribus in domino fruamur, et inde nos nec ad nosmetipsos remittere et quasi relaxare deorsum versus audeamus. Nascitur autem verbum cum excogitatum placet aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo nostrum et mentem de qua gignitur quasi medius amor coniungit, seque cum eis tertium complexu incorporeo sine ulla confusione constringit.

Conceptum autem verbum et natum idipsum est cum voluntas in ipsa noticia conquiescit, quod fit in amore spiritualium. Qui enim verbi gratia perfecte novit perfecteque amat iusticiam, iam iustus est, etiam si nulla exsistat secundum eam forinsecus per membra corporis operandi necessitas. In amore autem carnalium temporaliumque rerum sicut in ipsis animalium fetibus alius est conceptus verbi, alius partus. Illic enim quod cupiendo concipitur adipiscendo nascitur, quoniam non sufficit avaricie nosse et amare aurum nisi et habeat, neque nosse et amare vesci aut concumbere nisi id agat, neque nosse et amare honores et imperia nisi proveniant. Que tamen omnia nec adepta sufficiunt. Qui enim biberit inquit ex hac aqua sitiet iterum. Ideoque et in psalmis: Concepit inquit dolorem et peperit iniquitatem. Dolorem vel laborem dicit concipi cum ea concipiuntur que nosse ac velle non sufficit et ardescit atque egrotat animus indigentia donec ad ea perveniat et quasi pariat ea. Unde eleganter in latina lingua parta dicuntur et reperta atque comperta, que verba quasi a partu ducta resonant. Quia concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Unde dominus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Et alio loco: Ve pregnantibus et mammantibus in illis diebus. Cum itaque ad partum verbi referret omnia vel recte facta vel peccata: Ex ore inquit tuo iustificaberis et ex ore tuo condempnaberis, os volens intelligi non hoc visibile sed interius invisibile cogitationis et cordis.

Recte ergo queritur utrum omnis noticia verbum an tantum amata noticia. Novimus enim et ea que odimus, sed nec concepta nec parta dicenda sunt animo que nobis displicent. Non enim omnia que quoquo modo tangunt concipiuntur ut tantum nota sint, non tamen verba dicantur ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba que spatia temporum syllabis tenent sive pronunciantur sive cogitentur, aliter omne quod notum est verbum dicitur animo impressum quamdiu de memoria proferri et diffiniri potest quamvis res ipsa displiceat, aliter cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus verbi accipiendum

est quod ait apostolus Nemo dicit dominus ihesus nisi in spiritu sancto cum secundum aliud ubi non verbum dicat hoc et illi de quibus ipse dominus ait Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. Verumtamen cum etiam illa que odimus recte displicent recteque improbantur, approbatur eorum improbacio et verbum est. Neque viciorum noticia nobis displicet sed ipsa vicia non placent nam quod novi et diffinio quid sit intemperancia et hoc est verbum eius. Sicut sunt in arte nota vicia et recte approbatur eorum noticia cum discernit cognitor speciem privacionemque virtutis sicut aiere et negare et esse et non esse; attamen virtute privari atque in vicium deficere dampnabile est. Et diffinire intemperanciam verbumque eius dicere pertinet ad artem morum, esse autem intemperantem ad id pertinet quod illa arte culpatur. Sicut nosse ac diffinire quid sit soloecismus pertinet ad artem loquendi, facere autem vicium est quod eadem arte reprehenditur. Verbum est igitur quod nunc discernere et insinuare volumus cum amore noticia. Cum itaque se mens novit et amat, iungitur ei amore verbum eius. Et quoniam amat noticiam et novit amorem, et verbum in amore est et amor in verbo et utrumque in amante atque dicente. Sed omnis secundum speciem noticia similis est ei rei quam novit. Est enim alia noticia secundum privacionem quam cum improbamus loquimur et hec privacionis improbacio speciem laudat ideoque approbatur.

Habet ergo animus nonnullam speciei note similitudinem, sive cum ea placet sive cum eius privacio displicet. Quocirca in quantum deum novimus similes sumus, sed non ad equalitatem similes quia nec tantum eum novimus quantum ipse se. Et quemadmodum cum per sensum corporis discimus corpora fit aliqua similitudo in animo nostro que fantasia memorie est. Non enim omnino ipsa corpora in animo sunt cum ea cogitamus sed eorum similitudines; itaque cum eas pro illis approbamus erramus. Error enim est pro alio alterius approbacio. Melior est tamen imaginacio corporis in animo quam illa species corporis in quantum hec in meliore natura est, id est in substancia vitali sicuti est animus; ita cum deum novimus quamvis meliores efficiamur quam eramus antequam nossemus, maximeque cum eadem noticia etiam placita digneque amata verbum est, fitque aliqua dei similitudo, illa noticia tamen inferior est quia in inferiore natura est. Creatura quippe animus, creator autem deus. Ex quo colligitur quia cum se mens novit atque approbat, sic est eadem noticia verbum eius ut ei sit par omnino et equale atque identidem, quia neque

ut

inferioris essencie noticia est sicut corporis neque superioris sicut dei. Et cum habeat noticia similitudinem ad eam rem quam novit, hoc est cuius noticia est, hec habet perfectam et equalem qua mens ipsa que novit est nota. Ideoque et ymago et verbum est quia de illa exprimitur cum cognoscendo eidem coequatur et est gignenti equale quod genitum est.

Quid ergo amor non erit ymago, non verbum, non genitus? Cur enim mens noticiam suam gignit cum se novit et amorem suum non gignit cum se amat? Nam si propterea est noticie sue causa quia noscibilis est, amoris etiam sui causa est quia amabilis. Cur itaque non utrumque genuerit difficile est dicere. Hec enim questio etiam de ipsa summa trinitate omnipotentissimo creatore deo ad cuius ymaginem factus est solet movere homines quos veritas dei per humanam locucionem invitat ad fidem, cur non et spiritus sanctus a patre deo genitus vel credatur vel intelligatur ut filius etiam ipse dicatur. Quod nunc in mente humana utcumque vestigare conamur ut ex inferiore ymagine in qua nobis familiarius natura ipsa nostra quasi interrogata respondet exercitatiorem mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incommutabile dirigamus, si tamen veritas ipsa persuaserit sicut dei verbum filium esse nullus christianus dubitat ita caritatem esse spiritum sanctum. Ergo ad illam ymaginem que creatura est, hoc est ad racionalem mentem diligencius de hac re interrogandam considerandamque redeamus, ubi temporaliter existens nonnullarum rerum noticia que ante non erat, et

aliquarum rerum amor quae antea non amabantur. Distinctionem nobis aperit quid dicamus quod et ipsum locutionem generaliter dicendo facilior est ad explicandum res quae in ordine temporum comprehenditur primo itaque maxime sit passe si ut sit aliud stabile et quod fieri possit et tamen nesciat, id autem fieri non posse ut sciatur quod stabile non fuit. Unde liquido tenendum est quod omnis res quamcumque cognoscimus ingenerat in nobis notitiam sui. Ab utroque enim notitia paritur a cognoscente et cognito. Itaque mens cum se ipsam cognoscit sola parens est notitiae suae et cognitum enim et cognitor ipsa est. Erat autem sibi ipsa noscibilis et antequam se nosset, sed notitia sui non erat in ea cum se ipsam non noverat. Quod ergo cognoscit se, parem sibi notitiam sui gignit, quia non minus se novit quam est, nec alterius essentiae est notitia eius, non solum quia ipsa novit sed etiam quia se ipsam sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est, cur non etiam cum se amat ipsum quoque amorem suum genuisse videatur? Erat enim amabilis sibi et antequam se nosset quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis numquam se nosse potuisset, ita si non sibi esset amabilis numquam se amare potuisset. Cur itaque se amando non genuisse dicatur amorem suum sicut cognoscendo se genuit notitiam suam? An eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principium unde procedit? Ab ipsa quippe mente procedit quae sibi est amabilis antequam se amet, atque ita principium est amoris sui quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut notitia sui qua se novit, quia notitia iam inventum est quod partum vel repertum dicitur, quod saepe praecedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inveniendi, quod idem valet si dicas reperiendi. Quae autem reperiuntur quasi pariuntur, unde proli similia sunt. Ubi nisi in ipsa notitia? Ibi enim quasi expressa formantur. Nam etsi iam erant res quas quaerendo invenimus, notitia tamen ipsa non erat quam sicut prolem nascentem deputamus. Porro appetitus ille qui est in quaerendo procedit a quaerente et pendet quodammodo neque requiescit fine quo intenditur, nisi id quod quaeritur inventum quaerenti copuletur. Qui appetitus, id est inquisitio, quamvis amor esse non videatur quo id quod notum est amatur, hoc enim adhuc ut cognoscatur agitur, tamen ex eodem genere quiddam est. Nam voluntas iam dici potest quia omnis qui quaerit invenire vult, et si id quaeritur quod ad notitiam pertineat, omnis qui quaerit nosse vult. Quod si ardenter atque instanter studere vult, dicitur quod maxime in assequendis et adipiscendis quibusque doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quidam quo id quod nosse volumus quaerendo et inveniendo nascitur proles ipsa notitia, ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturque notitia partus et proles recte dici non potest. Idemque appetitus quo inhiatur rei cognoscendae fit amor cognitae dum tenet atque amplectitur placitam prolem, id est notitiam, gignentique coniungit. Et est quaedam imago trinitatis ipsa mens et notitia eius quod est proles eius ac de se ipsa verbum eius, et amor tertius. Et haec tria unum atque una substantia, nec minor proles dum tantam se novit mens quanta est, nec minor est amor dum tantum se diligit quantum novit et quanta est.

Incipiunt capitula decimi libri

De studiis discere amantium quod ignorant, quod tamen non expeterent si penitus ignorarent. ¶ Nullius causa amari videatur incognita, cum ipsa scientia eorum quae nesciunt expetitur. ¶ An incognita sibi sit mens, cum sequitur ut novit. ¶ De praeceptis mentis quae non potest ignorare. ¶ In quo mens nosse se debeat et a quibus abstinere ne eis cum propriis delectetur atque ita se minus noverit. ¶ In quibus mens de se cogitans possit errare. ¶ De opinionibus eorum qui mentem aliquid proprium corporis esse senserunt. ¶ Cum mens in se sequens nihil de se corporeum debeat cogitare. ¶ Quo mens cogitat se ipsam. ¶ Cum mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat de quibus sit esse dubitandum. ¶ De memoria

intelligentia et voluntate in quibus habet in se quandam ymaginem divine trinitatis

De quendam ymaginem trinitatis etiam in hiis que ad extra corporis sensibus concipit mens ad ea ipsa consequenter enodatius explicanda limatior accedat intencio. Ac primum quia rem prorsus ignotam amare omnino nullus potest diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studencium id est non iam scientium sed adhuc scire cupientium quamque doctrinam. et in hiis quippe rebus in quibus non usitate dicitur studium solent existere amores ex auditu dum cuiusque pulchritudinis fama ad videndum ac fruendum animus accenditur quia generaliter novit corporum pulchritudines ex eo quod plurimas vidit et inest intrinsecus unde approbetur quod forinsecus inhiatur. Quod cum fit non rei penitus incognite amor excitatur cuius genus ita notum est. Bonum enim virum cum amamus cuius faciem non vidimus ex notitia virtutum amamus quas novimus in ipsa veritate. Ad doctrinas autem cognoscendas plerumque nos laudantium atque predicantium accendit auctoritas. et tamen nisi breviter impressam cuiusque rei vel doctrine haberemus in animo notionem nullo ad eam discendam studio flagraremus. Quis enim sciendi gratia rethorice ullam curam et operam impenderet nisi ante sciret eam esse scientiam dicendi. Aliquando etiam ipsarum doctrinarum fines auditos expertosque miramur et exardescimus facultatem comparare discendo qua ad eos pervenire possimus. tanquam si litteras nescienti dicatur quandam esse doctrinam qua quisque valeat cuipiam longe sit absenti verba mittere manu facta in silentio que rursus ille cui mittuntur non auribus sed oculis colligat idque fieri videat. Nonne dum concupiscit nosse quomodo id possit omni studio ad illum finem movetur quem iam notum tenet. Sic accenduntur studia discentium. Nam quod quisque prorsus ignorat amare nullo pacto potest. Ita etiam signum si quisque audiat incognitum velut verbi alicuius sonum quod quid significet ignorat, cupit scire quid nam sit id est sonus ille cui rei commemorande institutus sit. velut audiat cum dicitur temetum et ignorans quid sit requirat. Iam itaque oportet ut noverit signum esse id est non esse inanem illam vocem sed aliquid ea significari. alioquin iam nota est hec trisillaba et articulatam speciem suam impressit animo per sensum aurium. quid amplius in eo requirat quo magis innotescat cuius omnes littere omnesque soni spatia nota sunt nisi quia simul innotuit signum esse movitque sciendi cupiditatem cuius rei signum sit. Quo ergo amplius notum est sed non plene notum est, eo cupit animus de illo nosse quod reliquum est. Si enim tantum esse istam vocem nosset eamque alicuius rei signum esse non nosset nihil iam quereret sensibili re quantum poterat sentiendo percepta. Nunc vero quia non solum esse vocem sed et signum iam novit perfecte id nosse vult. Neque ullum perfecte signum noscitur nisi cuius rei signum sit cognoscatur. Hoc ergo qui ardenti cura querit ut noverit studioque accensus insistit. Num potest dici esse sine amore. Quid ergo amat. Certe enim amari aliquid nisi notum non potest. Neque enim ille istas tres sillabas amat quas iam notas habet. Quod si iam hoc in eis amat quia scit eas significare aliquid non inde nunc agitur. Non enim hoc nosse querit. sed in eo quod scire studet quid amet inquirimus quod profecto nondum novit et propterea miramur cur amet quoniam firmissime novimus amari nisi nota non posse. Quid ergo amat nisi quia novit atque intuetur in rationibus rerum que sit pulchritudo doctrine qua continentur noticie signorum omnium et que utilitas in ea peritia qua inter se humana societas sensa communicat ne sibi hominum cetus deteriores sint quavis solitudine si cogitationes suas colloquendo non misceant. Hanc ergo speciem decoram et utilem cernit et novit et amat eamque in se perfici studet quantum potest quisquis vocum significantium quecumque ignorat inquirit. Aliud est enim quod eam in veritatis luce conspicit aliud quod in sua facultate concupiscit. Conspicit namque in luce veritatis quam magnum et quam bonum sit omnes omnium gentium linguas intelligere ac loqui nullumque ut alie-

ingenia audire et a nullo ita audiri cum notitie decorem cogitacione iam conspicimus amatur
quia res nota. quia ita conspiciatur atque inflammat studia ut etiam eam moveant et quod inhient
in omni opera quam impendunt consequende tali facultati ut etiam usu amplectantur quod racione pre-
noscunt. atque ita quisque ad facultatem spe propinquat ei ferventiore amore inardescit. Eis dis-
ciplinis quippe studetur vehemencius que capi posse non desperantur. Nam cuius rei adi-
piscende spem quisque non gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat quamvis quam pulcra
sit videat. Quocirca quia omnium linguarum spes fere ab omnibus desperatur, sue gentis quis-
que maxime studet ut noverit. Quod si et illi ad perfectum percipiende se non sufficere sentit
nemo tamen tam desidiosus est huius noticie qui non cum audit incognitum verbum velit
nosse quid illud sit et si potest querat ac discat. Quod dum querit utique in studio discendi est
et videtur rem amare incognitam quod non ita est. Species namque illa tangit animum quam
novit et cogitat in qua lucet decus consociandorum animorum in vocibus audiendis atque
reddendis. ea que accendit studio querentem quidem quod ignorat, sed notam formam que
ad id pertineat intuentem et amantem. Ita quod si querenti sibi verba quid sit temetum
(hoc enim exempli causa posueram) dicatur quid ad te pertinet rubebit ne forte audiat
loquentem et non intelligat aut ipsam forte legat et quid scriptor senciat nesciat.
Cuius tamen huic dicat Noli intelligere quod audis noli nosse quod legis. Omnibus enim
fere animis racionabilibus in promptu est ad videndum huius perite pulcritudo qua sibi
mutuo cogitata sermonum vocum enunciacione noscuntur. propter hoc notum decus et ob hoc
amatum quia notum studiose queritur ubi illud ignotum. Itaque cum audierit atque cognoverit
temetum a veteribus vinum appellatum sed iam ex usu loquendi quem nunc habemus hoc
vocabulum emortuum propter nonnullos fortasse veterum libros sibi necessarium deputabit. Si vero
et illos supervacaneos habet forte iam nec dignum quod memorie commen-
det existimat quia videt ad illam speciem doctrine quam notam mente intuetur atque amat
minime pertinere. Quapropter omnis amor studentis animi hoc est volentis scire quod nescit
non est amor eius rei quam ignorat sed eius quam scit propter quod vult scire quod nescit. aut
si tam curiosus est ut non propter aliquam notam causam sed solo amore rapiatur incognita
sciendi. discernendus quidem est ab studiosi nomine iste curiosus. Sed nec ipse amat incognita
immo congruencius dicitur odit incognita que nulla esse vult dum vult omnia cognita. Sed neque quisquam
nobis difficiliorem referat quaestionem asserens tam non posse quemquam odisse quod nescit quam
potest amare quod nescit non resistimus veritati sed intelligendum est hoc non idem dici cum dicitur
amat scire incognita ac si diceretur amat incognita. Illud enim fieri potest ut amet quisque
scire incognita. Ut autem amet incognita non potest. non enim frustra ibi positum est
scire quoniam qui scire amat incognita non ipsa incognita sed ipsum scire amat. Quod nisi ha-
beret cognitum neque se scire quisquam posset fidenter dicere neque nescire. Non solum enim
qui dicit scio et verum dicit necesse est ut quid sit scire sciat sed etiam qui dicit nescio
idque fidenter dicere. neque nescire. Non solum enim qui dicit scio et verum dicit et scit verum
se dicere scit utique quid sit scire quia et discernit a sciente nescientem cum veraciter
se intuens dicit nescio et cum id se scit verum dicere unde sciret si quid sit scire nesciret

Quilibet ergo studiosus et quilibet curiosus non amat incognita etiam cum arden-
tissimo appetitu instat scire quod nescit. Aut enim iam genere notum habet
quod amat idque nosse expetit in aliqua singula vel in singulis rebus que
illi nondum note forte laudantur fingitque animo ymaginariam formam qua excitetur
in amorem. Unde autem fingit nisi ex rebus que iam noverat. Cuius tamen forme
animo figurate atque in cogitacione notissime si eam que laudabatur dissimilem in-
venerit fortasse non amabit. Quod si amaverit ex illo amare incipiet ex quo di-
dicit. paulo ante quippe alia erat que amabatur quam sibi animus formans fortasse non
amabilem formans exhibere consueverat. Si autem illi forme similem invenerit quam
fama predicaverat cui vere possit dicere iam te amabam nec tunc utique amabat

incognita quam in illa similitudine novimus aut in specie sempiternae rationis videmus ali-
quid et ibi amamus. Quod cum expressum in aliqua temporalis effigie illis qui experti sunt
laudantibus credimus et amamus non aliquid amamus incognitum unde iam supra satis
disseruimus. Aut aliquid notum amamus propter quod ignotum aliquid requirimus cuius ignoti
amor nequaquam nos tenet sed illius cogniti quo pertinere novimus ut id etiam quod adhuc
ignotum quaerimus noverimus de incognito verbo paulo ante locutus sum aut ipsum scire quisque
amat quod nulli scire aliquid cupienti esse incognitum potest. His causis videtur amare in-
cognita qui scire aliquid vult quod nescit et propter ardentiorem quaerendi appetitum
sine amore esse dici non potest. Sed quam se res aliter habeat neque omnino quicquam ametur
incognitum arbitror me persuasisse veritatem diligenter intuentibus. Sed quia exempla
quae dedimus eorum sunt qui aliquid quod ipsi non sunt nosse cupiunt videndum est ne for-
te aliquid novum genus appareat cum se ipsam mens nosse desiderat.

Quid ergo amat mens cum ardenter se ipsam quaerit ut noverit dum incognita sit sibi. Ecce
enim mens se ipsam quaerit ut noverit et inflammatur hoc studio. Amat igitur. Sed
quid amat. si se ipsam quomodo cum se nondum noverit. Nec quisquam possit amare quod nescit.
An ei fama praedicavit speciem suam sicut de absentibus solemus audire. Forte ergo
non se amat sed quod de se fingit hoc amat longe fortassis aliud quam ipsa est. aut
si se mens sui similem fingit et ideo cum hoc figmentum amat se amat antequam
noverit quia id quod sui simile est intuetur. Novit ergo alias mentes ex quibus se fingit
et genere ipso nota est. Cur ergo alias mentes novit se non novit cum se ipsa nihil sibi
possit esse praesentius. Quod si ut oculis corporis magis alii oculi noti sunt quam ipsi
sibi non se ergo quaerat numquam inventura. Nunquam enim se oculi praeter specula videbunt nec
ullo modo putandum est etiam rebus incorporeis contemplandis aliquid tale adhiberi ubi
mens tamquam in speculo se noverit. An in ratione veritatis aeternae videt quam speciosum sit nosse
semetipsam. Et hoc amat quod videt studetque in se fieri quia quamvis sibi non sit nota
ei tamen est quam bonum sit ut sibi nota sit. Et quidem permirabile est nondum se nosse et
quam sit pulchrum se nosse iam nosse. An aliquem finem optimum id est securitatem et beatitudinem
suam videt per quandam occultam memoriam quae in longinqua eam progressam non deseruit et
credit ad eundem finem nisi se ipsam cognoverit se pervenire non posse. Ita dum illud amat hoc
quaerit et notum amat et id propter quod quaerit ignotum. Sed cur memoria beatitudinis
suae potuit et memoria sui cum ea perdurare non possit ut tam se nosset quo vult perve-
nire. An cum se nosse amat non se quam nondum novit sed ipsum nosse amat acerbius-
que tolerat se ipsam deesse scientiae suae qua vult cuncta comprehendere. Novit autem
quid sit nosse et dum hoc amat quod novit etiam se cupit nosse. Ubi ergo nosse suum
novit si se non novit. Nam novit quod alia novit se autem non novit. hinc enim
novit et quid sit nosse. Quo pacto se igitur aliquid scientem scit quae se ipsam ne-
scit. Neque enim alteram mentem scientem scit sed se ipsam. Scit igitur se ipsam. Deinde
cum se quaerit ut noverit quaerentem se iam novit. Iam se ergo novit. Quapropter
non potest omnino nescire se quae dum se nescientem scit se utique scit. Si autem se nescien-
tem nesciat non se quaerit ut sciat. Quapropter eo ipso quo se quaerit magis se sibi
nota quam ignota esse convincitur. Novit enim se quaerentem atque nescientem dum se
quaerit et novit. Quid ergo dicemus. An quod ex parte se novit ex parte non novit.
Sed absurdum est dicere non eam totam scire quod scit. Non dico totum scit sed quod scit
tota scit. Cum itaque aliquid de se scit quod nisi tota non potest totam se scit. Scit
autem se aliquid scientem nec potest quicquam scire nisi tota. Scit se igitur totam.

Quid ergo ei tam notum est quam se vivere. Non potest autem et mens esse et
non vivere quae non habet etiam amplius ut intelligat. Nam et animae bestiarum

vivunt sed non intelligunt. Sicut ergo mens tota mens est sic tota vivit. novit autem se vi
vere totam ergo novit totam. Postremo cum se nosse mens quaerit, mentem se esse novit. Alioquin utrum
se quaerat ignorat. et aliud pro alio forsitan quaerat. Fieri enim potest ut ipsa non sit mens
atque ita dum mentem nosse quaerit non se ipsam quaerat. Quapropter quoniam cum quaerit mens quid
mens sit novit quod se quaerat profecto novit quod ipsa sit mens. Porro si hoc in se novit quod mens
est, et tota mens est totam se novit. Sed ecce non se noverit esse mentem cum autem
se quaerit hoc tantum noverit quod se ipsam quaerit se quaerat. Potest enim etiam sic aliud pro alio quaerere
si hoc nescit. ut non quaerat aliud pro alio procul dubio novit quid quaerat. et se ipsam quaerit
se ipsam utique novit. Quid ergo adhuc quaerit. Quod si ex parte se novit. ex parte autem ad
huc quaerit. non se ipsam sed partem suam quaerit ~~hoc deest quemadmodum solemus quaerere~~
Cum enim ea ipsa dicitur tota dicitur. Deinde quia novit nondum se a se inventam totam
novit quanta sit tota atque ita quaerit quod deest quemadmodum solemus quaerere ut veniat
in mente quod excidit. nec tamen penitus excidit quia potest recognosci cum venerit hoc
esse quod quaerebatur. Sed quomodo mens veniat in mentem quasi possit mens in mente non
esse. Huc accedit quia si parte inventa non se totam quaerit tamen tota se quaerit. Tota ergo
sibi praesto est. et quid adhuc quaeratur non est. hoc enim deest quod quaeritur non illa quae
quaerit. Cum itaque tota se quaerit nihil eius deest. aut si non tota se quaerit, sed pars quae
inventa est quaerit partem quae nondum inventa. Non se ergo mens quaerit cuius nulla
pars quaerit se. pars enim quae inventa est non se ipsam quaerit. pars autem quae nondum inventa
est nec ipsa se quaerit quoniam ab ea quae iam inventa est parte quaeritur. Quocirca quia
nec tota se quaerit mens nec pars eius ulla se quaerit. se mens omnino non quaerit.

Utquid ergo ei praeceptum est ut se ipsam cognoscat. Credo ut se cogitet et secundum
naturam suam vivat id est ut secundum suam naturam ordinari appetat sub eo scilicet cui sub
denda est supra ea quibus praeponenda est sub illo a quo regi debet. Multa enim per cu
piditatem pravam tamquam sui sit oblita sic agit. Videt enim quaedam intrinsecus pulchra
in praestantiore natura quae deus est. et cum stare debeat ut eis fruatur volens ea
sibi tribuere et non ex illo similis illius sed ex se ipsa esse quod ille est avertitur ab eo
moveturque et labitur in minus et minus quod putatur amplius et amplius. quia nec ipsa sibi
nec ei quidquam sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit. Ideoque per egestatem
ac difficultatem fit nimis intenta in actiones suas et inquietas delectationes

nimis

quas per eas colligit atque ita cupiditate acquirendi noticias ex his quae foris
sunt quorum cognitum genus amat et sentit amitti posse nisi impensa cura
teneatur perdit securitatem. tantoque se ipsam minus cogitat quanto magis secura
est quod se non possit amittere ita cum aliud sit non se nosse aliud non se cogitare
Neque enim multarum doctrinarum peritum ignorare grammaticam dicimus cum eam non cogitat
quia de medicinae arte tunc cogitabat. Cum ergo aliud sit non se nosse. aliud non
se cogitare. tanta vis est amoris ut ea quae cum amore diu cogitaverit eis
que curae glutino inhaeserit attrahat secum etiam cum se ad cogitandam quo
dammodo redit. Et quia illa corpora sunt quae foris per sensus carnis adamavit. eorumque
diuturna quadam familiaritate implicata est nec secum potest introrsus tamquam
in regionem incorporeae naturae ipsa corpora inferre imagines eorum convolvit
et rapit factas in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis formandis quiddam
substantiae suae servat autem aliquid quo libere de specie talium imaginum iudicet
Nam illas animae partes quae corporum similitudinibus informantur etiam cum bestiis
nos communes habere sentimus

Errat autem mens cum se istis imaginibus tanto amore coniungit ut etiam
se aliquid esse huiusmodi existimet. ita enim conformatur eis quodammodo
non id existendo sed putando. non quo se imaginem putet sed omnino id ipsum
cuius imaginem secum habet. Viget quippe in ea iudicium discernendi corpus

quod foris relinquit ab ymagine quam de illo secum gerit nisi tum ita exprimuntur eedem yma-
gines tamquam foris sentiantur non intus cogitentur sicut dormientibus aut furentibus aut
in aliqua extasi accidere solet. Cum itaque se tale aliquid putat corpus se esse putat et
quia sibi bene conscia est sui principatus quo corpus regit

Hinc factum est ut quidam quererent quid corporis amplius valet in corpore et hoc esse
mentem vel omnino totam animam existimarent. Itaque alii sanguinem alii cerebrum alii
cor non sicut scriptura dicit Confitebor tibi domine in toto corde meo et diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo. hoc enim abutendo vel transferendo vocabulo dicitur a corpore ad ani-
mum sed ipsam omnino particulam corporis quam visceribus dilaniatis videmus eam esse putaverunt.
Alii ex minutissimis individuisque corpusculis quas athamos dicunt concurrentibus
in se atque coherentibus eam confici crediderunt. alii aerem. alii ignem substantiam eius
esse dixerunt. Alii eam nullam substantiam esse quia nisi corpus nullam substantiam poterant
cogitare et eam corpus esse non inveniebant sed ipsam temperationem corporis nostri vel
compagem primordiorum quibus ista caro tamquam connectitur esse opinati sunt. et ideo eam
mortalem esse senserunt quia sive corpus esset sive aliqua compositio corporis non
posset utique immortaliter permanere. Qui vero eius substantiam vitam quandam nequaquam cor-
poream quandoquidem vitam esse omne vivum corpus animantem ac vivificantem esse reppererunt con-
sequenter et immortalem quia vita carere vita non potest ut quisque potuit probare conati
sunt. Nam de quinto illo nescio quo corpore quod notissimis quatuor mundi huius elementis
quidam coniungentes hinc animam esse dixerunt hoc loco diu disserendum non puto. Aut
enim hoc vocant corpus quod nos cuius in loci spatio pars toto minor est et in illis
adnumerandi sunt qui mentem corpoream esse crediderunt aut si vel omnem vel mutabilem
omnem mutabilem substantiam corpus appellant cum sciant non omnem locorum spatiis
aliqua longitudine et latitudine et altitudine contineri non cum eis de vocabuli questione
pugnandum est. In his omnibus sententiis quisquis videt mentis naturam et esse substantiam et
non esse corpoream id est non minore sui parte minus occupare loci spatium maiusque maio-
re simul oportet videat eos qui opinantur esse corpoream non ob hoc errare quod mens desit
eorum notitie sed quod adiungunt ea sine quibus nullam possunt cogitare naturam. Sine
fantasiis enim corporum quicquid iussi fuerint cogitare nichil omnino esse arbitrantur.
Ideoque non se tamquam sibi desit mens requirat. Quid enim tam cognitioni adest quam
id quod menti adest aut quid tam menti adest quam ipsa mens. Unde et ipsa que ap-
pellatur inventio si verbi originem retractemus quid aliud resonat nisi quia invenire
est in id venire quod queritur. Propterea que quasi ultro in mentem veniunt non usitate dicun-
tur inventa quamvis cognita dici possint quia non in ea querendo tendebamus ut in
ea veniremus hoc est ea inveniremus. Quapropter sicut ea que oculis aut ullo
alio corporis sensu requiruntur ipsa mens querit ipsa enim etiam sensum carnis intendit
tunc enim invenit cum in ea que requiruntur ipsa mens querit ipsa enim etiam idem
sensus venit sic alia que non corporeo sensu internuncio sed per seipsam nosse debet cum
in ea venit aut in superiore substantia id est in deo aut in ceteris anime partibus sicut de
ipsis ymaginibus corporum cum iudicat intus enim in anima eas invenit per corpus

Ergo seipsam quemadmodum querat et inveniat mirabilis questio est
quo tendat ut querat aut quo veniat ut inveniat. Quid enim tam in
mente quam mens est. Sed quia in his est que cum amore cogitat sensibilibus autem
id est corporalibus cum amore assueta facta est non valet sine ymaginibus eorum
esse in semetipsa. Hinc ei oboritur erroris dedecus dum rerum sensarum yma-
gines secernere a se non potest ut se solam videat. Coheserunt enim mirabiliter
glutino amoris et hec est eius immundicia quoniam dum se solam nititur cogitare
hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare. Cum ergo ei precipitur ut seipsam
cognoscat non se tamquam sibi detracta sit querat sed id quod sibi addidit detra-
hat. Interior est enim ipsa non solum quam ista sensibilia que manifeste foris sunt sed
etiam quam ymagines eorum que in parte quadam sunt anime quam habent et bestie quamvis
intelligentia careant que mentis est propria. Cum ergo sit mens interior quodammodo
exit a semetipsa cum in hec quasi vestigia multarum intentionum exerit amoris

affectum quae vestigia tamquam imprimunt memoriae. Quia non haec quae foris sunt corporalia sentiuntur
ut etiam cum absunt ista praesto sunt in imaginibus eorum cogitantibus. Cognoscat ergo semet
ipsam nec quasi absentem se quaerat, sed intentionem voluntatis qua per alia vagabatur statuat
in se ipsa et se cogitet. Ita videbit quod numquam se non amaverit, numquam nescierit, sed aliud secum
amando cum eo se confudit et concrevit quodammodo atque ita dum sicut unum diversa com-
plectitur unum putavit esse quae diversa sunt.

Non itaque velut absentem se quaerat cernere sed praesentem se curet discernere. Nec se quasi
non novit cognoscat, sed ab eo quod alterum novit dinoscat. Ipsum enim quod audit
cognosce te ipsam quomodo agere curabit si nescit aut quid sit cognosce aut quid sit te ipsam?
Si autem utrumque novit, novit et se ipsam. Quia non ita dicitur menti cognosce te ipsam sicut dicitur
cognosce cherubim et seraphim; de absentibus enim illis credimus secundum quod caelestes
quaedam potestates praedicantur esse. Neque sicut dicitur cognosce voluntatem illius hominis quae
nobis nec ad sentiendum ullo nec ad intelligendum praesto est nisi corporalibus signis editis,
et hoc ita ut magis ~~illius hominis~~ credamus quam intelligamus. Neque ut dicitur homini vide faciem
tuam, quod nisi in speculo fieri non potest. Nam et ipsa nostra facies absens ab aspectu nostro est,
quia non ibi est quo ille dirigi potest. Sed cum dicitur menti cognosce te ipsam, eo ictu quo
intelligit quod dictum est te ipsam cognoscit se ipsam, nec ob aliud quam eo quod sibi praesens est.
Si enim quod dictum est non intelligit, non utique facit. Hoc igitur ei praecipitur ut faciat
quod cum praeceptum ipsum intelligit facit. Non ergo adiungat aliud ad id quod se ipsam cognoscit
cum audit ut se ipsam cognoscat. Certe enim novit sibi dici, sibi scilicet quae est et
vivit et intelligit. Sed est et cadaver, vivit et pecus; intelligit autem nec cadaver
nec pecus. Sic ergo se esse et vivere scit quomodo est et vivit intelligentia.

Cum ergo verbi gratia mens aerem se putat, se tamen intelligere scit; aerem autem
se esse non scit sed putat. Secernat quod se putat, cernat quod scit; hoc ei remaneat
unde ne illi quidem dubitaverunt qui aliud atque aliud corpus esse mentem putaverunt.
Neque enim omnis mens aerem se esse existimat, sed aliae ignem, aliae cerebrum, aliaeque
aliud corpus et aliud aliae, sicut supra commemoravi; omnes tamen se intelligere noverunt
et esse et vivere, sed intelligere ad quod intelligunt referunt, esse autem et
vivere ad se ipsas. Et ~~nulli~~ nulli dubium est nec quemquam intelligere qui non vivat,
nec quemquam vivere qui non sit. Ergo consequenter et esse et vivere id quod intelligit,
non sicuti est cadaver quod non vivit, nec sicut vivit anima quae non intelligit, sed proprio
quodam eodemque praestantiore modo. Item velle se sciunt, neque hoc posse quemquam qui
non sit et qui non vivat pariter sciunt; itemque ipsam voluntatem referunt ad ali-
quid quod ea voluntate volunt. Meminisse etiam se sciunt; simul et sciunt quod nemo
meminisset nisi esset ac viveret; sed et ipsam memoriam referimus ad aliquid
quod ea meminimus. Duobus igitur horum trium, memoria et intelligentia, multarum rerum
notitia atque scientia continetur. Voluntas autem adest per quam fruamur eis vel
utamur. Fruimur enim cognitis in quibus voluntas ipsis propter se ipsa delectata
conquiescit; utimur vero eis quae ad aliud referimus quo fruendum est. Nec est alia
vita hominis vitiosa atque culpabilis quam male utens et male fruens, de qua
re non est disserendi locus. Sed quoniam de natura mentis agitur, removeamus a considera-
tione nostra omnes notitias quae capiuntur extrinsecus per sensus corporis, et ea quae posui-
mus omnes mentes de se ipsis nosse certasque esse diligentius attendamus. Utrum enim
aeris sit vis vivendi, reminiscendi, intelligendi, volendi, cogitandi, sciendi, iu-
dicandi, an ignis, an cerebri, an sanguinis, an atomorum, an praeter usitata quattuor
elementa quinti nescio cuius corporis, an ipsius carnis nostrae compago vel tempera-
mentum haec efficere valeat, dubitaverunt homines, et alius hoc, alius illud affirmare et
conatus est. Vivere se tamen et meminisse et intelligere et velle
et cogitare et scire et iudicare quis dubitet? Quandoquidem etiam si dubitat vivit

si dubitat unde dubitet meminit, si dubitat dubitare se intelligit, si dubitat certus
esse vult, si dubitat cogitat, si dubitat scit se nescire, si dubitat iudicat non se teme-
re consentire oportere. Quisquis igitur aliunde dubitat de his omnibus dubitare non debet, que
si non essent de ulla re dubitare non posset. Hec omnia qui vel corpus vel compo-
sicionem seu temperacionem corporis esse mentem putant, in subiecto esse volunt videri ut substancia sit
aer vel ignis sive aliud aliquod corpus quod mentem putant, intelligencia vero ita insit
huic corpori sicut qualitas eius, ut illud subiectum sit, hec in subiecto, subiectum scilicet mens quam corpus
esse arbitrantur, in subiecto autem intelligencia sive quid aliud eorum que certa nobis esse
commemoravimus. Iuxta opinantur etiam illi qui mentem ipsam negant esse corpus sed com-
paginem aut temperacionem corporis. Hoc enim interest quod illi mentem ipsam dicunt esse substanciam
in qua subiecta sit intelligencia. Isti enim ipsam mentem in subiecto esse dicunt corpore scilicet
cuius composicio vel temperacio est. Unde consequenter etiam intelligenciam quid aliud quam in eodem
subiecto corpore existimant? Qui omnes non advertunt mentem nosse se etiam cum querit se sicut
iam ostendimus. Nullo modo autem recte dicitur sciri aliqua res dum eius ignoratur substancia. Qua-
propter dum se mens novit, substanciam suam novit, et cum de se certa est, certa est autem de se sicut
convincunt ea que supra dicta sunt. Nec omnino certa est utrum aer an ignis sit an aliquod
corpus vel aliquid corporis. Non est igitur aliquid eorum. Totumque illud quod se iubetur
ut noverit ad hoc pertinet ut certa sit non se esse aliquid eorum de quibus incerta est, id-
que solum esse se certa est quod solum esse se certa est. Sic enim cogitat ignem aut aerem
et quicquid aliud corporis cogitat, neque ullo modo fieri posset ut ita cogitaret id quod
ipsa est quemadmodum cogitat id quod ipsa non est. Per fantasiam quippe ymaginariam
cogitat hec omnia, sive ignem sive aerem sive illud vel illud corpus partem partemve illam
seu compaginem temperacionemque corporis, nec utique ista omnia sed aliquid horum esse dicitur.
Si quid enim horum esset, aliter id quam cetera cogitaret, non scilicet per ymaginale figmen-
tum sicut cogitantur absencia que sensu corporis tacta sunt, sive omnino ipsa sive eius-
dem generis aliqua, sed quadam interiore non simulata sed vera presencia. Non enim quicquam illi est
se ipsa presencius, sicut cogitat vivere se et meminisse et intelligere et velle se. Novit
enim hec in se nec ymaginatur quasi extra se illa sensu tetigit sicut corporalia que-
que tanguntur. Ex quorum cogitacionibus si nichil sibi affingat ut tale aliquid esse se putet,
quicquid ei de se remanet hoc solum ipsa est.

Remotis igitur paulisper ceteris quorum mens de se ipsa certa est, tria hec potissimum
considerata tractemus, memoriam, intelligenciam, voluntatem. In his enim tribus
inspici solent et ingenia parvulorum cuiusmodi preferant indolem. Quanto quippe
tenacius et facilius puer meminit quantoque acutius intelligit et studet ardencius,
tanto est laudabilioris ingenii. Cum vero de cuiusque doctrina queritur, non quanta
firmitate ac facilitate meminerit vel quanto acumine intelligat, sed quid me-
minerit et quid intelligat queritur. Et quia non tantum quam doctus sit consideratur lau-
dabilis animus sed et quam bonus, non tantum quid meminerit et quid intelli-
gat verum etiam quid velit attenditur, non quanta flagrancia velit sed quid velit prius deinde
quantum velit. Tunc enim laudandus est animus vehementer amans cum id quod amat
vehementer amandum est. Cum igitur dicuntur hec tria, ingenium, doctrina, usus, primum
horum consideratur in illis tribus quid possit quisque memoria, intelligencia, voluntate.
Secundum horum consideratur quid habeat quisque in memoria et intelligencia quo studiosa
voluntate pervenerit. Iam vero usus tercius in voluntate est pertractante illa que memo-
ria et intelligencia continentur, sive ad aliquid ea referat sive eorum fine delectata
conquiescat. Uti enim est assumere aliquid in facultatem voluntatis, frui vero est uti
cum gaudio non adhuc spei sed iam rei. Proinde omnis qui fruitur utitur, assumit
enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectacionis. Non autem omnis qui utitur fruitur,
si id quod in facultatem voluntatis assumit non propter id ipsum sed propter aliud appetit

hec igitur tria memoria intelligentia voluntas quoniam non sunt tres vite sed una vita nec tres
mentes sed una mens · consequenter utique nec tres substancie sunt sed una substancia. memoria quippe
que vita et mens et substancia dicitur ad se ipsam dicitur. Quod vero memoria dicitur ad aliquid relative
dicitur. hoc de intelligentia quoque et de voluntate dixerim · et intelligentia quippe et voluntas ad ali-
quid dicitur. vita est autem unaquaque ad se ipsam et mens et essencia. Quocirca tria hec
eo sunt unum quo una vita una mens una essencia. et quicquid aliud ad se ipsa
singula dicuntur etiam simul non pluraliter sed singulariter dicuntur. Eo vero tria. quo ad se invicem
referuntur. Que si equalia non essent, non solum singula singulis sed etiam omnibus
singula non utique se invicem caperent. Neque enim tantum a singulis singula verum etiam a
singulis omnia capiuntur. Memini enim me habere memoriam et intelligentiam et voluntatem
simul memini. Quod enim memorie mee et intelligo me intelligere et velle atque
meminisse et volo me velle et meminisse et intelligere. totamque meam memoriam
et intelligentiam et voluntatem simul memini. Quod enim memorie mee non memini
non est in memoria mea. Nichil enim tam in memoria · quam ipsa memoria est. Totam
ergo memini. nec quicquid intelligo intelligere me scio. et scio me velle quicquid
volo. Quicquid autem scio memini. totam ergo intelligentiam totamque voluntatem meam
memini. Similiter cum hec tria intelligo. tota simul intelligo. Neque enim quicquam
intelligibilium non intelligo consequenter est non memini nec volo. Quicquid ergo intel-
ligibilium memini et volo. consequenter intelligo. Voluntas etiam mea totam intelligentiam
totamque memoriam meam capit. dum toto utor quod memini et intelligo. Quapropter
quando non invicem a singulis et tota et omnia capiuntur equalia sunt tota singula
totis singulis et tota singula simul omnibus totis. Et hec tria unum una vita
una mens una essencia

Iam ne igitur ascendendum est qualibuscumque intencionis viribus ad illam summam
et altissimam essenciam cuius impar ymago est humana mens sed tamen ymago.
an adhuc eadem tria distinctius declaranda sunt in anima per illa que extrinsecus
sensu corporis capimus ut temporaliter imprimitur rerum corporearum noticia. Quandoquidem
ipsam mentem quippe ipsam in memoria et intelligentia et voluntate sui met ipsius talem reperie-
bamus ut quoniam semper se nosse semper se ipsam velle comprehendebatur simul
etiam semper sui meminisse semper que se ipsam intelligere et amare comprehenderetur
quamvis non semper se cogitare discretam ab eis que non sunt quod ipsa est ac per hoc
difficile in ea dinoscitur memoria sui et intelligentia sui. Quasi enim non sint hec
duo sed unum duobus vocabulis appelletur. sic apparet in ea re ubi valde
ista coniuncta sunt et aliud alio nullo preceditur tempore amor quoque ipse non ita
sentitur esse cum eum non prodit indigencia. quoniam semper presto est quod amatur.
Quapropter etiam tardioribus dilucescere hec possunt dum ea tractantur que ad animum
tempore accedunt et que illi temporaliter accedunt cum meminit quod antea non meminerat
et cum videt quod antea non videbat et cum amat quod antea non amabat
Sed aliud hec tractatio iam poscit exordium propter huius libelli modum. Incipiunt
capitula libri xi

De ymagine trinitatis etiam in eo quod ymago dei non est in homine
exteriore querenda. De visibili et vidente atque visione. De memoria qua
visorum ymago retinetur et intencione anime que in utroque consistit. De ym-
maginibus quas cogitacionis acies intuetur in fantasia quam memoria con-
cepit. De cogitacionibus innoxiis et de hiis que ab acie recordacionis abi-
gende sunt. De fine voluntatis quo cognoscitur si recta an prava capiat.
De ea trinitate que iam non est ex corpore neque ex corporis sed de memoria ne
scitur cogitantis. De multiplicacionibus trinitatis que ex recordacione parietur
Cur in quorundam trinitatum voluntas nec parens inveniatur esse nec proles
Quam facile sit cogitanti fingere secundum eas species quas non vidit. ex earum recor-
datione quas vidit. De mensura et numero et pondere quorum similitudo sit in
memoria et visione et voluntate. Incipit liber xi beati augustini de trinitate

Nemini dubium est, sicut interiorem hominem intelligentia, sic exteriorem sensu
corporis preditum. Nitamur ergo si possumus in hoc quoque exteriore indagare qualecumque
vestigium trinitatis, non quia et ipse eodem modo sit ymago dei. Manifesta est quippe
apostolica sententia que interiorem hominem renovari in dei agnitionem
declarat secundum ymaginem eius qui creavit eum. Et alio loco dicit: Et si exterior
homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem. In hoc ergo qui corrumpitur que-
ramus quemadmodum possumus quandam trinitatis effigiem, et si non expressiorem, tamen fortassis
ad dinoscendum faciliorem. Neque enim frustra et iste homo dicitur nisi quia inest ei
nonnulla interioris similitudo. Et illo ipso ordine conditionis nostre quo mortales atque
carnales effecti sumus, facilius et quasi familiarius visibilia quam intelligibilia
pertractamus, cum ista sint exterius, illa interius, et ista sensu corporis sentiamus, illa mente
intelligamus, nosque ipsi animi non sensibiles simus, id est corporales, sed intellectibiles, quoniam
vita sumus. Tamen ut dixi, tanta facta est in corporibus consuetudo, et ita in hec
miro modo relabens foras se nostra proicit intentio, ut cum ab incerto corporum ablata fuerit,
ut in spiritu multo certiore ac stabiliore cognitione figatur, refugiat ad ista et ibi appe-
tat requiem unde traxit infirmitatem. Cuius egritudini congruendum est, ut si quando
interiora spiritualia accommodatius distinguere atque facilius insinuare conamur, de corpora-
libus exterioribus similitudinum documenta capiamus. Sensu igitur corporis exterior homo preditus
sentit corpora, et iste sensus, quod facile advertitur, quinquepertitus est: videndo, audiendo,
olfaciendo, gustando, tangendo. Sed et multum est et non necessarium ut omnes hos quinque
sensus id quod querimus interrogemus. Quod enim nobis unus eorum renunciat, etiam
in ceteris valet. Itaque potissimum testimonio utamur oculorum. Is enim sensus corporis
maxime excellit, et est visioni mentis pro sui generis diversitate vicinior.

Cum igitur aliquod corpus videmus, hec tria, quod facillimum est, consideranda
sunt et dinoscenda. Primo ipsa res quam videmus, sive lapidem, sive aliquam
flammam, sive quid aliud quod videri potest oculis, quod utique iam esse poterat
et antequam videretur; deinde visio, que non erat priusquam rem illam obiectam sensui
sentiremus; tertio quod in ea re que videtur quamdiu videtur sensum detinet oculorum,
id est animi intentio. In his igitur tribus non solum est manifesta distinctio, sed etiam
discreta natura. Primum quippe illud corpus visibile longe alterius nature est quam
sensus oculorum, quo sibi incidente fit visio. Ipsaque visio quid aliud quam sensus
ex ea re que sentitur informatus apparet? Quamvis re visibili detracta nulla sit,
nec ulla omnino esse possit talis visio, si corpus non sit quod videri queat, nullo modo
tamen eiusdem substantie est corpus quo formatur sensus oculorum cum idem corpus videtur, et ipsa
forma que ab eodem imprimitur sensui, que visio vocatur. Corpus enim a visu in
sua natura separabile est; sensus qui iam erat in animante etiam priusquam videret quod
videre posset, cum in aliquod visibile incurreret; vel visio que fit in sensu ex vi-
sibili corpore cum iam coniunctum est et videtur; sensus ergo vel visio, id est sensus non
formatus extrinsecus vel sensus formatus extrinsecus, ad animantis naturam pertinet
omnino aliam quam est id corpus quod videndo sentimus, quo sensus non ita formatur
ut sensus sit, sed ut visio sit. Nam sensus et ante obiectum rei sensibilis nisi esset
in nobis, non distaremus a cecis, dum nichil videmus sive in tenebris sive
clausis luminibus. Hoc enim distamus, quod nobis inest et non videntibus quo videre
possimus, qui sensus vocatur. Illis vero non inest, nec aliunde nisi quod eo carent ceci
appellantur. Item illa animi intentio que in ea re quam videmus sensum tenet
atque utrumque coniungit, non tantum ab ea re visibili natura differt, quandoquidem iste animus,
id corpus est, sed ab ipso quoque sensu atque visione, quia solius animi est hec
intentio. Sensus autem oculorum non ob aliud sensus corporis dicitur nisi quia et ipsi

oculi membra sit corporis. et spiritus non sentiat corpus ex aere. Anima tamen commixta corpori
per instrumentum sentit corporeum. et id instrumentum sensus vocatur qui etiam passione corporis
cum quisque excecatur interceptus extinguitur cum idem maneat animus et eius intentio
luminibus amissis non habeat quidem sensum corporis quod videndo extrinsecus corpori adiungat
atque in eo viso figat aspectum. nisu tamen ipso indicet se adempto corporis sensu nec
perire potuisse nec minui. Manet enim quidam videndi appetitus integer
sive id possit sive non possit. Hec igitur tria corpus quod videtur et ipsa visio
et que utrumque coniungit intentio manifesta sunt ad dinoscendum non solum propter
propria singulorum verum etiam propter differentiam naturarum. atque in his cum sensus non procedat
ex corpore illo quod videtur sed ex corpore sentientis animantis cui anima suo quodam
miro contemperatur tamen ex corpore quod videtur gignitur visio id est sensus ipse formatur ut iam
non tantum sensus qui etiam in tenebris esse integer potest dum est incolumitas oculorum
sed etiam sensus informatus sit que visio vocatur. Gignitur ergo ex re visibili vi-
sio. ita sane ut ex vidente sit sensus oculorum et aspicientis atque intuentis in-
tentio. Illa tamen informatio sensus que visio dicitur a solo imprimitur corpore quod
videtur id est re aliqua visibili. qua detracta nulla manet forma que inerat
sensui dum adest illud quod videbatur. Sensus tamen ipse remanet qui erat et prius
quam aliquid sentiret velud in aqua vestigium tamdiu est donec ipsum cor-
pus quod imprimitur inest quo ablato nullum erit cum remaneat aqua que erat
et antequam illam formam corporis caperet. Ideoque non possumus quidem dicere quod sensum
gignat res visibilis gignit tamen formam velut similitudinem suam que fit in sensu
cum aliquid videndo sentimus. sed formam corporis quod videmus et formam que ab ea
in sensu videntis fit per eundem sensum non discernimus quia tanta coniunctio est ut non
pateat discernendi locus. Sed ratione colligimus nequaquam nos potuisse sentire nisi
fieret in sensu nostro aliqua similitudo conspecti corporis. Neque enim cum anulus cere
imprimitur ideo nulla ymago facta est quia non discernitur nisi cum fuerit separata. Sed
quoniam post ceram separatam manet quod factum est ut videri possit propterea facile persua-
detur quod inerat iam cere forma impressa ex anulo et antequam ex illa separaretur.
Si autem liquido humori adiungeretur anulus et detracto nichil ymaginis appareret
non ideo tamen discernere ratio non debet fuisse in illo humore antequam detraheretur
anuli formam factam ex anulo que distinguenda est ab ea forma que in anulo
est unde ista facta est que detracto anulo non erit quamvis illa in anulo
maneat unde ista facta est. Sic sensus oculorum non ideo non habet ymaginem quod
corporis quod videtur quamdiu videtur quia eo detracto non remanet. ac per hoc tardioribus inge-
niis difficillime persuaderi potest formari in sensu nostro ymaginem rei visibilis cum
eam videmus et eandem formam esse visionem. Sed qui forte advertit quod commemorabo
non ita in hac inquisitione laborabit. plerumque cum diuscule attenderimus quaeque lumina-
ria et deinde oculos clauserimus quasi versantur in conspectu quidam lucidi colores
varie sese commutantes et minus minusque fulgentes donec omnino desistant. Quos
intelligendum est reliquias esse forme illius que facta erat in sensu cum corpus
lucidum videretur paulatim et quodam gradatim deficiendo variari. Nam et
fenestrarum cancelli si eos forte intuebamur sepe in illis apparuere coloribus
ut manifestum sit hanc affectionem nostro sensui ex ea re que videbatur impressam. Erat
ergo etiam cum videremus et illa clarior et expressior sed multum iuncta cum specie rei eius
que cernebatur ut discerni omnino non posset et ipsa erat visio. Quin etiam cum lucerne
flammula modo quodam divaricatis radiis oculorum geminatur due visiones fiunt
cum sit res una que videtur. Singillatim quippe afficiuntur idem radii de suo quis-
que oculo emicantes dum non sinuntur in id corpus intuendum pariter coniuncteque con-
currere ut unus fiat ex utroque contuitus. et ideo si unum oculum clauserimus non geminum ignem
sed sicuti est unum videbimus. Cur autem sinistro oculo clauso illa species videri
desinit que ad dexteram erat vicissimque dextro clauso illa intermoritur que ad ·

sinistrorum cadat, et longius est, et rei presentis non natum modo querere atque disserere. Quod enim ad susceptam questionem satis est, nisi fieret in sensu nostro quedam ymago simillima rei eius quam cernimus non secundum oculorum numerum forme species geminaretur cum quidam cernendi modus adhibitus fuerit quibus fit coniunctionem separare radiorum. Ex uno quippe oculo quolibet modo deducto aut impresso aut intorto si alter clausus est, duplum videri aliquid quod sit unum nullo pacto potest. Que cum ita sint tria hec quamvis diversa natura, quemadmodum in quandam unitatem contemperentur meminerimus id est species corporis que videtur, et ymago eius impressa sensui quod est visio sensusve formatus, et voluntas animi que rei sensibili sensum admovet in eoque ipsam visionem tenet. Horum primum id est res ipsa visibilis non pertinet ad animantis naturam nisi cum corpus nostrum cernimus. Alterum autem ita pertinet ut et in corpore fiat et per corpus in anima. Fit enim in sensu qui neque sine corpore est neque sine anima. Tertium vero solius est anime quia voluntas est. Cum igitur horum trium tam diverse substantie sint et in tantam coeunt unitatem ut duo priora vix intercedente iudice ratione discerni valeant, species videlicet corporis quod videtur et ymago eius que fit in sensu id est visio, voluntas enim tantam habet vim copulandi hec duo ut et sensum formandum admoveat ei rei que cernitur et in ea formatum teneat. Et si tam violenta est ut possit vocari amor, aut cupiditas aut libido, etiam cetera corpora animantis vehementer afficit et ubi non resistit pigrior durior que materies in similem speciem coloremque commutat. Licet videre corpusculum cameleontis ad colores quos videt facillima conversione variari. Aliorum autem animalium quia non est ad conversionem facilis corpulentia, fetus plerumque produnt libidines matrum quid cum magna delectatione conspexerint. Quanto enim teneriora et ut ita dixerim formabiliora sunt primordia seminum tam efficacius et capacius sequuntur intentionem materne anime et que in ea facta est fantasiam per corpus quod cupide aspexit. Sunt exempla que copiose commemorari possint. Sed unum sufficit de fidelissimis libris, quod fecit Iacob ut oves et capre varios colores parerent supponendo eis variata virgulta in canalibus aquarum que potantes intuerentur eo tempore quo conceperant. Sed anima rationalis deformiter vivit cum secundum trinitatem exterioris hominis vivit id est cum ad ea que forinsecus sensum corporis formant non laudabilem voluntatem qua hec ad utile aliquid referat sed turpem cupiditatem qua his inhesescat accommodat. Quia etiam detracta specie corporis que corporaliter sentiebatur remanet in memoria similitudo eius quo rursus voluntas convertat aciem ut inde formetur intrinsecus sicut ex corpore obiecto sensibili sensus extrinsecus formabatur.

Utque sit trinitas ex memoria et interna visione et que utrumque copulat voluntate. Que tria cum in unum coguntur ab ipso coactu cogitatio dicitur. Nec iam in his tribus diversa substantia est. Neque enim aut corpus aliud sensibile ibi est quod omnino discretum est ab animantis natura aut sensus corporis sibi formatur ut fiat visio aut voluntas ipsa id agit ut formandum sensum sensibili corpori admoveat in eoque formatum detineat, sed pro illa specie corporis que sentiebatur extrinsecus succedit memoria retinens illam speciem quam per corporis sensum combibit anima. Proque illa visione que foris erat cum sensus ex eo corpore sensibili formaretur succedit intus similis visio cum ex eo quod memoria tenet formatur acies animi et absentia corpora cogitantur. Voluntasque ipsa quomodo foris corpori obiecto formandum sensum admovebat formatumque iungebat, sic aciem recordantis animi convertit ad memoriam ut ex eo quod illa retinuit ista formetur et sit in cogitatione similis visio. Sicut autem ratione discernebatur species visibilis qua sensus corporis formabatur et eius similitudo que fiebat in sensu formato ut esset visio, alioquin ita erant coniuncte ut omnino una eademque putaretur, sic illa fantasia cum animus cogitat speciem visi corporis cum constat ex corporis similitudine quam memoria tenet et ex ea que inde formatur in acie recordantis animi tamen sic una et singularis apparet ut duo quedam esse non inveniantur nisi iudicante

racione qua intelligimus aliquid esse illud quod in memoria manet etiam cum id aliunde
cogitamus et aliud fieri cum recordamur id est ad memoriam redimus et illic invenimus eandem
speciem. que si iam non ibi esset, ita oblitos nos esse dicimus, ut omnino recolere non
possemus. Si enim acies recordantis non formaretur ex ea re que erat in memoria nullo modo
fieret visio cogitantis, sed utriusque coniunctio id est eius quam memoria tenet, et eius que inde
exprimitur ut formetur acies recordantis quia simillime sunt veluti unam facit apparere. Cum
autem cogitantis acies aversa inde fuerit, ac atque id quod in memoria cernebatur destiterit intueri
nichil forme que impressa erat in eadem acie remanebit. atque inde formabitur quo rursus
sed tamen id recordamur, conversa et conversa formetur atque unum cum eo fiat unde formatur.

Voluntas vero illa. que hac atque hac fert et refert aciem formandam, coniungitque
formatam si ad interiorem fantasiam tota confluxerit atque a presentia corporum que circumia-
cent sensibus atque ab ipsis sensibus corporis animi aciem omnino averterit atque ad eam que intus
cernitur ymaginem penitus converterit tanta offunditur similitudo speciei corporalis
expressa ex memoria ut nec ipsa racio discernere sinatur utrum foris corpus ipsum videatur
an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdum homines nimia cogitatione rerum vi-
sibilium vel illecti vel territi et eiusmodi repente voces ediderunt quasi revera in me-
diis talibus actionibus seu passionibus versarentur. Et memini me audisse a quodam
quod tam expressam et quasi solidam speciem feminei corporis in cogitando cernere solent ut
ei se quasi misceri sentiens etiam genitalibus flueret. tantum habet virium anima in corpus
suum et tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam atque mutandam quomodo afficiatur
indutus qui coheret indumento suo. Ex eodem genere affectionis etiam illud est quod
in sompnis per ymagines ludimur. Sed plurimum differt utrum sopitis sensibus corporis
sicuti sunt dormientium aut ab interiore compage turbatis sicut sunt furencium. aut alio
quodam alienatis sicut sunt divinancium vel prophetancium animi intencio quadam
necessitate incidat in eas que occurrunt ymagines sive ex memoria. sive alia aliqua
occulta vi per quasdam spirituales mixturas similiter spiritualis substancie / aut sicut sa-
nis atque vigilantibus interdum contingit ut cogitatione occupata se voluntas aver-
tat a sensibus. atque ita formet animi aciem variis ymaginibus rerum sensibilium
tamquam ipsa sensibilia sentiantur. Non tantum autem cum appetendo in talia voluntas
attenditur. fiunt iste impressiones ymaginum. sed etiam cum devitandi et cavendi
causa rapitur animus in ea contuenda que fugiat. unde non solum cupiendo sed
etiam metuendo infertur vel sensus ipsis sensibilibus vel acies animi for-
manda ymaginibus sensibilium. Itaque aut metus aut cupiditas quanto ve-
hemencior fuerit tanto expressius formatur acies seu sencientis ex corpore quod
in loco adiacet. sive cogitantis ex ymagine corporis in memoria continetur
et quod est aspicientis visio continetur. Quod ergo est ad corporis sensum aliquod
corpus in loco hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria et quod est
aspicientis visio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur hoc est visio cogitantis
ad ymaginem corporis in memoria constitutam ex qua formatur acies animi. et quod
est intencio voluntatis ad corpus visum visionemque copulandam ut fiat ibi
quedam unitas trium quamvis eorum sit diversa natura. hoc est voluntatis eadem intencio
ad copulandam ymaginem corporis que inest in memoria et visionem cogitantis
id est formam quam cepit acies cogitantis animi rediens ad memoriam ut fiat et hic
quedam unitas ex tribus non iam nature diversitate discretis sed unius eiusdem
substancie quia hoc totum intus est et hoc totum unus animus

Sicut autem cum forma et species corporis interierit non potest ad eam voluntas
sensum revocare cernendi. ita cum ymago quam memoria gerit oblivione de-
leta est, non erit quo animi aciem formandam voluntas recordando

detorqueat. Quod ideo prevalet animus, non solum oblita, verum etiam non sensa nec experta con-
fingere, ea que non exciderunt augendo, minuendo, commutando et pro arbitrio componendo,
sepe ymaginatur quasi ita sit aliquid, quod aut scit non ita esse aut nescit ita esse. In quo
genere cavendum est ne aut mentiatur ut decipiat aut opinetur ut decipiatur. Quibus
duobus malis evitatis, nichil ei obsunt ymaginata fantasmata, sicut nichil
obsunt experta sensibilia ac retenta memoriter, si neque cupide appetantur si iuvant — iuvat
neque turpiter fugiantur si offendunt. Cum autem in hiis voluntas relictis melioribus
avida volutatur, immunda fit; atque ita et cum assunt et cum absunt per-
niciosius cogitantur. Male itaque vivitur et deformiter secundum trinitatem hominis exterioris,
quia et illam trinitatem que licet interiora ymaginetur, exteriora tamen ymaginatur, sensibilium
corporaliumque utendorum causa peperit. Nullus enim eis uti posset etiam bene nisi sensa-
rum rerum ymagines memoria tenerentur. Et nisi pars maxima voluntatis in superio-
ribus atque interioribus habitet, eaque ipsa que commodatur sive foris corporibus sive
intus ymaginibus eorum, nisi quicquid in eis capit ad meliorem veriorem que vitam
referat atque in eo fine cuius intuitu hec agenda iudicat acquiescat, quid
aliud facimus nisi quod apostolus nos prohibet facere dicens: Nolite conformari huic seculo?
Quapropter non est ista trinitas ymago Dei. Ex ultima quippe, id est corporea creatura, qua
superior est anima, in ipsa anima fit per sensum corporis. Nec tamen est omnino dissimilis. Quid
enim non pro suo genere ac pro suo modulo habet similitudinem Dei? Quandoquidem Deus fecit omnia
bona valde non ob aliud nisi quia ipse summe bonus est. In quantum ergo bonum est quicquid
est, in tantum scilicet quamvis longe distantem habet tamen nonnullam similitudinem summi boni,
et si naturalem, utique rectam et ordinatam; si autem vitiosam, utique turpem atque perversam.
Nam et anime in ipsis peccatis suis non nisi quandam similitudinem Dei superba et prepo-
stera et, ut ita dicam, servili libertate sectantur. Ita nec primis parentibus nostris persuaderi
peccatum posset nisi diceretur: Eritis sicut dii. Non sane omne quod in creaturis aliquo modo
simile est Deo, etiam eius ymago dicenda est, sed illa sola qua superior ipse solus est.
Ea quippe de illo prorsus exprimitur, inter quam et ipsum nulla interiecta natura est.
Visionis igitur illius, id est forme que fit in sensu cernentis, quasi parens est forma corporis
ex qua ipsa fit. Sed parens illa non vera, unde nec ista vera proles est. Neque enim omnino inde
gignitur, quoniam aliquid aliud adhibetur corpori ut ex illo formetur, id est sensus videntis.
Quocirca id amare alienari est. Itaque voluntas que utrumque coniungit quasi parentem
et quasi prolem magis spiritualis est quam quodlibet illorum. Nam corpus illud quod cernitur
omnino spirituale non est. Visio vero que fit in sensu habet admixtum aliquid spirituale,
quia sine anima fieri non potest. Sed non tamen totum ita est, quoniam ille qui formatur corporis
sensus est. Voluntas ergo que utrumque coniungit magis, ut dixi, spiritualis agnoscitur, et
ideo tanquam personam spiritus insinuare incipit in illa trinitate. Sed magis pertinet
ad sensum formatum quam ad illud corpus unde formatur. Sensus enim animantis et
voluntas anime est, non lapidis aut alicuius corporis quod videtur. Non ergo ab illo
quasi parente procedit, sed nec ab ista quasi prole, hoc est visione ac forma que in sensu
est. Prius enim quam visio fieret, iam erat voluntas que formandum sensum cernendo
corpori admovit, sed nondum erat placitum. Quo enim placeret quod nondum erat visum?
Placitum autem quieta voluntas est. Ideoque nec quasi prolem visionis possumus
dicere voluntatem, quia erat ante visionem, nec quasi parentem, quia non ex voluntate sed ex
viso corpore formata et expressa est. Finem fortasse voluntatis et requiem
possumus recte dicere visionem ad hoc dumtaxat unum. Neque enim propterea nichil aliud
volet quia videt aliquid quod volebat.

Non utique omnino ipsa voluntas hominis cuius finis non est nisi beatitudo, sed
ad hoc unum interim voluntas videndi finem non habet nisi visionem, sive
id referat ad aliud sive non referat. Si enim non refert ad aliud
visionem, sed tantum voluit ut videret, non est disputandum quomodo ostendatur finem voluntatis

112.

esse visionem manifestum est omnium. Si autem referat ad aliud ut quod aliud, ut iam videndi voluntas non sit, aut si videndi, non hoc videndi tamen, si vellet quispiam videre cicatricem vulnus fuisse, aut si velit videre fenestram ut per fenestram videat transeuntes, omnes iste atque alie tales voluntates suos proprios fines habent qui referuntur ad finem illius voluntatis qua volumus beate vivere et ad eam pervenire vitam que non referatur ad aliud sed amanti per se ipsa sufficiat. Voluntas ergo videndi finem habet visionem et voluntas hanc rem videndi finem habet huius rei visionem. Voluntas itaque videndi cicatricem finem suum expetit, hoc est visionem cicatricis, et ad eam ultra non pertinet voluntas enim probandi vulnus fuisse alia voluntas est, quamvis ex illa religetur, cuius item finis est probatio vulneris. Et voluntas videndi fenestram finem habet fenestre visionem. Altera est enim que ex ista nectitur voluntas per fenestram videndi transeuntes, cuius item finis est visio transeuntium. Recte autem sunt voluntates et omnes sibimet religate, si bona est illa quo cuncte referuntur; si autem prava est, prave sunt omnes. Et ideo rectarum voluntatum connexio iter est quoddam ascendentium ad beatitudinem quod certis velut passibus agitur. Pravarum autem atque distortarum voluntatum implicatio vinculum est quo alligabitur qui hoc agit ut proiciatur in tenebras exteriores. Beati ergo qui factis et moribus cantant canticum graduum, et ve hiis qui trahunt peccata sicut restem longam. Sic est autem requies voluntatis quem dicimus finem, si adhuc refertur ad aliud, quemadmodum possumus dicere requiem pedis esse in ambulando cum ponitur unde aliud innitatur cum passibus pergitur. Si autem aliquid ita placet ut in eo cum aliqua delectatione voluntas acquiescat, nondum est tamen id quo tenditur, sed et hoc si refertur ad aliud deputatur non tamquam patria civis sed tamquam refectio vel etiam mansio viatoris.

Iam vero in alia trinitate interiore quidem quam est ista in sensibilibus et in sensibus, sed tamen que inde concepta est, cum iam non ex corpore sensus corporis sed ex memoria formatur acies animi, cum in ipsa memoria species inheserit corporis quod forinsecus sensimus, illam speciem que in memoria est quasi parentem dicimus eius que fit in fantasia cogitantis. Erat enim in memoria et priusquam cogitaretur a nobis, sicut erat corpus in loco et priusquam sentiretur ut visio fieret. Sed cum cogitatur, ex illa quam memoria tenet exprimitur in acie cogitantis, et reminiscendo formatur ea species que tamquam proles est eius quam memoria tenet. Sed neque illa vera parens neque ista vera proles. Acies quippe animi que formatur ex memoria cum recordando aliquid cogitamus non ex ea specie procedit quam meminimus visam, quandoquidem eorum meminisse non possemus nisi vidissemus. Acies autem animi que reminiscendo formatur erat etiam priusquam corpus quod meminimus videremus, quanto magis priusquam id memorie mandaremus. Quamquam itaque forma que fit in acie recordantis ex ea fiat que inest memorie, ipsa tamen acies non inde existit sed erat ante ista. Consequens est autem ut si non est illa vera parens, nec ista sit vera proles. Sed et illa quasi parens et ista quasi proles aliquid insinuant unde interiora atque veriora exercitatius certiusque videantur.

Difficilius iam plane discernitur utrum voluntas que memorie copulat visionem non sit alicuius eorum sive parens sive proles. Et hanc discretionis difficultatem facit eiusdem nature atque substantie parilitas atque equalitas. Neque enim sicut foris facile discernebatur formatus sensus a sensibili corpore et voluntas ab utroque propter nature diversitatem que inest ab invicem omnibus tribus, de qua supra disseruimus, ita et hic potest. Quamvis enim hec trinitas de qua nunc queritur forinsecus invecta sit animo, intus tamen agitur et non est quidquam eius preter ipsam animi naturam. Quo igitur pacto demonstrari potest voluntatem nec quasi parentem nec quasi prolem esse sive corporee similitudinis que memoria continetur, sive eius que inde cum recordamur exprimitur, quando utrumque in cogitando ita copulat ut tamquam unum singulariter appareat et discerni nisi ratione non possit. Atque illud primum videndum est non esse posse voluntatem reminiscendi nisi vel totum vel aliquid

rei eius quam reminisci volumus in penetralibus memorie teneamus. Nam si omnino et
omni ex parte obliti fuerimus nec reminiscendi voluntas exoritur, quoniam quicquid recor-
dari volumus recordati iam sumus in memoria nostra esse vel fuisse. Verbi gratia si
recordari volo quid heri cenaverim, aut recordatus iam sum cenasse me, aut si adhuc
non, certe circa ipsum tempus aliquid recordatus sum, si nichil aliud, ipsum saltem
hesternum diem, et eius eam partem qua cenari solet, et quid sit cenare. Nam si
nichil tale recordatus essem quid heri cenaverim recordari velle non possem.
Unde intelligi potest voluntatem reminiscendi ab hiis quidem rebus que memoria
continentur procedere, adiunctis simul eis que inde per recordationem cernendo ex-
primuntur, id est ex copulatione rei cuiusdam quam recordati sumus et visionis que
inde facta est in acie cogitantis cum recordati sumus. Ipsa que utrumque copu-
lat voluntas requirit et aliud quod quasi vicinum est atque contiguum recordanti.
Tot igitur huius generis trinitates quot recordationes, quia nulla est earum ubi non hec tria sint:
id quod in memoria reconditum est etiam antequam cogitetur, et id quod fit in cogitatione
cum cernitur, et voluntas utrumque coniungens et ex utroque ac tertia seipsa unum aliquid
complens. An potius ita cognoscitur una quedam in hoc genere trinitas, ut
unum aliquid generaliter dicamus quicquid corporalium specierum in memoria latet, et rursus
unum aliquid generalem visionem animi talia recordantis atque cogitantis, quorum
duorum copulationi tertia coniungitur copulatrix voluntas, ut sit hoc totum unum quod-
dam ex quibusdam tribus.

Sed quoniam non potest acies animi simul omnia que
memoria tenet uno aspectu contueri, alternant vicissim cedendo ac succe-
dendo trinitates cogitationum, atque ita fit ista innumerabiliter numerosissima trini-
tas, nec tamen infinita, si numerus in memoria rerum reconditarum non excedatur. Ex quo e-
nim cepit unusquisque sentire corpora quolibet corporis sensu, etiam si posset adiunge-
re que oblitus est, certus ac determinatus profecto numerus fieret, quamvis innumerabilis. Dici-
mus enim innumerabilia non solum infinita, sed etiam que ita finita sunt ut facultatem
numerantis excedant. Sed hinc adverti aliquanto manifestius potest aliud esse quod recon-
ditum memoria tenet, et aliud quod inde in cogitatione recordantis exprimitur,
quamvis cum fit utriusque copulatio unum idemque videatur, quia meminisse non possumus
corporum species nisi tot quot sensimus et sicut sensimus. Ex corporis enim sensu
eas in memoriam combibit animus; visiones tamen ille cogitantium ex hiis quidem rebus
que sunt in memoria, sed tamen innumerabiliter atque omnino infinite multiplicantur
atque variantur. Unum quippe solem memini, quia sicuti est unum vidi; si voluero
autem duos cogito vel tres vel quotquot volo, sed ex eadem memoria qua unum
memini formatur acies multos cogitantis. Et tantum memini quantum vidi. Si enim
maiorem vel minorem memini quam vidi, iam non memini quod vidi, et ideo nec
memini. Quia vero memini, tantum memini quantum vidi, vel maiorem tamen pro
voluntate cogito vel minorem. Et ita memini ut vidi; cogito autem sicut volo cur-
rentem, et ubi volo stantem, unde volo et quo volo venientem. Quadrum
etiam mihi cogitare in promptu est cum meminerim rotundum, et cuiuslibet coloris
cum solem nonnisi rutilum viderim, et ideo non meminerim. Atque ut solem, ita et
cetera. Hee autem rerum forme, quoniam corporales atque sensibiles sunt, errat quidem animus
cum eas opinatur eo modo foris esse quo intus cogitat, vel cum iam interie-
runt foris et adhuc in memoria retinentur, vel cum etiam quod meminimus
non recordandi fide sed cogitandi varietate formatur. Quamquam sepissime
credamus etiam vera narrantibus que ipsi sensibus perceperunt. Que cum in ipso
auditu cum narrantur cogitamus, non videtur ad memoriam retorqueri acies
ut fiant visiones cogitantium; neque enim ea nobis recordantibus, sed alio narrante
cogitamus; atque illa trinitas non hic videtur expleri, que fit cum species in memoria
latens et visio recordantis tertia voluntate copulantur. Non enim quod latebat

in memoria mea sed quod audio cogito cum aliquid mihi narratur non ipsas lo-
quentis dico ne quisquam putet in illud me exisse in unitate que sonis in sensibilibus
et sensibus agitur sed eas cogito corporum species que narrans verbis sonisque significat
quas utique non reminiscens sed audiens cogito. Sed si diligentius consideremus nec
tunc exceditur memorie modus. Neque enim vel intelligere possem narrantem si ea
que ~~dixit~~ dicit et si contexta tunc primum audirem non tamen generaliter singula meminis-
sem. Qui enim mihi narrat verbi gratia aliquem montem silva exutum et oleis indutum
ei narrat qui meminerim species et montium et silvarum et olearum quas si oblitus
essem quid diceret omnino nescirem et ideo narrationem illam cogitare non possem.
Ita fit ut omnis qui corporalia cogitat sive ipse aliquid confingat sive audiat
aut legat vel preterita narrantem vel futura prenunciantem ad memoriam suam recur-
rat et ibi reperiat modum atque mensuram omnium formarum quas cogitans intuetur.
Nam neque colorem quem umquam vidit neque figuram corporis nec sonum quem umquam au-
divit nec saporem quem numquam gustavit nec odorem quem numquam olfecit nec ullam
contrectationem corporis quam numquam sensit potest quisquam omnino cogitare. At si propterea
nemo aliquid corporale cogitat nisi quod sensit quia nemo meminit corporale aliquid
nisi quod sensit sicut in corporibus sentiendi sic in memoria est cogitandi modus.
Sensus enim accipit speciem ab eo corpore quod sentimus et a sensu memoria a memoria aci-
es cogitantis. Voluntas porro sicut adiungit sensum corpori sic memoriam sensui sic cogi-
tantis aciem memorie. Que autem conciliat ita atque coniungit ipsa autem disiungit
atque separat id est voluntas. Sed a sentiendis corporibus motu corporis separat corporis sensus
ne aliquid sentiamus aut ut sentire desinamus velut cum oculos ab eo quod videre
nolumus avertimus vel claudimus sic aures a sonis sic nares ab odoribus. Ita
etiam vel os claudendo vel aliquid ex ore respuendo a saporibus aversamur. In tactu
quoque vel subtrahimus corpus ne tangamus quod nolumus vel si iam tangebamus abicimus
aut repellimus ita motu corporis agit voluntas ne sensus corporis rebus sensibilibus
copuletur et agit hoc quantum potest. Nam cum in hac actione propter condicionem servilis
mortalitatis difficultatem patitur cruciatus est consequens ut voluntati nichil reliqui fiat
nisi tolerancia. Memoriam vero a sensu voluntas avertit cum in aliud intenta non
ei sinit inherere presentia. Quod ad advertendum facile est cum sepe coram loquentibus
vel loquente nobis aliquo aliud cogitando non audisse nobis videmur. Falsum est
autem audivimus enim non meminimus subinde per aurium sensum labentibus vocibus ali-
enato nutu voluntatis per quem solent infigi memorie. Verius itaque diximus cum
tale aliquid accidit non meminimus quam non audivimus. Nam et legentibus evenit
et mihi sepissime ut perlecta pagina vel epistola nesciam quid legerim et repetam.
In aliud quippe intento nutu voluntatis non sic est adhibita memoria sensui cor-
poris quomodo sensus ipse adhibitus est litteris ita et ambulantes intenta in aliud
voluntate nesciunt qua transierint. Quod si non vidissent non ambulassent aut ma-
iore intentione palpando ambulassent presertim si per incognita pergerent sed
quia facile ambulaverunt utique viderunt. Quia vero non sicut sensus oculorum locis
quacumque pergebant ita ipsi sensui memoria iungebatur nullo modo id quod viderunt etiam
recentissimum meminisse potuerunt. Iam porro ab eo quod in memoria est animi
aciem velle avertere nichil est aliud quam non inde cogitare.

In hac igitur distributione cum incipimus a specie corporis et pervenimus usque ad speciem
que fit in intuitu cogitantis quatuor species reperiuntur quasi gradatim nate altera ex
altera secunda de prima tercia de secunda quarta de tercia. A specie quippe corporis quod
cernitur exoritur ea que fit in memoria et ab ea que fit in acie cogitantis.
Quapropter voluntas quasi parentem cum prole ter copulat primo speciem corporis
cum ea ~~que fit in memoria~~ quam gignit in corporis sensu et ipsam rursus
cum ea que ex illa fit in memoria atque istam quoque tercio cum ea que fit ex
illa pariter in cogitantis intuitu. Sed media copula que secunda est cum sit

propinquior non tamen similis est parenti quod tres visiones sint quae una sen-
tientis altera cogitantis. ut autem possit esse visio cogitantis ideo fit in memoria
de visione sentientis simile aliquid quo se ita convertat in cogitando acies ani-
mi sicut se in cernendo convertit ad corpus acies oculorum. propterea duas in hoc genere trini-
tates volui commendare unam cum visio sentientis formatur ex corpore aliam cum
visio cogitantis formatur ex memoria. mediam vero nolui quia non ibi solet di-
ci cum memoriae commendatur forma quae fit in sensu cernentis. ubique tamen voluntas
non apparet nisi copulatrix quasi parentis et prolis. et ideo undecumque procedit nec pa-
rens nec proles dici potest.

Etenim si non meminimus nisi quod sensimus neque cogitamus nisi quod meminimus
cur plerumque falsa cogitamus cum ea quae sensimus non utique falso meminimus
nisi quia voluntas illa quam coniunctricem ac separatricem huiuscemodi rerum quantum potui
demonstrare curavi formandam cogitantis aciem per condita memoriae ducit ut libi-
tum est et ad cogitanda ea quae non meminimus ex eis quae meminimus aliud hinc aliud
inde ut sumat impellit quae in unam visionem coeuntia faciunt aliquid quod ideo falsum
dicitur quia vel non est foris in rerum corporearum natura vel non de memoria videtur ex-
pressum cum tale nihil nos meminimus sensisse. Quis enim videbit cygnum
nigrum et propterea nemo meminit. cogitare tamen quis non potest. Facile enim est illam
figuram quam videndo cognovimus nigro colore perfundere quem in aliis cor-
poribus vidimus. et quia utrumque sensimus utrumque meminimus. Nec avem quadrupe-
dem memini quia non vidi sed fantasiam talem facillime intueor dum alicui forme
volatili qualem vidi adiungo alios duos pedes quales itidem vidi. Quapropter dum
coniuncta cogitamus quae singillatim sensa meminimus videmur non id quod meminimus cogi-
tare cum id agamus moderante memoria unde sumimus omnia quae multipliciter
ac varie pro nostra voluntate componimus. Nam neque ipsas magnitudines corporum quas
numquam vidimus sine ope memoriae cogitamus. Quantum enim spatii solet occupare per
magnitudinem mundi noster obtutus in tantum extendimus quaslibet corporum moles
cum eas maximas cogitamus. et ratio quidem pergit in ampliora sed fantasia non sequitur.
Quippe cum infinitatem quoque numeri ratio renunciet quam nulla visio corporalia
cogitantis apprehendit. eadem ratio docet minutissima etiam corpuscula infinite
dividi. cum tamen ad eas tenuitates vel minutias perventum fuerit quas visas meminimus
exiliores minutioresque fantasias iam non possumus intueri quamvis ratio non
desinat persequi ac dividere. Ita nulla corporalia nisi aut quae meminimus aut ex hiis quae meminimus
cogitamus.

Sed quia innumerabiliter cogitari possunt quae singillatim sunt impressa memoriae
videtur ad memoriam mensura ad visionem vero numerus pertinere quia licet innumerabilis
sit multiplicitas talium visionum singulis tamen in memoria praescriptus est intrans-
gressibilis modus. Mensura igitur in memoria in visionibus numerus apparet. sicut
in ipsis autem visionibus mensura quaedam est cui numerosissime coaptatur sensus
videntium et ex uno visibili multorum cernentium formatur aspectus ita ut etiam
unus propter duorum oculorum numerum plerumque unam rem geminata specie videat sicut supra
docuimus. In his ergo rebus unde visiones exprimuntur quaedam mensura est in ipsis
autem visionibus numerus. voluntas vero quae ista coniungit et ordinat et quadam
unitate copulat nec sentiendi aut cogitandi appetitum nisi in his rebus
unde visiones formantur acquiescens collocat ponderi similis est. Quapropter haec
tria mensuram numerum pondus etiam in ceteris omnibus animadvertenda praelibaverim. Nunc inte-
rim voluntatem copulatricem rei visibilis atque visionis quasi parentis et prolis
sive in sentiendo sive in cogitando nec parentem nec prolem dici posse quibus va-
lui et quibus valui demonstravi. Unde tempus admonet hanc eandem trinitatem
in interiore homine requirere atque ab isto de quo tamdiu locutus sum animali atque
carnali qui exterior dicitur introrsus tendere ubi speramus invenire nos posse.

cogitamus

secundum trinitatem ymaginem dei conatus noster illo ipso adiuvante quem omnia sicut res ipse indicat ita etiam sancta scriptura in mensura et numero et pondere disposuisse testatur. Amen. Explicit liber xi. Incipiunt capitula libri duodecimi. Primum.

Quid sit quod in animo nostro intelligendum sit exteriorem hominem pertinere. Corporales sensus quos nobis esse cum pecore sed proprium esse hominis de hiis que sensu corporis comprehendit secundum eternas iudicare rationes. Rationes corporales ita definimus esse certas si eis regendis mens intellectualis preferatur. Quod una sit mens et id quo mens inclinatur ad temporalia et id quo contemplatur eterna. De opinione eorum qui coniugio masculi et femine et eorum proli divinam comparant trinitatem. Quod homo non ad unius in trinitate persone sed ad totius trinitatis ymaginem sit creatus. Unde eo quod apostolus dicit virum esse ymaginem dei mulierem vero gloriam viri. Quibus progressibus mens corporalium usu et ymagine delectata ab eternorum contemplatione deficiat. Quod per amorem relicto communi bono privata querat. Que sit humana temptatio et quod primo ex corpore inchoatur. Quibus mutationibus homo ab ymagine dei in similitudinem corporis delabatur. Quod non compabiliter sit pravorum hominum prevaricationum mens que ad amorem temporalium sese vertit est tacta corporea. De eorum sententia qui in uno homine mentem in persona viri sensum corporis in persona mulieris accipiendum esse dixerunt. Inter que officia proprie sapientia et scientia dividantur. De opinione platonis qua credidit animas alia vita prius quam corporibus uniret vixisse.

Age nunc videamus ubi sit quedam hominis exterioris interiorisque confinium. Quicquid enim habemus in animo commune cum pecore recte adhuc dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur sed adiuncta quadam vita sua qua compages corporis et omnes sensus vigent quibus instructus est ad exteriora sentienda quorum sensorum ymagines infixe in memoria cum recordando revisuntur res adhuc agitur ad exteriorem hominem pertinens. Atque in his omnibus non distamus a pecore nisi quod figura corporis non proni sed erecti sumus. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit ne meliore nostri parte id est animo similes pecori simus a quibus corporis erectione distamus non ut in ea que sublimia sunt in corporibus animum proiciamus. Nam vel in talibus quietem voluntatis appetere prosternere est animum. Sed sicut corpus ad ea que sunt excelsa corporum id est ad celestia naturaliter erectum est sic animus qui substantia spiritualis est ad ea que sunt in spiritualibus excelsa erigendus est non elatione superbie sed pietate iusticie.

Possunt autem et pecora et sentire per corporis sensus extrinsecus corporalia et ea memorie fixa reminisci atque in eis appetere conducibilia fugere incommoda. Verum etiam ea notare ac non solum naturaliter rapta sed etiam de industria memorie commendata retinere et in oblivionem iam iamque labentia recordando atque cogitando rursus imprimere ut quemadmodum ex eo quod gerit memoria cogitatio formatur sic et hoc ipsum quod in memoria est cogitatione firmetur fictas etiam visiones hinc atque inde recordata quelibet sumendo et quasi assuendo componere inspicere quemadmodum in hoc rerum genere que verisimilia sunt discernantur a veris non spiritualibus sed ipsis corporalibus. Hec atque huiusmodi quamvis in sensibilibus atque in eis que inde animus per sensum corporis traxit agantur atque versentur non sunt tamen rationis expertia nec hominibus pecoribusque communia. Sed sublimioris rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales et sempiternas que nisi supra mentem humanam essent incommutabiles profecto non essent atque his nisi subiungeretur aliquid nostrum non secundum eas possemus de corporalibus iudicare. Iudicamus autem de corporalibus ex ratione dimensionum atque figurarum quam incommutabiliter manere mens novit.

Capitulum tercium. Illud

Illud vero nostrum quod in actione corporalium atque temporalium tractandorum ita versatur
ut non sit nobis commune cum pecore rationale quidem, sed ex illa rationali mentis
substantia qua subhaeremus intelligibili atque incommutabili veritati tamquam ductum
et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus
non inventum est viro adiutorium simile illi nisi de illo detractum in coniugium
formaretur, ita menti nostrae qua supernam et internam consulimus veritatem nullum
est ad usum rerum corporalium quantum naturae hominis satis est simile adiutorium ex animae
partibus quas communes cum pecoribus habemus. Et ideo quiddam rationale nostrum non ad
unitatis divortium separatum sed in auxilium societatis quasi derivatum in sui operis di-
spertitur officium. Et sicut una caro est duorum in masculo et femina, sic intellectum
nostrum et actionem vel consilium et executionem vel rationem et appetitum rationalem
vel si quo alio modo significantius dici possunt, una mentis natura complectitur, ut
quemadmodum de illis dictum est: Erunt duo in carne una, de his dici possit:
Duo in mente una.

Cum igitur disserimus de natura mentis humanae, de una quadam re disserimus, nec eam in haec duo quae commemoravi
nisi per officia geminamus. Itaque cum in ea quaerimus trinitatem, in tota quaerimus,
non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione aeternorum, ut
tertium aliquid iam quaeramus quo trinitas impleatur. Sed in tota natura
mentis ita trinitatem reperiri oportet ut si desit actio temporalium cui operi necessarium sit
adiutorium propter quod ad haec inferiora administranda deducitur aliquid mentis,
in una nusquam dispertita mente trinitas inveniatur; et facta iam ista distributione
in eo solo quod ad contemplationem pertinet aeternorum non solum trinitas
sed etiam imago dei, in hoc autem quod derivatum est in actione temporalium
etiam si trinitas possit, non tamen imago dei possit inveniri.

Proinde non mihi videntur probabilem afferre sententiam qui sic arbitrantur
trinitatem imaginis dei in tribus personis quod attinet ad humanam naturam
posse reperiri ut in coniugio masculi et feminae atque in eorum prole compleatur, quod
quasi vir ipse patris personam intimet, filii vero quod de illo ita processit ut nasceretur,
atque ita tertiam personam velut spiritus dicunt esse mulierem, quae ita de viro proces-
sit ut non ipsa esset filius aut filia quamvis ea concipiente proles nasceretur.
Dixit enim dominus de spiritu sancto quod a patre procedat et tamen filius non est. In hoc
igitur opinionis errore hoc solum probabiliter affertur quod in origine factae feminae secundum
sanctae scripturae fidem optime docetur, ad id quod in symbolo dicitur qui natus est de
spiritu sancto, satis ostenditur non omne quod de aliqua persona ita exsistit ut personam
alteram faciat filium posse dici, quandoquidem de viri persona exstitit mulier nec tamen
filia dicta est. Cetera sane ita sunt absurda, immo vero ita falsa ut facil-
lime redarguantur. Omitto enim quale sit spiritum sanctum matrem filii dei putare
et coniugem patris. Fortassis enim respondeatur haec offendere in carnalibus dum corporei
conceptus partusque cogitantur. Quamquam et haec ipsa castissime cogitent
mundi quibus omnia munda sunt, immundis autem et infidelibus
quorum polluta est et mens et conscientia ita nihil est mundum, ut quosdam eorum
etiam de virgine secundum carnem natus Christus offendat. Sed tamen in spiritualibus
illis summis ubi non est aliquid violabile aut corruptibile, nec natum
ex tempore nec ex informi formatum, si qua dicuntur talia ad quorum similitudinem
inferioris creaturae genera quamvis longe remotissime facta sunt non debent cuiusquam
sobriam perturbare prudentiam, ne humanum devitans horrorem in peiorem
incurrat errorem. Assuescat in corporibus ita spiritualium reperire vestigia ut cum
inde sursum versus duce ratione ascendere coeperit ut ad ipsam incommutabilem veritatem
per quam facta sunt ista perveniat, non secum ad summa pertrahat quod contempsit
in infimis. Nec enim erubuit quidam uxorem sibi eligere sapientiam quia nomen

uxoris in prole gignenda corruptibilem genitum ingerit cogitanti. Aut vero
ipsa sapientia sexu femineo est quia feminini generis vocabulo et in greca et in latina
Non ergo ex persona istarum similitudinum quia lingwa enunciatur
Nam spiritum sanctum et inmobilem atque incommutabilem caritatem
tamquam coniugem dei patris de illo existentem sed non sicut prolem ad gignendum
verbum per quod facta sunt omnia cogitare sed quia eam sola divina scriptura
evidenter ostendit. Dixit enim deus: faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem
nostram. Paulo post autem dictum est: Et fecit deus ad ymaginem dei. Nostram certe
quia pluralis est numerus non recte diceretur si homo ad unius persone ymaginem fieret sive
patris sive filii sive spiritus sancti. Sed quia fiebat ad ymaginem trinitatis, propterea dictum
est: ad ymaginem nostram et similitudinem. Rursus ne in trinitate credendos ar-
bitraremur tres deos, cum sit eadem trinitas unus deus: Et fecit inquit deus hominem
ad ymaginem dei pro eo ac si diceret ad ymaginem suam. Sunt enim tales usitate
in illis litteris locuciones quas nonnulli etiam si catholicam fidem asserunt non tamen
diligenter advertunt, ut putent ita dictum: fecit deus ad ymaginem dei quasi diceretur
fecit pater ad ymaginem filii, sic volentes asserere in scripturis sanctis deum dictum
etiam filium, quasi desint alia verissima et manifestissima documenta ubi non solum
deus sed etiam verus deus dictus est filius. Nam in hoc testimonio dum aliud
solvere intendunt sic se implicant ut expedire non possint. Si enim pater fecit ad
ymaginem filii ut non sit homo ymago patris sed filii, dissimilis est patri filius.
Si autem pia fides docet sicuti docet filium esse ad equalitatem essencie similem
patri, quod ad similitudinem filii factum est necesse est ut ad similitudinem patris factum
sit. Deinde si hominem pater non ad suam sed ad filii fecit ymaginem, cur non
ait faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem tuam sed ait nostram nisi quia trinitatis
ymago fiebat in homine ut hoc modo esset homo ymago unius veri dei
quia ipsa trinitas unus verus deus est. Locuciones enim sunt innumerabiles tales in scrip-
turis sed has protulisse sufficiat. Est in psalmis ita dictum: Domini est salus et
super populum tuum benedictio tua, quasi alteri dictum esset non ei de quo dixerat: Domini
est salus. Et iterum: A te inquit eruar a temptacione et in deo meo sperans trans-
grediar murum, quasi alteri dixisset: A te eruar a temptacione. Et iterum: Populi
sub te cadent in corde inimicorum regis, ac si diceret in corde inimicorum tuorum. Illi quippe
regi dixerat, id est domino Ihesu Christo: Populi sub te cadent, quem regem intelligi voluit
cum diceret in corde inimicorum regis. Rarius ista in novi testamenti libris invenimus. Sed
tamen ad Romanos apostolus de filio suo inquit qui factus est ei ex semine David
secundum carnem, qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificacionis ex re-
surreccione mortuorum Ihesu Christi domini nostri, tamquam de alio superius diceret. Quid
est enim filius dei predestinatus ex resurreccione mortuorum Ihesu Christi domini nostri
nisi eiusdem domini nostri Ihesu Christi qui predestinatus est filius dei? Ergo quod
hic cum audimus filius dei in virtute Ihesu Christi, aut filius dei secundum spiritum
sanctificacionis Ihesu Christi, aut filius dei ex resurreccione mortuorum Ihesu Christi, cum
dici potuisset usitate in virtute sua aut secundum spiritum sanctificacionis sue aut ex
resurreccione mortuorum eius vel mortuorum suorum, non cogimur intelligere
aliam personam sed unam eandemque scilicet filii dei domini nostri Ihesu Christi, ita cum au-
dimus: fecit deus hominem ad ymaginem dei, quamvis posset usitatius dici ad
ymaginem suam, non tamen cogimur aliam personam intelligere in trinitate sed ipsam
unam eandemque trinitatem qui est unus deus, ad cuius ymaginem factus est homo.
Que cum ita sint, si eandem trinitatis ymaginem non in uno sed in tribus hominibus
acceperimus, patre et matre et filio, non erat ergo ad ymaginem dei factus homo
antequam uxor ei fieret et antequam filium procrearent, quia nondum erat trinitas

Nisi forte quia iam trinitas erat, quia et si nondum formata, iam tamen originali natura
et mulier erat in latere viri et filius in lumbis patris eius. Cur ergo cum scriptura dixisset
fecit deus hominem ad ymaginem dei, contexuit et ait masculum et feminam
fecit eos et benedixit eos. vel si ita distinguendum est, et fecit deus hominem, ut de-
inde inferatur ad ymaginem dei fecit eum, et tercia subinferatur masculum et feminam
fecit eos. Timuerunt enim quidam dicere fecit eum masculum et feminam, ne quasi mon-
struosum aliquid intelligeretur, sicuti sunt quos hermofroditas vocant, cum etiam
sic non mendaciter possit intelligi utrumque in numero singulari propter id quod dictum est duo
in carne una. Cur ergo ut dicere ceperam in natura hominis ad ymaginem dei facta preter
masculum et feminam non commemorat scriptura? ad adimplendam quippe ymaginem
trinitatis deerat filius, quamvis iam in lumbis patris constitutus, sicut mulier
erat in latere. An forte iam facta erat et mulier, et scriptura brevi complexione con-
cluserat quod postea quemadmodum sit factum diligentius explicaret, et ideo filius
commemorari non potuit quia nondum erat natus? quasi et hoc non poterat eadem brevitate
complecti spiritus sanctus, suo loco postea natum filium narraturus, sicut mulierem de viri
latere assumptam suo postea loco narravit, et tamen hic eam nominare non pretermisit.

Non itaque ita debemus intelligere hominem factum ad ymaginem summe trinitatis,
hoc est ad ymaginem dei, ut eadem ymago in tribus intelligatur hominibus,
presertim cum apostolus virum dicat esse ymaginem dei, et propterea velamentum ei capitis
demat, quod mulieri adhibendum monet, ita loquens: vir quidem non debet velare
caput, cum sit ymago et gloria dei, mulier autem gloria viri est. Quid ergo dicturi ad hec?
Si ad personam persona mulier adimplet ymaginem trinitatis, cur ea detracta de latere
viri adhuc ille ymago dicitur? Aut si et una persona hominis ex tribus potest dici sicut
in ipsa summa trinitate et unaquaeque persona deus est, cur et mulier non est ymago
dei? Nam propterea caput velare precipitur, quod ille, quia ymago est, prohibetur. Sed
videndum est quomodo non sit contrarium quod dicit apostolus non mulierem sed virum esse yma-
ginem dei, huic quod scriptum est in genesi: fecit deus hominem, ad ymaginem dei
fecit eum, masculum et feminam fecit eos et benedixit eos. Ad ymaginem quippe
dei naturam ipsam humanam factam dicit, que sexu utroque completur, nec ab intelli-
genda ymagine dei separat feminam. Dicto enim quod fecit deus hominem ad ymaginem dei,
fecit eum inquit masculum et feminam, vel certe alia distinctione masculum et feminam
fecit eos. Quomodo ergo per apostolum audivimus virum esse ymaginem dei, unde caput
velare prohibetur, mulierem autem non, et ideo ipsa hoc facere iubetur? Nisi credo illud
esse quod iam dixi cum de natura humane mentis agerem, mulierem cum viro suo esse yma-
ginem dei, ut una ymago sit tota illa substantia. Cum autem ad adiutorium distribuitur,
quod ad eam ipsam solam attinet, non est ymago dei; quod autem ad virum solum pertinet,
ymago dei est tam plena atque integra, quam in unum coniuncta muliere. Sicut de natura mentis
diximus quia et si tota contemplatur veritatem, ymago dei est, et cum ex ea distri-
buitur aliquid et quadam intentione derivatur ad actionem rerum temporalium, nichilomi-
nus ex qua parte conspectam consulit veritatem ymago dei est; ex qua vero intenditur
in agenda inferiora, non est ymago dei. Et quoniam quantumcumque se extenderit
in id quod eternum est, tanto magis inde formatur ad ymaginem dei, et propterea
non est cohibenda ut se inde contineat ac temperet, ideo vir non debet velare
caput. Quia vero illi actioni rationali que in rebus corporalibus temporalibusque versatur
periculosa est nimia in inferiora progressio, debet habere potestatem super caput, quod indicat
velamentum quo significatur esse cohibenda. Grata enim est sanctis angelis sacrata
et pia significatio. Nam deus non ad tempus videt, nec aliquid novum fit in eius vi-
sione atque scientia, cum aliquid temporaliter ac transitorie geritur, sicut inde afficiuntur sensus
carnales animalium et hominum vel in celestes angelorum. In isto quippe manifesto sexu
masculi et femine apostolus paulus occultioris cuiusdam rei figurasse misterium vel
hinc intelligi potest, quod cum alio loco dicat veram viduam esse desolatam sine
filiis et nepotibus, et tamen eam sperare debere in domino et persistere in orationibus nocte

et dic. hic dicat mulierem seductam in preuaricatione facta salua sit per filiorum generationem
et addidit si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate. Quasi
vero possit obesse bone vidue si uel filios non habuit uel hii quos habuit
in bonis moribus permanere noluerint. Sed quia ea que dicuntur opera bona tamquam filii
sunt vite nostre secundum quam queritur cuius vite sit quisque i. quo agat hec temporalia,
Unde greci non zoen sed vion vocant et hec opera bona maxime in officiis misericordie
frequentari solent. opera vero misericordie nichil prosunt siue paganis siue iudeis
qui christo non credunt siue quibusdam hereticis uel scismaticis ubi fides et dilectio
et sobria sanctificatio non inueniuntur. Capitulo viii
Manifestum est quod apostolus figurare voluit idea figurate ac mistice quod
de velando mulieris capite loquebatur quod nisi ad aliquod secretum
sacramenti referatur inane manebit. Sicut enim non solum verissima racio sed etiam
ipsius apostoli declarat auctoritas, non secundum formam corporis homo factus est ad ymaginem
dei sed secundum racionalem mentem. Cogitatio quippe turpis vana est que opinatur
deum membrorum suorum corporalium lineamentis circumscribi atque diffiniri. Porro autem nonne
idem beatus apostolus dicit Renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem eum qui
secundum deum creatus est. Et alibi apertius. Exuentes vos inquit veterem hominem cum actibus
suis induite nouum in agnicionem dei secundum ymaginem eius qui creauit eum.
Si ergo spiritu mentis nostre renouamur et ipse est nouus homo qui renouatur in agnicionem
dei secundum ymaginem eius qui creauit eum. Nulli dubium est non secundum corpus, neque
secundum quamlibet animi partem sed secundum racionalem mentem ubi potest esse agnicio dei. hominem
factum ad ymaginem ad ymaginem eius qui creauit eum. Secundum autem renouacionem
efficimur etiam filii dei per baptismum christi et induentes nouum hominem christum utique
induimus per fidem. Quis est ergo qui ab hoc consorcio feminas alienat. cum
sint nobiscum gratie coheredes. et alio loco idem apostolus dicat. Omnes enim filii
dei estis per fidem in christo ihesu. Quicumque enim in christo baptisati estis christum induistis.
Non est iudeus neque grecus, non est seruus neque liber, non masculus neque
femina. Omnes enim vnum estis in christo ihesu. Numquid nam igitur fideles femine sexum
amiserunt, sed quia ibi renouatur ad ymaginem dei ubi sexus nullus est ibi factus
est homo ad ymaginem dei ubi sexus est. hoc est in spiritu mentis sue. Cur ergo vir
propterea non debet caput velare quia ymago est et gloria dei, mulier vero debet
quia gloria viri est, quasi mulier non renouetur spiritu mentis sue qui renouatur in
agnicione dei secundum ymaginem eius qui creauit illum. sed quia sexu corporis distat
a viro. recte potuit in eius corporali velamento figurari pars illa racionis que
ad temporalia gubernanda deflectitur ut non maneat ymago dei. nisi ex qua parte
mens hominis eternis racionibus conspiciendis uel consulendis adherescat. quam non
solum masculos sed etiam feminas habere manifestum est. Ergo in eorum mentibus communis
natura cognoscitur, in eorum vero corporibus ipsius vnius mentis distribucio figuratur.
Ascendentibus itaque introrsus quibusdam gradibus consideracionis per animi
partes unde incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis
inde incipit racio ubi iam homo interior possit agnosci. Qui etiam ipse si per
illam racionem cui temporalium rerum administracio delegata est i. immoderato progressu
sic nimius in exteriora prolabitur consenciente sibi capite suo i. non eam cohibente atque refrenante illa que in specula consilii presidet quasi viri porcione
inueteratur inter inimicos suos virtutis inuidos demones cum suo principe dyabolo
exteriorum eciam illa visio. ab ipso etiam capite cum coniuge manducante subtrahitur
ut lumen oculorum eius non sit cum illo. ac sic ab illa illustracione veritatis
ambo nudati atque apertis oculis consciencie ad videndum quam inhoneste atque indecori remanserant. tamquam folia dulcium fructuum sed sine ipsis fructibus
ita sine fructu boni operis bona verba contexunt ut male viuentes
quasi bene loquendo contegant turpitudinem suam

Potestatem quippe suam diligens anima a communi universo ad privatam partem prolabitur et apostatica illa superbia quod initium peccati dicitur cum in universitate creature deum rectorem secuta legibus eius optime gubernari potuisset, plus aliquid universo appetens atque id sua lege gubernare molita quia nichil est amplius universitate in curam partilem truditur et sic aliquid amplius concupiscendo minuitur unde et avaricia dicitur radix omnium malorum. Totumque illud ubi aliquid proprium contra leges quibus universitas administratur agere nititur id est per appetitum suum per corpus suum proprium gerit quod partiliter possidet, atque ita formis et motibus corporalibus delectata quia intus ea secum non habet cum eorum ymaginibus quas memorie fixit involvitur et fantastica fornicatione turpiter inquinatur omnia officia sua ad eos fines referens quibus curiose corporalia ac temporalia per corporis sensus querit aut tumido fastu aliis animis corporeis sensibus deditis esse affectat excelsior aut cenoso gurgite carnalis voluptatis immergitur.

Cum ergo bona voluntate ad interiora atque superiora percipienda que non privatim sed communiter ab omnibus qui talia diligunt sine ulla angustia vel invidia casto amplexu possidentur vel sibi vel aliis consulit, etsi fallatur in aliquo per ignoranciam temporalium quia et hoc temporaliter gerit et modum agendi non teneat quem debeat, humana temptacio est. Et magnum est hanc vitam sic agere quam velut viam redeuntes carpimus ut temptacio nos non apprehendat nisi humana. Hoc enim peccatum extra corpus est, nec fornicacioni deputatur et propterea facillime ignoscitur. Cum vero propter adipiscenda ea que per corpus senciuntur propter experiendi vel excellendi vel contrectandi cupiditatem ut in hiis finem boni sui ponat aliquid agit turpiter agit et fornicatur in corpus suum proprium peccans et corporearum rerum fallacia simulacra introrsus rapiens et vana meditacione componens ut ei nec divinum aliquid nisi tale videatur privatim avara fetatur erroribus et privatim prodiga inanitur viribus. Nec ad tam turpem et miserabilem fornicacionem simul ab exordio prosiliret, sed sicut scriptum est qui modica spernit paulatim decidet.

Quomodo enim coluber non apertis passibus sed squamarum minutissimis nisibus repit, sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat et incipiens a perverso appetitu similitudinis dei pervenit ad similitudinem pecorum. Unde est quod nudati stola prima pellicias tunicas mortalitate meruerunt. Honor enim hominis verus est ymago et similitudo dei que non custoditur nisi ad ipsum a quo imprimitur. Tanto magis itaque inheretur deo quanto minus diligitur proprium. Cupiditate vero experiende potestatis sue quodam nutu suo ad se ipsum tamquam ad medium proruit. Ita cum vult esse sicut ille sub nullo et ab ipsa sui medietate penaliter ad yma propellitur id est ad ea quibus pecora letantur. Atque ita cum sit honor eius similitudo dei, dedecus autem eius similitudo pecoris, homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est eis. Qua igitur tam longe transiret a summis ad infima nisi per medium sui? Cum enim neglecta caritate sapiencie que semper eodem modo manet concupiscitur sciencia ex mutabilium temporaliumque experimento inflat non edificat, ita pregravatus animus quasi pondere suo a beatitudine expellitur et per illud sue medietatis experimentum pena sua discit quid intersit inter bonum desertum malumque commissum nec redire potest effusis ac perditis viribus nisi gracia conditoris sui ad penitenciam vocantis et peccata donantis. Quis enim infelicem animam liberabit a corpore mortis huius nisi gracia dei per Ihesum Christum dominum nostrum. De qua gracia suo loco quantum ipse prestiterit disseremus. Nunc de illa parte racionis ad quam pertinet sciencia id est cognicio rerum temporalium atque mutabilium navandis huius vite actionibus necessaria susceptam narracionem et consideracionem quantum dominus adiuvat peragamus. Capitulum xiii

Sicut enim in illo manifesto coniugio duorum hominum qui primi facti sunt non manducavit serpens de arbore vetita sed tantummodo manducandum persuasit mulier autem non manducavit sola sed viro suo dedit et simul manducaverunt quamvis cum serpente sola locuta et ab eo sola seducta sit ita et in hoc quod in homine uno geritur et dinoscitur occulto quodam secreto quasi coniugio carnalis vel ut ita dicam qui in corporis sensus intenditur sensualis animae motus qui nobis pecoribusque communis est seclusus est a ratione sapientiae. Sensu quippe corporis corporalia sentiuntur eterna vero et incommutabilia spiritualia ratione sapientiae intelliguntur. Rationi autem scientiae appetitus vicinus est quando quidem de ipsis corporalibus que sensu corporis sentiuntur ratiocinatur ea que scientia dicitur actionis si bene, ut eam notitiam referat ad finem summi boni. Si autem male, ut eis fruatur tamquam bonis talibus in quibus falsa beatitudine conquiescat. Cum ergo huic intentioni mentis que in rebus temporalibus et corporalibus propter actionis officium ratiocinando vivacitate versatur carnalis ille sensus vel animalis ingerit quandam illecebram fruendi se id est tamquam bono quodam privato et proprio non tamquam publico atque communi quod est incommutabile bonum, tunc velut serpens alloquitur feminam. Huic autem illecebre consentire de ligno prohibito manducare est, sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superioris vero auctoritate consilii ita membra retinentur ut non exhibeantur iniquitatis arma peccato sic habendum puto et existimo velut cibum vetitum mulier sola comederit. Si autem in consensione male utendi rebus que per sensum corporis sentiuntur ita decernitur quodcumque peccatum ut si potestas assit etiam corpore compleatur, intelligenda est illa mulier dedisse viro suo secum simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suaviter verum etiam efficaciter perpetrandum mente decerni nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est membra in opus movendi vel ab opere cohibendi male actioni cedat et serviat.

Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem decernens esse facienda tenens tamen et volvens libenter que statim ut attigerunt animum respui debuerunt negandum est esse peccatum, sed longe minus quam si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda, pectusque percutiendum atque dicendum Dimitte nobis debita nostra faciendumque quod sequitur atque in oratione iungendum, Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus persona sua quisque portabat et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum sola utique mortis supplicio plecteretur ita dici potest in homine uno si delectationibus illicitis a quibus se continuo deberet avertere cogitatio sola libenter pascatur nec facienda decernantur mala sed tantum suaviter in recordatione teneantur quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hec quippe una persona est, unus homo est totusque damnabitur nisi hec que sine voluntate operandi sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur. Hec itaque disputatio qua in mente uniuscuiusque hominis quesivimus quoddam rationale quasi coniugium contemplationis et actionis officiis per quedam singula distributis tamen in utroque mentis unitate servata salva illius veritate historie quam de duobus primis hominibus viro scilicet et muliere de quibus propagatum est genus humanum divina tradit auctoritas ad hoc tantummodo audienda est ut intelligatur apostolus ymaginem Dei viro tantum tribuendo non in femine quamvis in diverso sexu duorum hominum aliquid tamen significare voluisse quod in uno homine quereretur.

Nec me fugit quosdam qui fuerunt ante nos egregii defensores catholice fidei et divini eloquii tractatores cum in homine uno cuius universam animam bonum quoddam paradisum esse senserunt duo ista requirerent virum mentem, mulierem vero dixisse corporis sensum. Hanc autem distributionem qua vir ponitur mens, sensus vero corporis mulier, videntur apte omnia convenire si considerata

haberent nisi quod in omnibus bestiis et volatilibus scriptum est non esse inventum non adiutorium simile illi et tunc est ei mulier facta de latere. propter quod ego non putavi per hanc sensum corporis esse ponendum quem videmus nobis et bestiis esse communem, sed aliquid volui quod bestie non haberent, sensum corporis magis pro serpente intelligendum existimavi qui legitur sapientior omnibus pecoribus terre. In eis quippe naturalibus bonis que nobis et irrationabilibus animantibus videmus esse communia vivacitate quadam sensus excellit non ille de quo scriptum est in epistola que est ad hebreos ubi legitur perfectorum esse solidum cibum qui per habitum habent exercitatos sensus ad separandum bonum a malo. Illi quippe sensus nature rationalis sunt ad intelligentiam pertinentes. Sed iste sensus qui est quinquepartitus in corpore per quem non solum a nobis verum etiam a bestiis corporalis species motusque sentitur. Sed sive isto sive aliquo alio accipiendum sit quod apostolus dixit virum ymaginem et gloriam dei, mulierem autem gloriam viri apparet tamen cum secundum deum vivimus mentem nostram in invisibilia eius intentam ex eius eternitate veritate caritate proficienter debere formari quiddam vero rationalis intentionis nostre hoc est eiusdem mentis in usum mutabilium corporaliumque rerum sine quo hec vita non agitur dirigendum non ut conformetur huic seculo finem constituendo in bonis talibus et in ea detorquendo beatitudinis appetitum sed ut quicquid in usu temporalium rationabiliter facimus eternorum adipiscendorum contemplatione faciamus per ista transeuntes illis inherentes ~~sed ut quicquid in usu temporalium~~

Habet enim et scientia modum suum bonum si quod in ea inflat vel inflare assolet eternorum caritate vincatur que non inflat sed ut scimus edificat. Sine scientia quippe nec virtutes ipse quibus recte vivitur possunt haberi per quas hec vita misera sic gubernetur ut ad illam que vere beata est perveniatur eternam. Distat tamen ab eternorum contemplatione actio qua bene utimur temporalibus, et illa sapientie hec scientie deputatur. Quamvis et illa que sapientia est possit scientia nuncupari sicut et apostolus loquitur ubi dicit Nunc scio ex parte tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum quam scientiam profecto contemplationis dei vult intelligi quod istorum sanctorum summum erit premium. Tamen ubi dicit Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie secundum eundem spiritum hec utique duo distinguit sine dubitatione licet ibi non explicet quid intersit et unde possit utrumque dinosci. Verum scripturarum sanctarum multiplicem copiam scrutatus invenio scriptum esse in libro Iob eodem sancto viro loquente Ecce pietas est sapientia abstinere autem a malis scientia est. In hac differentia intelligendum est ad contemplationem sapientiam ad actionem scientiam pertinere. pietatem quippe hoc loco posuit dei cultum qui grece dicitur theosebia. Nam hoc verbum habet ista sententia in codicibus grecis. Et quid est in eternis excellentius quam deus cuius solius est immutabilis natura. Et quis cultus eius nisi amor eius quo nunc desideramus eum videre credimusque et speramus nos esse visuros et quantum proficimus videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem in manifestatione. Hoc est enim quod ait apostolus paulus facie ad faciem. Hoc etiam quod Iohannes Dilectissimi nunc filii dei sumus et nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. De his atque huiusmodi sermonibus ipse michi videtur esse sermo [sapie] abstinere autem a malis quam Iob scientiam dixit esse rerum procul dubio temporalium est quoniam secundum tempus in malis sumus a quibus abstinere debemus ut ad illa bona eterna veniamus. Quapropter quicquid prudenter fortiter temperanter et iuste agimus ad eam pertinet scientiam sive disciplinam qua in evitandis malis bonisque appetendis actio nostra versatur et quicquid propter exempla vel cavenda vel imitanda et propter quarumcumque rerum que nostris accommodata sunt usibus necessaria documenta historica cognitione colligimus. De his ergo sermo cum fit eum sermonem scientie puto discernendum a sermone sapientie ad quam pertinent ea que nec fuerunt nec futura sunt sed sunt et propter eam eternitatem in qua sunt et fuisse et esse et futura esse dicuntur sine ulla

immutabilitate temporum. non enim sic sunt ut esse desinant, aut sic futura sunt quasi nunc non sint, sed id ipsum semper esse habuerunt, semper habitura sunt. Manent autem non tamquam in spatiis locorum fixa veluti corpora, sed in natura incorporali sic intelligibilia presto sunt mentis aspectibus sicut ista in locis visibilia vel contrectabilia sensibus corporis. Non autem solum sensibilium in locis positorum sine spatiis localibus manent intelligibiles incorporalesque rationes, verum etiam motionum in temporibus transeuntium sine temporali transitu stant etiam ipse utique intelligibiles non sensibiles. Ad quas mentis acie pervenire paucorum est, et cum pervenitur quantum fieri potest, non in eis manet ipse perventor, sed veluti acie ipsa reverberata repellitur et fit rei non transitorie transitoria cogitatio. Que tamen cogitatio transiens per disciplinas quibus eruditur animus memorie commendatur, ut sit quo redire possit que cogitur inde transire, quamvis si ad memoriam cogitatio non rediret atque ibi quod commendaverat inveniret, velut rudis ad hoc sicut ducta fuerat duceretur, idque inveniret ubi primum invenerat, in illa incorporea veritate, unde rursus quasi descriptum in memoria figeretur. Neque enim sicut manet verbi gratia quadrati corporis incorporalis et incommutabilis ratio, sic in ea manet hominis cogitatio, si tamen ad eam sine fantasia spatii localis potuit pervenire. Aut si alicuius artificiosi aut musici soni per moras temporis transeuntis numerositas comprehendatur sine tempore stans in quodam secreto altoque silentio, tamdiu saltem cogitari potest quamdiu potest ille cantus audiri. Tamen quod inde rapuerit, etsi transiens mentis aspectus et quasi glutiens in ventrem ita in memoria reposuerit, poterit recordando quodammodo ruminare et in disciplinam quod sic didicerit traicere. Quod si fuerit omnimoda oblivione deletum, rursus doctrina duce ad id venitur quod penitus exciderat, et sic invenitur ut erat. Sequitur Capitulum xvi

Unde Plato ille philosophus nobilis persuadere conatus est vixisse hic animas hominum et antequam ista corpora gererent, et hinc esse quod ea que discuntur reminiscuntur potius cognita quam cognoscuntur nova. Retulit enim puerum quemdam nescio que de geometrica interrogatum sic respondisse tamquam esset illius peritissimus discipline. Gradatim quippe atque artificiose interrogatus videbat quod videndum erat, dicebatque quod viderat. Sed si recordatio hec esset rerum antea cognitarum, non utique omnes vel pene omnes cum illo modo interrogarentur hoc possent. Non enim omnes in priore vita geometre fuerunt, cum tam rari sint in genere humano ut vix possit aliquis inveniri. Sed potius credendum est mentis intellectualis ita conditam esse naturam ut rebus intelligibilibus naturali ordine disponente conditore subiuncta sic ista videat in quadam luce sui generis incorporea, sicut oculus carnis videt que in hac corporea luce circumadiacent, cuius lucis capax eique congruens est creatus. Non enim et ipse ideo sine magistro alba et nigra discernit, quia ista iam noverat antequam in hac carne crearetur. Denique cur de solis rebus intelligibilibus id fieri potest ut bene interrogatus quisque respondeat quod ad quamque pertinet disciplinam, etiam si eius ignarus est? Cur hoc facere de rebus sensibilibus nullus potest nisi quas isto vidit in corpore constitutus, aut eis qui noverant indicantibus credidit seu litteris cuiusque seu verbis? Non enim acquiescendum est eis qui Samium Pitagoram ferunt recordatum fuisse talia nonnulla que fuerat expertus cum hic alio iam fuisset in corpore, et alios nonnullos narrant aliquid eiusmodi in suis mentibus passos. Quas falsas fuisse memorias, quales plerumque experimur in somnis, quando nobis videmur reminisci quod egerimus aut viderimus quod nec egimus omnino nec vidimus, et eo modo affectas esse illorum mentes etiam vigilantium instinctu spirituum malignorum atque fallacium, quibus cura est de revolutionibus animarum falsam opinionem ad decipiendos homines firmare vel serere, ex hoc conici potest, quia si vere illa recordarentur que hic in aliis antea positi corporibus viderant, multis ac pene omnibus id contingeret, quandoquidem ut vivos ex mortuis ita ex vivis mortuos tamquam ex vigilantibus dormientes et ex dormientibus vigilantes sine cessatione fieri suspicantur. Si ergo hec est sapientie et scientie recta distinctio, ut ad sapientiam pertineat eternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis, quid cui preponendum sive postponendum

non est difficile iudicare. Si autem alia est adhibenda distinctio qua demonstretur hec duo que procul dubio distare apostolus docet dicens: Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie secundum eundem spiritum, tamen etiam istorum duorum que nos posuimus evidentissima differentia est quod alia sit intellectualis cognitio eternarum rerum, alia racionalis temporalium, et huic illam preponendam esse nemo ambigit. Relinquentibus itaque nobis ea que exterioris sunt hominis et ab eis que communia cum pecoribus habemus introrsum ascendere cupientibus, antequam ad cognitionem rerum intelligibilium atque summarum que sempiterna erunt veniremus, temporalium rerum cognitio racionalis occurrit. Etiam in hac igitur inveniamus si possumus aliquam trinitatem sicut inveniebamus in sensibus corporis et in his que per eos in animam vel spiritum nostrum ymaginaliter intraverunt, ut pro corporalibus rebus quas corpore foris positas attingimus, similitudines intus corporum haberemus impressas memorie ex quibus cogitatio formaretur, tertia voluntate utrumque iungente, sicut formabatur foris acies oculorum quam voluntas ut visio fieret adhibebat rei visibili, et utrumque iungebat etiam illic ipsa se admovens tertia. Sed non est hoc coartandum in hunc librum, ut in eo qui sequitur, si deus adiuverit, convenienter possit inquiri et quod inventum fuerit explicari. — Incipit capitula xiii libri

De cognitione racionalis mentis officio qua vivitur ad temporalia, aliud patet ad eterna. ¶ De fide que licet per corporis sensum mente concepta sit nihil tamen invenitur habere corporeum. ¶ De voluntate qua et singuli pariter et omnes beati esse [illegible] possunt habere quidem. ¶ De beatitudine quam omnes vivunt volunt expetunt, sed non eadem diffinicione nominant. ¶ An omnes beati sint qui vivunt ut volunt. ¶ Propriorem esse beatitudini voluntatem rectam etsi quod cupiunt obtinuit. ¶ Ad veram beatitudinem viam esse potestatem rectam sine qua nulla virtus possit fortitudo prodesse. ¶ Perfectam beatitudinem nisi in eterna vita esse non posse. An eternitatis capax sit humana natura. ¶ An alius eternitatis modus deus hominum eternitate debuit reformare quam ut sibi dei filius naturam iungeret humanam. ¶ Qua racione in sanguine Christi iustificati credentes, et quod in hoc sacramento totius sit caritatis operatio. ¶ Quo merito homo dyaboli sit traditus potestati. ¶ De consilio dei quo ei placuit ut potestas dyaboli non potencia sed iusticia vinceretur. ¶ Nemini merito per mortem nihil debentem Christum fallito. ¶ In quo sit dyabolus victus a Christo. ¶ De quanta utilitate redemptorum mala que per originale peccatum sunt contracta tollerata sint. ¶ De his que per incarnacionem Christi sunt collata credentibus. ¶ De nativitate domini ex maria virgine et spiritu sancto. ¶ Verbum caro factum quod est Ihesus Christus et sapientie thesauros in se habet et scientie. Neminem posse sine fide ad veram beatitudinem pervenire. Incipit liber xiii

In libro superiore huius operis xii° satis egimus discernere racionalis mentis officium quo vivitur ad temporalia aliud patet ad eterna, videlicet mentis officium in temporalibus rebus, ubi non sola cognitio verum et actio nostra versatur, ab excellenciore eiusdem mentis officio quod contemplandis rebus eternis impenditur ac sola cognitione finitur. Commodius autem fieri puto ut de scripturis sanctis aliquid interseram, quo facilius possit utrumque dinosci. Evangelium suum Iohannes evangelista sic exorsus est: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Et verbum

caro factum est et habitauit in nobis Et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum
gratia et veritate. hoc totum quod ex euangelio posui in precedentibus suis partibus habet quod immutabile
et sempiternum est cuius contemplatio nos beatos facit In consequentibus vero permix-
ta cum temporalibus commemorantur eterna. ac per hoc aliqua ibi ad scientiam pertinent aliqua
ad sapientiam sicut in libro xii° precessit nostra distinctio Nam in principio erat verbum
apud deum et deus erat verbum hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil Quod factum est in ipso vita erat et vita erat
lux hominum. et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt, contem-
platiuam vitam requirit et intellectuali mente cernendum est Qua in re quanto magis
quisque profecerit tanto fiet sine dubitatione sapientior Sed propter id quod ait lux in tene-
bris lucet et tenebre eam non comprehenderunt, fides utique opus erat, qua crederetur
quod non videtur Tenebras quippe intelligi voluit auersa ab huiusmodi luce easque
minus ydonea conuerti corda mortalium propter quod adiungit et dicit ffuit homo missus a deo
cui nomen erat Johannes hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes
crederent per illum. hoc iam temporaliter gestum est, et ad scientiam pertinet que cognitione
historica continetur, hominem autem Johannem in fantasia cogitamus. que de humane
nature notitia impressa est nostre memorie Et hoc eodem modo cogitant. siue qui ista cre-
dunt siue qui non credunt, Vtrisque enim notum est quid sit homo. cuius exteriorem partem
id est corpus per corporis lumina didicerunt Interiorem vero id est animam in se ipsis. quia et ipsi homines
sunt, et per humanam conuersationem cognitum tenent ut possint cogitare quod dictum est ffuit homo
missus a deo. cui nomen erat Johannes, quia et nomina sciunt. loquendo et audiendo Quod
autem ibi est, missus a deo fide tenent qui tenent. aut dubitatione ambigunt,
aut infidelitate derident Utrique tamen si non sunt ex numero nimis insipientium
qui dicunt in corde suo non est deus, hec audientes verba utrumque cogitant, et quid
sit deus et quid sit mitti a deo et si non sicut res se habent at certe sicut valent
Fidem porro ipsam quam videt quisque in corde suo esse si credit, vel non esse si
non credit. aliter nouimus non sicut corpora que videmus oculis corporis, et per ipsorum
ymagines quas memoria tenemus etiam absentia cogitamus Nec sicut ea que
non vidimus, et ex hiis que vidimus cogitatione utcumque formamus et memorie commen-
damus quo recurramus cum voluerimus. ut illic ea vel potius qualescumque yma-
gines eorum quas ibi fiximus. similiter recordatione cernamus Nec sic hominem hominem
viuum cuius animam etiam si non videmus. ex nostra conicimus. et ex motibus corpora-
libus hominem viuum sicut videndo didicimus intuemur etiam cogitando Non sic
videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est, sed eam tenet certissima scientia
clamatque conscientia Cum itaque propterea credere iubeamur quia id quod credere
iubemur videre non possumus, ipsam tamen fidem que est in nobis videmus in
nobis quia et rerum absentium presens est fides, et rerum que foris sunt intus est
fides, et rerum que non videntur videtur fides. et ipsa tamen temporaliter fit in cordibus
hominum. et si ex fidelibus infideles fiunt perit ab eis Aliquid autem et rebus falsis
accommodatur fides, loquimur enim sicut dicimus. habita est ei fides et decepit
qualis fides si tamen et ipsa dicenda est fides non culpabiliter de cordibus perit,
quando eam inuenta veritas pellit optabiliter autem rerum verarum in easdem res fides
transit Non enim dicendum est perit quando ea que credebantur videntur Numquid enim adhuc
fides dicenda est cum diffinita sit in epistola ad hebreos fides. dicendo eam
esse conuictionem rerum que non videntur Deinde quod sequitur hic venit in testimonium
ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum, actio ut diximus temporalis
est, temporaliter enim testimonium perhibetur etiam de re sempiterna quod est intelligibile
lumen de quo ut testimonium perhiberet venit Johannes qui non erat lux sed ut
testimonium perhiberet de lumine Adiungit enim Erat lux vera que illuminat omnem

hominum venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus
eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt. Hec verba omnia qui latinam
linguam sciunt ex rebus intelligunt quas noverunt, quarum aliquae nobis innotuerunt
per corporis sensum sicut homo, sicut ipse mundus cuius tam evidentem ymaginem et magni-
tudinem intuemur, sicut eorundem verborum soni. Nam et auditus sensus est corporis. Ali-
que autem per animi rationem, sicut id quod dictum est: Sui eum non receperunt. Intelligitur enim
non in eum crediderunt, quod sit in illo corporis sensu sed animi ratione cognoscimus. Ipsorum etiam
verborum non sonos sed significationes partim per animi rationem didicimus, nec ea verba primum audivimus
sed ea que iam audieramus, et non solum ipsa verum etiam que significarent cognita memo-
ria tenebamus et hic agnovimus. Hoc enim nomen dissillabum cum dicitur mundus, quoniam
sonus est, res utique corporalis per corpus innotuit, id est per aurem; sed etiam quod significat
per corpus innotuit, id est per oculos carnis. Mundus quippe in quantum notus est videntibus
notus est. Hoc verbum quadrisillabum quod est crediderunt, sono suo, quoniam corpus
est, per aurem corporis illabitur; quod autem significat non in illo corporis sensu sed animi
ratione cognoscitur. Nisi enim quid sit crediderunt per animum nossemus, non intelligeremus
quid non fecerunt illi de quibus dictum est: Et sui eum non receperunt. Sonus ergo verbi
forinsecus instrepit auribus corporis et attingit sensum qui vocatur auditus.
Species quoque hominis et in nobis ipsis nota est et forinsecus in aliis adest corporis sensibus:
oculis cum videtur, auribus cum auditur, tactui cum tenetur et tangitur. Habet etiam
in memoria nostra ymaginem suam incorporalem quidem sed corpori similem. Mundi de-
nique ipsius mirabilis pulcritudo forinsecus presto est et aspectibus nostris et ei sensui
qui dicitur tactus, si quid eius attingimus; habet etiam ipse intus in memoria nostra y-
maginem suam ad quam recurrimus cum vel septis parietibus vel etiam in tenebris co-
gitamus. Sed de his ymaginibus rerum corporalium incorporalibus quidem, habentibus
tamen similitudines corporum et ad vitam exterioris hominis pertinentibus, iam satis in undecimo
libro locuti sumus. Nunc autem agimus de homine interiore et eius scientia, ea que rerum
est temporalium et mutabilium, in cuius intencionem cum assumitur aliquid etiam de rebus
ad exteriorem hominem pertinentibus, ad hoc assumendum est ut aliquid ad interiorem
hominem pertinentibus, ad hoc assumendum est ut aliquid inde doceatur quod racionalem adiu-
vet scientiam; ac per hoc rerum quas communes cum animantibus irracionalibus homines racionalis
usus ad interiorem hominem pertinet, nec recte dici potest cum irracionalibus animantibus
eam nobis esse communem. Aliud capitulum. De fide que non per corporis sensum nota generatur sit nt

Fidem vero de qua in hoc libro aliquanto — Et non invenitur habere corpus
diutius disputare ratio disposicionis nostre compellimur, quam qui
habent fideles vocantur, et qui non habent infideles sicut hii qui venientem in propria dei filium non receperunt,
quamvis ex auditu in nobis facta sit, non tamen ad eum sensum corporis pertinet qui ap-
pellatur auditus quia non est sonus, nec ad oculos huius carnis quia non est color
aut corporis forma, nec ad eum qui dicitur tactus quia corpulencie nichil habet, nec
ad ullum omnino sensum corporis, quoniam cordis est res ista non corporis. Nec foris est
a nobis sed in intimis nobis, nec eam quisquam hominum videt in alio, sed unus-
quisque in semetipso. Denique potest et simulacione confingi et putari esse in quo
non est. Suam igitur quisque fidem apud seipsum videt; in altero autem credit eam
esse, non videt, et tanto firmius credit quanto fructus eius magis novit quos
operari solet fides per dilectionem. Quapropter omnibus de quibus ewangelista subiungit
et ait: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui cre-
dunt in nomine eius; qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex vo-
luntate viri sed ex deo nati sunt, fides ista communis est, non sicut aliqua corporis

forma unius est ad videndum omnium oculis quibus presto est. Corpus quippe unum omnium
cernentium quadam informat aspectus. Sed sicut dici potest omnibus hominibus esse fa-
ciem humanam unius. Nam hoc ita dicitur ut tamen singulis sint sue. Certa sane doctrina
impressam fidem credentium cordibus singulorum qui hoc idem credunt verissime dicimus.
Sed aliud sunt ea que creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus
sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur, hec autem in animo credentis est
ei tantum conspicua cuius est quamvis sit et in aliis non ipsa sed similis. Non enim numero est
una sed genere. Propter similitudinem tamen et nullam diversitatem magis unam dicimus
quam multas. Nam et duos homines simillimos cum videmus unam faciem videmus
dicimus et miramur amborum. Facilius itaque dicitur multas animas fuisse singulas utique
singulorum de quibus legimus in Actibus Apostolorum quod eis fuerat anima una quam ubi dixit
apostolus Paulus una fides tot eas audeat quisque dicere quot fideles. Et tamen
qui dicit O mulier magna est fides tua et alteri Modice fidei quare dubitasti
suam cuique significat. Sed ita dicitur eadem credentium fides una quemadmodum eadem volentium
voluntas una, cum et in ipsis qui hoc idem volunt sua voluntas sit cuique conspicua
alterius autem lateat quamvis idem velit, et si aliquibus signis sese indicet creditur
potius quam videtur. Unusquisque autem sui conscius animi non credit utique hanc esse suam sed
plane perspicit voluntatem. De voluntate qua et singuli propriam et omnes eam uno
iudicio possunt habere communem. Cap. iii.

Est quedam sane cunctis in eadem natura viventibus et ratione utentibus tanta conspiratio ut cum lateat alterum quid
alter velit nonnulle sint tamen voluntates omnium etiam singulis note. Et cum quisque nesciat quid
homo alius velit in quibusdam rebus possit scire quid omnes velint. Unde
illa cuiusdam mimi facetissima predicatur urbanitas qui cum se promisisset in thea-
tro quid in animo haberent et quid vellent omnes aliis ludis esse dicturum atque ad diem
constitutum ingenti expectatione maior multitudo confluxisset suspensis et silentibus
omnibus dixisse perhibetur: Vili vultis emere et caro vendere. In quo dicto le-
vissimi scenici omnes tamen conscientias invenerunt suas eique vera cunctorum ante oculos con-
stituta et tamen improvisa dicenti admirabili favore plauserunt. Cur autem tam ma-
gna expectatio facta est illo promittente animi voluntatem se esse dicturum nisi quia
latent hominem aliorum hominum voluntates. Sed numquid latuit ista istum? Numquid quemquam
latet? Qua tandem causa nisi quia sunt quedam que non inconvenienter in aliis de se
quisque conicit compatiente vel conspirante vitio seu natura. Sed aliud est videre volun-
tatem suam, aliud quamvis certissima coniectura colligere alienam. Nam conditam Ro-
mam tam certum habeo in rebus humanis quam Constantinopolim, cum Romam vi-
derim oculis meis, de illa vero nichil noverim nisi quod aliis testibus credi-
derim. Mimus vero ille vel se ipsum intuendo vel alios quoque experiendo vili velle eme-
re et caro vendere omnibus id credidit esse commune. Sed quia revera vitium est, potest quisque adipi-
sci eiusmodi iusticiam vel alicuius alterius vicii quod huic contrarium est incurrere
pestilenciam qua huic resistat et vincat. Nam scio ipse hominem cum venalis codex
ei fuisset oblatus pretiique eius ignarum et ideo quiddam exiguum poscentem cerneret
venditorem iustum precium quod multo amplius erat nec opinanti dedisse.
Quid si etiam sit quisquam tanta nequicia possessus ut vili vendat que dimiserunt
parentes et caro emat que consumat libidines? Non est ut opinor incredibilis ista luxu-
ria, et si querantur tales reperiantur aut etiam non quesiti fortasse occurrant qui
nequicia maiore quam theatrica mimo theatrico insultent magno precio stu-
pra emendo parva autem rura vendendo. Largitionis etiam gratia novimus quosdam emisse
frumenta carius et vilius vendidisse suis civibus. Illud etiam quod vetus poeta
dixit Ennius: Omnes mortales sese laudari exoptant, profecto et de se ipso et de his
quos expertus fuerat coniecit in aliis, et videtur pronunciasse hominum omnium voluntates.

scema

al' pollicitacionem

Deinde si et mimus dixisset laudari omnes vultis nemo vestrum vult vituperari sic
quod esset omnium voluntatis dixisse videretur. Sunt tamen qui vicia sua oderint et in
quibus sibi displicent ipsi, nec ab aliis se laudari velint gratiasque agant obiur-
gancium benivolencie cum ideo vituperant ut corrigant. Si autem dixisset omnes beati
esse vultis miseri esse non vultis dixisset aliquid quod nullus in sua non cognosceret
voluntate. Quidquid enim aliud quisque latenter velit ab hac voluntate que sibi
et in omnibus satis nota est non recedit

Mirum est autem cum capessende atque retinende beatitudinis voluntas sit omnium
una, unde tanta existat de beatitudine rursus varietas et diversitas vo-
luntatum non quod aliquis eam nolit sed quod non omnes eam norint. Si enim omnes eam nos-
sent non ab aliis putaretur esse in virtute animi, ab aliis in corporis voluptate, ab aliis
in utraque et aliis atque aliis alibi atque alibi. Ut enim eos queque res
maxime delectavit, ita in ea constituerunt vitam beatam. Quomodo igitur ferventissime
amant omnes quod non omnes sciunt. Quis potest amare quod nescit, sicut iam de hac
re in libris superioribus disputavi. Cur ergo beatitudo ab omnibus amatur nec
tamen ab omnibus scitur. An forte sciunt omnes que sit, sed non omnes sciunt ubi sit, et
inde contencio est. Quasi vero de aliquo mundi huius agatur loco ubi debeat quisque
velle vivere. Et non ita queratur ubi sit beatitudo sicut queritur que sit. Nam utique
si in corporis voluptate est, ille beatus est qui fruitur corporis voluptate. Si in
virtute animi ille qui hac fruitur, si in utraque ille qui fruitur utraque. Cum itaque
alius dicit beate vivere est voluptate corporis frui, alius autem beate vivere est virtute
animi frui, nonne aut ambo nesciunt que sit beata vita aut non ambo sciunt.
Quomodo ergo ambo amant eam si nemo potest amare quod nescit. An forte falsum
est quod verissimum certissimumque posuimus, beate vivere omnes homines velle. Si
enim beate vivere est verbi gracia secundum animi virtutem vivere quomodo beate vivere vult qui hoc
non vult. Nonne verius dixerimus homo iste non vult beate vivere qui non vult secundum
virtutem vivere quod solum est beate vivere. Non igitur omnes beate vivere volunt,
immo pauci hoc volunt, si non est beate vivere nisi secundum virtutem animi vivere quod multi
nolunt. Itane falsum erit unde nec ipse cum Achademicis omnia dubia sint
Achademicus Cicero dubitavit, qui cum vellet in Hortensio dyalogo ab aliqua
re certa de qua nullus ambigeret sumere sue disputacionis exordium. Beati certe inquit
omnes esse volumus. Absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid igitur. An dicendum est etiamsi
nichil sit aliud beate vivere quam secundum virtutem animi vivere, tamen et qui hoc
non vult beate vult vivere. Nimium quidem hoc videtur absurdum. Tale est enim
ac si dicamus et qui non vult beate vivere ~~vivere~~ beate vult vivere. Istam repugnan-
ciam quis audiat quis ferat. Et tamen ad hanc contrudit necessitas, si et omnes
beate velle vivere verum est, et non omnes sic volunt vivere quomodo solum vivitur beate.

An forte illud est quod nos ab his angustiis possit eruere, ut quoniam di-
ximus ibi quosque posuisse beatam vitam quod eos maxime delectat
ut voluptas Epicurum, virtus Zenonem, sic alium aliquid aliud. Nichil
dicamus esse beate vivere nisi vivere secundum delectacionem suam, et ideo falsum non esse quod
omnes beate vivere velint, quia omnes ita volunt ut quemque delectat. Nam et hoc
populo si pronunciatum esset in theatro omnes id in suis voluntatibus invenirent.
Sed hoc quoque Cicero cum sibi ex contrario proposuisset ita redarguit ut qui hoc sentiunt
erubescant. Ait enim Ecce autem non philosophi quidem sed prompti tamen ad disputandum
omnes aiunt esse beatos qui vivant ut ipsi velint. Hoc est quod nos diximus
ut quemque delectat. Sed mox ille subiecit. Falsum id quidem. Velle enim

quod non deceat in ipsum incurrimus nec tam miserum est non adipisci quod velis quam adi-
pisci velle quod non oporteat. Praeclarissime omnino atque verissime. Quis namque ita sit mente
et ab omni luce decoris alienus ac tenebris dedecoris involutus ut eum qui nequiter vivit
et turpiter et nullo prohibente nullo ulciscente et nullo saltem reprehendere audente insuper
et laudibus plurimis quoniam sicut ait scriptura divina laudatur peccator in desideriis animae suae
et qui iniqua gerit benedicitur implentem omnes suas facinorosissimas et flagitiosissimas
voluntates ideo beatum dicat quia vivit ut vult cum profecto quamvis et sic miser esset minus
tamen esset si nihil eorum quae perperam voluisset habere potuisset. Etiam mala enim volun-
tate vel sola quisque miser efficitur sed miserior potestate qua desiderium malae voluntatis
impletur. Quapropter quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint idque unum ardentis-
simo amore appetant et propter hoc cetera quaecumque appetunt nec quisquam potest amare quod
omnino quid vel quale sit nescit nec potest nescire quid sit quod velle se scit sequitur
ut omnes vitam beatam sciant. Omnes autem beati habent quod volunt quamvis non omnes qui habent quod
volunt continuo sint beati continuo autem miseri qui non habent quod volunt vel id
habent quod non recte volunt. Beatus igitur non est nisi qui et habet omnia quae vult et nihil vult male.

Cum ergo ex his duobus vita beata constet atque omnibus nota
omnibus cara sit quid putamus esse causae cur horum duorum quando utrumque non
possunt magis eligant homines ut omnia quae volunt habeant quam ut omnia bene velint
etiam si non habeant. An ipsa est pravitas generis humani ut cum eos non lateat nec illum
beatum esse qui quod vult non habet nec illum qui quod male vult habet nec illum
qui quod male vult illud eligatur potius unde magis a beata vita receditur.
Longius quippe abest ab ea quicumque adipiscitur male concupita quam qui non
adipiscitur concupita cum potius eligi debuit voluntas bona atque optima etiam
non adepta quae appetit. Propinquat enim beato qui bene vult quaecumque vult et quae
adeptus cum fuerit beatus erit. Et utique non mala sed bona beatum faciunt quando faciunt
quorum bonorum habet aliquid idque non parvi aestimandum eam scilicet ipsam
voluntatem bonam qui de bonis quorum capax est humana natura non de ullius mali
perpetratione vel adeptione gaudere desiderat et bona qualia et in hac miseria
esse possunt prudenti temperanti forti et iusta mente sectatur et quantum datur assequitur
ut et in malis sit bonus et finitis malis omnibus atque impletis bonis
omnibus sit beatus. Capitulum vii

Ac per hoc in ista mortali vita erroribus aerumnisque plenissima praecipue
fides est necessaria qua in deum creditur. Non enim quaecumque bona maximeque illa
quibus quisque fit bonus et illa quibus fiet beatus unde nisi a deo in homines ve-
niant et hominibus accedant inveniri potest. Cum autem ex hac vita ab eo qui in his miseriis
fidelis et bonus est ventum fuerit ad beatam tunc erit vere quod nunc esse nullo modo
potest ut sic homo vivat quomodo vult. Non enim volet male vivere in illa felicitate
aut volet aliquid quod deerit aut deerit quod voluerit. Quidquid amabitur
aderit nec desiderabitur quod non aderit. Omne quod ibi erit bonum erit et summus
deus summum bonum erit atque ad fruendum amantibus praesto erit et quod est omnino
beatissimum ita semper fore certum erit. Nunc vero fecerunt quidem philosophi sibi sicut eorum cuique
placuit vitas beatas suas ut quasi virtute propria possent quod communi mortalium con-
dicione non poterant sic scilicet vivere ut vellent. Sentiebant enim aliter beatum esse ne-
minem posse nisi habendo quod vellet et nihil patiendo quod nollet. Quis enim
autem non qualemcumque vitam qua delectatur et ideo beatam vocat vellet sic esse in sua
potestate ut eam posset habere perpetuam. Et tamen quis ita est. Quis vult pati mole-
stias quas fortiter toleret quamvis eas velit possitque tolerare si patitur. Quis
velit in tormentis vivere etiam qui potest in eis per patientiam tenendo iustitiam tenendo

laudabiliter vivere. Iustitiam cogitaverunt habere mala que ea pertulerunt, vel cupiendo habere
vel timendo amittere quod amabant sive nequiter sive laudabiliter. Nam multi per
iustitiam mala ad permansura bona fortiter tetenderunt. Quin immo certe spe beati sunt etiam
qui sunt in iustitiis malis per que ad bona non transitoria pervenerunt. Sed qui spe
beatus est, nondum beatus est; expectat namque per patientiam beatitudinem quam nondum tenet. Qui
vero sine ulla spe tali, sine ulla tali mercede cruciatur, quantumlibet adhibeat toleran-
tiam, non est beatus veraciter sed miser fortiter. Neque enim propterea miser non est, quia miserior
esset si et impatienter miseriam sustineret. Porro si ista non patitur que nollet pati in
suo corpore, nec tunc quidem beatus habendus est quoniam non vivit ut vult. Ut enim alia obmittam
que corpore illeso ad animum pertinent offensiones sine quibus vivere vellemus, et sunt in-
numerabilia, vellet utique si posset ita salvum atque incolume habere corpus et nullas
ex eo pati molestias, ut id haberet in potestate aut in ipsa incorruptione corporis, quod
quia non habet ac pendet incerto, profecto non vivit ut vult. Quamvis ex fortitudine sit paratus
excipere et equo ferre animo quicquid adversitatis acciderit, mavult tamen ut non accidat,
et si possit facit; atque ita paratus in utrumque ut quantum in ipso est alterum optet, alterum
vitet, et si quod vitat incurrit, ideo volens ferat quia fieri non potuit ad ferenda
~~quemadmodum nollet~~ quod volebat. Ne opprimatur ergo sustinet, sed premi nollet.
Quomodo ergo vivit ut vult? An quia volens fortis est ad ferenda que nollet illata?
Ideo igitur id vult quod potest, quoniam quod vult non potest. Hec est tota, utrum ridenda an
potius miseranda, superborum beatitudo mortalium gloriantium se vivere ut volunt, quia volentes
patienter ferunt que accidere sibi nolunt. Hoc enim aiunt quod sapienter dixit
Terentius: Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possis. Commode hoc dictum
esse quis negat? Sed consilium est datum misero ne esset miserior. Beato autem qua-
les se esse omnes volunt, non recte nec veraciter dicitur: Non potest fieri quod vis. Si enim beatus
est, quicquid vult fieri potest, quia non vult quod fieri non potest. Sed non est mortalitatis huius
hec vita, nec erit nisi quando et immortalitas erit. Que si nullo modo dari homini posset, fru-
stra etiam beatitudo quereretur, quia sine immortalitate non potest esse.

Cum ergo beati esse omnes homines velint, si vere volunt, profecto esse et immortales
volunt; aliter enim esse beati non possunt. Denique et de immortalitate interrogati,
sicut et de beatitudine, omnes eam se velle dicunt. Sed qualiscumque beatitudo que
potius vocetur quam sit in hac vita queritur, immo vero fingitur, dum ~~immortalitas~~ immorta-
litas desperatur, sine qua vera beatitudo esse non potest. Ille quippe beate vivit,
quod iam superius diximus et astruendo satis firmavimus, qui vivit ut vult
nec male aliquid vult. Nemo autem male vult immortalitatem, si eius humana
capax est deo donante natura; cuius si capax non est, nec beatitudinis capax est. Ut enim
homo beate vivat, oportet ut vivat. Quem porro morientem vita ipsa deserit, beata
vita cum illo manere quomodo qui potest? Cum autem deserit, aut nolentem procul
dubio deserit aut volentem aut neutrum. Si nolentem, quomodo est beata vita
que ita est in voluntate ut non sit in potestate? Cumque beatus homo nemo sit ali-
quid volendo nec habendo, quanto minus beatus est qui non honore, non possessione,
non qualibet aliqua re, sed ipsa beata vita nolens deseritur, cui nulla vita
erit. Unde et si nullus sensus relinquitur quo sit misera, propterea enim beata vita
discedit, miser est tamen quamdiu sentit, quia scit se nolente consumi propter quod cetera
et quod pre ceteris diligit. Non igitur potest et beata vita esse et nolentem deserere, quia
beatus homo nemo nolens fit, ac per hoc quanto magis nolentem deserendo miserum
facit, que si nolenti preste esset miserum faceret? Si autem volentem deserit, etiam
sic quomodo beata erat quam perire voluit qui habebat? Restat ut dicant neutrum esse
in animo beati, id est eum deseri vel a beata vita, cum per mortem deserit tota vita

nec nolle nec velle ad utrumque parato et equo corde consistere. Quapropter si ista beata est vita que illi talis est ut quem beatum facit amore eius indigna sit. Quomodo enim est beata vita quam non amat beatus? Aut quomodo amatur quod utrum vigeat an pereat indifferenter accipitur? nisi forte virtutes quas propter solam beatitudinem sic amamus persuadere nobis audent ut ipsam beatitudinem non amemus. Quod si faciunt etiam ipsas utique amare desistimus quando illam propter quam solam istas amavimus non amamus. Deinde quomodo erit vera illa tam perspecta tam examinata tam eliquata tam certa sententia beatos esse omnes homines velle si ipsi qui iam beati sunt beati esse nec volunt nec nolunt? Aut si volunt ut veritas clamat ut natura compellit cui summe bonus et immutabiliter beatus creator hoc indidit si volunt inquam beati esse qui beati sunt beati non esse utique nolunt. Procul dubio nolunt consumi et perire quod beati sunt nec nisi viventes beati esse possunt. Nolunt igitur perire quod vivunt. Immortales ergo esse volunt quicumque vere beati vel sunt vel esse cupiunt. Non autem vivit beate cui non adest quod vult. Nullo modo igitur esse poterit vita veraciter beata nisi fuerit sempiterna. Hanc utrum capiat humana natura quam tamen desiderabilem confitetur non parva questio est. Sed si fides adsit que inest eis quibus dedit potestatem Ihesus filios dei fieri nulla questio est. Capitulum ix

Humanis quippe argumentationibus hec invenire conantes vix pauci magno preditti ingenio habundantes ocio doctrinisque subtilissimis eruditi ad indagandam solius anime immortalitatem pervenire potuerunt. Cui tamen anime beatam vitam non invenerunt stabilem id est veram. Ad miserias enim eam post vite huius beatitudinem redire dixerunt. Et qui eorum de hac sententia erubuerunt et animam purgatam in sempiterna beatitudine sine corpore collocandam putaverunt talia de mundi retrorsus eternitate sentiunt ut hanc de anima sententiam suam ipsi redarguant. Quod hic longum est demonstrare sed in libro xii de civitate dei satis a nobis est quantum arbitror explicatum. Fides autem ista totum hominem immortalem futurum qui utique constat ex anima et corpore et ob hoc vere beatum non argumentatione humana sed divina auctoritate promittit. Et ideo cum dictum esset in evangelio quod Ihesus dedit potestatem filios dei fieri his qui receperunt eum et quid sit recepisse eum breviter fuisset expositum dicendo credentibus in nomine eius quoque modo filii dei fierent esset adiunctum qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt ne ista hominum quam videmus et gestamus infirmitas tanta excellentia desperaret illico adiunctum est Et verbum caro factum est et habitavit in nobis ut a contrario suaderet quod incredibile videbatur. Si enim natura dei filius propter filios hominum misericordia factus est hominis filius hoc est enim verbum caro factum est et habitavit in nobis quanto est credibilius natura filios hominis gratia filios dei fieri et habitare in deo in quo solo et de quo solo esse possint beati participes immortalitatis eius effecti propter quod persuadendum dei filius particeps effectus est nostre mortalitatis.

Eos itaque qui dicunt itane defuit deo modus alius quo liberaret homines a miseria mortalitatis huius ut unigenitum filium deum sibi coeternum hominem fieri vellet induendo humanam animam et carnem mortalemque factum mortem perpeti parum est sic refellere ut istum modum quo nos per mediatorem dei et hominum hominem Ihesum Christum deus liberare dignatur asseramus bonum et divine congruum dignitati verum etiam ut ostendamus non alium modum deo possibilem defuisse cuius potestati cuncta equaliter

sibi iacent, sed sanande nostre miserie convenientiorem modum alium non fuisse nec esse oportuisse. Quid enim tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram mentesque mortalium condicione ipsius mortalitatis abiectas ab immortalitatis desperatione liberandas quam ut demonstraretur nobis quanti appenderet deus quantumque diligeret. Quid vero huius rei tanto isto indicio manifestius atque preclarius quam ut dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat et a nobis pro nobis accipiens quod non erat preter sue nature detrimentum nostrum dignatus inire consorcium prius sine ullo malo merito mala nostra perferret, ac sic iam credentibus quanti nos diligit deus et quod desperabamus iam sperantibus dona in nos sua sine ullis bonis meritis nostris immo precedentibus et malis meritis nostris indebita largitate conferret, quia et ea que dicuntur merita nostra dona sunt eius. Ut enim fides per dileccionem operetur caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Tunc autem est datus quando ihesus resurrectione clarificatus. Tunc enim eum se missurum esse promisit et misit, quia tunc sicut de illo scriptum est et ante predictum ascendit in altum captivavit captivitatem dedit dona hominibus. Hec dona sunt merita nostra quibus ad summum bonum immortalis beatitudinis pervenimus. Commendat autem inquit apostolus caritatem suam deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Adhuc addit et dicit: Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Quos peccatores dixit prius, hos postea dicit inimicos dei, et quos prius iustificatos in sanguine ihesu christi eos postea reconciliatos per mortem filii dei, et quos prius salvos ab ira per ipsum eos postea salvos in vita ipsius. Non ergo ante istam graciam quolibet modo peccatores, sed in talibus peccatis fuimus ut inimici essemus dei. Superius autem idem apostolus nos peccatores et inimicos dei duobus identidem nominibus appellavit, uno velut mitissimo, alio plane atrocissimo dicens: Si enim christus cum infirmi essemus adhuc secundum tempus pro impiis mortuus est. Quos infirmos eosdem impios nuncupavit. Leve aliquid videtur infirmitas, sed aliquando talis est ut impietas nominetur. Nisi tamen infirmitas esset medicum necessarium non haberet, qui est hebraice ihesus, grece sother, nostra autem locucione salvator. Quod verbum latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit quando voluit. Hec autem apostoli sentencia superior ubi ait: Adhuc enim cum infirmi essemus iuxta tempus pro impiis mortuus est, coheret his duabus sequentibus quarum in una dixit peccatores, in alia dixit inimicos dei, tamquam illis singulis reddiderit singula, peccatores ad infirmos, inimicos dei referens ad impios.

Sed quid est iustificati in sanguine ipsius? Que vis est huius sanguinis, obsecro, ut in eo iustificentur credentes? Et quid est reconciliati per mortem filii eius? Itane vero cum irasceretur nobis deus pater, vidit mortem filii sui pro nobis et placatus est nobis? Numquid ergo filius eius usque adeo nobis iam placatus erat ut pro nobis etiam dignaretur mori, pater vero usque adeo adhuc irascebatur ut nisi filius pro nobis moreretur non placaretur? Et quid est quod alio loco idem ipse doctor gentium inquit: Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donavit? Numquid nisi iam placatus esset pater, proprio filio non parcens pro nobis eum traderet? Nonne videtur hec illi velut adversa

esse sim̄ua In illa morit̄ꝛ p nobis filius et reconaliat̄ꝛ nobis pat̄ p eius mor
tem In hac aut̄ tanq̄ꝫ pater nos dilexit prius · ipse prius nos · filio nō parcit
ipse p nobis eū tradit ad mortem Sꝫ video q̄ et an̄ ea pr̄ dilexit nos
nō solū anteq̄ꝫ filius p nobis moreretur sed anteq̄ꝫ conderet mundū ipso
testante aplo qui dicit Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitucōm
nec filius prē sibi nō parcēte p nobis velut invitus ē traditus quia
et de ipso dictū est Qui me dilexit et tradidit semetipm̄ p me Omnia ergo
simul et pr̄ et filius et amboꝝ spūs pariter et concorditer opant̄ꝛ · tn̄ iustifi
cati sumus deo p mortem filii eius et quō id factū sit ut pteo id etiā quan
tum satis videbitur explicabo.

Quadā iusticia dei traditū est genus humanū ptō p̄mi hoīs in om̄s
Q ortus ex sexus commixtione nascentes originaliter transeunte et parentū p̄moꝝ
debito vniuersos posteros obligante · hec tradicio prius in genesi s̄cata est ubi
cū serpenti dicit esset terram manducabis · homi dictū est tra es et in tram
ibis ~~ubi mors corpis p̄nunciata est~~ / ibis Ergo qd̄ dicm̄ est in terram ibis mors cor
poris p̄nunciata est q̄ꝛ nec ipsam fuit experturus si p̄mansisset et factus est
rectus Quod vero viuēti dicit tra es ostendit totū hoiem in eū commutatū
Tale est enī tra es quale illud nō p̄manebit spūs meus i homibꝫ qm
caro sunt Tunc demonstrauit ei tradiderit traditū · cui dixit fuit. terram man
ducabis / Aplūs aut̄ aptius hoc p̄dicat ubi dicit Et vos cū essetis mor
tui delictis et pctīs vr̄is in quibus aliqñ ambulastis s̄cdm̄ seclm̄ mundi
huius s̄cdm̄ principem potestatis aeris sp̄c eius qui nunc opat̄ꝛ in filiis diffi
dencie in quibus et nos om̄s aliqñ conuersati sumus in desideriis carnis
nr̄e facientes voluptates carnis et affectionū / et eramus nā filii ire sicut et
ceteri filii diffidencie sunt infideles / et quibus hoc nō est an̄q̄ꝫ fideles fiat /
Quocirca om̄s hoīes ab origine sub principe sunt potestatis ~~hoc~~ est aeris qui
opat̄ꝛ in filiis diffidencie Et qd̄ dixi ab origine sub principe sunt potestatis
hoc est qd̄ dicit Aplūs natura et se fuisse sicut ceteros natura s̄ꝫ ut est de p
uata ptō nō ut recta creata est ab inicio Modū aut̄ iste quo traditus
est hō in dyabl̄i potestatem nō ita dꝫ intelligi tanq̄ꝫ hoc deus fecit sed p
missit iuste tam̄ / illo enī deserēte peccante pcti auctor illico inuasit
Nec ita sane deus deseruit creaturā suā ut nō se illi exhiberet deū creantē
et viuificantē et inter penalia mala etiā bona malis multa p̄stantē Non
enī continuit in ira miseraciones suas nec hoiem a lege sue potestatis amisit
qn̄ in dyabli potestate esse p̄misit / q̄ꝛ nec ipse dyabolꝰ a potestate omnipotēt
alienus est / sicut neq̄ꝫ a bonitate Nam et maligni angeli vnde quali
cunq̄ꝫ subsisterent vita nisi per eū qui viuificat om̄ia Si ergo commissio pctoꝝ
p iram dei iustam hoīem subdidit dyabolo profecto remissio pctoꝝ p reco
nciliationem dei benignā eruit hoīem a dyabolo Capitulum xiii

Non aut̄ dyabolꝰ potencia dei sed iusticia superandꝰ fuit Nam qd̄
Omnipotente potenciꝰ / aut cuius creature potestas potestati creatoris cōpari
pt Sꝫ cū dyabolꝰ vicio puersitatis sue factus sit amator potencie
et desertor oppugnatorque iusticie · sic enī et hoīes eū tanto magis
imitant̄ꝛ quanto magis neglecta vel etiā p̄osa iusticia potencie stu
dent / eiusque vel adepcione letant̄ꝛ vel inflāmant̄ꝛ cupiditate / placuit
deo et prius eruendū hoīem de dyabli potestate nō potencia dyabolꝰ sed iusticia

cia vinceret, atque ita et homines imitantes Christum iustitia quererent dyabolum vin-
cere non potentia, non quod potentia quasi mali aliquid fugienda sit, sed ordo servandus
est quo prior est iustitia. Nam quanta potentia potest esse mortalium? Teneant
ergo mortales iustitiam, potentia immortalibus dabitur, cui comparata quantalibet
eorum hominum qui potentes vocantur in terra ridicula infirmitas invenitur. Et
ibi foditur peccatori fovea ubi videntur mali plurimum posse. Cantat autem iustus
et dicit: Beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum ut mitiges
ei a diebus malis donec fodiatur peccatori fovea, quoniam non repellet dominus plebem
suam et hereditatem suam non derelinquet quoadusque iusticia convertatur in iudicium
et qui habent eam omnes recto sunt corde. Hoc igitur tempore quo differtur potentia
populi dei non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet quanta-
libet acerba et indigna ipsa humilis atque infirma patiatur, quoadusque iusticia
conversa admodum in iudicium, hoc est iudicandi accipiat potestatem quod iustis in
finem servatur cum precedente iustitia ordine suo fuerit potentia subsecuta. Pote-
ntia quippe adiuncta iustitie vel iustitia accedente potentie iudiciariam
potestatem facit. Pertinet autem iustitia ad voluntatem bonam, unde dictum est ab an-
gelis nato Christo: Gloria in excelsis deo et in terra pax omnibus bone voluntatis.
Potentia vero sequitur iustitiam, non preire, et in rebus secundis ponitur, id est prosperis.
Secunde autem a sequendo sunt dicte. Quod autem beatum faciunt, sicut superius disputavimus,
due res: bene velle et posse quod velis. Non debet esse illa perversitas que
in eadem disputatione notata est, ut ex duabus rebus que faciunt beatum
posse quod velit homo eligat, et velle quod oportet negligat, cum prius debeat
habere voluntatem bonam, magnam vero postea potestatem. Bona porro voluntas pur-
ganda est a viciis a quibus si vincitur homo ad hoc vincitur ut malum velit, et bona iam
voluntas eius quomodo erit? Optandum est itaque ut potestas nunc detur, sed contra vicia
que vincenda potentes esse nolunt homines et volunt potentes ad vincendos homines. Et quid — notetur
hoc nisi ut re vera victi falso vincant, nec sint veritate sed opinione victores? Velit homo
prudens esse, velit fortis, velit temperans, velit iustus, atque ut hec veraciter possit po-
tentiam plane optat atque appetat ut potens sit in se ipso, et miro modo adversus se ipsum
pro se ipso. Cetera vero que bene vult et tamen non potest, sicuti est immortalitas et vera ac plena
felicitas, desiderare non cesset et patienter expectet. Capitulum xv.

Que igitur est iustitia qua victus est dyabolus? Que nisi iustitia Ihesu Christi? Et quomodo
victus est? Quia cum in eo nichil morte dignum inveniret, occidit eum tamen. Et
utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes quem
sine ullo debito occidit. Hoc est quod iustificari dicimur in Christi sanguine. Sic quippe in
remissionem peccatorum nostrorum innocens ille sanguis effusus est. Unde se dicit in psalmis
inter mortuos liberum. Solus enim a debito mortis liber est mortuus. Hinc et in alio
psalmo dicit: Que non rapui tunc exsolvebam. Rapinam volens intelligi peccatum
quod usurpatum est contra licitum. Unde per os etiam carnis sue sicut in ewangelio legitur
dicit: Ecce venit princeps mundi huius et in me nichil invenit, id est nullum peccatum,
sed ut sciant omnes inquit quia voluntatem patris mei facio, surgite, eamus hinc. Et
pergit inde ad passionem ut pro debitoribus nobis quod ipse non debebat debebat ex-
solveret. Numquid isto iure equissimo dyabolus vinceretur si potentia Christus cum illo
agere non iustitia voluisset? Sed postposuit quod potuit ut prius ageret quod opor-
tuit. Ideo autem illum opus erat esse deum et hominem. Nisi enim homo esset, non posset
occidi; nisi et deus esset, non crederetur noluisse quod potuit, sed non potuisse
quod voluit, nec ab eo potentie prelatam fuisse iustitiam, sed ei defuisse potentiam

putaremus. Nunc vero humana pro nobis passus est quia homo erat. Sed si noluisset etiam hoc non pati potuisset quia et deus erat. Ideo gracior facta est in humilitate iusticia quia posset si voluisset humilitatem non perpeti. Tanta in divinitate potencia ac sic ab homine tam potente nobis mortalibus impotentibus et commendata est iusticia et promissa potencia. Horum enim duorum unum fecit moriendo alterum resurgendo. Illud enim iustum quod usque ad mortem crucis pro peccatoribus pervenit, et quod potens quod resurgere a mortuis et in celum cum ipsa carne in qua occisus est ascendit. Et iusticia quippe prius et potencia postea dyabolum vicit. Iusticia scilicet quia nullum peccatum habuit et ab illo iniustissime occisus est. Potencia vero quia revixit mortuus nunquam postea moriturus. Sed potencia dyabolum vicisset, etiam si ab illo non potuisset occidi quamvis maioris sit potencie etiam ipsam mortem vincere resurgendo quam vitare vivendo. Sed aliud est propter quod iustificamur in Christo sanguine cum per remissionem peccatorum eruimur de dyaboli potestate. Hoc ad id pertinet quod a Christo iusticia dyabolus vincitur non potencia. Ex infirmitate quippe quam suscepit in carne mortali non ex immortali potencia crucifixus est Christus de qua tamen infirmitate ait apostolus. Quod infirmum est dei fortius est hominibus.

Non est itaque difficile videre dyabolum victum quando qui ab illo occisus est resurrexit. Illud est maius et ad intelligendum profundius videre dyabolum victum quando sibi vicisse videbatur id est quando Christus occisus est. Tunc enim sanguis ille quoniam eius erat qui nullum omnino habuit peccatum ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum ut quia eos dyabolus merito tenebat quos peccati reos condicione mortis obstrinxerat hos per eum merito dimitteret quem nullius peccati reum immerito pena mortis affecit. Hac iusticia victus et hoc vinculo vinctus est fortis ut vasa eius eriperentur que apud eum cum ipso et angelis eius fuerant vasa ire et in vasa misericordie verterentur. Hec quippe verba ipsius domini nostri Ihesu Christi de celo ad se facta cum primum vocaretur narrat apostolus Paulus. Nam inter cetera que audivit etiam sibi hoc dictum esse narrat. Ad hoc enim tibi apparui ut constituam te ministrum et testem eorum que vidisti et eorum quibus etiam apparebo tibi liberans te de plebe et de gentibus in quas ego mitto te aperire oculos cecorum ut avertantur a tenebris et a potestate sathane ad deum ut accipiant remissionem peccatorum et sortem que in sanctis et fidem que in me. Unde et exhortans idem apostolus credentes ad graciarum actionem deo patri qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis sue in quo habemus redempcionem in remissionem peccatorum. In hac redempcione tanquam precium pro nobis datus est sanguis Christi quo accepto dyabolus non ditatus est sed ligatus ut nos ab eius nexibus solveremur nec ~~[illegible]~~ quemquam secum eorum quos Christus ab omni debito liber indebite fuso suo sanguine redemisset peccatorum retibus involutum traheret ad secunde ac sempiterne mortis exicium sed hactenus morerentur ad Christi graciam pertinentes prescitı et predestinati et electi ante constitucionem mundi quatenus pro illis ipse mortuus est Christus carnis tamen morte non spiritus. Cap. XVI

Quamvis enim et ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venit tamen bonus eius usus gloriosissimos martires fecit. Et ideo non solum ipsa sed omnia seculi huius mala dolores et labores hominum quamvis de peccatorum et maxime de peccati originalis meritis veniant unde facta est et ipsa vita vinculo mortis obstricta tamen et remissis peccatis remanere debuerunt cum quibus homo pro veritate certaret et unde exerceretur virtus fidelium ut novus homo per testamentum novum inter mala huius seculi novo seculo pararetur miseriam quam meruit ista vita dampnata sapienter tolerans et quod finietur gratulans beatitudinem vero quam

liber vita futura sine fine beata sit et fideliter et patienter expectans. Dyabolus
adiuvatur et cordibus fidelium foras missus in quorum dampnatione atque infidelitate
licet dampnatus eciam ipse regnabat tamen prodicione mortalitatis huius adversari
sinitur. quantum eis expedire novit de quo sacre littere personat apostolus fidelis deus
qui non permittit vos temptari super id quod potestis. sed faciet cum temptacione eciam
exitum ut possitis sustinere. prosunt autem ista mala que fideles pie perferunt vel
ad emendanda peccata vel ad exercendam probandamque iusticiam vel ad demonstrandam
vite huius miseriam ut illa ubi erit beatitudo vera atque perpetua et desideretur ar-
dencius ~~et inquirantur~~ instancius inquiratur. Sed eciam eos ista firmant de quibus
dicit Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum hiis qui secundum
propositum vocati sunt quoniam quos ante prescivit et predestinavit conformes ymaginis
filii dei sui ut sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit illos et vocavit
et quos vocavit ipsos et iustificavit. Quos autem iustificavit ipsos et glorificavit. horum
predestinatorum nemo cum dyabolo perit. Nemo usque ad mortem sub dyaboli potestate remanebit
Deinde sequitur quod iam supra commemoravi. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pro nobis
quis contra nos. Qui eciam filio suo non pepercit sed pro nobis tradidit eum. quomodo non eciam cum
illo omnia nobis donavit. Cur ergo non fieret mors Christi. Immo cur pretermissis aliis innu-
merabilibus modis quibus ad nos liberandos uti posset omnipotens ipsam potissimum eligeret
ut fieret. ubi nec divinitate eius aliquid mutatum est. et de humanitate suscepta tantum bene-
ficium collatum est hominibus. ut dei filio sempiterno eodemque hominis filio mors temporalis
indebita redderetur qua eos a sempiterna morte debita liberaret. peccata nostra dyabolus tene-
bat. et per illa nos merito figebat in morte. Dimisit ea ille qui sua non habebat et ab
illo immerito est perductus in mortem. Tanti valuit sanguis ille ut neminem Christo indu-
tum in eterna morte debita detinere debuerit qui Christum morte indebita vel ad tempus
occidit. Commendat ergo caritatem suam deus in nobis. quoniam cum adhuc peccatores essemus
Christus pro nobis mortuus est. multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus
ab ira per ipsum. Iustificati inquit in sanguine ipsius. iustificati plane in eo quod a
peccatis omnibus liberati. liberati autem a peccatis omnibus liberati autem a peccatis omnibus quia
pro nobis est dei filius qui nullum habebat occisus. Salvi ergo erimus ab ira per ipsum
ab ira utique dei que nichil aliud est quam iusta vindicta. Non enim sicut hominis animi per-
turbatio est ira dei sed illa ira est. cui alio loco dicit sancta scriptura Tu autem domine
virtutum cum tranquillitate iudicas. Si ergo iusta divina vindicta tale nomen accepit eciam
reconciliatio dei que recte intelligitur nisi cum talis ira finitur. nec inimici eramus deo nisi
quemadmodum iusticie sunt inimica peccata. quibus remissis tales inimicicie finiuntur et
reconciliantur iusto quos ipse iustificat. quos tamen etiam inimicos utique dilexit quia proprio
filio suo non pepercit sed pro nobis cum adhuc inimici essemus tradidit eum. Recte ergo conse-
quenter adiunxit Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii
eius per quem facta est illa remissio peccatorum. multo magis reconciliati salvi erimus
in vita ipsius. In vita salvi qui per mortem reconciliati. Quis enim dubitaverit
daturum amicis vitam suam pro quibus inimicis dedit mortem suam. Non solum autem salvi
erimus. sed et gloriamur. non in nobis sed in deo. nec per nos ~~eos~~ ipsos sed per dominum Ihesum Christum
per quem nunc reconciliacionem accepimus secundum ea que superius disputata sunt. Deinde
subiungit apostolus propter hoc sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per
peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccaverunt etc. In quibus
plurimis de duobus hominibus disputat. uno eodemque primo Adam per cuius peccatum et
mortem tamquam hereditariis malis posteri eius obligati sumus. Altero autem secundo
Adam qui non homo tantum sed eciam deus est quo pro nobis solvente quod non debebat
a debitis et paternis et propriis liberati sumus. Proinde quoniam propter unum illum tenebat
dyabolus omnes per eius vitiatam carnalem concupiscentiam generatos. iustum est ut propter

ira dei

huic unum dimittat omnis peccatis immaculatam gratiam spiritualem ingeneratos

Sunt et alia multa que in Christi incarnatione que superbis displicet salubriter intuenda atque cogitanda sunt. Quorum est unum quod demonstratum est homini quem locum haberet in rebus quas deus condidit, quandoquidem sic deo coniungi potuit humana natura ut ex duabus substantiis fieret persona una ac per hoc iam ex tribus deo anima et carne, ut superbi illi maligni spiritus qui se ad decipiendum quasi ad adiuvandum medios interponunt, non ideo se homini audeant preponere quia non habent carnem, et maxime quia et mori in eadem carne dignatus est, ne ideo illi tamquam deos se coli persuadeant quia videntur esse immortales. Deinde ut gratia dei nobis sine ullis precedentibus meritis in homine Christo commendaretur, quia nec ipse ut tanta unitate deo vero coniunctus una cum illo persona filius dei fieret ullis est precedentibus meritis assecutus. Ex quo enim esse homo cepit ex illo est et deus, unde dictum est verbum caro factum est. Est etiam illud ut superbia hominis que maximo est impedimento ne inhereat deo per tantam dei humilitatem redargui posset atque sanari. Discit etiam homo quam longe recesserit a deo quod illi valeat ad medicinalem dolorem quando per talem mediatorem redit qui hominibus et deus divinitate subvenit et homo infirmitate convenit. Quod autem maius obediencie nobis preberetur exemplum qui per inobedienciam perieramus quam deo patri deus filius obediens usque ad mortem crucis. Quod premium ipsius obediencie ubi ostenderetur melius quam in carne tanti mediatoris que ad vitam resurrexit eternam. Pertinebat etiam ad iusticiam bonitatemque creatoris ut per eandem rationalem creaturam superaretur diabolus quam se superasse gaudebat, et de ipso genere venientem quod origine viciata per unum tenebat universum.

Poterat enim utique deus hominem aliunde suscipere in quo esset mediator dei et hominum non de genere illius Adam qui peccato suo genus obligavit humanum, sicut ipsum quem primum creavit non de genere alicuius creavit. Poterat ergo vel sic vel alio quo vellet modo creare unum alium de quo vinceretur victor prioris, sed melius iudicavit et de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem deus per quem generis humani vinceret inimicum, et tamen ex virgine cuius conceptum spiritus non caro fides non libido prevenit. Nec interfuit carnis concupiscencia per quam seminantur et concipiuntur ceteri qui trahunt originale peccatum, sed ea penitus remotissima credendo non concumbendo fecundata est sancta virginitas, ut illud quod nascebatur ex propagine primi hominis tantummodo generis et non criminis originem duceret. Nascebatur namque non transgressionis contagione viciata natura sed omnium talium vitiorum sola medicina. Nascebatur inquam homo nullum habens ullum omnino peccatum, per quem renascerentur liberandi a peccato qui nasci non possent sine peccato. Etsi enim carnali concupiscencia que inest genitalibus membris bene utatur castitas coniugalis, habet tamen motus non voluntarios, quibus ostendit vel nullam se in paradiso ante peccatum esse potuisse vel non talem fuisse si fuit ut aliquando resisteret voluntati. Nunc autem talem illam esse sentimus ut repugnans legi mentis etiam si nulla est causa generandi stimulos ingerat coeundi, ubi si ei ceditur peccando satiatur, si non ceditur dissentiendo frenatur. Que duo aliena fuisse a paradiso ante peccatum dubitare quis possit. Nam neque illa honestas faciebat aliquid indecorum neque illa felicitas paciebatur aliquid impacatum. Oportebat itaque ut ista carnis concupiscencia nulla ibi esset omnino quando concipiebatur virginis partus, in quo nihil dignum morte fuerat inventurus auctor mortis et eum tamen occisurus auctor vite morte vincendus. Victor primi Adam et tenens genus humanum victus a secundo Adam et amittens genus christianum liberatum ex humano genere ab humano crimine per eum qui non erat in crimine quamvis esset ex genere, ut deceptor ille ab eo genere vinceretur quod vicerat crimine. Et hoc ita gestum est ut homo non extollatur sed qui gloriatur in domino glorietur. Qui enim victus est homo tantum erat et ideo victus est quia superbe deus esse cupiebat. Qui autem vicit et deus et homo erat, et ideo sic vicit natus ex virgine quia deus humiliter non quomodo alios sanctos regebat illum hominem sed gerebat. Hec tanta dei dona et si qua alia sunt que de hac re nobis et querere et disserere longum est, nisi verbum caro fieret nulla essent.

Hec autem omnia que pro nobis verbum caro factum temporaliter et localiter fecit et pertulit secundum di-
stinctionem quam demonstrare suscepimus ad scientiam pertinent non ad sapientiam. Quod autem verbum
est sine tempore et sine loco est patri coeternum et ubique totum de quo si quisquam potest quantum
potest veracem proferre sermonem sermo ille est sapientie ac per hoc verbum caro factum quod est Christus Ihesus
et sapientie thezauros habet et scientie. Nam scribens apostolus ad Colosenses volo enim vos scire
inquit quantum certamen habeam pro vobis et pro his qui sunt in Laodicie et quicunque non viderunt faciem
meam in carne ut consolentur corda eorum copulati in caritate et in omnibus divitiis ple-
nitudinis intellectus ad cognoscendum misterium dei quod est Christus in quo sunt omnes thesauri sapientie
et scientie absconditi. Quatenus noverat apostolus thezauros istos quantum eorum penetraverat et in eis
ad quanta pervenerat quis potest nosse. Ego tamen secundum id quod scriptum est unicuique autem nostrum
datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie alii sermo
scientie secundum eundem spiritum. Si inter se distant ita hec duo ut sapientia divinis scientia humanis
attributa sit rebus utrumque agnosco in Christo et mecum omnis eius fidelis. Et cum lego
verbum caro factum est et habitavit in nobis in verbo intelligo verum dei filium in carne
agnosco verum hominis filium et utrumque simul in unam personam dei et hominis ineffabili gratie
largitate coniunctum propter quod sequitur ac dicit et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti
a patre plenum gratia et veritate. Si gratiam referamus ad scientiam veritatem ad sapientiam puto
nos ab illa duarum istarum rerum distinctione quam commendavimus non abhorrere. In rebus enim
per tempus ortis illa summa gratia est quod homo in unitate persone coniunctus est deo. In rebus
vero eternis summa veritas recte tribuitur dei verbo. Quod vero idem ipse est unigenitus a patre
plenus gratie et veritatis id actum est ut idem ipse sit in rebus pro nobis temporaliter gestis cui
per eandem fidem mundamur ut eum stabiliter contemplemur in rebus eternis. Illi autem
precipui gentium philosophi qui invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicere
potuerunt tamen quia sine mediatore id est sine Christo philosophati sunt quem nec venturum prophetis
nec venisse apostolis crediderunt veritatem detinuerunt sicut de illis dictum est in iniquitate.
Non potuerunt enim in his rebus infimis constituti nisi querere aliqua remedia
per que ad illa que intellexerant sublimia pervenirent atque ita in deceptores demones
inciderunt per quos factum est ut immutarent gloriam incorruptibilis dei in similitudine imaginis
corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. In talibus enim formis etiam
ydola constituerunt sive coluerunt. Scientia ergo nostra Christus est sapientia quoque nostra idem Christus
est. Ipse nobis fidem de rebus temporalibus inserit ipse de sempiternis exhibet veritatem.
Per ipsum pergimus ad ipsum tendimus per scientiam ad sapientiam ab uno tamen eodemque Christo non
recedimus in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Sed nunc de scientia loquimur
post de sapientia quantum ipse donaverit locuturi. Nec ista duo sic accipiamus quasi non liceat
dicere vel istam sapientiam que in rebus humanis est vel illam scientiam que in divinis.
Loquendi enim latiore consuetudine utraque sapientia utraque scientia dici potest. Nullo modo
tamen scriptum esset apud apostolum Alii datur sermo sapientie alii sermo scientie nisi et proprie
singulis nominibus hec singula vocarentur de quorum distinctione nunc agimus. Iam
ita ergo videamus quid sermo iste prolixus effecerit quid collegerit quo pervenerit.

Beatos se esse velle omnium hominum est nec tamen omnium est fides qua cor mundante
ad beatitudinem pervenitur ita fit ut per istam quam non omnes volunt ad illam tendendum
est quam nemo potest esse qui nolit. Beatos esse se velle omnes in corde suo
vident tantaque est in hac re nature humane conspiratio ut non fallatur homo
qui hoc ex animo suo de animo conicit alieno. Denique omnes id velle nos novimus.
Multi vero immortales se esse posse desperant cum id quod omnes volunt id est beatus nullus aliter
esse possit. Volunt tamen etiam immortales esse si possent sed non credendo quod possint non
ita vivunt ut possint. Necessaria ergo est fides ut beatitudinem consequamur omnibus
humane nature bonis id est et animi et corporis. Hanc autem fidem in Christo esse diffinitam
qui in carne resurrexit a mortuis non moriturus ulterius. Nec nisi per illum quemquam
liberari a dyaboli dominatu per remissionem peccatorum in cuius dyaboli partibus necesse est
esse miseram et miseram vitam carendo perpetuam que mors potius est dicenda quam vita

no

eadem fides sit de qua et in hoc libro sicut potui prout temporis disputavi cum iam et in alio libro huius operis multa de hac dixerimus. Sed ibi propter aliud hic propter aliud, ibi scilicet ut ostenderemus cur et quomodo Christus in plenitudine temporis a patre sit missus, propter eos qui dicunt eum qui misit et eum qui missus est equales natura esse non posse. Hic autem ad distinguendam activam scientiam a contemplativa sapientia. Placuit quippe velut gradatim ascendentibus in utraque requirere apud interiorem hominem quandam sui cuiusque generis trinitatem sicut prius apud exteriorem quesivimus, ut ad illam trinitatem que deus est pro nostro modulo si tamen vel hoc possumus saltem in enigmate et per speculum contuendam exercitatiore in his inferioribus rebus mente veniamus. Huius igitur verba fidei quisquis in solis vocibus memorie commendaverit nesciens quid significent, sicut solent qui grece nesciunt verba greca tenere memoriter vel latina similiter vel cuiuslibet alterius lingue qui eius ignari sunt, nonne habet quandam in animo suo trinitatem, quia et in memoria sunt illi verborum soni etiam quando inde non cogitat et inde formatur acies recordationis eius quando de his cogitat, et voluntas recordantis atque cogitantis utrumque coniungit. Nullo modo tamen dixerimus istum cum hoc agit secundum trinitatem interioris hominis agere sed potius exterioris, quia id solum meminit et quando vult quantum vult intuetur quod ad sensum corporis pertinet qui vocatur auditus, nec aliud quam talium corporalium id est vocum in tali cogitatione ymagines versat. Si autem quod verba illa significant teneat et recolat, iam quidem aliquid interioris hominis agit, sed nondum dicendus vel putandus est vivere secundum interioris hominis trinitatem si ea non diligit que ibi predicantur, precipiuntur, promittuntur. Potest enim et ad hoc tenere atque cogitare ut falsa esse existimans conetur etiam redarguere. Voluntas ergo illa que ibi coniungit ea que memoria tenebantur et ea que inde in acie cogitationis impressa sunt implet quidem aliquam trinitatem cum ipsa sit tertia, sed non secundum eam vivitur quando illa que cogitantur velut falsa non placent. Cum vero illa vera esse creduntur et que ibi diligenda sunt diliguntur, iam secundum trinitatem interioris hominis vivitur. Secundum hoc enim vivit quisque quod diligit. Quomodo autem diligantur que nesciuntur sed tamen creduntur iam questio ista tractata est in superioribus libris et inventum neminem diligere quod penitus ignorat, ex his vero que nota sunt diligi dici ignota. Nunc librum istum ita claudimus ut admoneamus quod iustus ex fide vivit, que fides per dilectionem operatur, ita ut virtutes quoque ipse quibus prudenter fortiter temperanter iusteque vivitur omnes ad eandem referantur fidem. Non enim aliter vere poterunt esse virtutes, que tamen in hac vita non valent tantum ut aliquando non sit hic necessaria qualiumcumque remissio peccatorum, que non fit nisi per eum qui sanguine suo vicit principem peccatorum. Ex hac fide et tali vita quecumque notiones sunt in animo fidelis hominis cum memoria continentur et recordatione inspiciuntur et voluntati placent reddunt quandam sui generis trinitatem. Sed ymago dei de qua in eius adiutorio post loquemur nondum in ipsa est, quod tunc melius apparebit cum demonstratum fuerit ubi sit, quod in futuro volumine lector expectet. Explicit liber tredecimus. Incipiunt capitula libri quarti decimi.

Que sit hominis vera sapientia.

De fide que hic ad eterna perducat, temporalis tamen est, et tamen ad eternitatem veniri fuerit necessaria.

Quod illud sit animi in quo dei ymago perpetua est et eterne trinitatis.

Quod nata anime etiam desinens et miserere ut vita ut dei ymaginem possit amittere.

An et parvulorum mentes nosse se possint.

Quomodo mens hominis sine cogitatione sui conscia esse non possit.

Quod aliud sit aliquid non nosse, aliud non inde cogitare.

De principali mentis in qua invenienda est ymago summe trinitatis.

An virtutes quibus ad eternitatem tenditur desiture sint cum ad eterna perduxerint.

De cogitabilibus temporalibus quorum alia cognitionem nostram prevenerunt alia non precedunt

An semper meminerit pariter tenuerit. an vero etiam perimant. Qua facultate mens ronalis abtineat ut in ea dei ymago resplendeat. De reminiscentia in deum cuius scire capax est mens humana. Quod etiam summa mens nec memoria sui careat nec cognitione nec amore. De mutabilitate mentis humane qua fit ut sicut misera facta est ex beata possit esse et misera. Unde reformacionis mentis ad ymaginem dei et quot modis spiritus appellatus diuersis assignatur naturis. Quomodo sit inter generationem baptismi et renouationem qua proficitur de die in diem in agnicione dei. Possit etiam horum corpore ymaginem dei accipi. sicut quod ubi eadem fuerit et unum immortalitatis animus sciat conformabitur. Qua sui parte homo ad ymaginem et similitudinem dei factus sit ad quam proficiendo renouatur. Incipit xiiii[us] liber

Capitulum primum. Que sit hominis vera sapientia

Nunc de sapientia nobis est disserendum non illa dei que procul dubio deus est. et verus. Nam sapientia dei filius eius unigenitus dicitur. sed loquimur de hominis sapientia vera tamen que secundum deum est et verus atque precipuus cultus eius est que uno nomine ~~theo~~ theosebia grece appellatur. quod nomen nostri sicut iam commemorauimus volentes uno eodem et ipsi nomine interpretari pietatem dixerunt cum pietas apud grecos eusebia vocitatur. Theosebia vero quia uno verbo perfecte non potest. melius interpretatur duobus ut dicatur potius dei cultus. Hanc esse hominis sapientiam quod et in xii[o] huius operis volumine iam posuimus scripture sancte auctoritate monstratur in libro famuli dei Job legitur dei sapientiam dixisse homini. Ecce pietas est sapientia abstinere autem a malis est sciencia. Hinc etiam ut nonnulli de greco epistemen interpretati sunt disciplina. que utique a discendo nomen accepit. unde et sciencia dici potest. Ad hoc etiam quecumque res discitur ut sciatur. Quamuis alia ratione nomen in his que propter sua mala quisque patitur ut corrigatur dici soleat disciplina unde est illud in epistola ad hebreos. Quis enim est filius cui non dat disciplinam pater eius. Et illud euidencius in eadem. Omnis vero disciplina ad tempus non gaudii videtur esse sed tristicie postea vero fructum pacificum hiis qui per eam exercitati sunt reddet iusticie. Deus ergo ipse summa sapientia. cultus enim dei sapientia est hominis ~~que proprie~~ de qua loquimur. Nam sapientia huius mundi stulticia est apud deum. De hac itaque sapientiam que dei cultus est ait sancta scriptura. Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum. Sed si de sapientia disputare sapientum est quid agemus. Nunquid nam profiteri audebimus sapientiam ne sit nostra de illa impudens disputacio. nonne terrebimur exemplis pitagore qui cum ausus non fuisset sapientem profiteri philosophum potius i[d est] amatorem sapientie se esse rendit a quo id non exortum ita deinceps posteris placuit ut quantumlibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina precessisset vel sibi vel aliis videretur excellere non nisi philosophus vocaretur. An ideo sapientem profiteri aliquis horum nullus audebat quia sine ullo peccato putabat esse sapientem. hoc autem scriptura nostra non dicit que dicit. Argue sapientem et amabit te. profecto enim iudicat habere peccatum quem censet arguendum. Sed ego ne sic quidem sapientem me audeo profiteri. Satis est michi quod etiam ipsi negare non possunt esse etiam philosophi i[d est] amatoris sapientie de sapientia disputare. Non enim hoc illi facere destiterunt qui se amatores sapientie potius sapientes ~~esse profiteri~~ professi sunt disputantes autem de sapientia diffinierunt eam dicentes. Sapientia est rerum humanarum diuinarumque sciencia. Unde ego in libro superiore utrarumque rerum cognicionem et humanarum diuinarum atque humanarum et sapientiam et scienciam dici posse non tacui. Verum secundum hanc distinctionem qua dixit Apostolus. Alii datur sermo sapientie alii sermo sciencie. ista diffinicio diuidenda est ut rerum diuinarum sciencia sapientia proprie nuncupetur humanarum autem proprie sciencie nomen obtineat de qua volumine xiii[o] disputaui non utique quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis ubi plurimum superuacue

vanitatis et noxie curiositatis est, huic scientie tribuens sed illud tantummodo quo fides saluberrima que ad veram beatitudinem ducit gignitur nutritur defenditur roboratur. Qua scientia non pollent fideles plurimi quamvis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam que non nisi eterna est. Aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum et piis opituletur et contra impios defendatur quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur apostolus. De qua cum prius loquerer ipsam precipue fidem commendavi, a temporalibus eterna breviter ante distinguens atque ibi de temporalibus disserens, eterna vero in hunc librum differens, etiam de rebus eternis fidem temporalem quidem et temporaliter in credentium cordibus habitare necessariam tamen propter adipiscenda ipsa eterna esse monstravi. Fidem quoque de temporalibus rebus quas pro nobis eternus fecit et passus est in homine quem temporaliter gessit atque ad eterna provexit ad eandem eternorum adeptionem prodesse disserui, virtutesque ipsas quibus in hac temporali mortalitate prudenter fortiter temperanter iuste que vivitur nisi ad eandem licet temporalem fidem que tamen ad eterna perducit referantur veras non esse virtutes.

Quapropter quoniam sicut scriptum est Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino, per fidem enim ambulamus non per speciem, profecto quamdiu iustus ex fide vivit quamvis secundum interiorem hominem vivat, licet per eandem temporalem fidem ad veritatem nitatur et tendat ad eterna, tamen in eiusdem fidei temporalis retentione contemplatione dilectione nondum talis est trinitas ut dei ymago iam dicenda sit, ne in rebus temporalibus constituta videatur que constituenda est in eternis. Mens quippe humana cum fidem suam videt qua credit quod non videt, non aliquid sempiternum videt. Non enim semper hoc erit quod utique non erit cum ista peregrinatione finita qua peregrinamur a domino ut per fidem ambulare necesse sit, species illa successerit per quam videbimus facie ad faciem, sicut modo non videntes tamen quia credimus videre merebimur atque ad speciem nos per fidem perductos esse gaudebimus. Neque enim iam fides erit qua credantur que non videntur, sed species qua videantur que credebantur. Tunc ergo et si vite huius mortalitatis transacte meminerimus et credidisse nos aliquid que non videbamus meminendo recolemus, in preteritis atque transactis deputabitur fides ista, non in presentibus rebus semperque manentibus. Ac per hoc etiam trinitas ista que nunc in eiusdem fidei presentis ac manentis memoria contuitu dilectione consistit tunc transacta et preterita reperietur esse non permanens. Ex quo colligitur ut si iam ymago dei est ista trinitas etiam ipsa non in eis que semper sunt sed in rebus sit habenda transeuntibus.

Capitulum tercium

Absit autem ut cum anime natura sit immortalis nec ab initio quo creata est unquam deinceps esse desistat, id quo nichil melius habet non cum eius immortalitate perduret. Quid vero melius in eius natura est creatum quam quod ad sui creatoris ymaginem facta est. Non igitur in fidei retentione contemplatione dilectione que non erit semper, sed in eo quod semper erit invenienda est quam dici oporteat ymaginem dei. An ad hoc ut res hec aliquanto diligentius atque abstrusius perscrutetur? Dici enim potest non perire istam trinitatem etiam tunc cum fides ipsa transierit, quia sicut nunc eam et memoria tenemus et cogitatione cernimus et voluntate diligimus, ita etiam tunc cum eam nos habuisse memoria tenebimus et recolemus et hec utraque tercia voluntate iungemus, eadem trinitas permanebit. Quoniam si nullum in nobis transiens vestigium reliquit, profecto nunc in memoria nostra eius aliquid habemus quo recordamur eam preteritam recordantes atque id utrumque intentione tercia copulantes, et quod erat sic in memoria non inde cogitantibus nobis et quod inde cogitatione formatur. Sed qui hoc dicit non discernit aliam aliam nunc esse trinitatem quando presentem fidem tenemus videmus amamus in nobis, aliam tunc futuram quo non ipsam sed eius ymaginarium velut vestigium in memoria reconditum recordatione contuebimur, et duobus hiis quod erat in memoria retinentes et quod inde

existunt in acie recordationis tertia voluntate iungente. Quod ut possit intelligi sumatur
exemplum de corporalibus rebus de quibus in libro xi satis locuti sumus. Nempe ab inferi-
oribus ad superiora ascendentes vel ab exterioribus ad interiora ingredientes primam
reperimus trinitatem in corpore quod videtur et acie videntis que cum videt inde formatur
et in voluntatis intentione utrumque coniungente. Huic trinitati similem constituamus cum fides que
nunc inest nobis tamquam corpus illud in loco ita in nostra memoria constituta est
de qua informatur cogitatio recordantis sicut ex illo corpore acies intuentis quibus
duobus ut trinitas impleatur annectitur tertia voluntas que fidem in memoria constitu-
tam et quandam eius effigiem in contuitu recordationis impressam connectit
et iungit sicut in illa trinitate corporalis visionis forma corporis quod videtur et con-
formationem que fit in cernentis aspectu iungit intentio voluntatis. Fac ergo corpus
illud quod cernebatur interisse dilapsum nec eius remansisse aliquid in illo loco
ad quod videndum recurrat aspectus. Numquid quia ymago rei corporalis iam transacte
atque preterite remanet in memoria unde informetur cogitantis obtutus atque
id utrumque tertia voluntate iungatur eadem trinitas esse dicenda est que fuerat quando species
in loco positi corporis videbatur. Non utique sed ~~voluntate iungatur~~ prorsus alia.
Nam preter quod illa erat extrinsecus hec intrinsecus illam profecto faciebat species presentis
corporis hanc ymago preteriti. Sic et in hac re de qua nunc agimus et propter quam
putavimus adhibendum illud exemplum fides que nunc in animo est sicut illud
corpus in loco dum tenetur aspicitur amatur quandam efficit trinitatem sed non ipsa
erit cum fides hec in animo sicut corpus illud in loco iam non erit. Que vero tunc
erit cum eam recordabimur in nobis fuisse non esse alia profecto erit. Hanc
enim que nunc est facit res ipsa presens et animo credentis affixa. At illa que tunc
erit faciet rei preterite ymaginatio in recordantis memoria derelicta. Nec illa igitur
trinitas que nunc non est ymago dei erit nec ista ymago dei est que tunc non
erit sed ea est invenienda in anima hominis id est rationali sive intellectuali ymago creatoris
Nam sicut ipsa immortalitas (que immortaliter immortalitati eius est insita)
anime secundum quendam modum dicitur quia et habet anima mortem suam cum vita
beata caret que vita vera anime vita dicenda est sed immortalis ideo nuncupatur quoniam
qualicumque vita etiam cum miserrima est numquam desinit vivere ita quamvis ratio
vel intellectus nunc in ea sit sopitus nunc parvus nunc magnus appareat numquam
nisi rationalis vel intellectualis est anima humana ac per hoc si secundum hoc facta est
ad ymaginem dei quod uti ratione atque intellectu ad intelligendum atque con-
spiciendum deum potest profecto ab initio quo esse cepit ista tam magna et mira natura
sive ita obsoleta sit hec ymago ut pene nulla sit sive obscura atque defor-
mis sive clara et pulchra sit semper est. Denique deformitatem dignitatis
eius miserans divina scriptura quamquam inquit in ymagine ambulat homo tamen
vane conturbatur thesaurizat et nescit cui congregabit ea. Non itaque vanitatem
ymagini dei tribueret nisi deformem cerneret factam nec tantum valere illam de-
formitatem ut auferat quod ymago est satis ostendit dicendo quamquam in ymagine
ambulat homo. Quapropter ex utraque parte veraciter pronunciari potest ista sententia ut
quemadmodum dictum est quamquam in ymagine ambulat homo tamen vane conturbatur
ita dicatur quamvis vane conturbetur tamen in ymagine ambulat. Quamvis enim magna
natura sit tamen vitiari potuit quia summa non est. Et quamvis vitiari potuerit quia summa non
est tamen quia summe nature capax est et esse particeps potest magna natura est.
Queramus igitur in hac ymagine dei quandam sui generis trinitatem adiuvante
ipso qui nos fecit ad ymaginem suam. Non enim aliter possumus salubriter
vestigare et secundum sapientiam que ab illo est aliquid invenire. Sed ea que in
superioribus libris et maxime in decimo de anima humana vel mente diximus
si lectoris vel memoria teneatur atque recolantur vel diligentia in eis

locis in quibus scripta sunt recenseant non hic desiderent plus ratiocinationem de rei necessitate
sermone. Et ut recolant ergo in libro decimo diximus hominis mentem nosse semet
ipsam. Nichil enim tam novit mens quam id quod sibi presto est quam ipsa sibi et alia quantum
satis visum est adhibuimus documenta quibus hec certissime probarentur.

Quid itaque dicendum est de infantibus mente ita adhuc parvuli et in tam magna
demersi rerum ignorantia ut illius mentis tenebras mens hominis que aliquid
novit exhorreat. An etiam ipsa se nosse credenda est sed intenta nimis in eas res
quas per corporis sensus tanto maiore quanto noviore cepit delectatione sentire non ignorare
se potest sed cogitare se non potest. Quanta porro intentione in ista que foris sunt
sensibilia feratur vel hinc solum conici potest quod lucis huius hauriende sic avida est
ut si quisquam minus cautus aut nesciens quid inde possit accidere nocturnum lumen
posuerit ubi iacet infans in ea parte ad quam iacentis oculi possunt retorqueri
nec cervix possit inflecti sic eius inde non removetur aspectus ut nonnullos
ex hoc etiam strabones fieri noverimus eam formam tenentibus oculis quam teneris et
mollibus consuetudo quodammodo infixit. Ita et in alios corporis sensus quantum sinit
illa etas intentione se quasi coartat animus parvulorum ut quicquid per carnem offendit aut
allicit hoc solum abhorreat vehementer aut appetat; sua vero interiora non cogitat
nec possunt admoneri ut hoc faciant quia nondum admonentis signa noverunt ubi precipuum
locum verba obtinent que sicut alia prorsus nesciunt. Quod autem aliud sit non
se nosse aliud non se cogitare iam in eodem volumine ostendimus. Sed hanc etatem omittamus
que nec interrogari potest quid in se agatur et nos ipsi eius valde obliti sumus. Hinc
tantum nos esse commonitos sufficiat quod cum homo de animi sui natura cogitare potuerit atque invenire
quod verum est alibi non inveniet quam penes seipsum. Inveniet autem non quod
nesciebat sed unde non cogitabat. Quid enim scimus si quod est in nostra mente
nescimus, cum omnia que scimus non nisi mente scire possimus. Capitulum vi

Tanta est tamen cogitationis vis ut nec ipsa mens quodammodo se in conspectu suo
ponat nisi quando se cogitat, ac per hoc ita nichil in conspectu mentis est
nisi unde cogitatur ut nec ipsa mens qua cogitatur quicquid cogitatur aliter possit esse
in conspectu suo nisi seipsam cogitando. Quomodo autem quando se non cogitat in con-
spectu suo non sit, cum sine seipsa numquam esse possit quasi aliud sit ipsa aliud
conspectus eius invenire non possum. Hoc quippe de oculo corporis non absurde dicitur.
Ipse quippe oculus loco suo fixus est in corpore, aspectus autem eius in ea que
extra sunt tenditur et usque in sidera extenditur. Nec est oculus in conspectu suo quando-
quidem non conspicit seipsum nisi speculo obiecto unde iam locuti sumus quod
non fit utique quando se mens in conspectu suo sui cogitatione constituit. Numquid
ergo alia sua parte aliam suam partem videt cum se conspicit cogitando sicut aliis
membris nostris qui sunt oculi alia nostra membra conspicimus que in nostro possunt
esse conspectu. Quid dici absurdius vel sentiri potest. Unde igitur aufertur mens
nisi a seipsa et ubi ponitur in conspectu suo nisi ante seipsam. Non ergo ibi erit
ubi erat quando in conspectu suo non erat quia hic posita inde sublata est. Sed si
conspicienda migravit conspectura ubi manebit. An quasi geminatur ut et illic
sit et hic id est et ubi conspicere et ubi conspici possit ut in se sit conspiciens
ante se conspicua. Nichil horum nobis veritas consulta respondet quoniam quando isto modo
cogitamus non nisi corporum ymagines fictas cogitamus quod mentem non esse pau-
cis certissimum est mentibus a quibus potest de hac re veritas consuli. Proinde restat
ut aliquid pertinens ad eius naturam sit conspectus eius et in eam quando se cogitat
non quasi per loci spatium sed incorporea conversione revocetur. Cum vero non se cogitat

non sit quid in conspectu suo, ut de illa fingi formetur obtutus sed tamen novit
se tanquam ipsa sit sibi memoria sui sicut multarum disciplinarum peritus ea que novit eius
memoria continentur, nec est inde aliquid in conspectu mentis eius nisi unde cogitat
cetera in archana quadam noticia sunt recondita que memoria nuncupatur. Ideo trinitatem
sic commendabamus ut illud unde formatur ab cogitantis obtutus in memoria po-
neremus ipsam vero conformationem tanquam ymaginem que inde imprimitur, et illud
quo utrumque coniungitur amorem seu voluntatem. Mens igitur quando cogitatione se conspi-
cit intelligit se et recognoscit. Gignit ergo hunc intellectum et cognitionem suam.
Res quippe incorporea intellecta conspicitur et intelligendo cognoscitur. Nec ita
sane gignit istam noticiam suam mens cum cogitando intellectam se conspicit
tanquam sibi ante incognita fuerit, sed ita sibi nota erat quemadmodum note sunt
res que memoria continentur etiam si non cogitentur. Quoniam dicimus hominem nosse
litteras etiam cum de aliis rebus non de litteris cogitat. Hec autem duo gignens et
genitum dilectione tertia copulantur que nichil est aliud quam fruendum voluntas fruendum
appetens vel tenens. Ideo etiam illis tribus nominibus insinuandam mentis putavimus
trinitatem memoria intelligentia voluntate. Sed quoniam mentem semper sui meminisse
se semper quoque se ipsam intelligere et amare, quamvis non semper se cogitare discretam ab eis
que non sunt quod ipsa est, circa libri decimi finem diximus, querendum est quo-
nam modo ad cogitationem pertineat intellectus, noticia vero cuiusque rei que inest men-
ti etiam quando non de se ipsa cogitatur ad solam dicatur memoriam pertinere. Si enim hoc ita
est non habebat hec tria ut et sui meminisset et se intelligeret et amaret, sed
meminerat sui tantum et postea cum cogitare se cepit tunc se intellexit atque dilexit.

Quapropter illud diligentius consideremus quod adhibuimus ubi ostenderetur
aliud esse rem quamque non nosse, aliud non cogitare, fierique posse ut no-
verit homo aliquid quod non cogitat quando aliunde non inde cogitat. Duarum ergo
vel plurium disciplinarum peritus cum unam cogitat alias vel alias etiam si non
cogitat novit tamen. Sed numquid recte possumus dicere iste musicus novit quidem mu-
sicam sed nunc eam non intelligit quia non eam cogitat. Intelligit autem nunc geo-
metricam, hanc enim nunc cogitat. Absurda quantum apparet ista sententia.
Quid etiam illa si dicamus iste musicus novit quidem musicam sed nunc eam
non amat quando non eam cogitat. Amat autem nunc geometricam quoniam nunc ipsam
cogitat, nonne similiter absurda est. Rectissime vero dicimus iste quem perspicis de
geometrica disputantem etiam perfectus est musicus. Nam et meminit eius disciplinae
et intelligit et diligit eam. Sed quamvis eam novit et tamen nunc illam non
cogitat quoniam geometricam de qua disputat cogitat. Hinc admonemur esse nobis
in abdito mentis quarundam rerum quasdam noticias, et tunc quodammodo procede-
re in medium atque in conspectu mentis velut apertius constitui quando cogitantur. Tunc
enim se ipsa mens et meminisse et intelligere et amare invenit etiam unde non
cogitabat quando aliud cogitabat. Sed unde diu non cogitaverimus et unde cogitare
nisi commoniti non valemus id nos nescio quo eodem quam miro modo si potest dici
scire nescimus. Denique recte ab eo qui commemorat dicitur ei quem commemorat scis
hoc, sed scire te nescis, commemorabo et invenies te scientem quod te nescire pu-
tabas. Id agunt et littere que de his rebus conscripte sunt quas res duce
ratione veras esse invenit lector non quas veras esse credit ei qui scripsit
sicut legitur hystoria, sed quas veras esse etiam ~~novit~~ ipse invenit sive apud se
sive in ipsa mentis duce veritate. Qui vero et admonitus non valet ista contueri
magna cecitate cordis tenebris ignorantie demersus est altius et mirabiliore
divina ope indiget ut possit ad veram sapientiam pervenire. Propter hoc itaque volui
de cogitatione adhibere qualecumque documentum quo possit ostendi quomodo ex his que
memoria continentur recordantis acies informetur et tale aliquid gignatur

ubi homo cogitat quale in illo erat ubi autem cogitationem meminerat qui facilius
dinoscitur quod tempore accedit et ubi parens prolem spatio temporis antecedit. Nam si nos
referamus ad interiorem mentis memoriam qua sui meminit et interiorem intelligentiam
qua se intelligit et interiorem voluntatem qua se diligit ubi hec tria simul semper
sunt et simul semper fuerunt ex quo esse ceperunt sive cogitarentur sive non cogitarentur vide-
bitur quidem imago illius trinitatis et ad solam memoriam pertinere. Sed quia ibi verbum esse
sine cogitatione non potest cogitamus enim omne quod dicimus etiam interiore illo verbo
quod ad nullius gentis pertinet linguam. In tribus illis potius imago ista cognoscitur
memoria scilicet intelligentia voluntate. Hanc autem dico intelligentiam qua intelligimus
cogitantes id est quando eis repertis que memorie presto fuerunt sed non cogitabantur cogitatio
nostra formatur et eam voluntatem sive amorem vel dilectionem que istam prolem
parentemque coniungit et quodammodo utrisque communis est. Hinc factum est ut etiam per exte-
riora sensibilia que per oculos carnis videntur legentium ducerem tarditatem in xi°
scilicet libro atque inde cum eis ingrederer ad hominis interioris eam potentiam qua ratiocinatur
de temporalibus rebus differens illam principaliter dominantem qua contemplatur eterna atque
id duobus voluminibus egi in xii utrasque discernens quarum unum est superius alterum
inferius quod superiori esse subditum debet. In xiii° autem de munere inferioris quo
humanarum rerum scientia salubris continetur ut in hac temporali vita id agamus quo
consequamur eternam quanta potui veritate ac breviter disserui cum quidem rem tam
multiplicem atque copiosam multorum atque magnorum disputationibus multis ma-
gnisque celebratam uno saltim volumine inclusi ostendens etiam in ipsa tri-
nitatem sed nondum que dei sit imago dicta.

Nunc vero ad eam iam pervenimus disputationem ubi principalem mentem humanam qua
novit deum vel potest nosse considerandam suscepimus ut in eo reperiamus im-
aginem dei. Quamvis enim mens humana non sit eius nature cuius est
deus imago tamen nature illius qua natura melior nulla est ibi querenda et in-
venienda in nobis quo etiam natura nostra nil habet melius. Sed prius mens in seipsa
consideranda est antequam sit particeps dei et in ea reperienda est imago eius.
Diximus enim eam et si amissa dei participatione obsoletam atque deformem
dei tamen imaginem permanere. Eo quippe ipso imago eius est quo eius capax
est eiusque esse particeps potest quod tam magnum bonum nisi per hoc quod imago eius
est non potest. Ecce ergo mens meminit sui intelligit se diligit se. Hoc si cernimus trinitatem
nondum quidem deum sed imaginem dei. Non forinsecus accipit memoria quod tenet
nec foris invenit quod aspiceret intellectus sicut corporis oculus. Nec ista duo velut
formam corporis et eam que inde facta est in acie contuentis voluntas foris iunxit
ut imaginem rei que foris visa est quodammodo raptam et in memoria reconditam
cogitationis acies ad eam converteretur inveniret et inde informatus est recordantis ac-
ies iungente utrumque tertia voluntate sicut in eis ostendebam trinitatibus fieri
que in rebus corporalibus reperiebantur vel ex corporibus per sensum corporis introrsus
quodammodo trahebantur. De quibus omnibus in libro xi° disseruimus. Nec sicut fiebat vel
apparebat quando de illa scientia disserebamus iam in hominis interioris operibus constituta que
distinguenda fuit a sapientia unde que sciuntur velud adventicia sunt in animo sive
cognitione historica illata ut sunt facta et dicta que tempore peraguntur et transeunt
vel in natura rerum suis locis et regionibus constituta sunt sive in ipso homine
que non erant oriuntur aut aliis docentibus aut cogitationibus propriis sicut fides
quam plurimum in libro xiii° commendavimus sicut virtutes quibus si vera est in hac
mortalitate ideo bene vivitur ut beate in illa que divinitus promittitur in quo nobis
trinitas memorie visionis et amoris facilius apparebit. Nam quedam eorum preve-
niunt cognitionem discentium. Sunt enim cognoscibilia et antequam cognoscantur suique
cognitionem in discentibus gignunt. Sunt autem vel in locis suis vel que tempore pre-
terierunt non ipsa sunt sed eorum quedam signa preteritorum quibus visis vel auditis

que preterierunt

cognoscant fuisse atque abfuisse. Que signa vel in locis ita sunt sicut monumenta
mortuorum et quecumque similia vel in litteris fide dignis sicut est omnis gravis et approbande
auctoritatis hystoria vel in animis eorum qui eum iam noverant. Eis quippe iam nota
et aliis utique sunt noscibilia quorum scientiam pervenerunt et qui ea nosse illis quibus
nota sunt docentibus possunt. Que omnia et cum discuntur quamdam faciunt trinitatem specie
sua que noscibilis fuit etiam antequam nosceretur atque adiuncta cognitione discentis
que tunc esse incipit cum discitur ac tertia voluntate que utrumque coniungit. Et cum
cognita fuerint alia trinitas dum recoluntur fit iam interius in animo ipso ex his imagi-
nibus que cum discerentur sunt impresse in memoria et informatione cogitationis
ad eas converso recordantis aspectu et ex voluntate que tertia duo ista coniungit. Ea vero

aspectu

que oriuntur in animo ubi non fuerunt sicut fides et cetera huiusmodi et si adventicia videntur
cum doctrina inseruntur non tamen foris posita sunt sicut illa que creduntur sed intus
omnino in ipso animo esse ceperunt. Fides enim non est quod creditur sed qua creditur et illud cre-
ditur, ista conspicitur. Tamen quia esse cepit in animo qui iam erat animus antequam in illo ista esse cepis-
set adventicium quiddam videtur et in preteritis habebitur quando succedente specie iam esse
destiterit. Aliamque nunc trinitatem facit per suam presentiam retenta conspecta dilecta. Aliam
tunc faciet per quoddam sui vestigium quod in memoria preteriens dereliquerit sicut iam supra dictum est.

Utrum autem tunc etiam virtutes quibus in hac mortalitate bene vivitur quia et ipse
incipiunt esse in animo qui cum sine illis prius esset tamen animus erat desinant
esse cum ad eterna perduxerint nonnulla questio est. Quibusdam enim visum est desi-
turas et de tribus quidem prudencia fortitudine temperancia cum hoc dicitur non nichil dici
videtur. Iusticia vero immortalis est et magis tunc perficietur in nobis quam esse ces-
sabit. De omnibus tamen quatuor magnus auctor eloquentie Tulius in Hortensio dy-
alogo disputans: Si nobis inquit cum ex hac vita emigraverimus in beatorum
insulis immortale evum ut fabule ferunt degere liceat, quid opus esset eloque-
tia cum iudicia nulla fierent, aut ipsis etiam virtutibus? Nec enim fortitudine egeremus
nullo proposito aut labore aut periculo, nec iusticia cum esset nichil quod appeteretur
alieni, nec temperancia que regeret eas que nulle essent libidines, nec
prudencia quidem egeremus nullo delectu proposito bonorum et malorum. Una igitur beati
essemus cognitione nature et sciencia qua sola deorum etiam est vita laudanda. Ex quo
intelligi potest cetera necessitatis esse, unum hoc voluntatis. Ita ille tantus orator cum
philosophiam predicaret recolens ea que a philosophis acceperat et preclare ac suaviter explicans
in hac tantum vita quam videmus erumpnis et erroribus plenam omnes quatuor necessarias
dixit esse virtutes, nullam vero earum cum ex hac vita emigraverimus si liceat ibi vi-
vere ubi vivitur beate, sed bonos animos sola beatos esse cognitione et sciencia, hoc est contempla-
tione nature, qua nichil est melius atque amabilius; ea natura que creavit omnes ce-
teras instituitque naturas. Cui nature regenti esse subditum si iusticie est immortalis est omnino

non dictum in patria

iusticia nec in illa esse beatitudine desinet, sed talis ac tanta erit ut perfectior
et maior esse non possit. Fortassis et alie tres virtutes, prudencia sine ullo
iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperancia sine re-
pugnacione libidinum, erunt in illa felicitate ut prudencie sit nullum bonum
deo preponere vel equare, fortitudinis ei firmissime coherere, temperancie nullo defectu no-
xio delectari. Nunc autem quod agit iusticia in subveniendo miseris, quod pruden-
tia in precavendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in
coercendis delectationibus pravis, non ibi erit ubi omnino nichil mali erit. Ac
per hoc ista virtutum opera que huic mortali vite sunt necessaria, sicut fides ad quam
referenda sunt, in preteritis habebuntur, et aliam nunc faciunt trinitatem cum ea presentia
tenemus, aspicimus, amamus; aliam tunc factura sunt cum ea non esse sed fuisse per
quedam eorum vestigia que pretereundo in memoria derelinquent reperiemus, quia et tunc
trinitas erit cum illud qualecumque vestigium et recolitur et agnoscetur verum
et hoc utrumque tertia voluntate iungetur.

Nam istarum quas commemoravimus temporalium rerum scientiarum quedam cognoscibilia cognitionem
interpositione temporis antecedunt sicut sunt ea sensibilia que iam erant in rebus antequam
cognoscerentur vel ea omnia que per historiam cognoscuntur. Quedam vero simul esse incipiunt
velut si aliquid visibile visibile quod omnino non erat ante nostros oculos oriatur
cognitionem nostram utique non precedit aut si aliquid sonet ubi adest auditor simul
profecto incipiunt esse simulque desinunt et sonus et eius auditus. Verumtamen sive tempore pre-
cognitionis posita in memoria recordatione revisuntur quis non videat priorem esse pre-
dencia sive simul esse incipiencia cognoscibilia cognitionem gignunt non cognitione
gignuntur. Cognitione vero facta cum ea que cognovimus posita in memoria recorda-
tione revisuntur quis non videat priorem esse tempore in memoria retentionem quam in re-
cordatione visionem et huius utriusque tertia voluntate iunctionem. Porro autem in men-
te non sic est. Neque enim adventicia sibi ipsa est quasi ad se ipsam que iam erat sicut
que iam erat venit aliunde eadem ipsa que non erat aut post cognitionem sui recor-
dando se ipsam velut in memoria sua constitutam videt quasi non ibi fuerit antequam se ipsam
cognosceret cum profecto ex quo esse cepit numquam sui meminisse numquam se intellige-
re numquam se amare destiterit sicut iam ostendimus. Ac per hoc quando ad se ipsam con-
cogitatione convertitur fit trinitas in qua iam et verbum possit et intelligi. Ffor-
matur quippe ex ipsa cogitatione voluntate utrumque iungente.

S ergo magis agnoscenda est ymago quam querimus. Sed dicet aliquis Non
est ista memoria qua mens sui meminisse perhibetur que sibi semper est presens
Memoria enim preteritorum est non presencium. Nam quidam cum de virtutibus agerent in quibus
est etiam Tullius in tria ista prudenciam diviserunt memoriam providenciam memoriam scilicet
preteritorum intelligenciam presentibus providenciam rebus tribuentes futuris quam non
habent certam nisi presciis futurorum quod est munus hominum nisi detur desuper ut prophetis. Unde
scriptura sapiencie de hominibus agens Cogitaciones inquit mortalium timide et incerte provi-
dencie nostre. Memoria vero de preteritis et intelligencia de presentibus certa est sed presentibus utique
incorporalibus rebus. Nam corporales corporalium presentes sunt aspectibus oculorum. Sed qui
dicit memoriam non esse presencium attendat quemadmodum dictum sit in ipsis secularibus litteris
ubi maioris cure fuit verborum integritas quam veritas rerum. Nec talia passus ulixes
Oblitusve sui est ythaco discrimine tanto. Virgilius enim cum sui non oblitum diceret
ulixem quid aliud intelligi voluit nisi quod meminerit sui. Cum sibi ergo presens esset nullo modo
sui meminisset nisi et ad res presentes memoria pertineret. Quapropter sicut in rebus preteritis ea
memoria dicitur qua fit ut valeant recoli et recordari sic in re presenti quod est sibi mens
memoria sine absurditate dicenda est qua sibi presto est ut sua cogitatione possit intelligi et
utrumque sui amore coniungi.

Capitulum xii

Hec igitur trinitas mentis non propterea ymago dei est quia sui meminit mens et intelligit
ac diligit se sed quia potest etiam meminisse et intelligere et amare a quo facta est
Quod cum facit sapiens ipsa fit. Si autem non facit etiam cum sui meminit seque intel-
ligit ac diligit stulta est. Meminerit itaque dei sui ad cuius ymaginem facta est eumque
intelligat atque diligat. Quod ut brevius dicam colat deum non factum cuius ab eo capax
facta est et cuius esse particeps potest propter quod scriptum est Ecce dei cultus est sapiencia et
non sua luce sed summe illius lucis participatione sapiens erit atque ubi
eterna ibi beata regnabit. Sic enim dicitur ista hominis sapiencia ut etiam dei sit. Tunc enim
vera est. Nam si humana est vana est. Verum non ita dei qua sapiens est deus. Neque
enim participatione sui sapiens est sicut mens participatione dei. Sed quemadmodum dici-
tur etiam iusticia dei non solum illa qua ipse iustus est sed quam dat homini cum iustificat
impium quam commendans apostolus ait de quibusdam Ignorantes enim iusticiam dei et
suam volentes iusticiam constituere iusticie dei non sunt subiecti. Sic enim dici de quibus-
dam potest Ignorantes dei sapienciam et suam volentes constituere sapiencie dei non sunt subiecti
Est igitur natura non facta que fecit omnes ceteras magnas parvasque naturas eis quas

fiat sine dubitatione conformior ac particeps eius de qua loquimur rationali et intellectuali que
habitus mentis est, ad eum qui eam fecit ymaginem facta. Illa autem celitus ita coniungatur
deus, quamquam non longe positus ab unoquoque nostrum sicut apostolus dicit, adiungens.
In illo enim vivimus et movemur et sumus. Quod si secundum corpus diceret, etiam de isto corporeo
mundo posset intelligi. Nam et in illo secundum corpus vivimus et movemur et sumus.
Unde secundum mentem que facta est ad eius ymaginem debet hoc accipi excellentiore
quodam eodemque non visibili sed intelligibili modo. Nam quid non est in ipso de quo di-
vinitus scriptum est quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. In quo tandem possunt vivere que
vivunt et moveri que moventur nisi in quo sunt. Non tamen omnes cum illo sunt
eo modo quo ei dictum est Ego semper tecum. Nec ipse cum omnibus, eo modo quo
dicimus Dominus vobiscum. Magna itaque hominis miseria est cum illo non esse sine quo
non potest esse. In quo enim est procul dubio sine illo non est et tamen si eius non meminit
eumque non intelligit nec diligit cum illo non est. Quod autem quisque penitus obli-
viscitur nec commemorari ei utique potest. Capitulum xiii

Ex visibilibus rebus ad hanc rem sumamus exemplum. Dicit tibi quispiam
quem non recognoscis ~~ita iam oblitus~~ Nosti me et ut commemoret dicit ubi
quando tibi innotuit, omnibusque adhibitis signis quibus in memoriam revoceris si non re-
cognoscis ita tamen iam oblitus es ut omnis illa notitia penitus deleta sit animo
nec aliud restet nisi aut credas ei qui tibi hoc dicit quod aliquando eum noveras aut
ne hoc quidem si fide tibi dignus esse qui loquitur non videtur. Si autem reminisceris
profecto redis in memoriam tuam et in ea invenis quod penitus non fuerat oblivione
deletum. Redeamus ad illud propter quod de hominum humane conversatione exemplum
intulimus. Inter cetera psalmus nonus Convertantur peccatores in infernum omnes gentes que obliviscuntur
deum. Et psalmus vicesimus primus ~~recordarentur obliviscendo autem deum~~ Commemo-
rabuntur et convertentur ad dominum universi fines terre. Non ergo sic erant oblite
iste gentes deum ut nec commemorate recordarentur obliviscendo autem deum tamquam
obliviscendo vitam suam converse fuerant in mortem hoc est in infernum. Commemorate vero con-
vertuntur ad dominum tamquam reviviscentes reminiscendo vitam suam cuius eas habebat oblivio.
Item legitur in nonagesimo tertio. Intelligite ergo qui estis insipientes in populo
et stulti aliquando sapite qui plantavit aurem non audiet et cetera. Hoc enim dictum est
qui deum non intelligendo de illo vana dixerunt

De dilectione autem dei plura reperiuntur in divinis eloquiis testimonia. Ibi enim
et illa duo consequenter intelliguntur quia nemo diligit cuius non meminit et quod
penitus nescit. Unde illud est notissimum precipuumque preceptum Diliges dominum deum
tuum. Sic itaque condita est mens humana ut numquam sui non meminerit numquam se
non intelligat numquam se non diligat. Sed quoniam qui odit aliquem nocere illi studet
non immerito et mens hominis cum sibi nocet odisse se dicitur. Nesciens enim sibi vult ma-
le dum non putat sibi obesse quod vult, sed tamen male sibi vult quando id vult quod
obsit sibi. Unde illud scriptum est Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Qui
ergo diligere se novit deum diligit. Qui vero non diligit deum etiam si se diligit quod
ei naturaliter inditum est, tamen non inconvenienter odisse se dicitur cum id agit quod sibi ad-
versatur et seipsum tamquam suus inimicus insequitur. Qui profecto est error horrendus ut
cum sibi omnes prodesse velint multi non faciant nisi quod eis perniciosissimum sit. Similem
morbum mutorum animalium cum poeta describeret Di inquit meliora piis erroremque ho-
stibus illum. Discissos nudis laniabant dentibus artus. Cum morbus ille
corporis fuerit cur dixit errorem nisi quia omne animal cum sibi natura conciliatum sit ut
se custodiat quantum potest, talis ille erat morbus ut ea quorum salutem appetebat
sua membra laniarent. Cum autem deum diligit mens et sicut dictum est consequenter eius
meminit eumque intelligit recte illi de proximo suo precipitur ut eum sicut se diligat

Nam qui se non perverse sed recte diligit, eum deum diligit cuius participacione ymago
illa non solum est, verum eciam ex vetustate renovatur ex deformitate reformatur ex in-
felicitate beatificatur. Quamvis enim se ita diligat ut si alterutrum proponatur malit omnia
que infra se diligit perdere quam perire tamen superiorem deserendo ad quem solum posset
custodire fortitudinem suam eoque frui lumine suo cui canitur in psalmo Fortitudinem meam
ad te custodiam. Et in alio Accedite ad eum et illuminamini. Sic infirma et tene-
brosa facta est ut a se quoque ipsa in ea que non sunt quod ipsa et quibus superior est
ipsa infeliciter laberetur per amores quos non valet vincere et errores a quibus non
videt qua redeat. Unde iam deo miserante penitus clamat in psalmis Dese-
ruit me fortitudo mea et lumen oculorum meorum non est mecum. Non tamen in
his tantis infirmitatibus erroris malis amittere potuit naturalem memoriam intellectum
et amorem sui. Propter quod merito dici potuit quod superius commemoravi Quamquam in y-
magine dei ambulat homo tamen vane conturbatur thesaurizat et nescit cui con-
gregat ea. Cur enim thesaurizat nisi quia fortitudo eius deseruit eum per quam deum
habens rei nullius indigeret. Et cur nescit cui congregabit ea nisi quia lumen oculorum
eius non est cum eo. Et ideo non videt quod veritas ait Stulte hac nocte animam
tuam repetunt abs te hec que parasti cuius erunt. Verumtamen quia eciam talis in ymagine
ambulat homo et habet memoriam et intellectum et amorem sui hominis mens si
ei manifestaretur quod utrumque habere non posset et unum e duobus permitteret eligere
alterum perditurus, aut thesauros quos congregavit aut mentem quis usque ad-
eo excors est ut thesauros malit habere quam mentem. Thesauri enim possunt men-
tem plerumque subvertere, et mens que thesauris subvertitur sine ullis thesauris
facilius et expeditius potest vivere. Quis vero illos thesauros nisi per mentem
poterit possidere. Si enim puer infans quamvis ditissimus natus cum sit dominus
omnium que iure sunt eius nichil possidet mente sopita quonam tandem modo
quisque quicquam mente amissa. Sed de thesauris quid loquor quod eis quilibet hominum
si talis optio proponatur mavult carere quam mente cum eos nemo preponat nemo com-
paret luminibus corporis quibus non aurum rarus quisque homo sed omnis homo possidet
celum. Per lumina enim corporis quisque possidet quicquid libenter videt. Quis ergo si
tenere utrumque non possit et alterum cogatur amittere non thesauros quam oculos malit
et si tamen ab eo simili condicione queratur utrum oculos malit amittere an mentem
quis mente non videat eum oculos malle quam mentem. Sine quippe oculis
carnis humana est oculi aut carnis sine mente belluina sit. Quis porro
non hominem se malit esse etiam carne cecum quam beluam videntem. Hec dixi ut etiam
tardiores quamvis breviter admonerentur a me in quorum oculos vel aures he-
c pervenerint quantum mens diligat seipsam eciam infirma et errans male dili-
gendo atque sectando que sunt infra ipsam diligere. Porro seipsam non posset
si se omnino nesciret id est si sui non meminisset nec se intelligeret qua in se ymagine
dei tam potens est ut ei cuius ymago est valeat inherere. Sic enim ordinata
est naturarum ordine non locorum ut supra illam non sit nisi ille. Denique cum illi
penitus adheserit unus erit spiritus. Cui rei attestatur apostolus dicens Qui enim
adheret domino unus spiritus est. Accedente quidem ista ad participacionem nature veritatis
et beatitudinis illius non tamen crescente illo in natura veritate et beatitudine sua.
In illa itaque natura cum feliciter adheserit immutabile videbit omne quod videt.
Tunc sicut ei divina scriptura promittit saciabitur in bonis desiderium eius bonis
immutabilibus ipsa trinitate deo suo cuius ymago est. Et ne usquam dein-
ceps violetur erit in abscondito vultus eius tanta ubertate eius impleta
ut eam numquam peccare delectet. Capitulum xv

Seipsam vero nunc cum videt, non aliquid immutabile videt quod ideo certe non
dubitat quia misera est et beata esse desiderat nec ob aliud sibi sperat hoc
posse nisi quia mutabilis est. Nam si mutabilis non esset, sicut ex beata

misera sit que misera beata esse non posset. Et quid eam fecisset miseram sub omnipotente et bono domino, nisi peccatum suum et iusticia domini sui? Et quid eam faciet beatam, nisi meritum suum et premium domini sui? Sed et meritum eius gracia est illius, cuius premium erit beatitudo eius. Iusticiam quippe sibi dare non potest, quam perditam non habet. Hanc enim cum homo conderetur accepit et peccando utique perdidit. Accipit ergo iusticiam propter quam accipere beatitudinem mereatur. Unde veraciter ei dicitur ab apostolo quasi de suo bono superbire incipienti: Quid enim habes quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Cum autem bene recordatur domini sui, spiritu eius accepto, sentit omnino, quia hoc discit intimo magisterio, non nisi eius gratuito affectu posse se surgere, non nisi suo voluntario defectu cadere potuisse. Non sane reminiscitur beatitudinis sue. Fuit quippe illa et non est, eiusque ista penitus oblita est, ideoque nec commemorari potest. Credit autem de illa fide dignis libris dei sui per eius prophetas conscriptis, narrantibus de felicitate paradisi atque illud primum et bonum hominis et malum historica tradicione indicantibus. Domini autem dei sui reminiscitur. Ille quippe semper est, nec fuit et non est, nec est et non fuit, sed sicut nunquam non erit, ita nunquam non erat. Et ubique totus est, propter quod ista in illo et vivit et movetur et est, et ideo reminisci eius potest. Non quia hoc recordatur quod eum noverat in Adam aut alibi alicubi ante huius corporis vitam, aut cum primum facta est ut insereretur huic corpori. Nichil enim horum omnino reminiscitur. Quicquid horum est oblivione deletum est. Sed commemoratur ut convertatur ad dominum tanquam ad eam lucem qua etiam cum ab illo averteretur quodammodo tangebatur. Nam hinc est quod etiam impii cogitant eternitatem et multa recte reprehendunt recteque laudant in hominum moribus. Quibus ea tandem regulis iudicant nisi in quibus vident quemadmodum quisque vivere debeat, etiam si nec ipsi eodem modo vivant? Ubi eas vident? Neque enim in sua natura, cum procul dubio mente ista videantur, eorumque mentes constat esse mutabiles, has vero regulas immutabiles videat quisquis in eis et hoc videre potuerit. Nec in habitu sue mentis, cum ille regule sint iusticie, mentes vero eorum constet esse iniustas. Ubi nam sunt iste regule scripte, ubi quid sit iustum et iniustum agnoscit, ubi cernit habendum esse quod ipse non habet? Ubi ergo scripte sunt nisi in libro lucis illius que veritas dicitur? Unde omnis lex iusta describitur et in cor hominis qui operatur iusticiam non migrando sed tanquam imprimendo transfertur, sicut ymago ex anulo et in ceram transit et anulum non relinquit. Qui vero non operatur et tamen videt quid operandum sit, ipse est qui ab illa luce avertitur, a qua tamen tangitur. Qui autem nec videt quemadmodum sit vivendum, excusabilius quidem peccat, quia non est transgressor legis incognite, sed etiam ipse splendore aliquotiens ubique presentis veritatis attingitur, cum admonitus confitetur.

Qui vero commemorati convertuntur ad dominum ab ea deformitate qua per cupiditates seculares conformabantur huic seculo, reformantur ex illo, audientes apostolum dicentem: Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate mentis vestre, ut incipiat illa ymago ab illo reformari a quo formata est. Non enim reformare se ipsam potest sicut potuit deformare. Dicit etiam alibi: Renovamini spiritu mentis vestre et induite novum hominem eum qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Quod ait secundum deum creatum, hoc alio loco dicitur ad ymaginem dei. Sed peccando iusticiam et sanctitatem veritatis amisit, propter quod hec ymago deformis et decolor facta est. Hanc recipit cum reformatur atque renovatur. Quod autem ait spiritu mentis vestre, sed quia omnis mens spiritus est, non autem omnis spiritus mens est. Est enim spiritus non ibi duas res intelligi voluit quasi aliud sit mens, aliud spiritus mentis, sed quia omnis mens spiritus est, non autem omnis spiritus mens est. Est enim spiritus et deus, qui renovari non potest, quia nec veterascere potest. Dicitur etiam spiritus in homine qui mens non sit, ad quem pertinent ymaginaciones similes corporum, de quo dicit ad Corinthios: Si autem oravero lingua, spiritus meus orat, mens autem mea infructuosa

est. Hoc autem ait quoniam id quod dicitur non intelligitur, quia nec dici potest nisi corporalium vocum
ymaginibus sonum oris in spiritus cogitatione preveniat. Dicitur et hominis anima spiritus, unde
est in ewangelio: Et inclinato capite tradidit spiritum, quo significata est mors corporis anima
exeunte. Dicitur etiam spiritus pecoris, quod in ecclesiaste libro salomonis apertissime scriptum est
ubi ait: Quis scit spiritus filiorum hominis si ascendit ipse sursum et spiritus pecoris si
descendit ipse deorsum in terram. Scriptum est etiam in genesi ubi dicit diluvio mor-
tuam universam carnem que habebat in se spiritum vite. Dicitur spiritus et ventus, res apertis-
sime corporalis, unde est illud in psalmis: Ignis grando nix glacies spiritus
tempestatis. Cum ergo tot modis dicatur spiritus, spiritum mentis dicere voluit eum spiritum qui
mens vocatur, sicut ait etiam idem apostolus in expoliatione corporis carnis, non duas
utique res intelligi voluit, quasi aliud sit caro aliud corpus carnis, sed quia corpus
multarum rerum nomen est quarum nulla caro est. Nam multa sunt excepta carne corpora
celestia et corpora terrestria, corpus carnis dixit corpus quod caro est. Sic itaque
spiritum mentis eum spiritum qui mens est. Alibi quoque apertius etiam ymaginem nominat et
aliis verbis idipsum precipiens: Expoliantes, inquit, vos veterem hominem cum
actibus suis induite novum qui renovatur in agnitione dei secundum ymaginem eius
qui creavit eum. Quod ergo ibi legitur: Induite novum hominem qui secundum deum creatus
est, hoc est isto loco: Induite novum hominem qui renovatur secundum ymaginem eius
qui creavit eum. Pro eo vero quod ibi posuit in iusticia et sanctitate veritatis, hoc posuit hic
in agnitione dei. Ergo ista renovatio reformacio quoque mentis secundum deum vel secundum ymaginem
dei. Sed ideo dicitur secundum deum ne secundum aliam creaturam fieri putetur. Ideo autem secundum ymaginem
dei, ut in ea re intelligatur fieri hec renovatio ubi est ymago dei, id est in mente. Que-
admodum dicimus secundum corpus mortuum non secundum spiritum eum qui de corpore fidelis et iustus
abscedit. Quid enim dicimus secundum corpus mortuum nisi corpore vel in corpore, non anima
vel in anima mortuum? Aut si dicamus secundum corpus est pulcher aut secundum corpus fortis
non secundum animum, quid est aliud quam corpore non animo pulcher aut fortis est? Et innumerabiliter ita loquimur.

Non itaque ~~quasi alia sit ymago~~ sic intelligamus secundum ymaginem eius qui
creavit eum, quasi alia sit ymago secundum quam renovatur, non ipsa que renovatur.
Sane ista renovatio non momento uno fit ipsius conversionis, sicut momento uno
fit illa in baptismo renovatio remissione omnium peccatorum. Neque enim vel unum
quantulumcumque remanet quod non remittatur. Sed quemadmodum aliud est carere febribus,
aliud ab infirmitate que febribus facta est revalescere, itemque aliud est infixum
telum de corpore demere, aliud vulnus quod eo factum est secunda curatione sanare, ita prima
curatio est causam removere languoris, quod per omnium fit indulgenciam peccatorum, secunda ipsum
sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renovatione huius ymaginis.
Que duo demonstrantur in psalmo ubi legitur: Qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis,
quod fit in baptismo; deinde sequitur: Qui sanat omnes languores tuos, quod fit
cottidianis accessibus cum hec ymago renovatur. De qua re apertissime apostolus locutus
est dicens: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem. Renova-
tur autem in agnitione dei, hoc est in iusticia et sanctitate veritatis, sicut habent apostolica te-
stimonia que paulo ante commemoravi. In agnitione igitur dei, iusticia quoque et sanctitate veritatis
qui de die in diem renovatur proficiendo transfert amorem a temporalibus ad eterna, a visi-
bilibus ad intelligibilia, a carnalibus ad spiritualia, atque ab istis cupiditatem frenare atque
minuere, illisque se caritate alligare diligenter insistit. Tantum autem facit quantum divinitus
adiuvatur. Dei quippe sententia est: Sine me nichil potestis facere. In quo profectu et
accessu tenentem mediatoris fidem cum dies vite huius ultimus quemque comprehenderit,
perducendus ad deum quem coluit et ab eo perficiendus excipietur ab angelis sanctis,
incorruptibile corpus in fine seculi non ad penam sed ad gloriam recepturus. In
hac quippe ymagine tunc perfecta erit dei similitudo quando dei perfecta erit visio. De qua
dicit apostolus paulus: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.
Item dicit: Nos autem revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transfor-
mamur de gloria in gloriam, tamquam a domini spiritu. Hoc est quod fit de die in diem bene proficientibus. Et
ait iohannes: Dilectissimi, nunc filii dei sumus et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum
apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

Hinc apparet tunc in ista imagine dei fore eius plenam similitudinem quando eius plenam perceperit visionem, quamquam possit hoc a Iohanne apostolo etiam de immortalitate corporis dictum videri. Et in hac quippe similes illi erimus sed ipsi tantummodo filio quia solus in trinitate corpus accepit in quo mortuus resurrexit atque id ad superna pervexit. Nam dicitur etiam ista imago filii dei in qua sicut ille immortale corpus habebimus, conformes facti in hac parte non patris imagini aut spiritus sancti sed tantummodo filii, ~~ut sit ipse primogenitus~~ quia de hoc solo legitur et fide saluberrima accipitur: Verbum caro factum est. Propter quod dicit apostolus: Quos ante praescivit et praedestinavit conformes imaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Primogenitus utique a mortuis secundum eundem apostolum, qua morte seminata est caro eius in contumelia, resurrexit in gloria. Secundum hanc imaginem filii cui per immortalitatem conformamur in corpore etiam illud agimus quod idem dicit apostolus: Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de caelo est, ut scilicet qui secundum Adam mortales fuimus, secundum Christum immortales nos futuros fide vera et spe certa firmaque teneamus. Sic enim nunc eandem imaginem portare possumus, nondum in visione sed in fide, nondum in re sed in spe. De corporis quippe resurrectione tunc loquebatur apostolus cum hoc diceret.

At vero imago illa de qua dictum est: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, quia non dictum est ad meam vel ad tuam, ad imaginem trinitatis factum hominem credimus et quanta potuimus investigatione comprehendimus. Et ideo secundum hanc potius et illud intelligendum est quod apostolus Iohannes ait: Similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est, quia et de illo dixit de quo dixerat: Filii dei sumus. Et immortalitas carnis illo perficietur momento resurrectionis de quo ait apostolus Paulus: In ictu oculi, in novissima tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. In ipso namque ictu oculi ante iudicium resurget in virtute, in incorruptione, in gloria corpus spirituale quod nunc seminatur in infirmitate, corruptione, contumelia, corpus animale. Imago vero quae renovatur in spiritu mentis in agnitione dei, non exterius sed interius de die in diem ipsa perficietur visione quae tunc erit post iudicium facie ad faciem, nunc autem proficit per speculum in aenigmate. Propter cuius perfectionem dictum intelligendum est: Similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Hoc enim donum tunc nobis dabitur cum dictum fuerit: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum. Tunc quippe tolletur impius ut non videat claritatem domini cum ibunt sinistri in supplicium aeternum cum iverint dextri in vitam aeternam. Haec est autem sicut ait Veritas vita aeterna, ut cognoscant, inquit, te unum verum deum et quem misisti Iesum Christum. Hanc contemplativam sapientiam quam proprie puto in litteris sanctis a scientia distinctam sapientiam nuncupari, dumtaxat hominis, quae quidem illi non est nisi ab illo cuius participatione vere sapiens fieri rationalis mens et intellectualis potest, Cicero commendans in fine dialogi Hortensii: Quae nobis, inquit, dies noctesque considerantibus acuentibusque intelligentiam quae est mentis acies, caventibusque ne quando illa hebescat, id est in philosophia viventibus, magna spes est, aut si hoc quod sentimus et sapimus mortale et caducum est, iocundum nobis perfunctis muneribus humanis occasum, neque molestam extinctionem et quasi quietem vitae fore, aut si ut antiquis philosophis hisque maximis longeque clarissimis placuit aeternos animos ac divinos habemus, sic existimandum est, quo magis hi fuerint semper in suo cursu, id est in ratione et investigandi cupiditate, et quo minus se admiscuerint atque implicaverint hominum vitiis et erroribus, hoc his faciliorem ascensum et reditum in caelum fore. Deinde addens hanc ipsam clausulam repetendoque sermonem finiens: Quapropter, inquit, ut aliquando terminetur oratio, si aut extingui tranquille volumus cum in his artibus vixerimus, aut si ex hac in aliam haud paulo meliorem domum sine mora demigrare, in his studiis nobis omnis opera et cura ponenda est. Hic miror hominem tanti ingenii perfunctis muneribus humanis hominibus in philosophia viventibus, quae contemplatione veritatis beatos facit, iocundum promittere occasum, si hoc quod sentimus et sapimus mortale et caducum est, quasi et hoc moriatur et nihil fiat quod non diligebamus vel potius quod atrociter oderamus, ut iocundus sit nobis eius occasus. Verum hoc

non derideat apostolus quos magnis laudibus predicat sed illa nova achademia ubi et dubitare etiam de rebus manifestissimis placuit ista sententia redolebat. Apostolus autem sicut ipse confitetur maximis atque clarissimis ethicos esse animos acceperat eternum quippe animi non movebantur hac exhortatione conentur ut in suo cursu reperiantur cum venerit vite huius commodum in ratione et in investigandi cupiditate minimeque se admisceant atque implicent hominum vitiis et erroribus ut his facilior sit reditus ad deos. Sed iste cursus qui constituitur in amore atque investigatione veritatis non sufficit miseris id est omnibus cum ista sola ratione mortalibus sine fide mediatoris quod in libris superioribus maxime in 4to et tredecimo quantum potui demonstrare curavi. Explicit liber xiiii. Incipiunt capitula libri quindecimi.

De excellentia animi ad ymaginem creatoris sui conditi. ¶ De summo bono quod semper inveniendum queritur et querendum invenitur. ¶ Quid in disputatum quidve sit compendiose precedentium recapitulatione librorum. ¶ In quarum rerum contemplatione summa trinitas inquirenda sit. ¶ Omnia que de deo digne dici videntur posse paucioribus conferri appellatione trinitatis deitatis possit intelligi. ¶ Quo differat trinitas que invenitur in ymagine dei a trinitate que deus est. ¶ De speculo in quo per ymaginem dei trinitas eius utcumque intellecta conspicitur. ¶ Quod nos per speculum ubi quod est in enigmate ex tropicis locutionibus. ¶ Quod nos per speculum ubi quod deus est aliquatenus potest accedi. ¶ Sicut mentis humane ad agnitionem verbi quod deus est. Verbum hominis fiat per vocem vel qualibet indicium corporale ita verbum dei manifestum esse per carnem. ¶ Quantum distant a vera et perfecta similitudine dei que in nostra mente utcumque deo similia reperiuntur. ¶ De scientia dei patris cui nichil cuique creature ... utcumque deo similia ... indiciis constat. ¶ De similitudine et equalitate patris dei et unigeniti eius cum mutabile a deo incommutabili substantialis et coeterni. ¶ Quo dissimile sit verbum nostrum mutabile a deo incommutabili. ¶ De spiritu sancto et eius ... ¶ An volubilitas cogitationis deo inesse credenda sit. ¶ De spiritu sancto ... et caritatis nomine intelligitur. Ad quem ipse et filio equalis accipitur et utriusque spiritus dicitur. ¶ De excellentia caritatis que ita a deo est quemadmodum in trinitate persona sit caritas. ¶ Qua ratione donum dicatur spiritus sanctus. ¶ Contra eos qui unigenitum ut ipse sit deus ¶ Qua ratione ... filium esse dixerunt. ¶ De similitudinibus trinitatis dei non patrie nec sed voluntate filium esse dixerunt. ¶ Tria dumtaxat que in nostra mente ad ymaginem dei facte reperiri utcumque potuerunt que sunt in ymagine dei id est memoria intellectus et amor unius esse persone. ¶ Quod una in dei trinitate unitas et quod una mens quod non hec est ei esse quod hec tria. ¶ De his qui nam mentis subtiliter intuentur et eam in unitate sit trinitas. ¶ De his qui ... ymaginem dei esse non sentiunt. ¶ Quid bonis faciat fides recta contra eos qui de natura incorporeis nequeunt disputare. ¶ Spiritualis temporum dum trinitatis care nam ... Quid quoddam simonem ad plenum disputatum sit de differentia generationis filii et processionis spiritus sancti. ¶ Incipit liber xv. De excellentia animi ad ymaginem sui creatoris conditi.

Volentes in rebus que facte sunt ad cognoscendum eum a quo facte sunt exercere lectorem iam pervenimus ad eius ymaginem quod est homo in eo quo ceteris animalibus antecedit id est ratione vel intelligentia et quicquid aliud de anima rationali vel intellectuali dici potest quod pertineat ad eam rem que mens vocatur vel animus quo nomine nonnulli auctores lingue latine id quod excellit in homine et non est in pecore ab anima que inest pecori suo quodam loquendi more distinguunt. Hanc ergo naturam si excellentius aliquid queramus deus est natura scilicet non creata sed creatrix. Que utrum sit trinitas non solum credentibus divine scripture auctoritate verum etiam intelligentibus aliqua si possumus ratione iam demonstrare debemus. Cur autem si possumus ... res ipsa cum querere disputando cepit melius indicabit. ¶ De summo bono quod semper inveniendum queritur.

Deus quippe ipse quem quaerimus adiuvabit ut spero ne sit infructuosus labor noster et intelligamus quemadmodum dictum sit in psalmo sancto Letetur cor querencium dominum querite dominum et confirmamini querite faciem eius semper. Videtur enim quod semper queritur numquam inveniri. Et quomodo iam letabitur et non potius contristabitur cor querencium si non potuerint invenire quod querunt. Non enim ait letetur cor invenientium sed querencium dominum. Et tamen deum dominum inveniri posse dum queritur testatur Ysaias propheta cum dicit Querite deum et mox ut inveneritis invocate eum et cum appropinquaverit vobis derelinquat impius vias suas et vir iniquus cogitationes suas. Si ergo quesitus inveniri potest, cur dictum est querite faciem eius semper. An et inventus forte querendus est. Sic enim sunt incomprehensibilia requirenda ne se existimet nichil invenisse qui quam sit incomprehensibile quod querebat potuit invenire. Cur ergo sic querit si incomprehensibile comprehendit esse quod querit, nisi quia cessandum non est quamdiu in ipsa incomprehensibilium rerum inquisitione proficitur et melior meliorque fit querens tam magnum bonum quod et ad inveniendum queritur et querendum invenitur. Nam et queritur ut inveniatur dulcius et invenitur ut queratur avidius. Secundum hoc accipi potest quod dictum est in ecclesiastico dicere sapientiam Qui me manducant adhuc esurient et qui bibunt me adhuc sitient. Manducant enim et bibunt quia inveniunt et quia esuriunt et sitiunt adhuc querunt. Fides querit intellectus invenit, propter quod ait propheta Nisi credideritis non intelligetis. Et rursus intellectus eum quem invenit adhuc querit. Deus enim respexit super filios hominum sicut in psalmo sacro canitur ut videret si est intelligens aut requirens deum. Ad hoc ergo debet esse homo intelligens ut requirat deum. Satis itaque demorati sumus in his que deus fecit ut per ea cognosceretur ipse qui fecit. Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Unde arguuntur in libro sapientie qui de his que videntur bona non potuerunt scire eum qui est neque operibus attendentes agnoverunt artificem sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut violentam aquam aut luminaria celi rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum quidem si specie delectati hec deos putaverunt sciant quanto dominator eorum melior est. Speciei enim generator creavit ea. Aut si virtutem et operationem eorum mirati sunt intelligant ab his quanto qui hec constituit fortior est. A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Hec de libro sapientie propterea posui ne me fidelium quispiam frustra et inaniter existimet in creatura prius per quasdam sui generis trinitates quodam modo gradatim donec ad mentem hominis pervenirem quesisse indicia summe illius trinitatis quam querimus cum deum querimus.

Quid disputatum quid de comprehensione sit precedentium ratiocinationum librorum

Sed quia disserendi et ratiocinandi necessitas per xiiii libros multa nos compulit dicere que cuncta simul aspicere non valemus ut ad id quod comprehendere valeamus ea celeri cogitatione referamus, faciam quantum deo adiuvante potuero ut quicquid in singulis voluminibus ad cognitionem disputatione perduxi remota disputatione breviter colligam et tamquam sub uno mentis aspectu non quemadmodum res quaeque persuasit, sed ipsa que persuasa sunt ponam ne tam longe sint a precedentibus consequentia ut oblivionem precedentium faciat inspectio consequentium, aut certe si fecerit cito possit quod exciderit relegendo recolligi. In primo libro secundum scripturas sanctas unitas et equalitas summe illius trinitatis ostenditur. In secundo et tercio et quarto eadem sed de filii missione et spiritus sancti diligenter questio pertractata tres libros fecit demonstratumque est non ideo minorem mittente qui missus est quia ille misit hic missus est cum trinitas que per omnia equalis est pariter quoque in sua natura immutabilis et invisibilis et ubique presens inseparabiliter operetur. In quinto propter eos quibus videtur non eandem patris et filii esse substantiam quia quicquid de deo dicitur secundum substantiam dici putant. Et propterea gignere et gigni vel genitum

esse et ingenitum quoniam diversa sunt contendunt substantias esse diversas, demonstratur non
omne quod de deo dicitur secundum substantiam dici sicut dicitur bonus et magnus et
si quid aliud ad se dicitur. Sed dici etiam relative id est non ad se sed ad aliquid quod
ipse non est sicut pater ad filium dicitur vel deus ad creaturam sibi servientem, ubi si quid
relative id est ad aliquid quod ipse non est etiam ex tempore dicitur sicuti est domine refugium factus
es nobis, nihil ei accidere quo mutetur sed omnino ipsum in natura vel essentia sua inmutabilem
permanere. In sexto, quomodo dictus sit christus per os apostoli dei virtus et dei sapientia sic disputatur
ut differatur eadem questio diligentius retractanda utrum a quo est genitus christus
non sit ipse sapientia sed tantum sapientie sue pater an sapientia sapientiam genuerit. Sed quodlibet
horum esset etiam in hoc libro apparuit trinitatis equalitas et non deus triplex sed
trinitas. Nec quasi aliquid sunt quam unum horum disputatum est etiam quomodo duplum esse
patrem et filium ad simplum spiritum sanctum, ubi nec tria plus aliquid sunt quam unum
horum, disputatum est etiam quomodo possit etiam intelligi quod ait hylarius episcopus sive
eternitas in patre species in ymagine usus in munere. In septimo questio que di-
lata fuerat explicatur ita ut deus qui genuit filium non solum sit pater virtutis et
sapientie sue sed etiam ipse virtus et sapientia sic et spiritus sanctus. Nec tamen simul sunt tres
sapientie virtutes aut tres sapientie sed una virtus et una sapientia sicut unus deus
et una essentia. Deinde quesitum est quomodo dicatur una essentia tres persone vel
a quibusdam grecis una essentia tres substantie, et inventum est elocutionis necessitate dici
ut aliquo uno nomine enunciaretur cum queritur quid tres sint, quos tres esse vera-
citer confitemur patrem scilicet et filium et spiritum sanctum. In octavo ratione reddita intel-
ligentibus clarum est in substantia veritatis non solum patrem ~~sed et filium et spiritum sanctum~~
filio non esse maiorem sed nec ambos simul aliquid maius esse quam solum spiritum sanctum
aut quoslibet duos in eadem trinitate maius esse aliquid quam unum aut omnes simul
tres maius aliquid esse quam singulos. Deinde per veritatem que intellecta con-
spicitur et per bonum summum a quo est omne bonum et per iusticiam propter quam diligitur
animus iustus ab animo etiam nondum iusto ut natura incorporalis immo etiam immutabilis
quod est deus quantum fieri posset intelligeretur admonui et per caritatem que in scripturis
sanctis deus dicta est per quam cepit utcumque etiam trinitas intelligentibus
apparere sicut sunt amans et quod amatur et amor. In nono ad ymaginem
dei quod est homo secundum mentem pervenit disputatio et in ea quedam trinitas invenitur
id est mens et noticia qua se novit et amor quo se noticiamque suam diligit et
hec tria equalia inter se et unius ostenduntur esse essentie. In decimo hoc idem dili-
gentius subtiliusque tractatum est atque ad id perductum ut inveniretur in mente eviden-
tior trinitas eius in memoria scilicet et intelligentia et voluntate. Sed quoniam et hoc
compertum est quod mens numquam ita esse potuit ut non sui meminisset et non se
intelligeret et diligeret quamvis non semper se cogitaret, cum autem cogitaret non
se a corporalibus rebus eadem cogitatione discerneret, dilata est de trinitate cuius
hec est ymago disputatio ut in ipsis etiam corporibus visis inveniretur tri-
nitas et distinctius in ea lectoris exerceretur intentio. In undecimo ergo electus
est sensus oculorum in quo id quod inventum esset etiam in ceteris quatuor
sensibus corporis et non dictum posset agnosci atque ita exterioris hominis trini-
tas primo in his que cernuntur extrinsecus ex corpore scilicet quod videtur et for-
ma que inde in acie cernentis imprimitur et utrumque copulantis intentione
voluntatis apparuit. Sed hec tria non inter se equalia nec unius esse substantie
claruerunt. Deinde in ipso animo ab his que extrinsecus sensa sunt vel
introducta inventa est altera trinitas ubi apparerent eadem tria unius esse
substantie ymaginatio corporis que in memoria est et inde formatio cum ad eam
convertitur acies cogitantis et utrumque coniungens intentio voluntatis. Sed ideo
et ista trinitas ad exteriorem hominem reperta pertinet quia de corporibus illata est
que sentiuntur extrinsecus. In duodecimo discernenda visa est sapientia ab scientia

et in ea que presenti mutuatur quod minor est quoddam simulacrum trinitatis in
quirenda que licet ad mentem hominum iam pertineat nondum tamen ymago dei vel
appellanda sit vel putanda. Et hoc agitur in xiiii° commendacione fidei plane In
xiiii° enim de sapiencia hominis vera id est dei munere in eius ipsius dei participacione donata
que ab scientia distincta est disputatur et eo pervenit disputacio ut trinitas appa
reat in ymagine dei quod est homo secundum mentem que renovatur in agnicione
dei secundum ymaginem eius qui creavit eum ad ymaginem suam et sic percipit sapienciam
ubi contemplacio est eternorum [illegible]quarum rerum contemplacione summa trinitas inquirenda sit c. iii

Iam ergo in ipsis rebus eternis incorporalibus et immutabilibus in quarum perfecta
contemplacione nobis beata que non nisi eterna est vita promittitur trinitatem
que deus est inquiramus Neque enim divinorum librorum tantummodo auctoritas esse deum predi
cat sed omnis que nos circumstat ad quam nos etiam pertinemus universa ipsa rerum
natura proclamat habere se prestantissimum conditorem qui nobis mentem racionemque natura
lem dedit qua viventia non viventibus sensu predita non sentientibus intelligentia
non intelligentibus immortalia mortalibus impotentibus potentia iniustis iusta
speciosa deformibus bona malis incorruptibilia corruptibilibus immutabilia
mutabilibus invisibilia visibilibus incorporalia corporalibus beata miseris preferenda
videamus Ac per hoc quia rebus creatis creatorem sine dubitacione preponimus oportet
ut eum summe vivere et cuncta sentire atque intelligere et mori corrumpi mutari
que non posse nec corpus esse sed spiritum omnium potentissimum iustissimum speciosissimum
optimum beatissimum fateamur Omnia que de deo dici videntur posse in pauciora redigi c. v.

Sed hec omnia que dixi et quecumque alia simili more locucionis humane
digne de deo dici videntur et universe trinitati que est deus et personis sin
gulis in eadem trinitate conveniunt Quis enim vel unum deum quod est ipsa trinitas vel
patrem vel filium vel spiritum sanctum audeat dicere aut non viventem aut nichil
sentientem vel intelligentem aut in ea natura qua inter se predicantur equales
quemquam eorum esse mortalem sive corruptibilem sive mutabilem sive corporeum
aut quisquam ibi negat aliquem potentissimum iustissimum speciosissimum optimum beatissimum
Si ergo hec atque huiusmodi omnia et ipsa trinitas et in ea singuli dici possunt ubi
aut quomodo trinitas apparebit Redigamus itaque prius hec plura ad aliquam pau
citatem que vita enim dicitur in deo ipsa est essencia eius atque natura Non itaque deus
vivit nisi vita quod ipse sibi est Hec enim vita non talis est qualis inest
arbori ubi nullus intellectus est nullus est sensus Nec talis qualis inest pecori
habet enim vita pecoris sensum quinquepertitum sed intellectum habet nullum At illa vita
que deus est sentit atque intelligit omnia et sentit mente non corpore quia spiritus est
deus Non autem sicut animalia que habent corpora per corpus sentit deus Non enim ex
anima constat et corpore Ac per hoc simplex illa natura sicut intelligit sentit et sicut
sentit intelligit idemque sensus qui intellectus est illi Nec ita ut aliquando esse
desistat aut ceperit immortalis est enim Nec frustra de illo dictum est quod solus
habeat immortalitatem Nam immortalitas eius vere immortalitas est in cuius natura
nulla est commutacio Ipsa est etiam vera eternitas que est immutabilis deus
sine inicio sine fine consequenter et incorruptibilis Item quod eum dicimus viventem
et intelligentem quod est utique sapientem hoc idem dicitur Non enim percepit sapienciam
qua esset sapiens sed ipse sapiencia est Et hec vita eadem quod virtus sive potencia eadem
species qua potens atque speciosus dicitur Quid enim potencius et speciosius sapiencia que
attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter Bonitas etiam
atque iusticia numquid inter se in dei natura sicut in eius operibus distant tamquam due
diverse sint qualitates dei una bonitas alia iusticia Non utique sed que iu
sticia ipsa bonitas et que bonitas ipsa beatitudo Incorporalis autem vel incorporeus
dicitur ideo deus ut spiritus credatur vel intelligatur esse non corpus Proinde si dicamus
eternus immortalis incorruptibilis immutabilis vivus sapiens potens speciosus iustus bonus

beatus spiritus. Horum omnium novissimum quod posui quam tantum videtur significare substantiam, cetera vero huius
substantiae qualitates. Sed non ita est in illa ineffabili simplicique natura. Quicquid enim secundum qua-
litates illic dici videtur, secundum substantiam vel essentiam est intelligendum. Absit enim ut
spiritus secundum substantiam dicatur deus et bonus secundum qualitatem, sed utrumque secundum substantiam.
Sic omnia cetera que commemoravimus, unde in superioribus libris multa iam diximus.
De quatuor igitur primis que modo a nobis enuntiata atque digesta sunt, id est eternus,
inmortalis, incorruptibilis, inmutabilis, unde aliquid eligamus, quod unum quatuor ista significant,
sicut iam disserui, ne per cuncta distendatur intentio; et illud potius quod positum
est primum, id est eternus. Hoc faciamus et de quatuor secundis que sunt: ~~[illegible]~~ vivens,
sapiens, potens, speciosus. Et quoniam vita qualiscumque inest et pecori cui sapientia non
inest, duo vero ista, scilicet sapientia et potentia, ita sibi invicem in homine comparata ut sancta
scriptura diceret: Melior est sapiens quam fortis. Speciosa porro etiam corpora dici solent.
Unum ex his quatuor quod eligimus, sapiens eligatur. Quamvis hec quatuor in deo non
inequalia dicta sint. Nomina enim quatuor, res una est. De tertiis vero ultimis quatuor,
quamvis in deo idem sit iustum esse quod bonum quod beatum, idemque spiritum esse quod
iustum et bonum et beatum esse, tamen quia in hominibus potest esse spiritus non beatus, potest et
iustus et bonus nondum beatus. Qui vero beatus profecto iustus et bonus et spiritus est.
Hoc potius eligamus quod in hominibus ~~[illegible]~~ non esse sine illis tribus,
id est quod est beatus. ~~Quod si unum dicatur, quomodo ipsa trinitas dei possit esse [illegible]~~
Num igitur cum dicimus eternus, sapiens, beatus, hec tria sunt trinitas que appellatur
deus? Redigimus quidem illa duodecim in istam paucitatem trium. Sed eo modo fortas-
sis possumus et hec tria in unum aliquid horum. Nam si una eademque res
in dei natura potest esse sapientia et potentia, aut vita et sapientia, cur non una eademque res
esse possit in dei natura eternitas et sapientia, aut beatitudo et sapientia? Ac per hoc sicut nihil
interat utrum illa duodecim an ista tria diceremus, cum illa multa in istam redigimus
paucitatem, ita nihil interest utrum tria ista dicamus an illud unum in cuius sin-
gularitate duo cetera similiter redigi posse monstravimus. Quis itaque disputandi
modus, que tandem vis intelligendi atque potentia, que vivacitas rationis,
que acies cogitationis ostendet, ut alia iam taceam, hoc unum quod sapientia dicitur deus
quomodo sit trinitas? Neque enim sicut nos de illo capimus sapientiam, ita deus de aliquo,
sed sua est ipse sapientia, quia non est aliud sapientia eius, aliud essentia, cui hoc est
esse quod sapientem esse. Dicitur quidem in scripturis sanctis Christus dei virtus et sapientia,
sed quemadmodum sit intelligendum ne patrem filius videatur facere sapientem, in libro septimo
disputatum est. Et ad hoc ratio pervenit ut sic sit filius sapientia de sapientia quemad-
modum lumen de lumine, deus de deo. Nec aliud potuimus invenire spiritum sanctum nisi
et ipsum esse sapientiam, et simul omnes unam sapientiam, sicut unum deum, unam essentiam.
Hanc ergo sapientiam quod est deus quomodo intelligimus esse trinitatem? Non dixi quomodo
credimus, quia iste erit modus. Quid enim recolamus ubi nostro intellectui cepe-
rit in his libris trinitas apparere? Octavus occurrit. Ibi quippe ut potui-
mus disputando erigere temptavimus mentis intentionem ad intelligendam illam prestan-
tissimam inmutabilemque naturam quod nostra mens non est, quam tamen sic intuebamur
ut nec longe a nobis esset et supra nos esset, non loco sed ipsa sui venerabili
mirabilique prestantia, ita ut apud nos esse etiam suo presenti lumine videretur. In quo
tamen nobis adhuc nulla trinitas apparebat, quia non ad eam querendam in
fulgore illo firmam mentis aciem tendebamus, tantum quia non erat aliqua moles
ubi credi oporteret magnitudinem duorum vel trium plus esse quam unius,
cernebamus utcumque. Sed ubi ventum est ad caritatem que in sancta scriptura
deus dicta est, eluxit paululum trinitas, id est amans et quod amatur et amor.
Sed quia lux illa ineffabilis nostrum reverberabat obtutum, et ei nondum posse
contemperari nostre mentis quodammodo convincebatur infirmitas, ad ipsius nostre mentis

secundum quam factus est homo ad ymaginem dei velud familiarem consideracionem perficiendo
laboraverimus intencionis ea iter ceptum disposicionisque reflexionis et inde in creatura quod
nos sumus ut invisibilia dei per ea que facta sunt conspicere intellecta possemus
inmorati sumus a nono usque ad xiiii^m librum Et ecce iam quantum necesse fuerat exerci-
tata in inferioribus intelligencia ad summam trinitatem que deus est conspiciendam nos
erigere volumus nec valemus Unde enim sicut certissimas videmus trinitates sive que foris
fiunt de rebus corporalibus sive cum ea ipsa que forinsecus sensa sunt cogi-
tantur sive cum illa que oriuntur in animo nec pertinent ad corporis sensus sicut fides sicut
virtutes que sunt artes agende vite manifesta racione cernuntur et sciencia continentur
sive cum mens ipsa qua novimus quicquid nosse nos veraciter dicimus sibi cognita
est vel se cogitat sive cum aliquid quod ipsa non est eternum atque inmutabile con-
spicit Sicut ergo in hiis omnibus certissimas videmus trinitates quia in nobis
fiunt vel in nobis sunt cum ista meminimus aspicimus volumus ~~parum quod credimus~~ ita videmus
etiam trinitatem deum quia et illic intelligendo conspicimus tamquam dicentem et verbum
eius id est patrem et filium atque inde procedentem caritatem utrique communem scilicet
spiritum sanctum An trinitates istas ad sensus nostros vel animum pertinentes videmus potius quam
credimus deum vero esse trinitatem credimus potius quam videmus Quod si ita est
profecto aut invisibilia eius per ea que facta sunt nulla intellecta conspicimus trini-
~~et est illic quod conspiciamus~~ aut si ulla conspicimus non in eis conspicimus
trinitatem et est illic quod conspiciamus est quod etiam non conspectum credere debeamus
Conspicere autem nos inmutabile bonum quod nos non sumus liber octavus ostendit
et xiiii^us cum de sapiencia que homini ex deo est loqueremur admonuit Cur itaque ibi
non agnoscimus trinitatem An hec sapiencia que deus dicitur non se intelligit Quis
hoc dixerit aut quis est qui non videat ubi nulla sciencia est nullo esse sapienciam
Aut vero putandum est sapienciam que deus est scire alia et nescire se ipsam vel
diligere se ipsam Que sive dici sive credi stultum et impium est

Qualiter ~~deus~~ differt trinitas que invenitur in ymagine dei a trinitate que deus est. Cap. vii

Ecce ergo trinitas sapiencia scilicet et noticia sui et dilectio sui Sic enim et in homine
invenimus trinitatem id est mentem et noticiam qua se novit et dilectionem qua se
diligit Sed hec tria ita sunt in homine ut non ipsa sint homo Non est enim sicut veteres
diffinierunt animal racionale mortale Illa ergo excellunt in homine non ipsa sunt homo
Et una persona id est singulus quisque homo habet illa tria in mente vel mentem Quod si etiam
sic diffiniamus hominem ut dicamus homo est substancia racionalis constans ex anima et
corpore non est dubium hominem habere animam que non est corpus habere corpus quod non est anima
Ac per hoc illa tria non homo sunt sed hominis sunt vel in homine sunt detracto etiam corpore si sola
anima cogitetur aliquid eius est mens tamquam caput eius vel oculus vel facies
sed non hec ut corpora cogitanda sunt Non igitur anima sed quod excellit in anima
mens vocatur Numquid autem possumus dicere trinitatem sic esse in deo ut aliquid sit
dei nec ipsa sit deus Quapropter singulus quisque homo qui non secundum omnia que ad
naturam pertinent eius sed secundum solam mentem ymago dei dicitur una persona est et ymago
ergo est trinitatis in mente Trinitas vero illa cuius ymago est nichil aliud est
tota quam deus nichil aliud est tota quam trinitas nec aliquid ad naturam dei
pertinet quod ad illam non pertineat trinitatem Et tres persone sunt unius essencie
non sicut singulus quisque homo una persona Item in hoc magna distancia
est quod sive mentem dicamus in homine eiusque noticiam et dilectionem sive
memoriam intelligenciam voluntatem nichil mentis meminimus nisi per memoriam
nec intelligimus nisi per intelligenciam nec amamus nisi per voluntatem At vero
in illa trinitate quis audeat dicere patrem nec se ipsum nec filium nec spiritum sanctum
intelligere nisi per filium vel diligere nisi per spiritum sanctum per se autem meminisse tantum
vel sui vel filii vel spiritus sancti Eodemque modo filium nec sui nec patris meminisse
se nisi per patrem nec diligere nisi per spiritum sanctum per se autem non nisi intelligere

et patrem et se ipsum et spiritum sanctum. Similiter et spiritum sanctum per patrem meminisse et patris et filii
et sui et per filium intelligere et patrem et filium et se ipsum, per se autem non nisi diligere
et se et patrem et filium, tamquam memoria sit pater et sua et filii et spiritus sancti, filius
autem intelligentia et sua et patris et spiritus sancti, spiritus vero sanctus caritas sua et patris et
filii. Quis hoc in illa trinitate opinari affirmare presumat. Si enim solus ibi filius
intelligit et patri et spiritui sancto, ad illam reditur absurditatem ut pater non sit sapiens de se ipso
sed de filio, nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quam ge-
nuit. Ubi enim non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ac per hoc si pater non intelligit
ipse sibi sed filius intelligit patri, profecto filius patrem sapientem facit, et si hoc
est deo quod sapere et ea illi essentia est que sapientia, non filius a patre, quod verum est,
sed a filio habet potius pater essentiam, quod absurdissimum atque falsissimum est. Hanc
absurditatem nos in libro septimo discussisse convicisse abiecisse certissimum est. Ergo deus
pater sapiens ea qua ipse sua est sapientia, et filius sapientia patris de sapientia quod est
pater de quo est genitus filius. Quocirca consequenter est et intelligens pater ea qua
ipse sua est intelligentia. Neque enim esset sapiens qui non esset intelligens.
Filius autem intelligentia patris de intelligentia genitus quod est pater. Hoc et de me-
moria non immerito dici potest. Quomodo enim est sapiens qui nil meminit vel sui non
meminit? Proinde quia sapientia pater, sapientia filius, sicut sibi meminit pater ita et filius, et sicut
sui et filii meminit pater memoria non filii sed sua, ita et sui et patris meminit
memoria non patris sed sua. Dilectio quoque ubi nulla est, quis ullam dicat esse sa-
pientiam? Ex quo intelligitur ita esse patrem dilectionem suam ut intelligentiam et memoriam
suam. Ecce ergo tria illa, id est memoria, intelligentia, dilectio seu voluntas in illa summa et
immutabili essentia quod est deus, non pater et filius et spiritus sanctus sunt, sed pater
solus. Et quia filius quoque sapientia est genita de sapientia, sicut nec pater ei nec spiritus sanctus
ei intelligit sed ipse sibi, sua enim est et ipse memoria, sua intelligentia, sua di-
lectio. Sed ita se habere de patre illi est de quo natus est. Spiritus etiam sanctus quia sapientia
est, non patrem habet memoriam et filium intelligentiam et se dilectionem. Neque enim sapientia esset,
si alius ei meminisset eique ~~filius~~ alius intelligeret ac tantummodo sibi pater diligeret. Sed
ipse habet hec tria et ea sic habet ut hec ipsa ipse sit. Verumtamen ut ita sit, inde illi
est unde procedit. Quis ergo hominum potest istam sapientiam qua novit deus omnia ita
ut nec ea que dicuntur preterita ibi preterita preteriant, nec ea que dicuntur futura quasi desint ex-
pectentur ut veniant, sed et preterita et futura cum presentibus sint cuncta presentia, nec sin-
gula cogitentur et ab aliis ad alia cogitando transeatur, sed in uno conspectu simul presto
sint universa. Quis inquam hominum comprehendit istam sapientiam eandemque pru-
dentiam eandemque scientiam, quandoquidem a nobis nec nostra comprehenditur? Ea quippe
que vel sensibus vel intelligentie nostre assunt possumus utcumque conspicere. Ea
vero que absunt et tamen affuerunt per memoriam novimus que obliti non sumus. Nec ex futuris
preterita sed futura ex preteritis non tamen firma cognitione conicimus. Nam quasdam cogi-
tationes nostras quas futuras velut manifestius atque certius proximas quasi
prospicimus, memoria faciente id agimus cum agere valemus quantum valemus, que videtur non ad ea que
futura sunt sed ad preterita pertinere. Quod licet experiri in eis dictis vel canticis quorum
seriem memoriter reddimus. Nisi enim previderemus cogitatione quod sequitur, non
utique diceremus. Et tamen ut provideamus non providentia nos instruit sed memoria.
Nam donec finiatur omne quod dicimus sive canimus, nihil est quod non provisum
prospectumque proferatur. Et tamen cum id agimus non dicimur providenter sed memoriter
cantare vel dicere. Et qui hoc in multis ita proferendis valent valde plurimum, non
solet eorum providentia sed memoria predicari. Fieri ista in animo vel ab animo nostro
novimus et certi sumus. Quomodo autem fiant, quanto attentius voluerimus advertere, tanto magis noster
et sermo succumbit et ipsa non perdurat intentio ut ad liquidum aliquid nostra
intelligentia et si non lingua perveniat. Et putamus nos utrum dei providentia

eadem sit que memoria et intelligentia qui non singula cogitando aspiciat sed una clara et immutabili atque ineffabili visione complectitur cuncta que novit tanta mentis infirmitate possit comprehendi. Inter has igitur difficultates et angustias libet exclamare ad deum vivum Mirificata est scientia tua ex me invaluit non potero ad illam. Ex me quippe intelligo quam sit mirabilis et incomprehensibilis scientia qua fecisti me quando nec me ipsum comprehendere valeo quem fecisti et tamen in meditatione mea exardescit ignis ut queram faciem tuam semper. Capitulum viii. De speculo in quo per ymaginem dei trinitas aliquatenus intellecta conspicitur.

Incorporalem substantiam scio esse sapientiam et lumen esse in quo videntur que oculis carnalibus non videntur et tamen vir tantus tamque spiritalis Videmus nunc inquit per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Quale sit et quod sit hoc speculum si querimus profecto illud occurrit quod in speculo nisi ymago non cernitur. Hoc ergo facere conati sumus ut per hanc ymaginem quod nos sumus videremus utcumque a quo facti sumus tamquam per speculum. Huc pertinet etiam illud quod ait idem apostolus Nos autem revelata facie gloriam domini speculantes in eandem ymaginem transformamur de gloria in gloriam tamquam a domini spiritu. Speculantes dixit per speculum videntes non de specula prospicientes quod in greca lingua non est ambiguum unde in latinam translate sunt littere apostolice. Ibi quippe speculum ubi apparent ymagines rerum. a specula de cuius altitudine longius aliquid intuemur etiam sono verbi distat omnino satisque apparet apostolum a speculo non a specula dixisse gloriam domini speculantes. Quod vero ait in eandem ymaginem transformamur utique ymaginem dei vult intelligi eandem dicens istam ipsam scilicet quam speculamur quia eadem ymago est et gloria dei sicut alibi dicit Vir quidem non debet velare caput cum sit ymago et gloria dei de quibus verbis iam in libro xii° disseruimus. Transformamur ergo dicit de forma in formam mutamur atque transimus de forma obscura in formam lucidam quia et ipsa obscura ymago dei est. Et si ymago profecto etiam et gloria in qua homines creati sumus prestantes ceteris animalibus. De ipsa quippe natura humana dictum est Vir quidem non debet velare caput cum sit ymago et gloria dei. Que natura in rebus creatis excellentissima cum a suo creatore ab impietate iustificatur a deformi forma formosam transfertur in formam. Est quippe et in ipsa impietate quanto magis damnabile vitium tanto certius natura laudabilis. Et propter hoc addidit de gloria in gloriam. de gloria creationis in gloriam iustificationis. Quamvis possit et hoc aliis modis intelligi quod dictum est de gloria in gloriam de gloria fidei in gloriam speciei de gloria qua filii dei sumus in gloriam qua similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Quod vero adiunxit tamquam a domini spiritu ostendit gratiam dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. De enigmate et tropicis locutionibus Capitulum ix.

Hec dicta sunt propter quod ait apostolus nunc per speculum nos videre. Quia vero addidit in enigmate multis incognitum est qui eas litteras nesciunt in quibus doctrina quedam est de locutionum modis quos greci tropos vocant quo et greco vocabulo etiam nos utimur pro latino. Sicut enim scemata usitatius dicimus quam figuras ita usitatius dicimus tropos quam modos. Singulorum autem modorum sive troporum nomina ut singula singulis referantur difficillimum est et insolentissimum latine enuntiare. Unde quidam interpretes nostri quod ait apostolus que sunt in allegoria nolentes grecum vocabulum ponere circumloquendo interpretati sunt dicendo que sunt aliud ex alio significantia

huius autem tropi, id est allegorie plures sunt species in quibus est etiam quod dicitur enigma
Diffinitio autem ipsius nominis generalis omnes etiam species completatur necesse est. Ac per
hoc sicut omnis equus animal est, non omne animal equus est, ita omne enigma al-
legoria est non omnis allegoria enigma. Quid est ergo allegoria nisi tropus
ubi ex alio aliud intelligitur quale est illud ad Thessalonicenses Itaque non
dormiamus sicut et ceteri, sed vigilemus et sobrii simus. Nam qui dormiunt nocte
dormiunt et qui inebriantur nocte ebrii sunt Nos autem qui diei sumus sobrii
simus Sed hec allegoria non est enigma Nam nisi multum tardis iste sensus
in promptu est Enigma autem est ut breviter explicem obscura allegoria. sicut
est Sanguisuge tres erant filie et quecumque similia Sed ubi allegoriam no-
minavit apostolus non in verbis eam reperit sed in facto cum ex duobus filiis
Abrahe uno de ancilla altero de libera quod non dictum sed etiam factum
fuit duo testamenta intelligenda monstravit quod antequam exponeret obscurum
fuit Proinde in allegoria tali quod est generale nomen posset specialiter enigma
nominari Sed quoniam non soli qui eas litteras nesciunt discuntur tropi querunt quid
dixerit apostolus nunc in enigmate nos videre verum etiam qui sciunt quid sit
illud enigma ubi nunc videmus nosse desiderant ex utraque una invenien-
da sententia et ex illo scilicet quod ait videmus nunc per speculum et ex isto quod
addidit in enigmate Una enim tota sic dicitur videmus nunc per speculum
in enigmate Proinde quantum mihi videtur sicut nomine speculi et enigmatis quamvis
similitudinem tamen obscuram ad perspiciendum difficilem Cum igitur speculi et
enigmatis nomine quecumque similitudines ab apostolo significate intelligi possunt que
accommodate sunt ad intelligendum deum eo modo quo potest, nihil tamen est
accommodatius quam id quod ymago eius non frustra dicitur Nemo itaque miretur
etiam in isto videndi modo qui concessus est laborare nos et quomodocumque vi-
deamus nomen quippe hic non sonaret enigmatis si facilitas visionis.
Et hoc est grandius enigma ut non videamus quod non videre non possumus
Quis enim non videt cogitationem suam et quis videt cogitationem suam
non oculis carnalibus dico sed ipso interiore conspectu quis non eam vi-
det et quis eam videt quandoquidem cogitatio visio est animi quedam sive
assint ea que oculis quoque corporalibus videantur vel ceteris sentiantur sensibus
sive non assint et eorum similitudines cogitatione cernantur sive nihil eorum
sed ea cogitentur que nec corporalia sunt nec corporalium sicut virtutes
et vicia. sicut ipsa denique cogitatio cogitatur sive illa que per disciplinas
traduntur liberales et doctrinas sive etiam istorum cause superiores atque ratio-
nales in natura immutabili cogitentur. sive etiam et vana ac falsa co-
gitemus vel non consentiente sensu vel errante consensu

Sed nunc de hiis loquamur que nota cogitamus et habemus in noti-
cia etiam si non cogitemus sive ad contemplativam scientiam pertineat
quam proprie sapientiam sive ad activam quam proprie scientiam nuncupandam disserui
Simul enim utrumque mentis est unius et ymago dei una Cum vero de inferi-
ore distinctius et seorsum agitur tunc non est vocanda ymago dei quamvis
et tunc in ea nonnulla reperiatur similitudo illius trinitatis quod in XIII
volumine ostendimus Nunc ergo simul de universa scientia hominis loquimur in qua
nobis nota sunt quecumque nota sunt que utique vera sunt alio-
quin non essent Nemo enim falsa novit nisi cum falsa esse novit quod
si novit verum novit verum est enim quod illa falsa sunt De hiis ergo nunc

dixerunt que nota cogitamus et nota sunt nobis etiam si non cogitentur aut
Sed certe si ea dicere velimus nisi cogitata non possumus Nam et si verba non so-
nent qui in corde suo dicit utique cogitat Unde et in libro Sapientie dixerunt apud
se cogitantes non recte Exposuit enim quid sit dixerunt apud se cum addi-
dit cogitantes Huic simile est in evangelio quod quidam scribe cum audissent a domino
dictum paralitico Confide fili dimittuntur tibi peccata tua dixerunt intra se Hic
blasphemat Quid enim est dixerunt intra se nisi cogitando Deinde sequitur Et
cum vidisset Ihesus cogitationes eorum dixit Ut quid cogitatis mala in cordibus
vestris Quale est in libro Sapientie dixerunt cogitantes tale hic est cogitantes
dixerunt Utrobique enim et hic ostendit intra se atque in corde suo dicere id esse co-
gitando dicere Dixerunt quippe intra se ut dictum est eis quid cogitatis Et
de illo divite cuius uberes fructus ager attulit ait ipse dominus et cogitabat
intra se dicens Quedam ergo cogitationes locutiones sunt cordis ubi et os esse
dominus ostendit cum ait Non quod intrat in os coinquinat hominem sed quod proce-
dit de ore hoc coinquinat hominem Una sententia duo quedam hominis ora complexus
est unum corporis alterum cordis Nam utique unde illi hominem putaverunt inqui-
nari in os intrat corporis Unde autem dixit dominus inquinari hominem de cordis
ore procedit Ita quippe exposuit ipse quod dixerat Nam paulo post de hac
re discipulis suis ait Adhuc inquit et vos sine intellectu estis Non intelli-
intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum emit-
titur Hic certe demonstravit os corporis et in eo quod sequitur os cordis ostendens Que
autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem De corde
enim exeunt cogitationes male etc Quid hac expositione lucidius Nec tamen
quod dicimus locutiones cordis esse ideo non sunt etiam visiones exorte de
notitie visionibus quando vere sunt Foris enim cum per corpus hec fiunt aliud
est locutio aliud visio Intus autem cum cogitamus utrumque unum est Sicut
auditio et visio duo quedam sunt inter se distantia in sensibus corporis In animo
autem non est aliud atque aliud videre et audire Ac per hoc cum locutio
foris non videatur sed potius audiatur locutiones tamen interiores hoc est cogita-
tiones visas dixit a domino sanctum evangelium non auditas Dixerunt inquit
intra se Hic blasphemat Deinde subiunxit Et cum vidisset Ihesus co-
gitationes eorum quas illi se putabant videre Quisquis igitur potest intel-
ligere verbum non solum antequam sonet verum etiam antequam sonorum eius imagi-
nes cogitatione volvantur hoc enim est quod ad nullam pertinet linguarum
earum scilicet que lingue appellantur gentium quarum nostra latina est Quisquis inquam
hoc intelligere potest iam potest videre per hoc speculum atque in hoc en-
igmate aliquam verbi illius similitudinem de quo dictum est In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus erat verbum Necesse est enim cum verum loquimur
id est quod scimus loquimur ex ipsa scientia quam memoria tenemus nascatur verbum quod
eiusmodi sit omnino cuiusmodi est illa scientia de qua nascitur Formata quippe
cogitatio ab ea re quam scimus verbum est quod in corde dicimus quod nec
grecum nec latinum nec lingue alicuius alterius Sed cum id opus est in eorum
quibus loquimur perferre notitiam aliquod signum quo significetur assumitur Et plerumque
sonus aliquando etiam nutus ille auribus ille oculis exhibetur ut per signa
corporalia etiam corporis sensibus verbum quod mente gerimus innotescat Nam et
innuere quid est nisi quodammodo visibiliter dicere Est in scripturis sanctis huius sententie
testimonium Nam in evangelio secundum Iohannem ita legitur Amen amen dico

vobis quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli
hesitantes de quo diceret. Erat ergo unus ex discipulis eius in sinu Jhesu
quem diligebat Jhesus. Innuit ergo huic Symon Petrus et dicit ei Quis
est de quo dicit. Ecce innuendo dixit quod sonando dicere non audebat. Sed
hec atque huiusmodi signa corporalia sive auribus sive oculis presentibus quibus
loquimur exhibemus. Invente sunt etiam littere per quas possemus et cum absentibus
colloqui, sed ista signa sunt vocum cum ipse voces in sermone nostro earum
quas cogitamus signa sint.

Proinde verbum quod foris sonat signum est verbi quod intus lucet cui magis
verbi competit nomen. Nam illud quod profertur carnis ore vox verbi est, v-
erbumque et ipsum dicitur propter id a quo ut foris appareret assumptum est assumen-
do eam in qua et ipse manifestaretur sensibus hominum. Et sicut verbum nostrum
fit vox nec mutatur in vocem, ita verbum dei caro quidem factum est, sed ab-
sit ut mutaretur in carnem. Assumendo quippe illam non in eam se consumendo
et hic nostrum vox fit, et illud caro factum est. Quapropter qui cupit ad qualemcumque
similitudinem dei verbum quamvis per multa dissimilem pervenire non intueatur verbum
nostrum quod sonat in auribus nec quod voce profertur nec quod silentio cogitatur. Omnium namque
sonantium verba linguarum etiam in silentio cogitantur, et carmina percurruntur animo
tacente ore corporis. Nec solum numeri sillabarum verum etiam modi cantilenarum cum sint
corporales et ad eum qui vocatur auditus sensum corporis pertinentes per incorporeas
quasdam ymagines suas presto sunt cogitantibus et tacite cuncta ista volven-
tibus. Sed transcendenda sunt hec ut ad illud perveniatur hominis verbum per cuius
qualemcumque similitudinem sicut in enigmate videatur utcumque dei verbum. Non illud
quod factum est ad illum vel illum prophetam et de quo dictum est verbum autem
dei crescebat videatur utcumque dei verbum. Non illud quod factum est ad illum
vel illum prophetam et multiplicabatur et de quo dictum est iterum Ergo fides ex audi-
tu, auditus autem per verbum Christi. Et iterum Cum accepissetis a nobis verbum auditus
dei accepistis non ut verbum hominum, sed sicuti est vere verbum dei. Et innumerabilia
similiter in scripturis dicuntur de dei verbo quod in sonis multarum diversarumque linguarum per
corda et ora disseminatur humana. Ideo autem verbum dei dicitur quia doctrina traditur non
humana. Sed illud verbum dei querimus qualitercumque per hanc similitudinem nunc
videre de quo dictum est Deus erat verbum, de quo dictum est Omnia per ipsum facta
sunt, de quo dictum est Et verbum caro factum est, de quo dictum est Fons sapientie verbum
dei in excelsis. Perveniendum est ergo ad illud verbum hominis ad verbum rationalis
animantis ad verbum non de deo nate sed a deo facte ymaginis dei, quod neque prola-
tivum est in sono neque cogitativum in similitudine alicuius quod alicuius lingue est
necesse sit, sed quod omnia quibus significatur signa precedit et gignitur de scientia que ma-
net in animo quando eadem scientia intus dicitur sicuti est. Simillima est enim visio cogitationis
visioni scientie. Nam quando per sonum dicitur vel per aliquod corporale signum non dicitur
sicuti est sed sicut potest videri audirive per corpus. Quando ergo quod est in noticia
hoc est in verbo tunc est verum verbum et veritas qualis exspectatur ab homine
ut quod est in ista hoc sit et in illo, quod non est in ista non sit et in illo
hic agnoscitur est est non non. Sic accedit quantum potest ista similitudo ymaginis
facte ad illam similitudinem ymaginis nate, qua deus filius patri per omnia
substantialiter similis predicatur. Advertenda est in hoc enigmate etiam ista
verbi dei similitudo, quod sicut de illo verbo dictum est, Omnia per ipsum facta sunt
ubi deus per unigenitum suum predicatur universa fecisse, ita hominis opera nulla sunt
que non prius dicuntur in corde. Unde scriptum est Initium omnis operis verbum

Ergo cum hic verbum est, tunc est initium boni operis, et cum verbum est de scientia operandi gignitur, ut et ibi servetur est est non non, ut si est in ea scientia qua vivendum est, sit et in verbo per quod operandum est, si non non; alioquin mendacium erit verbum tale, non veritas, et inde peccatum, non opus rectum est. Et hoc in ista similitudine verbi nostri similitudo Verbi Dei, quia potest esse verbum nostrum quod non sequitur opus, opus autem esse non potest nisi praecedat verbum, sicut Verbum Dei potuit esse nulla existente creatura, creatura vero nulla esse posset nisi per ipsum per quod facta sunt omnia. Ideoque non Deus Pater, non Spiritus Sanctus, non ipsa Trinitas, sed solus Filius quod est Verbum Dei caro factum est, quamvis Trinitate faciente, ut sequente atque imitante verbo nostro eius exemplum recte viveremus, hoc est nullum habentes in verbi nostri vel contemplatione vel operatione mendacium. Verum haec huius imaginis est quandoque futura perfectio. Ad hanc consequendam erudit nos magister bonus fide christiana pietatisque doctrina, ut revelata facie a legis velamine quod umbra futurorum, gloriam Domini speculantem per speculum, per speculum scilicet intuentes, in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam, tamquam a Domini Spiritu, secundum superiorem de his verbis disputationem. Cum ergo hac transformatione ad perfectum fuerit haec imago renovata, similes Deo erimus quoniam videbimus eum, non per speculum sed sicuti est; quod dicit apostolus Paulus: facie ad faciem. Nunc vero in hoc speculo, in hoc aenigmate, in hac qualicumque similitudine quanta sit etiam dissimilitudo quis potest explicare? Attingam tamen aliqua ut valeo quibus id possit adverti.

Primo ipsa scientia de qua veraciter cogitatio nostra formatur quando quae scimus loquimur, qualis aut quanta potest homini provenire quamlibet peritissimo atque doctissimo? Exceptis enim quae in animum veniunt a sensibus corporis, in quibus tam multa aliter sunt quam videntur, ut eorum verisimilitudine nimium constipatus sanus sibi videatur esse qui insanit, unde Academica philosophia sic invaluit ut de omnibus dubitans multo miserius insaniret; his ergo exceptis quae a corporis sensibus in animum veniunt, quantum rerum remanet quod ita sciamus sicut nos vivere scimus? In quo prorsus non metuimus ne aliqua verisimilitudine forte fallamur, quoniam certum est etiam eum qui fallitur vivere. Nec in eis visis habetur hoc quae obiciuntur extrinsecus, ut in eo sic fallatur oculus quemadmodum fallitur cum in aqua remus videtur infractus, et navigantibus turris moveri, et alia sexcenta quae aliter sunt quam videntur; quia nec per oculum carnis hoc cernitur. Intima scientia est qua nos vivere scimus, ubi ne illud quidem Academicus dicere potest: Fortasse dormis et nescis et in somnis vides. Visa quippe somniantium simillima esse visis vigilantium quis ignorat? Sed qui certus est de suae vitae scientia non in ea dicit: Scio me vigilare, sed: Scio me vivere. Sive ergo dormiat sive vigilet, vivit. Nec in ea scientia per somnia falli potest, quia et dormire et in somnis videre viventis est. Nec illud potest Academicus adversus istam scientiam dicere: Furis fortassis et nescis, quia sanorum visis simillima sunt etiam visa furentium; sed qui furit vivit. Nec contra Academicos dicit: Scio me non furere, sed: Scio me vivere. Numquam ergo falli nec mentiri potest qui se vivere dixerit scire. Mille itaque fallacium visorum genera obiciantur ei qui dicit: Scio me vivere; nihil horum timebit, quando et qui fallitur vivit. Sed si talia sola pertinent ad humanam scientiam, perpauca sunt, nisi quia in unoquoque genere ita multiplicantur ut non solum pauca non sint, verum etiam reperiantur per infinitum numerum tendere. Qui enim dicit: Scio me vivere, unum aliquid scire se dicit. Proinde si dicat: Scio me scire me vivere, duo sunt iam. Hoc vero quod scit haec duo scire alterum est. Sic potest addere et tertium et quartum et innumerabilia si sufficiat. Sed quia innumerabilem numerum comprehendere singula addendo vel dicere innumerabiliter non potest, hoc ipsum certissime comprehendit et dicit, et verum hoc esse et tam innumerabilem

ut ubi eius infinitum numerum non possit comprehendere atque dicere. Hoc et in voluntate
certa similiter advertitur. Quis enim est cui non impudenter respondeatur forte falleris dicenti
volo beatus esse et si dicat Scio me hoc velle et hoc me scire scio iam his duobus et
tertium potest addere quod haec duo sciat et quartum quod haec duo sciat se scire et sic similiter
in infinitum numerum pergere. Item si quispiam dicat Errare nolo nonne sive erret sive non
erret tamen eum nolle verum erit. Quis est qui huic impudentissime dicat forsitan fal-
leris cum procul dubio quacumque fallatur falli se tamen nolle ~~verum erit quis est qui huic~~
non fallitur. Et si hoc scire se dicat addit quantum vult rerum cognitarum et numerum perspicit
infinitum. Qui enim dicit nolo me falli et hoc me nolle scio iam et si non possit
commoda locutione potest hinc infinitum numerum ostendere et alia reperiuntur quae adversus Acha-
demicos valeant qui nichil ab homine sciri posse contendunt. Sed modus adhibendus
praesertim quia opere isto non hoc suscepimus. Sunt inde libri tres nostri primo conversionis
tempore scripti quos qui potuerit et voluerit legere lectosque intellexerit nichil eum profecto
quae ab eis contra perceptionem veritatis argumenta multa inventa sunt permovebunt. Cum enim
duo sint genera rerum quae sciuntur unum earum quae per sensus corporis percipit animus
alterum earum quae per se ipsum multa illi philosophi garrierunt contra corporis sensus animi autem quas-
dam firmissimas per se ipsum perceptiones rerum verarum quale illud est quod dixi Scio me
vivere nequaquam in dubium vocare potuerunt. Sed absit a nobis ut ea quae
per sensus corporis didicimus vera esse dubitemus. Per eos quippe didicimus caelum et terram
et ea quae in eis nota sunt nobis quantum ille qui et nos et ipsa condidit innotescere
nobis voluit. Absit etiam ut scire nos negemus quae testimonio didicimus aliorum
alioquin esse nescimus occeanum nescimus esse terras atque urbes quas celeberrima
fama commendat nescimus fuisse homines et opera eorum quae hystorica lectione
didicimus nescimus quae cotidie undecumque nuntiantur et indiciis consonis con-
testantibus confirmantur postremo nescimus in quibus locis vel ex quibus hominibus fuerimus
exorti quia haec omnia testimoniis credimus aliorum. Quod si absurdissimum est dicere non
solum nostrorum verum etiam et aliorum corporum sensus plurimum addidisse nostrae scientiae confiten-
dum est. Haec igitur omnia et quae per se ipsum et quae per sensus corporis et quae testimoniis
aliorum percepta scit animus humanus thesauro memoriae condita tenet. Ex quibus
gignitur verbum verum quando quod scimus loquimur. Sed verbum ante omnem sonum ante
omnem cogitationem soni. Tunc enim est verbum simillimum rei notae de qua gignitur
et ymago eius quoniam de visione scientiae visio cogitationis exoritur quod est verbum
linguae nullius verbum verum de re vera nichil de suo habens sed totum de illa scientia
de qua nascitur. Nec interest quando id didicerit qui quod scit loquitur. Aliquando enim statim
ut didicit dicit dum tamen verbum sit verum id est de notis rebus exortum. Capitulum

Sed numquid deus pater de quo natum est verbum de deo deus numquid ergo deus
pater in ea sapientia quod est ipse sibi alia didicit per sensum corporis sui alia
per se ipsum. Quis hoc dicat qui non animal rationale sed super animam rationalem deum
cogitat quantum ab eis cogitari potest qui eum omnibus animalibus et omnibus animis
praeferunt quamvis per speculum et in enigmate coniciendo videant nondum facie ad
faciem sicuti est. Numquid deus pater ea ipsa quae non per corpus quod ei nullum
est sed per se ipsum scit aliunde ab aliquo didicit aut nuntiis vel testibus
ut ea sciret indiguit. Non utique ad omnia quippe scienda quae scit sufficit
sibi illa perfectio. Habet quidem nuntios id est angelos non tamen qui ei aliquid quod ne-
sciat annuntient. Non enim sunt illa quae nesciat sed bonum eorum est de operibus
suis eius consulere veritatem. Et hoc est quod ei dicuntur nonnulla nuntiare. Non
ut ipse ab eis discat sed ut ab illo ipsi per verbum eius sine corporali sono nun-
tiant etiam quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit totum ab illo per
illud verbum eius audientes id est in eius veritate et hoc est quod ei dicuntur nonnulla

mutat. Non ut ipse ab eis distat sed ut ab illa ipsi pueri eius audientes +
vel in eius veritate intuentes quid sibi faciendum sit sive temporali sonos mutant
/ etiam quod volunt ab eo missi ad quos volunt toti ab illo per illud verbum
audientes vel in eius veritate intuentes quid sibi faciendum quid quibus et quando
nuntiandum sit. Nam et nos oramus eum / nec tamen eum docemus quid opus sit nobis. Novit
enim ait verbum eius pater vester quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo.
Nec ista ex aliquo tempore cognovit ut nosset sed futura omnia temporalia atque in eis
etiam quid et quando ab illo petituri fueramus et quos et de quibus rebus vel exau-
diturus vel non exauditurus esset. sine initio praescivit. Universas autem
creaturas suas et spirituales et corporales non quia sunt ideo novit sed ideo sunt quia
novit. Non enim nescivit quae fuerat creaturus. Quia ergo scivit creavit non quia creavit
scivit. Nec aliter ea scivit creata quam creanda. Non enim eius sapientiae aliquid accessit
ex eis sed illis existentibus sicut oportebat et quando oportebat illa mansit ut erat
ita ut scriptum est in libro Ecclesiastico. Antequam crearentur omnia nota sunt illi sic et
postquam consummata sunt. Sic inquit non aliter et antequam crearentur et postquam consummata sunt sic et
nota sunt. Longe est igitur huic scientiae scientia nostra dissimilis. Quae enim scientia Dei est ipsa
et sapientia. et quae sapientia ipsa essentia sive substantia. quia in illius naturae simplicitate
mirabili non est aliud sapere aliud esse. sed quod est sapere hoc est et esse. sicut et
in superioribus libris saepe iam diximus. Nostra vero scientia in rebus plurimis propterea
et amissibilis est et receptibilis. quia non est hoc nobis esse quod scire vel sapere. quoniam
esse possumus etiam si nesciamus neque sapiamus ea quae aliunde didicimus. Propter hoc
sicut nostra scientia illi scientiae Dei. sic et nostrum verbum quod nascitur de nostra scientia dissimile
est illi verbo Dei quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si dicam de
patris scientia de patris sapientia vel quod est expressius de patre scientia de patre sapientia.

Verbum ergo Dei patris unigenitum filium per omnia patri similem et
aequalem deum de deo lumen de lumine sapientiam de sapientia essentiam de essentia
est hoc omnino quod pater non tamen pater quia iste filius ille pater. ac per hoc novit omnia quae
novit pater. sed ei nosse de patre est sicut esse. Nosse enim et esse ibi unum est. et
ideo patri sicut esse non est a filio ita nec nosse. proinde tamquam se ipsum dicens pater
genuit verbum sibi aequale per omnia. Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset
si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo quam in ipso. Ibi summe cognoscitur
illud est est non non. Et ideo verbum hoc vere veritas est quoniam quidquid est in ea scientia
de qua est genitum et in ipso est. Quod autem in ea non est nec in ipso est. Et
falsum habere aliquid hoc verbum numquam potest quia immutabiliter sic se habet ut se habet
de quo est. Non enim potest filius a se facere quidquam nisi quod viderit patrem
facientem. Potenter hoc non potest. nec est infirmitas ista sed firmitas qua
falsa esse non potest veritas. Novit itaque omnia deus pater in se ipso. novit in filio sed
in se ipso tamquam se ipsum. in filio tamquam verbum suum quod est de his omnibus quae sunt
in se ipso. Omnia similiter filius novit in se scilicet tamquam ea quae nata sunt de his quae
pater novit in se ipso. in patre autem tamquam ea de quibus nata sunt quae ipse filius novit
in se ipso. Sciunt ergo invicem pater et filius. sed ille gignendo iste nascendo. Et
omnia quae sunt in eorum scientia in eorum sapientia in eorum essentia unusquisque eorum simul
videt non particulatim aut singillatim velut alternante conspectu hinc illuc
et inde huc et rursus inde vel inde in aliud atque aliud ut aliqua videre
non possit nisi non videns alia. sed ut dixi simul omnia videt quorum nullum
est quod non semper videt. Verbum autem nostrum illud quod non habet sonum neque cogi-
tationem soni sed eius rei quam videndo intus dicimus et ideo nullius linguae est

atque inde utrumque simile est in hoc enigmate illi verbo dei quod etiam deus est quoniam
sic et hoc de nostra nascitur quemadmodum et illud de scientia patris natum est. Nostrum ergo tale verbum
quod invenimus esse utrumque illi simile quantum sit etiam dissimile sicut a nobis dici potuit non pigeat intueri.
Numquid verbum nostrum de sola scientia nostra nascitur? nonne multa dicimus etiam
que nescimus, nec dubitantes ea dicimus sed vera esse arbitrantes quasi forte
vera sunt in ipsis rebus de quibus etiam loquimur non in verbo nostro vera sunt, quia verbum
verum non est nisi quod de re que scitur gignitur. Falsum est ergo isto modo verbum nostrum non cum men-
timur sed cum fallimur. Cum autem dubitamus nondum est verbum de re de qua dubitamus
sed de ipsa dubitatione verbum est. Quamvis enim non noverimus an verum sit unde dubita-
tur, dubitare non novimus, ac per hoc cum dicimus verum verbum est quoniam quod novimus dicimus.
Quid quod etiam mentiri possumus? Quod cum facimus utique volentes et scientes falsum verbum
habemus ubi verum verbum est mentiri nos, hoc enim scimus. Et cum mentitos nos esse con-
fitemur, verum dicimus. Quod scimus enim dicimus. Scimus enim nos esse mentitos. Verbum
autem illud quod est deus et potentius est nobis hoc non potest. Non enim potest facere quicquam
nisi quod viderit patrem facientem et non a se ipso loquitur, sed a patre est illi omne quod
loquitur, sed a patre est quod loquitur cum ipsum pater unice loquitur, et magna illius
verbi potentia est, non posse mentiri quia non potest esse illic est et non, sed est est
et non non. At enim nec verbum dicendum est quod verum non est, sic ita libens assentior.
Quid cum verum est verbum nostrum et ideo recte verbum vocatur, numquid sicut dici potest vel visio de
visione vel scientia de scientia, ita dici potest essentia de essentia sicut illud dei verbum
maxime dicitur maximeque dicendum est. Quid ita? quia non est hoc nobis quod nosse. Mul-
ta quippe novimus que per memoriam vivunt ita et oblivione quodammodo moriuntur atque
ideo cum illa iam non sint in notitia nostra, nos tamen sumus. Et cum scientia nostra animo
lapsa perierit a nobis nos tamen vivimus. Illa etiam que sciuntur ut numquam excidere possint
quoniam presentia sunt, et ad ipsius animi naturam pertinent ut est illud quod nos vivere scimus
manet enim hoc quamdiu animus manet, et quia semper manet animus, et hoc semper manet. id er-
go et si qua reperiuntur similia in quibus imago dei potius intuenda est, etiamsi
semper sciuntur tamen quia non semper etiam cogitantur, quomodo de his dicatur verbum sempiternum
cum verbum nostrum nostra cogitatione dicatur invenire difficile est. Sempiternum est enim
animo vivere, sempiternum est scire quod vivit, nec tamen sempiternum est cogitare vitam suam
vel cogitare scientiam vite sue quoniam cum aliud atque aliud ceperit hoc desinet cogitare
quamvis non desinet scire. Ex quo fit ut si potest esse in animo aliqua scientia sempiterna et
sempiterna esse non potest eiusdem scientie cogitatio et verbum verum nostrum intimum nisi nostra
cogitatione non dicitur, solus deus intelligatur habere verbum sempiternum sibique coeternum
nisi forte dicendum est ipsam possibilitatem cogitationis quoniam id quod scitur etiam quando non
cogitatur potest tamen veraciter cogitari verbum esse tam perpetuum quam scientia ipsa perpetua
est. Sed quomodo est verbum quod nondum in cogitationis visione formatum est. quomodo
erit simile scientie de qua nascitur si eius non habet formam et ideo iam vocatur verbum
quia potest habere. Tale est enim ac si dicatur ideo iam vocandum esse verbum quia potest esse verbum
sed quid est quod potest esse verbum et ideo iam dignum est verbi nomine. Quid est
inquam hoc formabile nondumque formatum nisi quiddam mentis nostre quod hac atque hac
volubili motione quadam iactamus cum a nobis nunc hoc nunc illud sicut inventum
fuerit vel occurrerit cogitatur. Et tunc fit verum verbum quando illud quod nos dixi volubili
motione iactare ad id quod scimus pervenerit atque inde formatur eius omnimodam similitudinem
capiens ut quomodo res queque scitur sic etiam cogitetur id est sine voce sine cogitatione
vocis que profecto alicuius lingue est. sic in corde dicatur. Ac per hoc etiam si concedamus
ne de controversia vocabuli laborare videamur iam vocandum esse verbum quiddam
illud mentis nostre quod de nostra scientia formari potest etiam priusquam formatum sit
quia iam ut ita dicam formabile est. Quis enim videat quanta hic sit dissimilitudo
ab illo dei verbo quod in forma dei sic est ut non ante fuerit formabile postque
formatum nec aliquando esse possit informe, sed sit forma simplex et simpliciter
equalis ei de quo est et cui mirabiliter coeterna est

Quapropter ita dicatur illud dei verbum ut dei cogitatio non dicatur ne aliquid esse quasi volubile credatur in deo quod nunc accipiat nunc recipiat formam ut verbum sit eamque possit amittere atque informiter quodam modo volutari. Bene quippe noverat verba et vim cogitationis inspexerat locutor egregius qui dixit in carmine Secumque volutat eventus belli varios id est cogitat. Non ergo ille dei filius cogitatio dei dicitur. Cogitatio quippe nostra perveniens ad id quod scimus atque inde formata verbum nostrum verum est. Et ideo verbum dei sine cogitatione dei debet intelligi ut forma ipsa simplex intelligatur non aliquid habens formabile quod etiam esse possit informe. Dicuntur etiam quidem in scripturis sanctis cogitationes dei sed eo locutionis modo quo ibi et oblivio dei dicitur que utique ad proprietatem in deo nulla est. Quamobrem cum tanta sit nunc in isto enigmate dis~~similitudo~~ similitudo dei et verbi dei in qua tamen nonnulla similitudo comperta est illud quoque fatendum est quod etiam cum similes ei erimus quando videbimus eum sicuti est quod utique quod utique dixit hanc procul dubio que nunc est dissimilitudinem attendit nec tunc natura equales illi erimus. Semper enim natura minor est faciente que facta est. Et tunc quidem verbum nostrum non erit falsum quia nec mentiemur neque fallemur. Fortassis etiam non erunt volubiles nostre cogitationes ab aliis in alia euntes atque redeuntes sed omnem scientiam nostram uno simul conspectu videbimus. Tamen cum et hoc fuerit si et hoc fuerit formata erit creatura que formabilis fuit ut nichil iam desit eius forme ad quam pervenire debet sed tamen coequanda non erit illi simplicitati ubi non formabile aliquid formatum vel reformatum est sed forma neque informis neque formata ipsa ibi eterna est immutabilisque substantia. Satis de patre et filio quantum per hoc speculum atque in hoc enigmate videre potuimus locuti sumus.

Nunc de spiritu sancto quantum deo donante videre conceditur disserendum. Qui spiritus sanctus secundum scripturas sanctas nec patris est solius nec filii solius sed amborum et ideo communem qua invicem se diligunt pater et filius nobis insinuat caritatem. Ut autem nos exerceret sermo divinus non res in promptu sitas sed in abdito scrutandas et ex abdito eruendas maiore studio fecit inquiri. Non itaque dixit scriptura Spiritus sanctus caritas est. Quod si dixisset non parvam partem questionis istius abstulisset. Sed dixit Deus caritas est ut incertum sit et ideo requirendum utrum deus pater sit caritas an deus filius an deus spiritus sanctus an deus ipsa trinitas. Neque enim dicturi sumus non propterea deum dictum esse caritatem quod ipsa caritas sit ulla substantia que dei digna sit nomine sed quod donum sit dei sicut dictum est deo Tu es patientia mea. Non utique propterea dictum est quia dei substantia est nostra patientia sed quod ab ipso nobis est sicuti alibi legitur Quoniam ab ipso est patientia mea. Hunc quippe sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale est enim tu es patientia mea quale est domine spes mea et deus meus misericordia mea et multa similia. Non est autem dictum domine caritas mea sed ita dictum est Deus caritas est sicut dictum est deus spiritus est. Hoc qui non discernit intellectum a domino non scientiam querat a nobis. Non enim apertius quicquam possumus dicere. Deus ergo caritas est. Sed utrum pater an filius an spiritus sanctus an ipsa trinitas quia et ipsa non tres dii sed deus unus hoc queritur. Sed iam in hoc libro superius disputatum non sic accipiendam esse trinitatem que deus est ex illis tribus que in trinitate nostre mentis ostendimus ut tanquam memoria sit omnium trium pater et caritas omnium trium spiritus sanctus quasi pater non intelligat sed ei filius intelligat et spiritus sanctus ei diligat ipse autem et sibi et illis tantummodo meminerit et filius non meminerit nec intelligat sed meminerit ei pater et intelligat ei filius ipse autem et sibi et illis non nisi diligat. Sed sic potius ut omnia tria et omnes et singuli habeant in sua quisque natura vel persona. Nec distent in eis ista sicut in nobis aliud est memoria aliud intelligentia aliud dilectio sive caritas sed unum aliquid sit quod omnia valeat sicut ipsa sapientia sic habeatur in uniuscuiusque natura ut qui hoc habet hoc sit sicut immutabilis simplexque substantia. Si ergo hec intellecta sunt et quantum nobis in rebus tantis videre vel coniectare concessum est vera esse claruerit nescio cur non sicut sapientia et pater dicitur et filius et spiritus sanctus et simul omnes non tres sed una sapientia

ita et caritas, et pater caritas et filius et spiritus sanctus, et simul omnes non tres una caritas
Dic ergo et pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus et simul omnes unus deus, et tamen
non frustra in hac trinitate non dicitur verbum dei nisi filius nec donum dei nisi spiritus sanctus
Nec de quo genitum est verbum et de quo procedit principaliter spiritus sanctus nisi deus pater. Ideo autem
addidi principaliter quia de filio spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi pater dedit non iam existenti
et nondum habenti sed quicquid unigenito verbo dedit gignendo dedit. Sic ergo eum genuit
ut etiam de illo donum commune procederet et spiritus sanctus spiritus esset amborum. Non est igitur acci-
pienda transeunter sed diligenter intuenda inseparabilis trinitatis ista distinctio. Hinc
enim factum est ut proprie dei verbum etiam sapientia diceretur cum sit sapientia et pater et spiritus sanctus
Si ergo proprie aliquid horum trium caritas nuncupanda est quid aptius quam ut hoc sit spiritus
sanctus. ut scilicet in illa simplici summaque natura non sit aliud substantia et aliud caritas. sed
substantia ipsa sit caritas. et caritas ipsa substantia sive in patre sive in filio sive in spiritu sancto
et tamen proprie caritas spiritus sanctus nuncupetur. Sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris te-
stamenti sanctarum scripturarum significantur eloquia. Nam et ex propheta ysaia testimonium ponens
apostolus ubi ait In aliis linguis et in aliis labiis loquar populo huic premisit
tamen in lege scriptum est. Et ipse dominus In lege inquit eorum scriptum est quia oderunt me gratis
ad hoc legatur in psalmo. Aliquando autem proprie vocatur lex que data est per moysen sicut
dictum est Lex et prophete usque ad iohannem. et in his duobus mandatis vel
preceptis tota lex pendet et prophete. Hic utique lex proprie appellata est de monte
Syna. Prophetarum autem nomine etiam psalmi significati sunt et tamen alio loco ipse salvator Opor-
tebat inquit impleri omnia que scripta sunt in lege et prophetis et in psalmis de me.
Hic rursus prophetarum nomine exceptis psalmis in lege intelligi voluit. Dicitur ergo
lex universaliter cum prophetis et psalmis dicitur et proprie que per moysen data est. Item dicuntur communiter prophete simul
cum psalmis, dicuntur et proprie preter psalmos. Et multis aliis exemplis doceri potest multa
rerum vocabula et universaliter poni et proprie quibusdam rebus adhiberi nisi in re aperta vi-
tanda sit longitudo sermonis. Hoc ideo dixi ne quisquam propterea nos inconvenienter
existimet caritatem appellare spiritum sanctum quia et deus pater et deus filius potest caritas nun-
cupari. Sic ergo unicum dei verbum proprie vocamus nomine sapientie cum sit universaliter et spiritus sanctus
et pater ipsa sapientia, ita spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis cum sit et pater et filius
universaliter caritas. Sed dei verbum id est unigenitus dei filius aperte dictus est dei sapientia ore
apostolico ubi ait Christum dei virtutem et dei sapientiam. Spiritus autem sanctus ubi sit dictus
caritas invenimus si diligenter iohannis apostoli scrutemur eloquium, qui cum dixisset Dilectis-
simi diligamus invicem quia dilectio ex deo est, secutus adiunxit Et omnis qui di-
ligit ex deo natus est. Qui non diligit non cognovit deum quia deus dilectio est. Hic
manifestavit eam se dixisse dilectionem deum quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo
est dilectio. Sed quia et filius ex deo patre natus est et spiritus sanctus ex deo patre procedit,
quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem deum merito queritur. Pater enim
ita solus est ut non sit ex deo, ac per hoc dilectio que ita deus est ut ex deo sit aut
filius est aut spiritus sanctus. Sed in consequentibus cum dei dilectionem commemorasset,
non qua nos eum sed qua nos ipse dilexit et misit filium suum litatorem pro peccatis
nostris et hinc exhortatus esset ut et nos invicem diligamus atque ita in
nobis deus maneat, quia utique dilectionem deum dixerat statim volens de hac re
apertius aliquid eloqui In hoc inquit cognoscimus quia in ipso manemus et ipse
in nobis quia de spiritu suo dedit nobis. Sanctus itaque spiritus de quo dedit nobis
facit nos in deo manere et ipsum in nobis. hoc autem facit dilectio. Ipse est igitur
deus dilectio. Denique paulo post cum hoc ipsum repetisset atque dixisset Deus
dilectio est continuo subiecit Et qui manet in dilectione in deo manet et deus in
eo manet. Unde supra dixerat In hoc cognoscimus quia in ipso manemus et ipse in
nobis quia de spiritu suo dedit nobis. Ipse ergo significatur ubi legitur Deus dilectio est
deus igitur spiritus sanctus qui procedit ex deo, cum datus fuerit homini accendit eum in
dilectionem dei et proximi, et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde deum diligat
nisi ex deo. Propter quod paulo post Nos diligamus quia ipse prior dilexit nos. Apostolus

quod paulus. dilectio inquit dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis

Nullum est isto dono excellencius. solum est quod dividit inter filios regni eterni et filios perdicionis eterne. dantur et alia per spiritum munera sed sine caritate nichil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuique spiritus sanctus ut eum dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transfertur ad dextram, nec spiritus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem, quam qui non habuerit si linguis hominum loquatur et angelorum, sonans eramentum est, et cimbalum tinniens. Et si habuerit prophetiam et scierit omnia sacramenta et omnem scientiam et habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, nichil est. Et si distribuerit omnem substanciam suam et si tradiderit corpus suum ut ardeat, nichil ei prodest. Quantum ergo bonum est, sine quo ad eternam vitam neminem bona tanta perducunt. Ipsa vero dilectio sive caritas nam unius rei est nomen utrumque. si habeat eam qui non loquitur linguis nec habet prophetiam nec omnia scit sacramenta nec distribuit omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuat, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum ut ardeat si talis passionis nulla temptacio est, perducit ad regnum ita ut ipsam fidem non faciat utilem nisi caritas. Sine caritate quippe fides potest quidem esse sed non ei prodesse. Propter quod et apostolus paulus In christo inquit ihesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium sed fides que per dilectionem operatur. Sic eam discernens ab ea fide qua et demones credunt et contremiscunt. Dilectio igitur que ex deo est et deus est, proprie spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris dei caritas per quam nos tota inhabitet trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus cum sit deus, vocatur eciam donum dei. quod donum proprie quid, nisi caritas intelligenda est que perducit ad deum et sine qua quodlibet aliud dei donum non perducit ad deum.

An et hoc probandum est donum dei dictum esse in sacris libris spiritum sanctum, si et hoc expectatur habemus in ewangelio secundum Iohannem domini nostri ihesu christi verba dicentis Si quis sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque vive. Porro ewangelista secutus adiunxit, hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Unde dicit eciam paulus apostolus Et omnes unum spiritum potavimus. Utrum autem donum dei sit appellata aqua ista quod est spiritus sanctus hoc queritur. Sed sicut hic invenimus hanc aquam spiritum sanctum esse, ita invenimus alibi in ewangelio, hanc aquam dei donum appellatam. Nam dominus idem cum cum samaritana muliere ad puteum loqueretur cui dixerat Da michi bibere. cum illa Iudeis non coutuntur samaritanis Respondit ihesus et dixit ei Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da michi bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier Domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam vivam. Respondit ihesus et dixit ei Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in eternum sed aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Quia ergo hec aqua viva sicut ewangelista exposuit, spiritus sanctus est procul dubio spiritus sanctus. donum dei est de quo hic dominus ait Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da michi aquam bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam Nam quod ibi ait flumina de ventre eius fluent aque vive hoc in isto loco fiet inquit in eo fons aque salientis in vitam eternam. paulus quoque apostolus Unicuique inquit nostrum datur gracia secundum mensuram donacionis christi Atque ut donacionem christi spiritum sanctum ostenderet secutus adiunxit propter quod dicit Ascendit in altum captivavit captivitatem dedit dona hominibus Notissimum est autem dominum ihesum cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in celum, dedisse spiritum sanctum quo impleti qui crediderant linguis omnium gencium loquebantur Nec moveat quod ait dona non donum Id enim testimonium de psalmo posuit. Sic autem in psalmo ita legitur Ascendisti in altum captivasti captivitatem accepisti dona in hominibus Sic enim plures codices habent et maxime greci. et ex hebreo sic interpretatum habemus. dona itaque dixit apostolus quemadmodum propheta non donum sed cum propheta dixerit Accepisti in hominibus Apostolus maluit dicere dedit hominibus ut ex utroque sensu verbo uno prophetico apostolico altero.

172.

quia in utroque est divini sermonis auctoritas ut sit plenissima redditur utrumque quia enim unus
est et quia dedit hominibus et quia accepit in hominibus, dedit hominibus tanquam caput mem-
bris suis propter que membra sua clamabat de celo Saule saule quid me persequeris et de quibus
membris suis ait quando uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis Ipse ergo christus et dedit de
celo et accepit [in] terra porro autem dona ab hoc ambo dixerunt et propheta et apostolus,

ita

quia per donum quod est spiritus sanctus in commune omnibus membris christi multa dona que sunt quibus-
que propria dividuntur Non enim singuli quique habent omnia sed hi illa alii alia. quamvis ipsum donum
a quo cuique propria dividuntur omnes habeant id est spiritum sanctum Nam et alibi cum multa dona
commemorasset [deleted] omnia inquit hec operatur unus atque idem spiritus dividens propria
unicuique prout vult Quod verbum et in epistola que ad hebreos invenitur ut scriptum est
attestante deo signis et ostentis et variis virtutibus spiritus sancti divisionibus Et
hic cum dixisset Ascendit in altum captivavit captivitatem dedit dona hominibus
Quod autem ascendit ait quid est nisi quia et descendit in inferiores partes terre qui de-
scendit ipse est et qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia et ipse dedit
quosdam quidem apostolos quosdam quidem prophetas quosdam vero evangelistas quosdam
autem pastores et doctores Ecce quare dicta sunt dona, quia sicut alibi dicit
Numquid omnes apostoli numquid omnes prophete etc. hic autem adiunxit ad consummationem sanctorum
in opus ministerii in edificationem corporis christi. hec est domus que sicut psalmus canit
edificatur post captivitatem quoniam qui sunt a dyabolo eruti a quo captivi tenebantur de
his edificatur corpus christi que domus appellatur ecclesia, hanc autem captivitatem ipse capti-
vavit qui dyabolum vicit et ne illa que futura erant sancti capitis membra in eternum
supplicium secum traheret, eum iusticie prius deinde potentie alligavit Ipsa itaque dyaboli
est appellata captivitas quam captivavit qui ascendit in altum et dedit dona hominibus
vel accepit in hominibus petrus autem apostolus sicut in eo libro canonico legitur ubi scripti
sunt actus apostolorum. loquens de christo, commotis corde iudeis et dicentibus quid ergo
faciemus fratres monstrate nobis dixit ad eos agite penitentiam et baptizetur unusquisque
vestrum in nomine domini ihesu christi in remissionem peccatorum et accipietis donum spiritus sancti Item que
in eodem libro legitur symonem magum apostolis dare voluisse pecuniam ut ab eis acciperet
potestatem qua per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus Cui petrus idem
pecunia inquit tua tecum sit in perditionem quia donum dei estimasti te per pecuniam
possidere Et alio eiusdem libri loco cum petrus cornelio et eis qui cum eo fuerant
loqueretur annuncians et predicans christum ait scriptura Adhuc loquente petro verba
hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. et obstupuerunt qui ex
circumcisione fideles simul cum petro venerant quia et in naciones donum spiritus sancti
effusum est Audiebant enim illos loquentes linguis et magnificantes deum, de-
quo facto suo quod incircumcisos baptizaverat quia priusquam baptizarentur ut nodum questi-
onis auferret in eos venerat spiritus sanctus cum petrus postea redderet rationem
eis fratribus qui erant ierosolimis et hac re movebantur ait post cetera Cum
autem cepissem ad illos loqui cecidit spiritus sanctus super illos sicut et in nos in initio
et recordatus sum verbi domini sicut dicebat quia iohannes quidem baptisavit aqua
vos autem baptisabimini spiritu sancto Si ergo equale donum dedit illis sicut et nobis
qui credidimus in dominum ihesum christum, quis ego eram qui possem prohibere deum
ne daret illis spiritum sanctum Et multa alia sunt testimonia scripturarum que concor-
diter attestantur donum dei esse spiritum sanctum inquantum eis datur qui per eum
diligunt deum Sed nimis longum est cuncta colligere, et quid eis satis est,
quibus hec que diximus satis non sunt, Sane admonendi sunt quandoquidem donum
dei iam vident dici spiritum sanctum ut cum audiunt donum spiritus sancti illud genus locutionis
agnoscant quod dictum est in expoliatione corporis carnis Sicut enim corpus carnis
nihil aliud est quam caro, sic donum spiritus sancti nihil aliud est quam spiritus sanctus In
tantum ergo donum dei est inquantum datur eis quibus datur Apud se autem deus
est etsi nemini detur, quia deus erat patri et filio coeternus antequam cuiquam daretur
nec quia illi dant ipse datur minor est illis Ita enim datur sicut dei donum ut
etiam seipsum det sicut deus Non enim dici potest non esse sue potestatis de quo
dictum est Spiritus ubi vult spirat, et apud apostolum quod iam supra commemoravi

Omnia enim hec operatur unus atque idem spiritus, dividens propria unicuique prout vult. Nec est illic condicio dati et donantis sed concordia dati et dantis. Quapropter si sancta scriptura proclamat: Deus caritas est, illa que ex deo est et in nobis id agit ut in deo maneamus et ipse in nobis, et hoc inde cognoscimus quia de spiritu suo dedit nobis, ipse spiritus dei est caritas. Deinde si in donis dei nichil maius est caritate, et nullum est maius donum dei quam spiritus sanctus, quid consequencius quam ut ipse sit caritas que dicitur et deus et ex deo. Et si caritas qua pater diligit filium et patrem diligit filius ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille proprie dicatur caritas qui spiritus est communis ambobus. Hoc enim sanius creditur vel intelligitur ut non solus spiritus sanctus caritas sit in illa trinitate, sed non frustra proprie caritas nuncupetur propter illa que dicta sunt. Sicut non solus est in illa trinitate vel spiritus vel sanctus, quia et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus, quod non ambigit pietas; et tamen ipse non frustra dicitur proprie spiritus sanctus. Quia enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie quod ambo communiter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est caritas, profecto et filius non solius patris verum eciam spiritus sancti filius invenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur et legitur filius unigenitus dei patris, ut tamen et illud verum sit quod apostolus ait de deo patre: Qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis sue. Non dixit filii sui; quod si diceret verissime diceret, quemadmodum quia sepe dixit verissime dixit, sed ait filii caritatis sue. Filius ergo est eciam spiritus sancti si non est in illa trinitate caritas dei nisi spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est, restat ut non solus sit ibi caritas spiritus sanctus, sed propter illa de quibus satis disserui proprie sic vocetur. Quod autem dictum est filii caritatis sue, nichil aliud intelligatur quam filii sui dilecti, quam filii postremo substancie sue. Caritas quippe patris que in natura eius est ineffabiliter simplici nichil est aliud quam eius ipsa natura atque substancia, ut sepe diximus et sepe iterare non piget. Ac per hoc filius caritatis eius nullus est alius quam qui de substancia eius est genitus. ... certius videbimus quam nunc eius ymaginem quod nos sumus per speculum et in quo enigmate qui vident sicut in hac vita videre concessum, non illi qui ea que digessimus et commendavimus in sua mente aspiciunt, sed illi qui eam tamquam ymaginem vident ut possint ad eum cuius ymago est quomodocumque referre quod vident, et per ymaginem quam conspiciendo vident eciam illud videre coniciendo, quoniam nondum possunt facie ad faciem. Non enim ait apostolus videbimus nunc speculum sed videmus nunc per speculum.

Qui ergo vident suam mentem quomodo videri potest, et in ea trinitatem istam de qua multis modis ut potui disputavi, nec tamen eam credunt vel intelligunt esse ymaginem dei, speculum quidem vident sed usque adeo non vident per speculum qui est per speculum nunc videndus, ut nec ipsum speculum quod vident sciant esse speculum, id est ymaginem. Quod si scirent, fortassis eum cuius est hoc speculum per hoc querendum et per hoc utcumque videndum esse interim sentirent, fide non ficta corda mundante, ut facie ad faciem possit videri qui per speculum nunc videtur. Qua fide cordium mundatrice contempta, quid agunt intelligendo que de natura mentis humane subtilissime disputantur, nisi ut ipsa quoque intelligencia sua teste dampnentur. In qua utique non laboraret et vix ad certum aliquid pervenirent nisi penalibus tenebris involuti et onerati corpore corruptibili quod aggravat animam. Quo tandem nisi peccati merito malo isto nisi percussi. Unde tanti mali magnitudine admoniti sequi deberent agnum qui tollit peccata mundi.

Ad eum namque pertinentes eciam longe istis ingenio tardiores, cum fine vite huius resolvuntur a corpore, ius in eos retinendi non habent invide potestates, quas ille agnus sine ullo ab eis peccati debito occisus non potencia potestatis prius quam iusticia sanguinis vicit; proinde liberi a dyaboli potestate suscipiuntur ab angelis sanctis, a malis omnibus liberati per mediatorem dei et hominum hominem Christum Ihesum, quoniam consonantibus divinis scripturis et veteribus et novis, et per quas prenunciatus et per quas annunciatus est Christus, non est aliud nomen sub celo in quo oportet homines salvos fieri. Constituuntur autem purgati ab omni corrupcionis contagione in placidis sedibus donec recipiant corpora

sua sed iam incorruptibili que omnino non onerabit. Hoc enim placuit optimo et sapientissimo
creatori ut spiritus hominis deo pie subditus habeat feliciter subditum corpus et sine fine
permaneat ipsa felicitas. Ibi veritatem sine ulla difficultate videbimus eaque clarissima
et certissima perfruemur, nec aliquid querimus mente raciocinante sed contemplante
cernemus quare non sit filius spiritus sanctus cum de patre procedat. In illa luce nulla
erit questio; hic vero ipsa experiencia tam mihi esse apparuit difficilis sicut et illis qui hec
diligenter atque intelligenter legent proculdubio similiter apparebit, ut ad me in secundo libro
operis huius alio loco me dicturum me esse promiserim quotiescumque in ea creatura que
nos sumus aliquid illi rei simile ostendere volui qualecumque intellectum meum suffi-
ciens clarius in ea creatura non fuit omnibus et in ipso intellectu conatu inlu-
cescerem magis habuisse quam effectum, et in una quidem persona quod est homo inveni
se ymaginem summe illius trinitatis et in re mutabili tria illa ut facilius intueri
possent etiam per temporalia intervalla maxime in libro nono monstrare voluisse que
tria unius persone non sicut humana postulat intencio tribus illis personis convenire
invenimus sicut in hoc libro quintodecimo demonstravimus.

Deinde in illa summa trinitate que deus est intervalla temporum nulla sunt per
que possit ostendi aut saltem requiri utrum prius de patre natus sit filius
et postea de ambobus processerit spiritus sanctus, quoniam scriptura sancta spiritum eum dicit amborum.
Ipse est enim de quo dicit apostolus: Quoniam autem estis filii dei, misit deus spiritum filii
sui in corda vestra. Et ipse est de quo dicit idem filius: Non enim vos
estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et multis aliis di-
vinorum eloquiorum testimoniis comprobatur patris et filii esse spiritum qui proprie dicitur
in trinitate spiritus sanctus, de quo item dicit ipse filius: Quem ego mittam vobis a patre,
et alio loco: Quem mittet pater in nomine meo. De utroque autem procedere sic docetur,
quia ipse filius ait: De patre procedit; et cum resurrexisset a mortuis et apparuisset
discipulis suis insufflavit et dixit: Accipite spiritum sanctum, ut eum etiam de se procedere
ostenderet. Et ipsa est virtus que de illo exibat sicut legitur in evangelio et sanabat
omnes. Quid vero fuit cause ut post resurrectionem suam et in terra prius daret et de
celo postea mitteret spiritum sanctum? Hoc ego existimo quia per ipsum donum diffunditur
caritas in cordibus nostris qua diligimus deum et proximum secundum duo illa
precepta in quibus tota lex pendet et prophete. Hoc significans dominus Ihesus bis dedit
spiritum sanctum, semel in terra propter dilectionem proximi et iterum de celo propter dilectionem
dei. Et si forte alia racio reddatur de bis dato spiritu sancto, eundem tamen spiritum sanctum
datum cum insufflasset Ihesus de quo mox ait: Ite baptizate gentes in
nomine patris et filii et spiritus sancti, ubi maxime commendatur hec trinitas, ambigere
non debemus. Ipse est igitur qui etiam de celo datus est die penthecostes, id est
post dies decem quam dominus ascendit in celum. Quomodo ergo deus non est qui dat
spiritum sanctum? Immo quantus deus est qui dat deum! Neque enim aliquis discipulorum
eius dedit spiritum sanctum. Orabant quippe ut veniret in eos quibus manum
imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis prepositis nunc
servat ecclesia. Denique et Symon magus offerens apostolis pecuniam non
ait: Date michi hanc potestatem ut dem spiritum sanctum, sed: ut cuicumque imposuero
manus accipiat spiritum sanctum, quia neque scriptura superius dixerat:
Videns autem Symon quod apostoli darent, sed dixerat: Videns autem Symon
quod per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus. Propter hoc et dominus ipse
Ihesus spiritum sanctum non solum dedit ut deus sed etiam accepit ut homo. Propterea
dictus est plenus gratia et manifestius de illo scriptum est in actibus
apostolorum quoniam unxit eum deus spiritu sancto. Non utique oleo visibili sed
dono gratie quod visibili significatur unguento quo baptizatos ungit ecclesia.
Nec sane tunc unctus est Christus spiritu sancto quando super eum baptizatum velut
columba descendit; tunc enim corpus suum id est ecclesiam suam prefigurare
dignatus est, in qua precipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Sed ista

mistica et visibili unctione tunc intelligendus est unctus quando verbum dei caro factum est id est quando humana natura sine ullis precedentibus bonorum operum meritis deo verbo est in utero virginis copulata ita ut cum illo fieret una persona. Ob hoc eum confitemur natum de spiritu sancto et virgine maria. Absurdissimum est enim ut credamus eum cum triginta esset annorum eius enim etatis a iohanne baptisatus est accepisse spiritum sanctum, sed venisse ad illud baptisma sicut sine ullo omnino peccato ita non sine spiritu sancto. Si enim de famulo suo et precursore ipso iohanne scriptum est spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris sue qui quamvis seminatus a patre tamen spiritum sanctum in utero formatus accepit, quid de homine christo intelligendum est vel credendum cuius carnis ipsa conceptio non carnalis sed spiritalis fuit. In eo etiam quod de illo scriptum est quod accepit a patre promissionem spiritus sancti et effudit utraque natura monstrata est et humana scilicet et divina. Accepit quippe ut homo, effudit ut deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro, effundere autem super alios non utique possumus, sed ut hoc fiat deum super eos a quo id efficitur invocamus. Numquid ergo debemus querere utrum iam processerat de patre spiritus sanctus quando natus est filius an nondum processerat et illo nato de utroque processit ubi nulla sunt tempora sicut potuimus querere ubi invenimus tempora voluntatem prius de humana mente procedere ut queratur quod inventum proles vocetur qua iam parta seu genita voluntas illa perficitur eo fine requiescens ut qui fuerat appetitus querentis sit amor fruentis qui iam de utroque id est de gignente mente et de genita notione tamquam de parente ac prole procedat. Non possunt prorsus ista ibi queri ubi nichil ex tempore inchoatur ut consequenti perficiatur in tempore.

Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem filii de patre intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de utroque. Et qui potest intelligere in eo quod ait filius Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit filio vitam habere in semetipso non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse sed ita eum sine tempore genuisse ut vita quam pater filio gignendo dedit coeterna sit vite patris qui dedit intelligat sicut habet pater in semetipso ut de illo procedat spiritus sanctus sic dedisse filio ut et de illo procedat idem spiritus sanctus et utrumque sine tempore, atque ita dictum spiritum sanctum de patre procedere ut intelligatur quod etiam procedit de filio de patre esse et filio. Si enim quicquid habet de patre habet filius habet utique ut et de illo procedat spiritus sanctus. Sed nulla ibi tempora cogitentur que habent prius et posterius quia ibi omnino nulla sunt. Quomodo ergo non absurdissime filius diceretur amborum cum sicut filio prestat essentiam sine initio temporis sine ulla mutabilitate nature de patre generatio, ita spiritui sancto prestet essentiam sine ullo initio temporis sine ulla mutatione nature de utroque processio. Ideo enim non dicimus spiritum sanctum genitum, dicere tamen non audemus ingenitum ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate vel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur. Pater enim solus non est de alio ideo solus appellatur ingenitus non quidem in scripturis sed in consuetudine disputantium et de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium. Filius autem de patre natus est et spiritus sanctus de patre principaliter et ipso sine ullo intervallo temporis dante communiter de utroque procedit. Diceretur autem filius patris et filii si quod abhorret ab omnium sanis sensibus eum ambo genuissent. Non igitur ab utroque est genitus sed procedit ab utroque amborum spiritus.

Verum quia in illa coeterna et equali et incorporali et ineffabili immutabili atque inseparabili trinitate difficillimum est generationem et processionem distinguere, sufficiat interim eis qui extendi non valent amplius id quod de hac re in sermone quodam proferendo ad aures populi christiani diximus dictumque conscripsimus. Inter cetera enim cum per scripturarum sanctarum testimonia docuissem de utroque procedere spiritum sanctum. Si ergo inquam et de patre et de filio procedit spiritus sanctus cur filius de patre procedit dixit. Cur putas nisi quemadmodum solet ad eum referre et quod ipsius est de quo et ipse est. Unde et illud est quod ait Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. Si igitur hic intelligitur eius doctrina quam tamen dixit non suam sed patris quanto magis illic intelligendus est et de ipso procedere spiritus sanctus ubi sic ait de patre procedit ut non diceret de me non procedit. A quo autem habet filius ut sit deus

Est enim deus de deo, ab illo habet utique ut etiam de illo procedat spiritus sanctus; ac per hoc spiritus sanctus ut etiam de filio procedat sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Hic utcumque etiam etiam illud intelligitur quantum a talibus quales nos sumus intelligi potest, cur non dicatur natus esse sed potius procedere spiritus sanctus, quoniam et si ipse filius diceretur, amborum utique filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi matris et patris. Absit autem ut inter deum patrem et deum filium aliquid suspicemur tale, quia nec filius hominum simul et ex patre et ex matre procedit. Sed cum in matrem procedit ex patre, non tunc procedit ex matre, et cum in hanc lucem procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus enim sanctus non de patre procedit in filium et de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit. Quamvis hoc de filio pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat. Neque enim possumus dicere quod non sit vita spiritus sanctus, cum vita pater, vita filius; ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso, dedit filio habere vitam in semetipso, sic ei dedit vitam procedere de illo sicut procedit et de ipso. Hec de illo sermone in hunc librum transtuli, sed fidelibus non infidelibus loquens.

Verum si ad hanc ymaginem contuendam et ad videnda ista quia vera sunt que in eorum mente sunt, nec tria sic sunt ut tres persone sunt, sed omnia tria hominis sunt, que una persona est, minus ydonei sunt, cur non de illa summa trinitate que deus est credunt potius quod in sacris litteris inveniunt, quam postulant liquidissimam reddi sibi rationem, que ab humana mente tarda scilicet infirmaque non capitur? Et certe cum inconcusse crediderint scripturis sanctis tamquam veracissimis testibus, agant orando et querendo et bene vivendo ut intelligant, id est ut quantum videri potest videatur mente quod tenetur fide. Quis hoc prohibeat? immo vero ad hoc quis non hortetur? Si autem propterea negandum putant ita esse quia ea non valent cernere mentibus cecis, debent et illi qui ex nativitate sua ceci sunt esse solem negare lucentibus. Lux ergo lucet in tenebris; quam si ea tenebre non comprehendunt, illuminentur dei dono prius ut sint fideles et incipiant esse lux in comparatione infidelium, atque hoc premisso fundamento edificentur ad videnda que credunt, ut aliquando possint videre. Sunt enim que ita creduntur ut videri iam omnino non possint. Non enim Christus iterum in cruce videndus est; sed nisi credatur quod ita factum atque visum est ut futurum ac videndum iam non speretur, non pervenitur ad Christum qualis sine fine videndus est. Quantum vero attinet ad illam summam ineffabilem incorporalem immutabilemque naturam per intelligentiam utcumque cernendam, nusquam se melius regente dumtaxat fidei regula acies humane mentis exerceat quam in eo quod ipse homo in sua natura melius ceteris animalibus, melius etiam ceteris anime sue partibus habet, quod est ipsa mens, cui quoddam rerum invisibilium tributum est visum, et cui tamquam in loco superiore et honoriore presidenti iudicanda omnia nuntiant etiam corporis sensus, et qua non est superior cui subdita regenda est nisi deus. Verum inter hec que multa iam dixi, et nichil illius summe trinitatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo profiteri, sed confiteri potius mirificatam scientiam eius ex me invaluisse nec potuisse me ad illam.

cernenda

O tu anima mea, ubi te esse sentis, ubi iaces aut ubi stas, donec ab eo qui propicius factus est omnibus iniquitatibus tuis sanentur omnes languores tui? Agnoscis te certe in illo esse stabulo quo samaritanus ille perduxit eum quem repperit multis a latronibus inflictis vulneribus semivivum. Et tamen multa vera vidisti, non his oculis quibus videntur corpora colorata, sed eis pro quibus orabat qui dicebat: Oculi mei videant equitatem. Nempe ergo multa vera vidisti, eaque discrevisti ab illa luce qua tibi lucente vidisti. Attolle oculos ad ipsam lucem et eos in ea fige si potes. Sic enim videbis quid distet nativitas verbi dei a processione doni dei, propter quod filius unigenitus non de patre genitum alium quasi fratrem eius esse, sed procedere dixit spiritum sanctum. Unde cum sit quedam consubstantialis patris et filii communio, amborum spiritus, non amborum, quod absit, dictus est filius. Sed ad hoc dilucide perspicueque cernendum non potes

ubi figere aciem scio non potes verum dico mihi dico quid non possim scio. Ipsa
tibi tamen ostendit in te tria illa in quibus te summe trinitatis quam fixus ocul(is)
contemplari nondum vales ymaginem trinitatis agnosceres. Ipsa ostendit tibi verbum
verum esse in te quando de scientia tua gignitur id est quando quod scimus dicimus et
si nullius gentis lingua significativam vocem vel proferamus vel cogitemus sed
ex illo quod novimus cogitatio nostra formetur sitque in acie cogitantis ymago
simillima cognitionis eius quam memoria continebat ista duo scilicet velut pa-
rentem ac prolem tertia voluntate sive dilectione iungente. Quam quidem
voluntatem de cognitione procedere. Nemo enim vult quod omnino quid vel quale
sit nescit, non tamen esse cognitionis ymaginem. et ideo quandam in hac re intelligibili
nativitatis et processionis insinuari distantiam quoniam non hoc est cogitatione con-
spicere quod appetere vel etiam perfrui voluntate, cernit discernitque qui potest. Potuisti
et tu quamvis non potueris neque possis explicare sufficienti eloquio quod inter
nebula similitudinum corporalium que cogitationibus humanis occursare non desinunt
vix vidisti. Sed illa lux que non est quod tu, et hoc tibi ostendit aliud esse illas
incorporeas similitudines corporum et illud esse verum quod eis reprobatis intellige-
mus contuemur. Hec et alia similiter certa oculis tuis interioribus lux illa mo-
stravit. Que igitur causa cur acie fixa ipsam videre non possis nisi utique infir-
mitas et quis eam tibi fecit nisi utique iniquitas. Quis ergo sanat omnes lan-
guores tuos nisi qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. Librum itaque istum iam
tandem aliquando precatione melius quam disputatione concludam.

Domine deus noster credimus in te patrem et filium et spiritum sanctum. Neque
enim diceret veritas Ite baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti
nisi trinitas esses. Nec baptizari nos iuberes domine deus in eius nomine qui
non est dominus deus. Nec diceretur voce divina Audi Israel dominus deus tuus deus unus
nisi trinitas ita esses ut unus dominus deus esses. Et si tu deus pater ipse esses et fi-
lius verbum tuum Ihesus Christus ipse esses et donum vestrum spiritus sanctus non legeremus
in litteris veritatis misit deus filium suum. Nec tu unigenite diceres de spiritu sancto
quem mittet pater in nomine meo et quem ego mittam vobis a patre. Ad hanc regulam
fidei dirigens intentionem meam quantum potui quantum me posse feci(sti) quesivi
te et desideravi intellectu videre quod credidi et multum disputavi et laboravi.
Domine deus meus una spes mea exaudi ne fatigatus nolim te querere
sed queram faciem tuam semper ardenter. Tu da querendi vires qui inveniri
te fecisti et magis magisque inveniendi te spem dedisti. Coram te est fir-
mitas et infirmitas mea illam serva istam sana. Coram te est scientia mea et igno-
rantia ubi mihi aperuisti suscipe intrantem ubi clausisti aperi pulsanti.
Meminerim tui intelligam te diligam te. Auge in me ista donec me re-
formes ad integrum. Scio scriptum esse In multiloquio non effugies peccatum
Sed utinam predicando verbum tuum et laudando te tantummodo loquerer non solum
fugerem peccatum sed meritum bonum acquirerem quantumlibet sic loquerer.
Neque enim homo de te beatus peccatum preciperet germano in fide filio suo cui
scripsit dicens Predica verbum insta oportune importune. Numquid dicendum est istum
multum locutum qui non solum oportune verum etiam importune verbum tuum domine
non tacebat. Sed ideo non erat multum quia tantum erat necessarium. Libera me deus
meus a multiloquio quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo et confu-
gientem ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus taceo etiam tacens vocibus.
Et si quidem non cogitarem nisi quod placeret tibi non utique rogarem ut me
ab hoc multiloquio liberares. Sed multe sunt cogitationes mee tales quales nosti co-
gitationes hominum quoniam vane sunt. Dona mihi non eis consentire et si quando me
delectant eas nihilominus improbare nec in eis velut dormitando immorari.
Nec in tantum valeant apud me ut aliquid in opera mea procedat ex illis sed ab eis

ma saltem tibi sit summa tuta confessio te iuvante. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo qui ecclesiasticus proprio nomine iam vocatur, Multa, inquit, dicimus et non pervenimus et consummatio sermonum universa est ipse. Cum ergo pervenerimus ad te cessabunt multa ista que dicimus et non pervenimus et manebis unus omnia in omnibus et sine fine dicemus unum laudantes te in unum et in te facti nos etiam unum. Domine deus une deus trinitas quecumque dixi in his libris de tuo agnoscant tu et tui, si qua de meo, et tu ignosce et tui. Explicit xxii liber beati Augustini de beata civitate. Gloria tibi trinitas equalis una deitas et ante omnia secula et nunc et in perpetuum. Amen. Della(?) Anno domini .1.4.6.2.

Incipit tractatus beati Augustini de fide ad Petrum

Epistolam fili Petre tue caritatis accepi in qua significasti te velle Ierusalem pergere et postulasti te nostris litteris instrui, quam debeas in illis partibus veram fidei regulam tenere ut nulla possit tibi sensus(?) heretice subreptionis falsitatis. Gaudeo quod pro fide vera sine ullo perfidie vitio custodienda sollicitudinem geris sine qua nulla potest prodesse, immo nec esse conversio. Apostolica quippe docet auctoritas quia sine fide impossibile est placere deo. Fides namque bonorum omnium est fundamentum. Fides est humane salutis initium. Sine hac fide nemo ad filiorum dei numerum pertinere potest, quia sine ipsa neque in hoc seculo quisquam iustificationis gratiam consequitur nec in futuro vitam possidebit eternam. Et si quis hic non ambulaverit per fidem non perveniet ad speciem. Sine fide omnis labor hominum vacuus est. Talis quippe est ut sine vera fide quisquis velit deo per contemptum seculi placere, qualis si quisquam tendens ad patriam in qua se scit beate victurum relinquat itineris rectitudinem et incaute sequatur errorem quo non ad beatam civitatem perveniat, sed in precipitium cadat ubi non gaudium pervenienti detur sed cadenti interitus inferatur. [margin: i. foveam] Verumtamen ut de fide sufficiens sermo promatur nec temporis suffragatur spatium, quod celeriter amicum(?) cupis habere rescriptum, et tam magnum est huius disputationis opus ut a magnis viribus vix possit compleri. Neque enim postulasti sic te debere de fide instrui ut unamquamque heresim designares contra quam vere disputationis spatium vigilanti intencione, sed tu indefinite diffinitionem fidei petis eamque cupis sub brevitate concludi. Vides profecto quod sit nobis impossibile ut rem tantam in brevi plene comprehendamus, tamen sufficientes esse non possumus. Etiam si tantum spacium temporis et tale nobis esset ingenium ut multa librorum volumina de hoc condere(?) possemus facere valemus. Sed quia deus ipse est omnibus invocantibus eum in veritate qui verbum consummans et abbrevians fecit super terram, spero quod sicut tibi dedit huius fidei sancta sollicitudine curam, sic etiam michi ut illo tam bono tamque laudabili tuorum desiderio sufficienter prebeat facultatem, ut si non potuero cuncta dicere ex quibus omnis error hereticus possit agnosci vel agnitus convinci valeat vel vitari, tamen in nomine atque in adiutorio sancte trinitatis que unus solus verus et bonus est deus, ea dicam in quibus saltem magna ex parte rerum catholice fidei constat sine aliqua erroris caligine continua(?). Credimus retentis paris(?) et illa deprehendere atque fugere que etsi in hoc opere non videntur speciali disputatione convinci, tamen ex his que hic quaravimus(?) atque absolute ponuntur apparebunt illa que infideles homines auribus velut susurrare(?) fidelium non regula divine veritatis edita sed nequitia humana erroris inventa.

Quocumque igitur loco fueris constitutus quia secundum regulam

Quia Salvatoris nostri preceptum nos sacro in nomine sancte trinitatis patris et filii et spiritus sancti baptizatos(?) primo precipit(?) atque indubitanter toto corde retineas patrem deum et filium deum et spiritum sanctum deum, id est sanctam atque ineffabilem trinitatem unius esse nature deum de quo in deuteronomio dicitur: Audi Israel dominus deus tuus unus est, et dominum deum tuum adorabis et illi soli servies. Verumtamen quia ipsum unum deum qui solus est verus naturaliter deus, non patrem solum neque filium solum neque spiritum sanctum solum sed simul patrem et filium et spiritum sanctum esse credimus, cavendum est ne sicut patrem et filium et spiritum sanctum

unum deum esse quantum ad naturalem attinet unitatem vocat divinum. Sic eum qui pater
est, eundem vel filium vel spiritum sanctum. Aut eum qui filius est sive patrem sive spiritum sanctum. vel
eum qui spiritus sanctus proprie in confessione huius trinitatis dicitur vel patrem vel filium per-
sonaliter dicere vel credere quod omnino nephas est. Audeamus. Fidem enim quam sancti patriarche
et prophete ante incarnationem filii dei divinitus acceperunt, quam etiam sancti apostoli ab ipso
domino in carne posito audierunt, et spiritus sancti magisterio instructi non solum sermone
predicaverunt, verum etiam ad instructionem saluberrimam posterorum scriptis suis tradita reliquerunt
unum deum predicant id est patrem et filium et spiritum sanctum. Sed trinitas vera non esset, si una
eademque persona diceretur pater et filius et spiritus sanctus, ~~personarum sit~~. Si enim sicut est patris
et filii et spiritus sancti una substantia, sic esset una persona nihil omnino esset in quo vere
trinitas diceretur. Rursus trinitas quidem vera esset, sed unus deus trinitas ipsa non esset,
si quemadmodum pater et filius et spiritus sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti sic
fuissent naturarum ~~ubi est propterea ipse verus deus~~ quoque diversitate discreti. Sed quia
in illo vero uno deo trinitate non solum quod unus est deus sed etiam quod trinitas est naturaliter
verum est, propterea ipse verus deus in personis trinitas est, in una natura unus est. Per hanc
unitatem naturalem totus pater in filio et spiritu sancto est, et totus filius in patre et
spiritu sancto est. totus quoque spiritus sanctus in patre et filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum
quia nemo aliud aut precedit eternitate aut excedit magnitudine aut superat potestate
quia nec filio nec spiritu sancto quantum ad nature divine unitatem pertinet aut antiquior aut
maior est pater. Nec filii eternitas atque immensitas velut antiquior aut maior spiritus
sancti immensitatem eternitatemque aut precedere aut excedere potest. Sicut ergo nec filius po-
sterior aut minor est patre ita nec spiritus sanctus est posterior aut minor filio. Et in-
quippe et sine initio est quod filius de patris natura extitit, et eternum ac sine
initio est quod filius de patris natura tamen spiritus sanctus de natura patris et filii procedit. Ob hoc
ergo tres unum recte credimus et dicimus deum quia una trium personarum est eternitas una
immensitas. una natura trium personarum est divinitas. Teneamus ergo patrem et filium
et spiritum sanctum unum esse naturaliter deum. Neque tamen ipsum patrem esse qui filius est, neque
filium esse ipsum qui pater est, neque spiritum sanctum esse ipsum qui pater est et filius.
Una enim est patris et filii et spiritus sancti essentia. quam greci omousion vocant in
qua non est aliud pater aliud filius aliud spiritus sanctus quamvis personaliter sit alius
pater. alius filius. alius spiritus sanctus. Quod nobis maxime in ipsis sanctarum scripturarum

Dimicia

demonstratur initiis ubi deus dicit faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem
nostram. Cum enim in singulari numero dicit ad ymaginem, ostendit unam naturam esse ad
cuius ymaginem homo fieret. Cum vero dicit plurali nostram, ostendit eundem deum ad cuius
ymaginem homo fiebat, non unam esse personam. Si enim in illa una natura patris
et filii et spiritus sancti una esset persona non diceretur ad ymaginem nostram sed ad
ymaginem meam nec dixisset faciamus sed faciam. Si vero in illis personis tri-
bus essent intelligende vel credende tres substantie non diceretur ad ymaginem
nostram sed ad ymagines nostras una enim ymago trium naturarum inequalium esse
non potest. Sed dum ad unam ymaginem unius dei homo factus dicitur una sancte tri-
nitatis essentia divinitas intimatur. Deinde et paulo post cum superius
dixisset faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram, sic hominem factum
scriptura narravit ut diceret. Et fecit deus hominem ad ymaginem dei fecit eum.
Hanc trinitatem personarum et unitatem nature propheta ysaias revelatam sibi non
tacuit cum se dixisset seraphim vidisse clamantia. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sa-
baoth. Ubi in eo quod dicitur ter sanctus personarum trinitatem in eo vero quod
dicitur semel dominus deus sabaoth, divine nature cognoscimus unitatem. In illa igitur
sancta trinitate que ideo a nobis repetitur ut nostro cordi tenacius infigatur unus
est deus pater qui solus essentialiter de seipso unum filium genuit et unus filius
qui de uno patre solus essentialiter est natus et unus spiritus sanctus qui solus essentialiter

de patre filioque procedit. Hoc autem totum una persona non posset, id est et gignere se et nasci
de se et procedere de se. Quoniam ergo aliud est genuisse quam natum esse, aliud procedere quam ge-
nuisse vel natum esse, manifestum est quod alius est pater alius filius alius spiritus
sanctus. Trinitas itaque ad personas pertinet patris et filii et spiritus sancti refertur, unitas ad
naturam. Sicut ergo secundum illam divinitatem qua unum sunt pater et filius et spiritus sanctus
neque patrem natum credimus neque spiritum sanctum sed solum filium, sic etiam secundum carnem
solum filium natum katholica fides et credit et predicat. Neque in illa trinitate pater
est filius patris quia non est natus ipse sed unum filium genuit. Neque pater solus
filii quia non genuit ipse sed de patris essentia genitus est. Neque vero spiritus sanctus
quia nec natus est ipse nec genuit, sed solus de patre filioque procedit. Secundum divinitatem
quidem namque deus pater de nullo nascitur, deus secundum carnem tamen ipse nascetur
de virgine. [illegible] Si enim pater nasceretur de virgine, una persona esset pater et filius
[illegible] autem una persona pro eo quod non de deo sed tantum de virgine nascetur, non dei filius sed tantum hominis
filius diceretur. Ipse autem filius dei est, quia sic deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret. Et item: Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet
mundum sed ut salvetur mundus per ipsum. Et beatus Johannes dixit: Omnis qui diligit ge-
nitorem diligit eum qui natus est. Ideo nec ipse filius dixisset: Pater meus usque
nunc operatur et ego operor. Ipse enim qui filius dei est, sic [illegible] et pater [illegible] dei filius
diceretur quia non de deo sed de sola virgine nascetur. [illegible] ut ipse pater
de celo testatur et suum temporalem verum filium demonstraret dicens: Hic est filius meus
dilectus in quo michi complacui. Apostolus quoque ad Romanos non dixisset de deo
patre: Qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ergo qui
[illegible] omnia ista ad [illegible] scripta sunt et quod divina dicta sunt, utique vera sunt
[illegible] est quod fides catholica predicat et secundum divinitatem de patre esse natum solum filium.
Verum est quod fides [illegible] immortalem impassibilem atque immutabilem deum et secundum
filium eternum cum patre immortalem [illegible] unicum eius filium, salva eternitate sua temporaliter natus, salva in
carne non patrem sed unicum eius filium, salva immutabilitate sua
passibilitate sua passus, salva immortalitate sua mortuus, salva [illegible] qui totum habet quod eius
qua deus verax est et vita eterna est [illegible] suscitatus, qui totum habet quod cum patre [illegible] quod in
patre quod eternus natus sine initio habuit et nichil habet quod cum patre [illegible] accepit. Rursus si non
sua persona temporaliter atque humiliter ille eternus et excelsus accepit [illegible] spiritus sanctus nascetur
ille qui prius atque verus unigenitus dei patris filius est et spiritus sanctus nascetur
de virgine non ipsum filium qui factus est [illegible] factus sub lege, natum de spiritu sancto
ex Maria virgine in symbolo accepto et corde ad iusticiam credit et ore ad salutem
confitetur ecclesia. Ergo si ipse spiritus sanctus qui patris et filii spiritus est formam
sibi accepit, [illegible] ipse spiritus sanctus super [illegible] factum in columbe specie cele-
stibus [illegible] Pater [illegible] deus de nullo genitus deus, semel de sua natura sine
initio genuit filium deum sibi equalem in essentia ac ea qua ipse natura eternum
est [illegible] Ergo idem dei filius cum sit deus eternus et verus et cum patre
secundum divinitatem natura unus deus secundum quod dicit Johannis x Ego et pater unum sumus,
idem quoque est homo factus verus et plenus. In eo verus quod verum habet deum
[illegible] humanam [illegible] In eo vero plenus quod et carnem humanam suscepit et animam
[illegible] Idem tamen unigenitus deus [illegible] natus est [illegible] semel ex patre
[illegible] semel ex matre. Natus est enim de patre deus verbum natus est de matre verbum
caro factum [illegible] est et idem deus dei filius natus ante secula et natus in se-
culo [illegible] Et utraque nativitas unius filii dei, una secundum quam creator in forma dei coeternus
patri est [illegible] secundum quam servi [illegible] et formam sibi accepit non tamen
[illegible] ut homo fieret et eadem similitudine forme [illegible]
formam [illegible] idem deus homo factus crucifixus et in cruce idem
deus homo factus pependit et in sepulcro idem deus homo factus iacuit et abiit
idem deus homo factus tercia die resurrexit, sed in sepulcro secundum solam carnem

Idem deus iacuit et in infernum secundum solam animam descendit, qua de inferis ad carnem die
tertia redeunte, idem deus secundum carnem qua in sepulchro iacuit de sepulchro resurrexit et xlo
post resurrectionem die idem deus homo factus in celum ascendens in dextera dei sedet inde in
fine seculi ad iudicandos vivos et mortuos venturus. Verbum ergo caro factum unus
est dei filius dominus ihesus christus mediator dei et hominum. Ideo autem mediator quia
idem deus atque homo verus habens cum patre unam divinitatis naturam, et humanitatis nostre
ad nostram substantiam habens cum nobis usque ad mortem mortalitatis nostre penam habens inco-
mutabilem deitatis pro iusticia per iniquitatem nostram temporaliter mortuus est. Preter-
iusticiam suam et ipse unus super immortalitatem mortalibus largitur qui preter-
quidem humanitatem suam etiam corpore dumtaxat sue perfectione finavit, qui preter
talitatis sue perceptorem mortis vitate atque incommutabilitate sue immortalitatis ab-
sorbuit, hoc est quod testatur quia christus deglutivit mortem ut vite eterne
heredes efficeremur. Unde quia petrus docet quia christus mortem deglutivit illuminavit
autem vitam et incorrupcionem, christus ergo mortem gustavit quia verus homo est idem
mortem deglutivit quia verus deus est. Idem quippe sicut apostolus dicit crucifixus
est ex infirmitate sed vivit ex virtute dei. Unus atque idem qui secundum carnem filius david
dicitur et homo factus est in syon et ipse fundavit eam altissimus. Itaque nec divinitas eius
aliena est a natura patris secundum illud verbum quod in principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil. Nec humanitas eius aliena est a substantia matris secundum
illud quod verbum caro factum est et habitavit in nobis. Prima illa enim natura que semper gene-
ta manet ex patre naturam nostram sine peccato suscepit ut nasceretur ex virgine. Neque
enim natura eterna atque divina temporaliter concipi et temporaliter nasci ex natura humana vallata
tenus posset nisi secundum susceptorem veritatis humane. Verum tamen temporaliter conceptorem
atque nativitatem ineffabiles ipse divinitas accepisset, sic est deus eternus ac
verus verbum secundum tempus et conceptus et natus ex virgine. Dum enim venit ple-
nitudo temporis misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege ut eos
qui sub lege erant redimeret ut adoptionem filiorum reciperemus. Illo deo scilicet fe-
cundante filio homini qui unus est naturalis filius unigenitus dei patris. Hoc utique
Iohannes ewangelista confirmans post pauca dixit et verbum caro factum est et habitavit
in nobis subsequenter ait vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre
plenum gratia et veritate. Sic ille enim spiritum bonum quam corporum a omni natura creator
et dominus creavit virginem eandem ex virgine et tunc factor ipse est matrem
sibi fecit quam de eius carne concipiendo pariendo quia verum materne car-
nis deus in mensus ac sempiternus accepit ut et secundum veritatem forme similis
deus homo mirabiliter fieret et secundum formam dei naturali veritate idem deus homo
permanens non careret. Firmissime ergo christum dei filium in una ex trinitate persona deum
verum crede ut divinitatem eius de natura patris natam esse non dubites et sic eum
verum hominem crede ut eius carnem non celestis non aeree non cuiusquam alterius
putes esse nature. Sed eius cuius est omnium hominum caro quam ipse dominus deus homini
primo de terra plasmavit et ceteris hominibus plasmavit quos per propagationem
ex hominibus creavit. Sed licet caro christi et omnium hominum unius omnino generis natura
sit hec tamen quam deus verbum ex maria virgine sibi unire dignatus est sine
peccato concepta est, sine peccato nata est ut post secundum quam deus eternus et misericors
miserator et conceptus et natus est et deus gloriae crucifixus est. Sed in nobis autem
verbum complicabiliter illius carnis excellentia singularis cuius divina est ex
ipsa sui conceptione persona. Cuius autem nativitatis insolita causa sic verbum
caro factum est ut una persona esset in carne sua unigenitus ac sempiternus
deus ipse sic carnis conceptorem conceptum. Ista vero sicut ceterorum hominum carne

per humanum coitum est nasci concubitu viro seminante femina vero concipiente atque
pariente. Et quia dum sibi ad invicem vir mulierque miscentur ut filios generent sine
libidine non est parentum concubitus. Ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest
sine peccato esse conceptus ubi peccatum in parvulos non transmittit propagatio sed libido.
Nec fecunditas humane nature facit homines cum peccato nasci sed feditas libidinis quam
homines habent ex illius primi iustissima condempnatione peccati. Unde beatus David cum ipse
de legittimo iustoque nasceretur coniugio in quo nec infidelitatis culpa nec fornicationis
macula potuit inveniri propter originale tamen peccatum quo naturaliter obstricti sunt filii
sed etiam omnes qui de nostrorum sanctificata carne nascuntur exclamat et dicit: Ecce enim
in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. Beatus etiam Job dicit
apud a sorde non esse hominem nec si unius diei vita eius sit super terram.
Dei ergo filius unigenitus qui et in forma est patris, ut carnem hominis animamque
mundaret susceptione carnis atque anime rationalis incarnatus est. Et
qui est verus deus, verus homo factus est, non ut alter deus esset alter homo, sed
idem deus idem homo, qui ut id peccatum quod in concubitu maritalis carnis generatio humana
contraxit auferret, conceptus est novo modo deus incarnatus in matre virgine sine
coitu viri sine libidine concupiscentis concipientis virginis, ut per deum hominem absque libi-
dine conceptum inviolatus candor virginis uteri abluet peccatum quod nasce-
ntes contrahunt omnes homines quibus in corpore mortis huius talis est nascendi con-
dicio ut maribus eorum fecunditatis opus impleri non possit nisi prius virginitatem carnis
amiserint. Salus ergo abstulit peccatum conceptionis atque nativitatis humane deus
unigenitus qui dum concipitur veritatem carnis accepit ex virgine et cum
nasceretur integritatem virginitatis servavit in matre ~~non possit~~. Ista causa est
qua deus factus filius virginis Marie et Maria virgo mater facta est unigeniti
dei et quem prius genuit fecunditate ipsum virgo conceptum proferret in tempore. Illa itaque
virgo quam deus qui de ea fieret nascitus ita singulari prevenit atque replevit
ut ipsum haberet ventris sui fructum quem dominum habebat universitas omnium et ipsum
sibi videt nascendi solempnitate subditum quem in unitate patris nec solum huma-
na sed etiam angelica creatura cognoscit et adorat altissimum. Hec ergo peccatum et
pena peccati que per scelus corrupte mulieris intravit in mundum per inviolabilem
virginis partum auferetur a mundo. Et quia in condicione generis humani per mulierem
que de solo viro facta est contigit ut mortis vinculo teneremur obstricti
hoc in redemptione generis humani divina bonitas egit ut per virum qui de sola
muliere natus est vita hominibus redderetur. Illic humanam naturam nequissima
deceptione dyabolus sibi in peccati societate sociavit. hic deus humanam naturam in unitate
persone suscepit. Ibi femina decepta est ut fieret filia dyaboli. hic virgo re-
pleta est ut fieret mater filii atque incommutabilis unigeniti dei. Ibi angelus
deiectus per superbiam seducte mulieris animum obtinuit. hic deus humilians se
per magnam incorrupte mulieris virginis uterum opera nascitus implevit. Dei enim
filius unius persone qui in forma dei quod erat nisi natura patris patris esse
esse non posset ipse sine ~~replicata dictione ad philippenses 2o~~ semper permanet
formam servi accipiens formam ergo servi in naturam servi in similitudinem deus ipse accepit
patri per formam atque ita homo factus in similitudine hominis factus. humilians se ut
homo ipse humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis.
Attende ergo apostoli hanc sententiam et in ea cognoscas quod deum Ihesum eundem
deum et hominem credas nec tamen eo in veritate utriusque nature in una persona aut

confundas aut diuidas. Cum ergo audis de domino ihesu christo quia in forma dei
erat, oportet te cognoscere firmissime et tenere in illo forme verbo naturalem plenitudinem
debere intelligi. In forma ergo dei dominus ihesus christus erat quia in natura dei patris
erat semper, de quo natus erat. Unus ergo natura est cum deo patre equaliter quia semper
unus cum eo atque immensus equaliter quia immobilis ac inmutabilis, equaliter
inuisibilis et inenarrabilis, equaliter bonus et iustus, equaliter imperator et
misericors, paciens et multum misericors et verax, equaliter fortis et suauis,
equaliter sapiens atque omnipotens. Proinde hec omnia que diximus de filio dei fir-
missima fide retine qui hec utique omnia in veritate non haberet cum patre sine
dubio equalis est patri. Propter quod et apostolus testimonio ad philippenses ait: Non ra-
pinam arbitratus est esse se equalem deo. Non enim rapina fuit illa filii cum
patre diuinitas equalitas quia nature, sicut que consequenter apostolus subiungit dicens:
Quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et
habitu inuentus ut homo et cetera humiliauit se factus obediens patri usque ad
mortem, mortem autem crucis. Omnia autem hec de illo deo unigenito dei filio
de illo verbo deo de quo dicit ewangelista: In principio erat verbum et verbum erat ~~verbum~~
aput deum et deus erat verbum, de illa dei virtute dei quia sapiencia de qua dicitur:
Omnia in sapiencia fecisti, de illo principio cum quo unum est pater ipse principium
et in quo sibi coeterno fecit celum et terram id est omnem ~~substanciam~~ spiritualem creaturam
corporalemque. Nam de deo unigenito qui est in sinu patris ut dixi, Omnia
hec personaliter accipe salua tamen eternitate et immensitate et incommutabilitate inui-
sibilitate diuinitatis eius in qua ita naturaliter atque equaliter quia cum deo patre habet
dei filius ut licet homo pro nobis fieri voluerit factus permansit tamen equalis patri
de quo natus est verus et viuus deus. Semetipsum ergo exinaniuit, sed de ple-
nitudine eius omnes nos accepimus, quam plenitudinem si exinanitus amitteret
quod de ea nobis daret utique non haberet. Hoc autem non habente nos prorsus nichil
possemus de plenitudine autem eius nos omnes accepimus. Ex eo autem quod nobis
de plenitudine sua dedit ostendit eciam cum se exinaniuit ~~neque tamen aliud fuit~~
plenitudinem non amisisse, quia si plenitudinem suam amitteret, daret de illa
nullatenus posset. Forma ergo serui accepit neque tamen aliud fuit illa dei
filii exinanitio, nisi forme similis in nature humane acceptio. Utique igitur
est in christo forma quia utique vera et plena est in christo substancia. De quo sanctus ewangelista
plenum eum gracia et veritate predicat quia in diuina natura in qua deus verus est
plenus est et in humana natura quia homo verus gracia factus plenus est. In illa
plenitudine deus est in forma dei equalis deo. In ista plenitudine seruus
in forma serui quia in similitudine hominum factus est habitu inuentus est ut homo.
Exinaniuit autem semetipsum formam serui accepit ut fieret seruus, sed forme
dei plenitudinem non amisit, qua semper eternus est et incommutabilis deus.
Factus secundum formam serui homo verus ex virgine, natura cum est ancilla matre et
manens in forma dei deus verus ex deo natura cum quo est deus pater.
In forma dei cum patre et spiritu sancto unus est solus formator omnium deus;
secundum formam serui solus ipse sua et patris et spiritus sancti operacione forma-
tor cum creator est. Que hinc natura cum patre et spiritu sancto. Forma autem crea-
tus est solus hinc personaliter in corpore eius et natiuitate futuram secundum carnem
et mortem et resurrectionem atque in celos ascensionem legis et prophete prenunciare
mirum desiderium prout ipse precipiebat obedientes et verbis et factis.
Nam et in sacrificiis carnalium victimarum que sibi ipsa sancta tri-
nitas que unus deus est noui et veteris testamenti a patribus nostris pri-

184.

praefigurabat offerri. Illius sacrificii signabant figurae quod nobis semper solus Dei Filius secundum carnem esset misericorditer oblaturus. Ipse autem secundum apostolum de-eterna obtulit semetipsum pro nobis oblatum et hostiam Deo in odorem suavitatis. Ipse verus Deus et pontifex qui pro nobis ~~oblatum et hostia~~ non in sanguine taurorum et hircorum sed in sanguine suo semel introivit in sancta, quod tunc pontifex ille significabat qui cum sanguine in sancta sanctorum per annos singulos intus introibat. Iste ergo est qui in se uno totum exhibuit quod esse necessarium ad redemptionis nostrae sciebat effectum, idem scilicet est sacerdos et sacrificium, idem Deus et templum: sacerdos per quem sumus reconciliati, sacrificium quo reconciliati, templum in quo reconciliati, Deus cui reconciliati. Solus tamen sacerdos, sacrificium et templum, et haec omnia Deus secundum formam servi; non autem solus Deus Filius quia cum Patre et Spiritu sancto secundum formam Dei. Reconciliati ergo sumus per solum Filium secundum carnem, sed non soli Filio secundum divinitatem. Trinitas enim sibi nos reconciliavit per hoc quod solum Verbum carnem ipsa Trinitas fecit, in quo sic veritas ~~incommuta~~ incommutabilis manet humanae divinaeque naturae, ut sicut est vera semper eius divinitas quam de Patre incommutabilem habet, ita vera semper atque incommutabilis eius humanitas quam sibi unitam summa divinitas genuit. Haec pauca de fide sanctae Trinitatis, quae solus et verus naturaliter est Deus, quantum brevitas temporis et sermonis permisit, insinuavi. Nunc de creatura quae absque dubitatione credere debeas intimabo.

Principaliter itaque tene omnem naturam quae non est Trinitas Deus absque sancta Trinitate, quae solus verus et aeternus Deus est, creatam esse ex nichilo, ac si universa quae in caelis et in terra visibilia et invisibilia sive thronos sive dominationes sive principatus sive potestates opus atque creaturam esse sanctae Trinitatis, quae est unus Deus rerum omnium creator et dominus aeternus omnipotens et immensus et bonus, huius naturae ut ipse sit et ut nullo mutari aliquatenus possit. Et hic Deus qui sine initio semper est quia summe est, dedit rebus a se creatis ut sint, non tamen sine initio, quia nulla creatura eiusdem naturae est cuius est Trinitas unus verus Deus et bonus a quo creata sunt omnia. Et quia summe bonus est, dedit omnibus naturis quas fecit ut bonae sint, non tamen tam bonae ut creator omnium bonorum, qui non solum summe bonus est sed etiam summe atque incommutabiliter bonum est, quia aeternum bonum est, nullum habens defectum quia non ex nichilo factum, nullum habens profectum in aeternum quia non habet initium. Ideo quippe naturae a Deo factae i[..] proficere possunt quia esse coeperunt, ideo deficere quia ex nichilo factae. Ad defectum eas conditio ducit originis, ad profectum vero perducit operatio. In eo igitur primum Trinitatis quod Deus verus est aeternitas sine initio naturaliter agnoscitur, quod quaedam [..] quod esse coeperint, tamen esse aliquando non possint. In eo vero ita fecit ut eo esse quod coeperint tamen esse aliquando non possint. In eo vero eius omnipotentia intelligitur quod omnem creaturam visibilem atque invisibilem, corporalem atque spiritualem de nichilo fecit. In quibus multo magis commendat bonitatem atque veram ipsam ~~[..]~~ divinitatis dignitatem, non una eademque facilitate sua omnipotens creatoris. Nisi enim omnipotens esset, non se gubernandis rebus atque nihil fecisset. Et nisi summe bonus esset, non conservasset. Agitur tam in magnis quam in minimis quam in summis et infimis possedisset. Agitur tam in magnis quam in parvis omnipotentia eius conditor in creaturis magna est bonitas atque omnipotentia conditoris rebus condendis in creatis. Magna est bonitas atque omnipotentia conditoris. Omnia enim sapienter fecit, summa vera quae sapientia cui naturaliter hoc est esse quod sapientem esse, hoc facere quod sapienter facere. Simplicitas itaque multiplex sapientiae Dei magnitudinemque celsitudinis suae non solum in magne

sublimium creaturarum verum etiam infimarum pravitate commendat deus bona omnia
que creavit non solum multo inferius dissimilia quam sunt a quo creata sunt ut pote pro-
lata de ipso sed facta per ipsum de nichilo verum etiam inter se non equaliter sunt sed
unaquaeque res ita permanet sicut a deo cui non esset esse accepit. Alia quidem
sic alia autem sic. Neque enim sic datum est corporibus ut sint sicut spiritus esse acce-
perunt, cum ipsa quoque corpora non equaliter sint sicut et in corporibus celestibus atque terrestri-
bus non nulla invenitur. cum tam celestia quam terrestria non solum impari di-
stant quantitate molis in quantitate verum etiam dissimili splendent claritate.
Alia namque est sicut apostolus dicit claritas celestium corporum alia terrestrium. In corporibus
quoque celestibus alia claritas solis alia claritas lune et alia claritas stellarum.
Stella enim a stella differt in claritate. Corporalium igitur naturarum diversitas ostendit unam-
quamque earum non hoc esse quod posse semper habere potuit sed quod ex dispositione atque
opere omnipotentissimi atque incommutabilis ac sapientissimi creatoris accepit.
Quod si unius eiusdemque nature esset quelibet creatura corporalis cuius est sancta
trinitas que unus est deus nec locaretur in loco esset nec temporis mutationem ali-
quam sentiret nec de loco ad locum transiret nec circumscriberetur quantitate molis sive
magnitudine que omnia ostendunt huiuscemodi naturas illum esse opificem cui
aut nullus aut latus aut angustus est locus, quia non minus in angusto
quam in latis totus est nec mutatur tempore qui solus per volumina temporum in revolutiones
non temporali volubilitate sed eterna stabilitate immobiliter ordinat. Neque enim in
tempore cogitat quemadmodum temporum series rerum decessione aut successione transcur-
rat, nec aliqua molis quantitate terminatur quia non concluditur neque per mundi partes
partibus suis est ipse diffusus ut maiores mundi partes suis maioribus impleat
et minores minoribus implendo nusquam tamen totus infundit. Ipse enim est
deus qui ait: Celum et terram ego impleo. Anima quoque que facit in spiritus et cor-
pora summa et ima celestia atque terrestria viventia et quibus facultatem vivendi
non dedit ineffabiliter ubique totus dominus deus et implet et continet nec in
his que dividuntur ipse dividitur nec in his que mutantur ulla mutatione varia-
bitur. Nisi enim naturaliter incommutabilis ipse esset nusquam in rebus mutabilibus ordo,
ordo quidem consilii atque dispensationis eius incommutabilis permaneret. De-
us igitur corporearum et incorporearum rerum creator incommutabilis eo primum se nullum
corpus esse ostendit quod quibusdam quidem corporalibus vitam non dedit cum
corpora ipse omnia creavit. Ipse autem naturaliter vita est quod si ipse vita non esset
non viventia corpora fecisset. Neque enim facit rem viventem nisi deus vi-
[...] nature sunt cum deo corpora que vivere omnino non-
nes. Non igitur unius nature [...] ulla corpora unius nature cum deo sunt, quibus singulis
prefuit. Sed et si neque [...] racionales spiritus quibus ut eadem corpora vivifi-
cent singulos brutos atque racionales spiritus [...] inservit in infudit. Sed nec ipsi bruti spiritus vivifi-
cantur atque sensificantur inserviunt in infudit [...] vivificandis seu sensificandis quoque in sensum
nature cum deo sunt quos licet vivificandis sensificandis quoque insensibilis
corporibus, ipsis tamen spiritus spiritibus nullus intelligendi largitus est lumen
quo suum possent agnoscere aut diligere creatorem. Ipsos quoque spiritus quos ra-
cionales atque intellectuales esse non dubium est quis audet blasphemo-
spiritu et toto corde eiusdem nature esse cuius est deus vel putare vel dicere
cum deus utique natura incommutabilis sit et omnino incorruptibilis. Cum in se di-
versitate ulla varie non passit, in eorum tamen spiritibus quos racionales atque intel-
lectuales fecit, diversitatem sue operationis operationis ostendit. In quibus enim

quibusdam qui terrenis ac mortalibus sunt inserti corporibus etiam si nullus est eis loca
lis motus quia plurimorum corporalium partes cum ipsi in corporibus suis sint non particu
lati sunt sed sicut in totis corporibus toti sic in eorum partibus toti sunt, tamen
cogitationum varietas diversitate mentis eiusdem temporalis motionis ac mutationis
ostendit dum modo aliquid nesciunt, modo sciunt, modo volunt, modo nolunt
modo sapiunt modo desipiunt, modo iniqui sunt et miseri, modo iusti sunt
et iniqui modo pietatis illustrantur luce modo despiciunt tenebrosa impi
etatis errore illos quoque quos terrenorum corporum gravat nubes nulla lutulenta
mortalis angelicos spiritus quis non videat non unius naturae esse cum deo sed factos
ex nichilo. quorum naturalis mutabilitas in eo cognoscitur quia eorum natura per se est
in deterius permutata. Denique quia hii qui dampnati non sunt licet illius deo
non equo cum non essent. facti sunt indefensa et incontinue creature angeli
ce gratis datum est ut perfecta dilectione eterne contemplatione atque exultatione
infinite dulcedinis domini inenarrabiliter fruantur hec ab eis naturali conditione
desiderat. Et si inherentibus deo nichil iam est de varietate corporis quia collato sibi eterne
corruptionis atque incommutabilitatis munere nichil in se sentiat mutationis
inest tamen singulis eorum naturalis quo a se invicem distant quia nullus eorum
est in alio, et cum unum eorum opus quodlibet iungitur alius quoque alii opus implendo
divine potestatis deputatur arbitrio, hec omnia ostendunt etiam sanctos angelos creaturam
esse sancte trinitatis cuius per singulas eos quas utique sicut voluit fecit ap
paret mirabilis spiritus sapientia in dispositione et virtus in opere. Quosdam igitur spiritus sic
deus creavit ut semper essent, quosdam vero ut esse spiritus nullum tamen corporis
elementis fecit habere naturale consortium quos et etiam nos creavit. et eis facultatem
atque intelligentiam cogitandi cognoscendi diligendi quoque divinitatis inseruit
quos sic ita creavit ut et per se ipsos illum diligerent ut eius se tales creatos
quos sic ita creavit ut et per se ipsos illum diligerent ut eius se tales creatos
ope cognovissent, cum esse ut tales fierent nulla precessissent merita ut autem
hec dilectio haberet instantiam et continuam laudem voluntatis quoque eius libertatem tribuit
hec dilectio haberet instantiam et continuam laudem voluntatis quoque eius libertatem tri
buit ut esset eis possibile sive ad deum qui supra ipsos est, intentionem sue di
lectionis erigere sive ad se vel ad ea que infra eos sunt, sive cupiditatis
sive semetipsos pondere declinare. Non est igitur natura que in eum possibilis sive bene
meri sive bene vivendo subsistere nisi que potest de deo ipsius dei munere cogitare hec
autem natura intellectualis in animabus est hominum et spiritibus angelorum deus quippe
cognoscendi atque diligendi se non nisi angelis et hominibus indidit facul
tatem quibus propter arbitrii libertatem quam maxime dedit intellectualis crea
ture creatoris benignitatem conspicere. Itaque cognoscendi ac diligendi se facul
tatem voluntatem quoque donavit, ut eam unusquisque habere potuisset et
perdere. Si quis tamen sponte eam perdidit, suo eam deinceps arbitrio resumere non
valet ut illius esset sancte cogitationis initio conditus divine bonitatis
dive revocandus quibus vellet infundere, cum sint in ipso creationis
exordio nullis precedentibus meritis spiritus et corpora locis affectionibus per eo ut
ipse sapienter voluit et convenienter mirabiliter ordinavit. Angeli ergo atque homines
pro eo quod rationales facti sunt eternitatis atque beatitudinis domini in se nature
spiritualis creature divinitus acceperunt ita scilicet ut dilectioni creatoris sui in
herent inseparabiliter simul et in beatitudine quoque mansissent. Si vero per se libertatis arbi
trio extra sui creatoris imperium suam intenderent facere voluntatem perinde a
contemplatione beatitudo discederet et ad supplicium eis relinqueretur eternitas
in se cum horroribus doloribus quoque eterna fit. Sed angelis quidem hec dispositum

* quique desinunt alios itaque de superiores quosdam eque quosdam quas sic voluit cum per paruit extra corpora vero ipse

et impleuit ut si quis eorum bonitatem voluntatis perderet nunquam eam divino mu-
nere repararet. Ipsa itaque angelorum que a suo creatore deo quo solo boni beati fiunt
voluntaria perversus aversione discessit equitate superni iudicis initia sue dampnationis
in ipsa aversione voluntatis invenit ut non aliud ei esset incipere illa puniri
quam illius beatitudinis boni dilectione destitui. quam deus in eterno sic perpetuo totam
remanere supplicio ut etiam ei ignem eternum prepararet in quo illi omnes cruciarentur
angeli qui mala prius utique voluntate carent nunc pena sed permanente tamen
eis iniuste aversionis malo permaneat etiam iuste retributionis eterna dampnatio
horum malorum princeps dyabolus primos homines quos ad peccati consensum induxit
duxit. non enim eos tantum sed etiam universe propaginem eorum tamen vinculo peccati mi-
noris inseruit. Deus autem misericors et iustus sicut dyabolo et angelis eius
propria voluntate cadentibus ceteros angelos in sue dilectionis eternitate firmavit
sic etiam humani generis massam non tantum in scelere pravitatis permisit sed quos vol-
uit gratuita bonitas repulsis tenebris in quibus omnis humana nativitas
peccato originalis concupiscentie conceptione damnatur reducendo predestinatos ad lucem in co-
gnitione demonstrans quod istos originalis peccati vinculis divini debita gratia sal-
vatoris absolvit. tam alios et quod maxime parvulos quibus nulla prius vel
bona vel mala inesse propria voluntatis initia implebitur necnon eterna dampnatio
retinet bone quippe voluntatis et cogitationis et initium non homini ex seipso nasci
sed divinitus et parari et tribui. in ea deus evidenter ostendit quod dyabolus nam
ab angelorum omnis consortio ruine illius initio in hanc miseriam sunt detrusi
caliginem. bonam potuit aut poterit resumere voluntatem. Ceterum si possibile esset in
humana natura ~~angelorum~~ posteaquam adeo aversa bonitate perdidit voluntatis esse
rursus habere potuisset multo possibilius hoc haberet natura angelica. que quanto
minus gravatur terreni pondere corporis tanto magis hac esset predita facultate. Sed
ostendit deus unde bona voluntas detur hominibus quam sic amiserunt angeli cum haberent ut
amissam deinceps habere non possent. Tunc igitur digna est ea voluntas bona que perdi
gratia eterne beatitudinis primo et iniquitas angeli atque humana non debet esse impunita. Ceterum
firmiter catholice fidei gloriam venturum esse filium dei ad puniendos omnes peccatores angelos
et ad iudicandos homines vivos et mortuos fideliter confitemur. Testatur enim beatus Petrus
quod deus angelis peccantibus non pepercit sed carceribus inferni detrudens tradidit in
iudicio puniendos reservari de homini bus quoque vivis et mortuis iudicandis beatus Paulus
hoc ait Testificor coram deo et Ihesu Christo qui iudicaturus est vivos et mortuos et ad-
ventum ipsius et ad regnum eius in tunc adveniet ab illo primi hominis corpore quod deus de
terra plasmavit usque ad omnium hominum corpora que animata quoque vivere ceperunt ab illo su-
scitabuntur. a quo operante creata sunt Singula vero illa corpora illis singulis ratione
reddentur quas in matribus ut vivere inciperent ventribus habere ceperunt. ut scilicet anime
in illo examine iusti iudicis in eisdem singulis corporibus suis recipiant retributionem
sive regni sive iudicii in quibus sive bona sive mala qualis vite prius
habuerunt ~~incipit~~ Qualitas autem male vite ab infidelitate incipiente ab originalis
peccati reatum intendit suscepit in quo quisquis ita vivere incipit ut ante finiat vita
quam ab eius obligatione absolvatur. si unius diei vel unius hore spatio illa anima
vixit in corpore necesse est eam cum eodem corpore interminabilia gehenne supplicia su-
stinere ubi dyabolus cum angelis suis mancipatus est qui prius et per se peccavit et
peccatum primis hominibus persuasit. ubi cum eo etiam fornicatores ydolis servientes adulteri
molles masculorum concubitores fures avari maledici ebriosi rapaces et omnes qui
opera carnis agunt de quibus dicit ubi Explicit quod regnum dei non consequentur Qui ante
vite huius finem ab his suis malis conversi non fuerint eternis ignibus exurentur Qui

cum homo qui in hoc seculo usque ad finem iniquitatum delectatione et cordis obduratione permansit sic
hanc cum noxia tam delectatione tenuit, sic eam sine fine sempiterna cruciatus retinebit. Sic enim
etiam iniquorum resurrectio sed sine mutatione, que solis fidelibus et per fidem iustis vincti-
bus datum est donum. Hoc est enim quod beatus Paulus ait: Omnes quidem resurgemus sed non
omnes immutabimur. Intendens autem iustos dominus munere commendandos ait: Et nos immutabimur.
Habebunt ergo iniqui ad instar carnis resurrectionem, sed immutationis beneficium gratia non habebunt quod
dabitur iustis altissimus. Quia corporibus impiorum non auferetur corruptio et ignobilitas et
infirmitas in quibus seminantur, que ab hac morte non contingunt ut illud inge-
tormentum corporis atque anime sit mors eterna suppliciorum. Iuste vero anime quas hic
redemptor deus gratis per fidem iustificat et iustificatis usque in finem vite bene vi-
vendo perseverantiam tribuit, in ipsis corporibus in quibus hic iustificationis gratiam divinitus
acceperunt et in quibus iustificate per fidem in caritate dei atque proximi vixerunt
regis celestis eternam beatitudinem percipient. Glorificatis etiam corporibus suis que sine dubio
carnis naturam quam deus creavit pariter permanebit, non sicut hic animalia sed spiritualia
tunc habebunt. Iterum enim seminatur corpus animale, resurget spirituale in hiis per illam
immutationem que solis dabitur iustis implebitur quod apostolus dicit: Oportet corruptibile
hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem, in quibus corporibus masculini
vel feminini sicut eadem corpora creata sunt remanebunt, quorum gloria erit pro factorum
bonorum diversitate diversa. Omnia tamen corpora sive masculorum sive feminarum quo-
cumque in regno illo erunt, gloriosa erunt. Ille autem iudex novit quantam unicuique
sit daturus gloriam qui in hac vita per misericordiam ipsius gratis iustificandos prevenit
quem illic pro iustificatorum glorificare disposuit. Nunc vero acquirende vite eterne
in ista tamen vita deus hominibus dedit ubi voluit etiam esse penitentiam fructuosam. Ideo
autem hic penitentia fructuosa est quia potest homo hic deposita malicia bene vivere et muta-
ta voluntate et vita simul et opera mutare et in timore dei ea agere que placent
deo. Quod qui in hac vita non fecit habebit quidem penitentiam in futuro seculo de ma-
lis suis sed indulgentiam in conspectu dei non inveniet, quia et si erit ibi stimulus
penitudinis nulla erit ibi correctio voluntatis. Talibus enim iniquitas sua ita
culpabitur ut nullatenus possit ab eis vel diligi vel desiderari iustitia. Volun-
tas enim eorum talis erit ut habeant in se semper malignitatis sue supplicium in quo
tamen recipere possit bonitatis affectum quia sicut illi qui cum Christo regnabunt nullas
in se male voluntatis reliquias habebunt ita illi qui erunt in suppliciis ignis
eterni cum diabolo et angelis eius deputati sic nullam ulterius habebunt requiem in
sic bonam nullatenus habere poterunt voluntatem. Et sicut coheredibus Christus
dabit perfectionem gratie ad eternam gloriam, sic consortibus diaboli cumulabit ipsa
malignitas penam quia cum diabolo deputati tenebris nullo illustrabuntur interi-
oris [illegible] vitalis lumine. Neque enim omnibus hominibus in hac vita potest esse utilis penitentia, quam quocumque
tempore homo penitentiam egit quibus ~~malorum operum maculas bonis operibus~~ in quocumque
[illegible] nisi toto corde renuntiant preteritis et praesentibus in conspectu dei non solum corporis
sed etiam cordis lacrimas fuderit et malorum operum maculas bonis operibus
diluere curaverit omnium peccatorum indulgentiam mox habebit. Hoc enim dominus per propheti-
co promittit eloquio dicens: Ubi conversus fueris et ingemueris salvus eris. Et
alio loco dicitur: Fili peccasti ne adicias iterum sed et de pristinis deprecare
ut tibi dimittantur. Nunquam enim peccanti indulgentia esse prorsus desperanda,
si desperanti non est remissio credenda. Quia etiam penitentia peccatori tunc prodest
si eam in ecclesia catholica gerit cui deus in persona beati Petri ligandi
solvendique tribuit potestatem dicens: Quodcumque alligaveris super terram erit ligatum et
in celis et que solveris super terram erit soluta et in celis. In quacumque ergo
homo etate veram peccatorum suorum penitentiam egit et vitam suam deo illuminante cor-
rexerit non fraudabitur indulgentie munere, quia deus sicut per prophetam

et Non vult mortem morientis deus sed ut reuertatur a via sua mala et viuat anima
eius vnde tamen nullus homo debet sub misericordia dei in sceleribus diuinis remanere peccatis / ad eterni
ipso tempore nemo velit sub spe salutis future animas egrotare Talis enim qui a b[illegible]
iniquitatibus suis recedere negligit et sibi deo indulgenciam promittit nonnunquam preueniunt
repentino dei furore ut nec conuersionis tempus nec beneficium remissionis inueniat Pro
vnicuique nostrum sacra scriptura benigne premonet dicens ne tardaueris conuerti ad dominum et
differas de die in diem / ne subito veniat ira eius et in tempore vindicte disperdat
te / Et iterum beatus dauid hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra
Beatus paulus quoque concordat dicens his verbis videte fratres ne forte sit in aliquo
vestrum cor malum incredulitatis discedendo a deo viuo sed adhortamini vosmetipsos per
singulos dies donec cognoscatur deus hodie non obduretur quis ex vobis fallacia peccati
Obduratur ergo peruenit. sine qui non conuertitur desperans de indulgencia peccatorum suorum
qui sic misericordiam dei sperat, ut usque in finem vite perueniat in suorum crimine peruersitate permaneat
maneat / prouide diligentes misericordiam dei metuentes quoque iusticiam / ne de remissione
peccatorum desperemus nec remaneamus in peccatis. scientes quia illa eius homini debita
sit operatura equitas iustissimi iudicis. que non diminsuit prima clementissimi
summi redemptoris Sicut enim misericordia suscepit absoluit quoque conuersos ita iusticia
repellit et punit obduratos. Hii sunt qui peccantes in spiritum sanctum neque in hoc
seculo nec in futuro ~~misericordiam~~ remissionem accipiant peccatorum Ideo autem hominis anima intellectualis
alius spiritus est / ut queat agnoscat atque discernat et tempus operum suorum pro quibus
receptura est anima in iudicio que ordinat ordinata diuina iusticia. et eiusdem
retributionis tempus quo eadem non licebit aut opera mutare aut remissionem
peccatorum suorum de diuina misericordia vtiliter postulare Ceteri vero spiritus omnium animalium
quibus non est intellectus quia quedam eorum de terra quedam de aquis originem
ducunt. de aquis enim sunt volatilia et reptilia. de terra vero quedam reptant
quedam gradiuntur comporta tamen diu spiritus sit quamdiu in corporibus viuunt Et mira
quippe que racionis capax condita facta est. cum carne sua incipit viuere et
cum corpus relinquit ipsum desinit viuere. quia qui corpori vita erat ipsa non
viuit Atque ita miro modo cum omni carni sit anima causa viuendi spiritus tamen
irrationalis tamdiu viuit quamdiu in carne esse potest. et dum a carne sua separatur
extinguitur Ita fit ut cum ipse spiritus vita carnis sue sit viuere ipse nequeat
cum vitam carni sub ministrare desinit Et si non sit cause cui vitam dare valeat
ipse quoque primum esse non habebit Ideo nec eternitas irrationalibus spiritibus data est
nec aliquod eis iudicium seruatur in quo eis vel beatitudo pro bonis vel dampnacio
reddetur pro malis operibus Ideo in eis nulla operum distinctio requiretur
quia nullam intelligendi facultatem diuinitus acceperunt propterea eorum etiam cor
pora resurrectura non sunt / quia nec corporis alibi aut equitas aut iniquitas fuit
pro qua eis aut eterna beatitudo sit tribuenda vel pena Ergo alia preter solam
eiusdem sunt aut conatur simulacrum incomprehensibilem pro agunt vo
litate que desinis fuerit nullam racionem reddetura sit quia irrationalia sunt
Nichil enim de bobus cura est deo. homines vero quia racionales facti sunt et desere
et de omnibus rebus quas in usu presentis vite acceperunt reddituri sunt deo
et pro suorum actuum qualitate recipient aut penam aut gloriam Omnes enim nos
manifestari oportet ante tribunal christi ut recipiat vnusquisque prout gessit
propriam mercedem. bonum scilicet siue malum Dicit enim ipsius nostri saluatoris ac
redemptoris eloquium Omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et pro
deunt qui bona egerunt in resurrectionem vite qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii
em ut sunt qui mala egerunt eant in combustionem eternam cum diabolo et angelis eius

principe omnium malorum. Qui vero bona fecerunt, cum in vita eterna regnaturi sine fi-
ne cum Christo rege omnium seculorum. Illi ergo cum Christo regnabunt quos gratuita sua bonitate
predestinavit ad regnum. Nam quos tales predestinando preparavit ut in regno dei essent
preparavit itaque utique secundum propositum vocatos vocandos ut obediant, preparavit iustificandos
ut accepta gratia recte credant et bene vivant, preparavit eciam glorificandos ut Christi here-
des effecti regnum celorum sine fine possideant. Ad quod regnum divinis operibus sa-
cramenta que ad fidem incarnationis sue Christus instituit illi perveniunt quos
deus gratis nullo bone voluntatis et boni operis merito precedente salvat quemadmodum
ex illo tempore quos salvavit non deseruit. Qui enim non renati fuerint ex aqua et spiritu sancto
non possunt intrare in regnum dei absque sacro baptismate preter eos qui in ecclesia catholica
sine baptismate sanguinem pro Christo fundunt, ut regnum celorum possint quisque accipere in
vita eterna quia si in catholica fide sive heresi sive quocumque scismate quisque
in nomine patris et filii et spiritus sancti baptismi sacramentum accepit integrum sacramentum accepit
sed salutem que est virtus sacramenti non habebit si extra catholicam ipsum sacramentum habuit
ergo ideo debet ad ecclesiam redire non ut sacramentum baptismatis iterum accipiat quod
nemo debet in quolibet homine baptisato repetere sed ut in societate catholica vitam
eternam accipiat ad quam ~~accipiendam~~ obtinendam nunquam potest esse idoneus qui cum
sacramento baptismatis ab ecclesia catholica remansit alienus. Nam et si elemosinas
largas faciat et pro nomine Christi eciam sanguinem fundat, pro eo quod in hac vita non
tenuit ecclesie catholice unitatem non habebit ~~vitam~~ eternam salutem. Ubi enim
autem potest prodesse baptisma ibi potest et elemosina prodesse. Baptisma autem extra
ecclesiam esse potest et perceptio baptismatis sed nisi in ecclesia prodesse nequit. In
ecclesia ergo catholica tantum potest utrumque prodesse et perceptio baptismatis et opera
misericordie et nominis Christi gloriosa confessio, si tamen in ecclesia catholica bene vivatur.
Sicut enim sine ecclesie catholice societate nec baptisma potest alicui prodesse nec
opera misericordie nisi forte ut minus torqueatur, non tamen ut inter filios dei reputetur, sic
intra ecclesiam catholicam percepto baptismo vitam eternam non accipiunt si post baptismum
male vivant. Nam et illi qui bene vivunt debent operibus misericordie indesinenter in-
sistere, scientes se licet levia nonnulla tamen quotidie contrahere peccata pro quibus
et sancti et iusti semper in hac vita deo dicere debent: Dimitte nobis debita nostra sicut
et nos dimittimus debitoribus nostris. Nec peccata quippe eciam in rebus licitis et
a deo concessis frequenter subrepunt et quanto magis fortioribus cibis corporis
implentur et carnalibus cor hominis actibus et affectibus implicatur, tanto sic
quecumque culpa in hac mortalitate contrahunt propterea humiles servi Christi qui in-
quietius culpa in hac mortalitate ... occupatione finire, compri-
munt dum se sine impedimento et absque ... noxia occupatione servire, com-
gia omnia non appetunt, et a carnalibus et vino abstinent, licitum corporis va-
lendo permittit. Non quod peccatum est aut coniugem habere aut vinum bibere ve-
rum perpere. Nam beatus Apostolus dicit quod omnis creatura dei bona est, et nichil
reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum dei et orationem
coniugium quoque in primis hominibus deus instituit et benedixit, propter quod apostolus
ait: Honorabile connubium in omnibus et thorus immaculatus. Igitur
servi dei in eo quod ~~a carnalibus~~ a carnibus et vino abstinent, non tamquam
res immundas refugiunt sed mundiorem vite instituta petunt. Et in eo quod coniugium
non habent non iniquum bonum coniugium esse existimant sed continenciam ingenuam
in perpetuum bonum meliorem esse non dubitant maxime. Isto maximo
tempore quo dicitur de continencia: Qui potest capere capiat. De virginibus vero dicit: Qui non
se continet nubat. In uno enim ordine virtus apparuit in altero infirmitatis
remedio subvenitur. Unde qui continenciam semper est consulendus, propterea
tas remedio sublevatur. Si quis coniugio, si voluit fedus vel studeat etiam
si coniugio eum contingerit conservari coniugio,

mira impietas, nullum de illis premium habebit; si eas caste servaverit in se unus
et una legittime duntaxat coniugii fidem servat ut nec ille mulieri preter uxorem
nec illa viro preter maritum ullatenus misceatur. De talibus et si sint ab omni
gali concessus qui tamen legitimum non violet thorum, habebit non illum sed ve
male premium. Quia licet sint qui puelli vovent continentiam ceterum se ipsum quisque
castrabit in castitatem propter regnum celorum et in corde suo deo continentiam vovit
non solum si mortifera fornicationis crimine maculetur verum etiam si aut vir uxorem
acceperit, aut mulier viro nubere voluerit, secundum apostolum sanior dictum est ut vir uxori
debitum reddat, similiter et uxor viro, quia si quis acceperit uxorem non peccat
et si virgo nupserit non peccat. Ista secundum consilium apostoli dicuntur. Qui statuit in corde
suo firmus non habens necessitatem potestatem autem habens sue voluntatis, et vovit
continentiam deo, quod eam usque in finem tota mente salvare custodire ne dampnationem
habeat si primam fidem irritam fecerit. Similiter etiam coniugati viri vel
coniugate mulieres si ex consensu pariter deo voverint continentiam vovent
se deo. Quod si deo voverint vacare sibi se ab negotiis detinere ut iam sibi debere
commixtionem carnis quam licitam prius habuerunt, sed deo se debere continentiam
quam voverint. Tunc enim unusquisque regnum celorum quod sectis promittitur possidebit, si obliviscens que retro sunt et in anteriora tendens semper sicut in
psalmo dicitur vovete et reddite deo vestro quod sit esse licitum et ad perfectum melioris
vite premium cognoscat et libenter voveat et celeriter reddat, et in hoc quod votum reddit se meliori conatu perficiat. Omnia enim voventi deo et reddenti
quod vovit ipse quoque deus reddet celestis regni premia que promisit.

Firmissime itaque tene et nullatenus dubites patrem et filium et spiritum sanctum unum
naturaliter esse deum in quo tamen nomine baptizati sumus. Non enim aliud sit nomen
patris aliud filius aliud spiritus sanctus, hoc est utique unum nomen horum trium iste
~~dominus deus tuus~~ quod dicit deus qui dicit in deuteronomio videte quod ego sim deus et non
est alius preter me. Et de quo dicitur Audi israel dominus deus tuus unus est. Et dominum
deum tuum adorabis et illi soli servies. Firmissime tene et nullatenus dubites patrem et filium et spiritum sanctum id est sanctam trinitatem esse solum ~~ver~~ deum naturaliter quod cum
tres nos deos colere non liceat nisi solum unum deum. Tamen sicut pater verus dicitur deus
testante apostolo qui ait Conversi estis ad deum a simulacris servire deo vivo et vero
et expectare filium eius de celis quem suscitavit a mortuis ihesum. Ita quoque filium verum
deum esse Iohannes apostolus commendat dicens Scimus quod filius dei venit et dedit
nobis intellectum ut cognoscamus veritatem et simus in vero filio eius ihesu christo. Hic
est verus deus et vita quia utique qui verus est deus, etiam veritas est sicut
ipse docet nos dicens Ego sum via veritas et ~~vita~~ vita. De spiritu quoque sancto Iohannes
apostolus ait quod spiritus veritas est, et utique non potest nisi deus verus non esse qui veritas est. Verum etiam deum esse apostolus paulus ostendit dicens membra vestra templum
sunt spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis a deo et non estis vestri. Empti
enim estis precio magno, glorificate et portate deum in corpore vestro.

Firmissime tene et nullatenus dubites patrem et filium et spiritum sanctum id est sanctam
trinitatem unum verum deum sine initio semper mansisse. Propter quod scriptum
est In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum hoc erat in
principio apud deum. Hec deus simplicitas intimat in psalmo ubi dicit deus
autem rex noster ante secula etc. et in alio loco Sempiterna quoque virtus eius et divinitas.

Firmissime tene et nullatenus dubites sanctam trinitatem solum verum deum sicut
eternum ita solum naturaliter incommutabilem esse. Hoc enim significat, cum dicit filio suo ad
christo suo qui sedet hinc et inposterum dicit In principio tu domine terram fundasti et opera
manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt. Tu autem permanebis et omnes sicut vestimentum sic
veterascent et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es. Etc.

192.

6 Firmissime tene et nullatenus dubites sanctam trinitatem solum esse deum verum rerum
omnium visibilium et invisibilium creatorem de quo in psalmo dicitur Beatus cuius deus iacob
adiutor eius spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram mare et omnia que
in eis sunt. de quo etiam apostolus dicit qui corpus et spiritum et ipsa sunt omnia ipsi honor et gloria in secula
7 Firmissime tene et nullatenus dubites patrem et filium et spiritum sanctum unam quidem
esse naturam tres vero esse personas patrem solum esse qui dixit hic est filius meus di
lectus in quo michi complacui Et filium solum esse super quem etiam illa vox solius patris
insonuit qui in iordane secundum carnem baptisatus est unigenitus deus qui car
nem solus accepit Et spiritum sanctum patris et filii spiritum solum esse qui in specie columbe
super christum baptisatum et ascendentem ab aqua descendit et quinquagesimo die post
resurrectionem christi fideles in uno loco positos in linguarum ignearum visione adve
niens implevit Illam vocem qua solus locutus est deus pater Et illam carnem
qua solus homo factus est unigenitus deus Et illam columbam in cuius
specie spiritus sanctus super christum descendit Istas quoque linguas igneas in qua visione
fideles in uno loco constitutos replevit opera esse trinitatis totius i. unius dei
8 qui fecit omnia in celis et in terra visibilia et invisibilia Firmissime tene
et nullatenus dubites solum deum filium in una convenientate personarum solus patris
esse filium Spiritum vero sanctum ipsum quoque unam convenientate personam non solum patris
sed simul patris et filii esse spiritum Unicus enim dei filius se esse solum de patre
genitum ait Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret Et paulo post
Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii
dei Spiritum autem sanctum et patris et filii esse spiritum Apostolus docet qui ait vos autem
in carne non estis sed in spiritu si tamen spiritus dei habitat in vobis Et sequitur Si quis
8 autem spiritum christi non habet hic non est eius Firmissime tene et nullatenus du
bites eundem spiritum sanctum qui patris et filii unus est spiritus de patre et filio proce
dere dicit enim filius Cum venerit spiritus veritatis qui a patre procedit ubi suum esse
spiritum docuit quia ipse veritas de filio quoque procedere spiritum prophetica nobis commendat doct
rina ysaias enim dicit de filio percuciet terram virga oris sui ~~carnem eius ipse~~
~~unicus dei filius~~ et spiritu labiorum suorum interficiet impium de quo et apostolus
ait Quem interficiet dominus ihesus spiritu oris sui Unus tamen ipse unigenitus unicus
dei filius filius spiritum oris sui esse signans post resurrectionem suam insufflans insufflans
in discipulos ait Accipite spiritum sanctum De ore vero ihesus domini ihesu ait iohannes
in Apokalipsi quia gladius utraque parte acutus procedebat i. spiritus oris eius ipse
9 est gladius qui de ore eius procedit Firmissime tene et nullatenus du
bites trinitatem deum immensum esse virtute non mole et omnem creaturam spi
ritualem atque corporalem virtute eius et potentia contineri dicit deus pater Celum
et terram ego impleo dicitur etiam de sapientia dei que filius est quia attingit a fine
usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter De spiritu quoque sancto le
gimus quia spiritus domini replevit orbem terrarum Et david propheta dicit Quo ibo
a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam Si ascendero in celum tu illic es
x si descendero ad infernum ades Firmissime tene et nullatenus dubites
una convenientate personarum i. deum filium qui de natura dei patris solus deus natus
est et unius cum patre natura cum patre est i. christum in plenitudine temporis secundum
susceptionem forme servilis voluntate in virgine conceptum et de virgine natum
verbum carnem factum i. christum quoque esse qui essentia natus est de patre et con
ceptus est natusque ex virgine ipsum quoque verum esse et veri i. de deo ex virgine
qui ait de deo patre ante secula fundavit me et ante omnes colles genuit
me de quo etiam dicit apostolus quia cum venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege
xi Firmissime tene et nullatenus dubites christum filium dei sicut de deo patre
plenam perfectamque deum ita de virgine matre verum perfectumque hominem genitum

id est verbum deum. habentem scilicet sine peccato veram nostri generis carnem et animam rationalem. quod ipse
deus filius evidenter ostendit de carne sua dicens palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non
habet sicut me videtis habere. Animam quoque se habere ostendit dicens propterea pater me
diligit quia ego pono animam meam et iterum sumam eam. Intellectum quoque animae suae se habere ostendit
in eo quod ait discite a me quia mitis sum et humilis corde. De ipso deus per prophetam dicit
Ecce intelliget puer meus exaltabitur et sublimis erit valde. Nam et beatus petrus
secundum sancti david prophetiam in christo carnem atque animam confitetur. De ipso enim beatus david
loquens ait. propheta igitur cum esset. et sciret quia iureiurando iuravit illi deus de
fructu lumbi eius sedere super sedem eius providens locutus est de resurrectione christi
quia neque derelicta est anima eius in inferno. neque caro eius videbit corruptionem.

xii

Firmissime tene et nullatenus dubites unum atque ipsum esse deum trinitatis. qui cum
patre deo spiritu quoque sancto deus fecit omnia opera. et in monte synay dedit legem manu
scilicet ordinatam per angelos et ipsum deum verbum carnem factum qui veniente plenitudine
temporis missus a patre et spiritu sancto filius factus est ex muliere quam fecit factus
sub lege quam dedit.

xiii

Firmissime tene et nullatenus dubites dei verbum quod caro
factum est duas naturas inconfusibiliter permanere unam naturam divinitatis qua habet communem cum
patre secundum quam dicit Ego et pater unum sumus. et qui videt me videt et patrem meum
et Ego in patre. et pater in me est. secundum quam ut apostolus dicit splendorem glorie et figuram
substantie eius. alteram vero humanam secundum quam ipse deus incarnatus dicit pater maior
me est.

xiiii

Firmissime tene et nullatenus dubites deum verbum carnem factum unam
habere divinitatis sue carnisque personam. deus enim verbum plenam naturam humanam ita sibi
veraciter unire dignatus est ut permanente divinitate sua ita verbum caro factum est ut
communis naturalis non haberet sit verbum quod caro quia duarum naturarum veritas manet et in christo
sit tamen una persona id est verbum caro ab ipso facto matris conceptionis initio una
persona sed naturam quia in christo non due persone. due autem nature. deus enim verbum non
accepit personam hominis sed naturam et in eternam personam divinitatis accepit temporalem substantiam
carnis. unus est ergo christus verbum caro factum qui ex patribus secundum carnem et super
omnia deus benedictus in secula unus christus cum et pater dicit Ex utero ante luciferum ge-
nui te. verbi scilicet ante omne tempus sine initio eterna nativitas. unus ihesus de quo
et evangelista dicit quod vocatum est nomen eius ihesus quod dictum est ab angelo priusquam in utero
conciperetur.

xv

Firmissime tene et nullatenus dubites non carnem christi sine divinitate
conceptam in utero virginis priusquam susciperetur a verbo. sed ipsum verbum dei sue carnis
acceptione conceptum ipsamque carnem verbi incarnatione conceptam.

xvi

Firmis-
sime tene et nullatenus dubites. ipsum unicum dei verbum carnem factum. se pro nobis
obtulisse sacrificium et hostiam deo in odorem suavitatis. cui cum patre et spiritu sancto
a patriarchis et prophetis et sacerdotibus tempore veteris testamenti animalia sacrificabantur. et
cui nunc id est tempore novi testamenti cum patre et spiritu sancto cum quibus est illi una divini-
tas sacrificium panis et vini in fide et caritate sancta ecclesia catholica per
universum orbem terre offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio
fuit carnis christi. quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus et sanguinis
quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum ac-
tio atque commemoratio est carnis christi quam pro nobis obtulit et sanguinis quem pro
nobis idem deus obtulit effudit. de quo beatus apostolus dicit in actibus apostolorum At-
tendite vobis et universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam
dei quam acquisivit sanguine suo. In illis ergo sacrificiis quid nobis esset donandum
figurate significabatur. In hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit evidenter
ostenditur. In illis sacrificiis prenunciabatur filius dei pro impiis occidendus in hoc
autem pro impiis annunciatur occisus testante apostolo quia christus cum adhuc infirmi

essemus secundum tempus pro impiis mortuus est, et quia cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius.

xvii Firmissime tene nullatenus dubites verbum carnem eandem humanam semper veram habere qua de virgine verbum deus natus est, qua crucifixus et mortuus est, qua resurrexit, qua in celum ascendit et in dextera sedet, qua etiam venturus est iudicare vivos et mortuos. Propter quod apostoli ab angelis audierunt: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Et beatus Johannes ait: Ecce venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus et qui eum transfixerunt, et videbunt eum omnes tribus terre.

xviii Firmissime tene et nullatenus dubites trinitate dei patris et filii et spiritus sancti esse naturaliter summum et incommutabile bonum, et ab ipso esse creatas omnes naturas bonas quidem quia a summo bono facte sunt, nullam quoque esse malam naturam; omnis natura in quantum natura est bona est, sed quia in ea bonum augeri et minui potest, secundum quod minuitur bonum eius minuitur. Malum enim nichil aliud est nisi privacio boni. Unde constat genus esse creature racionalis malum, unde fecit a summo bono creatae suo excidium quo in vita punietur. Quo voluntate ipsa fecit de iustitia passura iuste, quia hic admisit iniuste, et quem ordinem nisi non servavit, ignis eterni supplicio institutionis ordine divine non effugiet ultionis.

xix Firmissime tene et nullatenus dubites neque angelos neque quamlibet aliam creaturam eius naturaliter esse unius naturalem divinitatem sicut summa trinitas, que unus naturaliter deus pater et filius et spiritus sanctus est. Neque enim unius naturae esse potuerunt ille qui fecit et ea que fecit.

·xx· Firmissime tene et nullatenus dubites omnem creaturam naturaliter mutabilem a deo incommutabili factam, ut tamen posse iam quorumlibet angelorum sanctorum nullatenus commutari, quia sic acceperunt eternam beatitudinem qua adeo stabiles permanent, ut eam amittere non possint; sed hoc ipsum quod ab illo statu beatitudinis in quo sunt beati immutari nullatenus possunt, non eis naturaliter hoc est insitum, sed postquam creati sunt gratie divine largitate collatum est. Si enim angeli naturaliter incommutabiles fierent, nequaquam de eorum consortio diabolus et eius angeli cecidissent.

xxi Firmissime tene et nullatenus dubites in omni creatura quam spiritalem atque corpoream summa trinitas fecit solos spiritus angelicos et humanos intelligendi facultatem divinitus accepisse, hoc autem habere non posse pecora quod dicit homini: Nolite fieri sicut equus et mulus in quibus non est intellectus. Et ideo animas hominum et animas pecorum unius naturae non esse, nec animas pecorum in homines, nec animas hominum in pecora posse aliquando transire.

xxii Firmissime tene et nullatenus dubites primos homines id est Adam et mulierem eius bonos et rectos et sine peccato creatos cum libero arbitrio, quo possent si vellent humili et bona voluntate semper atque obedienter deo servire, quo arbitrio etiam possent si vellent propria voluntate peccare. Eos quoque non necessitate sed propria voluntate peccasse. Illo quoque peccato sic in deterius mutatam humanam naturam, ut non solum in ipsis primis hominibus primitus mors obtineret regnum, sed etiam in omnes homines pertransiret peccati mortis quoque dominium.

xxiii Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci impietati subditum mortique subiectum, et ob hoc naturaliter ire nasci filium. De quo dicit apostolus: Eramus enim natura filii ire sicut et ceteri. A qua ira nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominum Ihesu Christi, qui sine peccato conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus, peccatum pro nobis factus est, id est sacrificium factus est pro peccatis nostris. In veteri quippe testamento peccata dicebantur sacrificia que pro peccatis offerebantur, in quibus omnibus figuratus erat Christus, quia ipse est agnus dei qui tollit peccata mundi.

xxiiii Firmissime tene et nullatenus dubites non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam de matribus nati sine sacramento sancto baptismatis quod datur in nomine patris et filii et spiritus sancti de hoc seculo transeunt, ignis eterni sempiterno supplicio puniendos, quia etsi peccatum propriae

actionis non habuerint, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione et nativitate contraxerunt.

xxv. Firmissime tene et nullatenus dubites ipsum filium dei ad iudicandos vivos et mortuos venturum, ut homines quos hic donum sue gratie per fidem iustificat, eisque iustificatis in fide et caritate sancte matris ecclesie usque in finem perseverantiam donat, in suo adventu resuscitet et glorificet, et secundum promissionem suam equales sanctis angelis faciat, et ad eum statum perducat in quo perfecte quietum immutabilemque donat deus bonis, sicut et ab ipsa perfectione deinde tempus mutari non possint, ubi diversa erit sanctorum gloria sed una omnium vita eterna. Diabolum vero et angelos eius in ignem eternum a Christo esse mittendos, ubi merito perferent penam quam eis paravit divina iustitia. Cum ipso autem diabolo impios et iniquos homines, de quibus scriptura dicit: Imitantur autem eum qui sunt ex parte illius, pro eo quod eius in malis operibus imitatores sunt, et ante finem presentis vite conversionem per penitentiam non egerunt, resurrectis corporibus supplicio eterne combustionis arsuros.

xxvi. Firmissime tene et nullatenus dubites omnibus hominibus et bonis et malis resurrectionem carnis in adventu domini futuram esse, quem retributionem vero iustitie dei esse bonis malisque dissimilem, secundum quod apostolus ait quod omnes resurgemus sed non omnes immutabimur. Immutabuntur autem iusti qui ibunt in vitam eternam, quod apostolus ostendit dicens: Et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Et ostendens que erit ipsa immutatio addidit: Oportet autem hoc corruptibile induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. In iustorum autem corporibus fiet quod apostolus ait: Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Quod propterea spirituale dixit, non quia ipsum corpus spiritus erit, sed quia vivificante spiritu immortale atque incorruptibile permanebit. Sic autem tunc dicitur spirituale corpus, ut non spiritus sit sed permaneat corpus, sicut nunc animale dicitur, cum tamen invenitur non anima esse sed corpus.

xxvii. Firmissime tene et nullatenus dubites, exceptis illis qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam eternam qui non hic a malis suis fuerit per penitentiam fidemque conversus, et per sacramentum fidei et penitentie, id est baptismum, liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse ut penitentiam de malis suis agere, et fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, et sacramenta baptismatis accipere. Parvulis vero qui nec propria voluntate credere nec penitentiam pro peccato quod originaliter contraxerunt agere possunt, sacramentum fidei et penitentie, quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis eorum etas capax esse non potest, sufficere ad salutem.

xxviii. Firmissime tene et nullatenus dubites neminem posse hominem penitentiam agere nisi quem deus illuminaverit et gratuita miseratione converterit. Apostolus enim dicit: Ne forte deus det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem et resipiscant a laqueis diaboli.

xxix. Firmissime tene et nullatenus dubites posse quidem hominem quem nec ignorantia litterarum nec aliqua prohibet imbecillitas vel adversitas verba sancte legis et evangelii sive legere sive ex ore cuiuscumque predicatoris audire, sed divinis mandatis obedire neminem posse nisi quem deus gratia sua prevenerit, ut quod audit corpore et mente percipiat, et accepta divinitus bona voluntate atque virtute mandata dei facere et velit et possit. Neque enim qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus, qui etiam operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate.

xxx. Firmissime tene et nullatenus dubites trinitatem deum incommutabilem creatorem omnium atque operum tam suorum quam humanorum scientiam cognitionem ante omnia secula scire quibus esset per suam gratiam largiturus fidem, sine qua nemo ab initio mundi usque in finem a reatu peccati originalis quam actualis absolvitur. Quos enim deus prescivit hos et predestinavit

xxxii conformes fieri ymaginis filii eius. Firmissime tene et nullatenus dubites
omnes quos vasa misericordie gratuita bonitate deus facit ante constitutionem mundi
in adoptionem filiorum dei predestinatos a deo, neque posse perire aliquem eorum quos
deus predestinat ad regnum, nec quemquam eorum quos deus non predestinavit ad vitam
ulla posse ratione salvari. predestinacio enim illa gratuite donacionis est preparacio
qua nos apostolus ait predestinatos in adoptionem filiorum filiorum dei per ihesum christum.

xxxi Firmissime tene et nullatenus dubites deo incommutabili non solum preterita
et presencia sed etiam futura omnia incommutabiliter esse notissima, cui dicitur: deus

xxxiii qui cognitor es occultorum qui scis omnia antequam fiant. Firmissime tene et nulla-
tenus dubites sacramentum baptismatis non solum intra ecclesiam catholicam sed etiam apud
hereticos qui in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizant esse posse, sed extra catholicam
ecclesiam prodesse non posse, ymo sicut intra ecclesiam recte credentibus per sacramentum bap-
~~tismi~~ tismi confertur salutem, sic extra ecclesiam baptizatis si ad ecclesiam non redierint

xxxiiii eodem baptismo cumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiastice societatis unitas
ad salutem ut baptismo non salvetur cui non datur ibi ubi oportet ut detur. Om-
esse tamen homini baptismum etiam extra ecclesiam baptizato sed ad iudicium messe ab
ecclesia separato. et quia manifestum est ubicumque datum fuit hoc baptisma semel esse
dandum, et ideo si ab hereticis in nomine patris et filii et spiritus sancti datum fuit, venerabiliter agnoscendum
iterandum et ab hoc nullatenus iterandum. Salvator enim ait: Qui semel lotus est

xxxiiii non indiget nisi ut pedes lavet. Firmissime tene et nullatenus dubites extra
quod ecclesiam katholicam baptizatum participem fieri non posse vite eterne si ante
finem presentis vite huius catholice non fuerit redditus aut incorporatus ecclesie. quia si habeam
inquit apostolus omnem fidem et noverim omnia secreta caritatem autem non habeam nichil
sum. Nam et in diebus diluvii neminem legimus extra archam potuisse salvari.

xxxv Firmissime et nullatenus dubites non solum omnes paganos sed etiam omnes iudeos
et omnes hereticos atque scismaticos qui extra ecclesiam catholicam presentem finiunt vitam

xxxvi in ignem eternum ituros qui paratus est dyabolo et angelis eius. Firmissime
tene et nullatenus dubites quemlibet hereticum sive scismaticum in nomine patris et filii et
spiritus sancti baptizatum, si ecclesie catholice non fuerit aggregatus quantascumque elemosinas
fecerit et si pro christi nomine sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari. Omni enim homini
qui ecclesie catholice non tenet unitatem, neque baptismus neque elemosina
quamlibet copiosa neque mors pro christi nomine suscepta proficere poterit ad salutem quamdiu
in eo heretica vel scismatica pravitas perseverat que ducit ad mortem.

xxxvii Firmissime tene et nullatenus dubites non omnes qui intra ecclesiam katholicam
baptizantur accepturos esse vitam eternam, sed eos qui percepto baptismate
recte vivunt, id est qui se abstinuerint a viciis et concupiscenciis carnis. Regnum enim celorum
sicut infideles heretici atque scismatici non habebunt, sic vicii catholici criminosi possi-

xxxviii dere non poterunt. Firmissime tene et nullatenus dubites etiam iustos
atque sanctos homines exceptis hiis qui baptizati parvuli sunt sine peccato neminem
hic vivere posse, semperque homini esse necessarium et peccata sua usque in finem presentis
vite elemosinis diluere et remissionem a deo veraciter humiliter postulare. Firr-

xxxix missime tene et nullatenus dubites omnem creaturam dei bonam esse et nichil
reiciendum quod cum graciarum actione percipitur. et dei famulos qui a carnibus aut vino
abstinent non tanquam immunda que a deo facta sunt respuere sed a fortiori
cibo et potu pro sola corporis castigatione abstinere. Nupcias quoque divinitus insti-
tutas et benedictas. et melius quidem si quis sine coniugio sit, ut liberius
et plenius cogitet que sunt dei quomodo placeat deo. Et illis qui continenciam
non voverunt nullum esse peccatum si vel mulier nubat viro vel vir uxorem
ducat. Nec solas primas nuptias a deo sed etiam secundas vel tercias. Porro
qui se continere non possunt infirmitate confessas eis non qui sine coniugali,

sive a coniugio liberi continentiam deo voverint, admodum esse dampnabile, sive coniugale
opus illi voluerint appetere quod se non attacturos, vel illi repetere a quo se recessuros
illi pro eterno professi sunt voluntate. Firmissime tene et nullatenus dubites aream dei   xl.
esse ecclesiam katholicam et in ea usque ad finem seculi frumento permixtas paleas con-
tineri, hoc est bonis malos sacramentorum communione misceri. Et in omni professione sive
clericorum sive monachorum sive laicorum bonos esse simul et malos, nec pro malis bonos esse
deserendos, sed pro bonis malos in quantum exigit fidei et caritatis ratio tolerandos, id est
si vel in ecclesia nullius perfidie seu discordie semina spargunt, vel fratres ad aliquod malum
opus mortifera imitatione inducunt. Nec posse aliquem intra ecclesiam catholicam recte
credentem bene quoque viventem alieno unquam maculari peccato, si tamen peccanti nec
consensum prebeat nec favorem. Utiliter quoque malos a bonis intra ecclesiam tolerari, si hoc
ad eos bene vivendo et bene monendo agatur, ut et videntes et audientes que bona
sunt, mala sua respuant et iudicandos se a deo pro suis malis operibus respiciant,
atque ita preveniente dono gratie de suis iniquitatibus confundantur et ad bona convertantur
per dei misericordiam. Bonos vero a malis intra ecclesiam duntaxat catholicam constitu-
tos intus debere operum dissimilitudine separari, ut eis quibus divina conveniunt sacramenta non
habeant mala opera quibus illis sunt communia. In fine vero seculi bonos a malis
etiam tum corpore separandos, cum veniet Christus habens ventilabrum in manu sua et per-
mundabit aream suam et congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet
igni inextinguibili, cum per iudicium iustum segregabit iustos ab iniustis, bonos a ma-
lis, rectos a perversis, bonos constituet a dextris, malos a sinistris, et ex eius ore
iusti etiam quoque iudicii sempiterna atque incommutabilis prolata sententia, iniqui omnes ibunt
in combustionem eternam, iusti autem in vitam eternam, iniqui semper ardentes cum diabolo,
iusti autem regnantes sine fine cum Christo.

Hec interim xl^ta capitula ad regulam vere fidei firmissime pertinentia fideliter
crede, fortiter tene, veraciter patienterque defende ~~fidei catholice cognoverit~~
~~ut si quis non solum omnibus~~ et si quem contraria his dogmatizare cognoveris tamquam
pestem fuge et tamquam hereticum abice. Ita enim ista que posuimus fidei catholice
congruunt, ut si quis non solum omnibus sed etiam singulis velit contraire, in eo
quod singulis eorum contumaciter repugnat his quoque contraria docere non dubitat, hereticus
et christiane fidei inimicus atque ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appa-
reat. Nimius ergo et angustia temporis festinatio quoque portitoris compulerunt nos
aliqua que pro diversis heresibus agnoscenda atque vitanda fuerant [illegible]
[illegible] preterire silentio. Tu si omnia que in hoc opusculo continentur recense
et notissima presentis hore non negligas, ex his potius tuta discretione etiam
detectis spiritualiter iudicare. Amplius enim dicit quod spiritualis homo iudicat omnia, quia
[illegible] pervenit in eo quod etiam recepit fideliter preservat, et
si quis aliter sapit hoc illi quod deus revelavit. Amen. Deo gratias. Explicit
libellus beati Augustini de fide ad Petrum. Incipit liber Enchiridion beati Augustini
ad Laurentium.

Dici non potest dilectissime fili Laurenti quantum tua erudi-
tione delector, quantum cupiam te esse sapientem, non de quorum numero de
quibus dicitur: Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor huius seculi? No-   1
ne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? sed de quorum numero de quibus
dictum est: Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Et quales vult
apostolus fieri de quibus dicit: Volo autem vos sapientes quidem esse in bono,
simplices autem in malo. Sicut enim a se ipso nemo sapiens esse potest, sed ab illo
illustrante de quo scriptum est: Omnis sapientia a domino deo est. Quod omnis sa-
pientia pietas dei est i. cultus, in sancto Job breviter declaratur.

2 — Hominis autem sapientia pietas est dei. Habes hoc in libro sancti Job. Nam ibi
legitur quod ipsa sapientia dixerit homini: Ecce pietas est sapientia. Si autem queras quam
dixerit eo loco pietatem, distinctius in greco reperies theosebiam quod est

dei cultus. Dicitur enim pietas et aliter eusebia hoc est bonus cultus quo nomine significatur
bonus cultus quamvis et hoc maxime referatur ad colendum deum. Sed nichil est commodius
illo nomine quo evidenter dei cultus expressus est, cum quid esset dei sapientia quereretur
Numquid breviter aliquid dici queris qui petis a me ut magna breviter dicam. An
3 hoc ipsum fortasse desideras breviter aperiri atque in sermone brevem colligi, quonam sit
colendus deus quonam modo sit colendus deus. Hic respondeo, fide spe caritate
colendum deum profecto dicturus es brevius hoc dictum esse quam velles. ac deinde peti
turus ea tibi breviter explicari que ad singula ista pertineant quid credendum sit
quid amandum quid sperandum. Quod cum fecero ibi erunt omnia illa que in episto
la quedam exposuisti. Cuius exemplum si est penes te facile est ut ea revol
vas et relegas. Si autem non est commemorante me recolas. Qualem librum si
4 sicut voluit vel que ut gerit propositum. Vis enim tibi ut scribis, librum a me fieri
quem Enchiridion dictum ut habeas et de tuis manibus non recedat continentem po
stulata, id est quid sequendum maxime quid propter diversas hereses fugiendum sit, in quantum
ratio pro religione contendat vel quid in ratione cum fides sola sit non con
veniat, vel quid primum quid ultimum teneat, que totius diffinitionis summa sit
quid certum propriumque fidei fundamentum. Hec omnia que requiris procul dubio scies
diligenter sciendo quid credi quid sperari debeat aut quid amari. Hec enim ma
xime immo sola in religione sequenda sunt. His qui contradicit aut omnino a
Christi nomine est alienus aut hereticus. Hec sunt defendenda ratione vel a sensibus
corporis inchoata vel ab intelligencia mentis inventa. Quod autem nec sensu
corporis experti sumus nec mente assequi valuimus aut valemus, sine ulla dubita
cione credenda sunt testibus a quibus ea que divina iam vocari meruit scriptura
confecta est qui ea sive per corpus sive per animam adiuti divinitus vel videre
vel etiam previdere potuerunt. De fide et perfectione spei et quod Christus ipse sit fidei ca-
tholice fundamentum capitulum

5 Cum autem initio fidei que per dilectionem operatur imbuta mens fuerit, tendit bene vivendo etiam ad speciem
pervenire ubi est sanctis et perfectis cordibus nota et ineffabilis pulchritudo cuius
plena visio est summa felicitas. Hoc est nimirum quod requiris. Nam requiris quid primum
quid ultimum teneatur. Inchoatur fide perficitur specie. Hec etiam totius diffinitionis est summa
Certum vero propriumque fidei catholice fundamentum est Christus. Fundamentum enim aliud
ait apostolus nemo potest ponere preter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Nec hoc ideo ne
gandum est proprium fundamentum esse fidei catholice quia putari potest aliquibus hereticis
hoc nobiscum esse commune. Si enim diligenter que ad Christum pertinent cogitentur nomine
invenitur Christus apud quoslibet hereticos qui se christianos vocari volunt. Re ipsa vero non
est apud eos. Quod ostendere nimis longum est quoniam commemorande sunt omnes hereses
que sunt sive que fuerunt sive que esse potuerunt sub vocabulo christiano. Et quam hoc
sit verum per singulas quasque monstrandum est. Que disputatio tam multorum est
voluminum ut etiam infinita videatur. Quod sit Enchiridion quod sibi fieri voluit

6 Tu autem enchiridion postulas id est quod manu possit astringi, quod non armaria
possit onerare. Ut igitur ad illa tria redeamus per que diximus colendum deum fide
spe et caritate, facile est cognoscere quid credendum quid sperandum quid amandum
sit. Sed quemadmodum adversus eorum qui diversa senciunt calumpnias defendatur, opero
sioris et uberioris est doctrine. Que ut habeatur, non brevi enchiridione
manus est implenda sed grandi studio pectus est accendendum. Quod symbolum et
oracio dominica fidem spem et caritatem in se contineant capitulum

7 Nam ecce tibi est symbolum et oracio dominica. Quid brevius auditur aut legitur? Quid
facilius memorie commendatur? Quia enim de peccato genus humanum gravi miseria premebatur et
divina indigebat misericordia, propheta dei tempus gracie predicens ait: Et erit
ut omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit. Propter hoc oracio. Sed apostolus cum ad
ipsam graciam commendandam hoc propheticum commemorasset testimonium continuo subiecit

quomodo invocabunt in quem non crediderunt, propterea in symbolo, in his duobus tria illa intuere: fides credit. Spes et caritas orant, extra quippe dictum est: quomodo invocabunt in quem non crediderunt. Qualiter hec tria sine se invicem non possunt esse. Capitulum decimum.

8 Quid autem sperari potest quod non creditur? porro aliquid etiam quod non speratur credi potest. Quis namque fidelium penas non credit impiorum? nec sperat tamen. Et quisquis eas imminere sibi credit, et fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur quam sperare. Que duo quidam distinguens ait: Liceat sperare timenti. Non autem ab alio poeta quamvis meliore predictum est: Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Denique nonnulli in arte grammatica verbo isto utuntur exemplo ad ostendendam impropriam dictionem, et aiunt: Sperare dixit pro timere. Est itaque fides et bonarum et malarum rerum, quia et bona creduntur et mala, et hoc fide bona non mala. Est etiam fides et preteritarum et presentium et futurarum. Credimus enim mortuum Christum, quod iam preteriit; credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est; credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides et suarum rerum est et alienarum. Nam et se quisque credit esse aliquando cepisse nec utique sempiternum, et alia atque alia, nec solum de aliis hominibus multa que ad religionem pertinent, verum etiam et angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium qui earum spem gerere perhibetur. Que cum ita sint, propter has causas distinguenda erit fides a spe, sicut vocabulo ita et rationabili differentia. Nam quod attinet ad non videre sive que creduntur sive que sperantur, fidei spei quoque commune est. In epistola quippe ad Hebreos, qua teste usi sunt illustres catholice fidei ac recte defensores, fides esse dicta est convictio rerum que non videntur. Quamquam quisque non verbis, non testibus, nec denique ullis argumentis, sed presentium rerum evidentia credidisse se dicit, hoc est fidem accommodasse, ut dici sit non ita videtur absurdum ut recte reprehendatur in verbo, eique dicatur: Vidisti et non credidisti. Unde putari potest non esse consequens ut non videatur quicquid creditur. Sed melius hanc appellamus fidem quam divina eloquia docuerunt, earum scilicet rerum que non videntur. De spe quoque ait apostolus: Spes que videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus. Cum ergo bona nobis futura esse creduntur, nihil aliud quam sperantur. Iam de amore quid dicam, ... Denique, ut ait Iacobus apostolus: Et demones credunt et contremiscunt, nec sperant vel amant, sed potius quod speramus et amamus venturum formidant. Propter quod apostolus Paulus fidem que per dilectionem operatur approbat atque commendat, que utique sine spe esse non potest. Proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, nec utrumque sine fide. De credulitate fidei racione non in natura rerum sed in creatoris bonitate consistit.

9 Cum ergo queritur quid credendum sit quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda est quemadmodum ab eis quos physicos Greci vocant; nec metuendum est ne aliquid de vi et numero elementorum, de motu atque ordine et defectibus siderum, de figura celi, de generibus et naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium, de spatiis locorum et temporum, de signis imminentium tempestatum, et alia sexcenta de his rebus quas illi vel invenerunt vel invenisse se existimant christianus ignoret; quia nec ipsi omnia reppererunt, tanto excellentes ingenio, flagrantes studio, abundantes ocio, et quedam humana coniectura investigantes, quedam vero historica experientia perscrutantes, et in eis que se invenisse gloriantur plura opinantes potius quam scientes. Satis est christiano rerum creatarum causam, sive celestium sive terrestrium, sive visibilium sive invisibilium, non nisi bonitatem credere creatoris, qui est unus Deus et verus; nullamque esse naturam que non aut ipse sit aut ab ipso; eumque esse trinitatem, patrem scilicet, et filium a patre genitum, et spiritum sanctum ab eodem patre procedentem, sed unum eundemque spiritum patris et filii. Qualiter bona sint que a summa trinitate create sunt.

10 Ab hac summe et aequaliter et immutabiliter bona trinitate creata sunt omnia, nec summe nec aequaliter nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula; simul vero universa valde bona, quia ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulchritudo. Bona quare Deus mala sinit ordinari vel que sit diffinicio mali.

11 In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum et loco suo positum eminentius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles

fatentur rex cui summa potestas cum summe bonus sit nullo modo sineret mali aliquid esse in operibus
suis nisi usque adeo esset omnipotens et bonus ut bene faceret de malo. Quid est autem quod ma
lum dicitur nisi privatio boni. Nam sicut corporibus animalium nihil aliud est morbis et vul
neribus affici quam sanitate privari. Neque id agitur cum adhibetur curatio ut mala illa
que inerant id est morbi ac vulnera recedant hinc et alibi sint sed ut utique ut non sint. Non
enim ulla substantia sed carnalis substantie vitium est vulnus aut morbus. Cum caro sit ipsa substantia
profecto aliquod bonum est cui accidunt ista mala id est privationes eius boni quod dicitur sani
tas. Ita et animorum quecumque sunt vitia naturalium sunt privationes bonorum que cum sanantur
non aliquo transferuntur sed ea que ibi erant nusquam erunt quando in illa sanitate non
erunt. **Bonas esse naturas omnes a summo bono factas qualibet causa et qualiter corruptio noceat intimatur**

12 Nature ergo omnes quoniam naturarum prorsus omnium
conditor summe bonus est bone sunt sed quia non sicut earum conditor summe et
incommutabiliter bone sunt ideo in eis et minui bonum et augeri potest. Sed bonum minui
malum est quamvis quantumcumque minuatur remaneat aliquid necesse est si adhuc natura
est unde natura sit. Neque enim si qualiscumque et quantulacumque natura est consumi bonum quo
natura est nisi et ipsa consumatur potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porro si et
incorruptibilis sit que corrumpi omnino non possit multo est procul dubio laudabilior.
Cum vero corrumpitur ideo malum est eius corruptio quia eam qualicumque privat bono. Si
nullo bono privat non nocet. Nocet autem adimit ergo bonum. Quamdiu itaque natura cor
rumpitur inest ei bonum quo privetur ac per hoc si nature aliquid remanebit quod iam
corrumpi nequeat profecto natura incorruptibilis est. Et ad hoc tam magnum bonum cor
ruptione perveniet. Et si corrumpi non desinet neque bonum utique habere desinet quo eam
possit privare corruptio. Quam si penitus totamque consumpserit ideo nullum bonum inerit
quia natura nulla erit. Quocirca bonum corruptio consumere non potest nisi consumendo naturam.
Omnis ergo natura bonum est magnum si corrumpi non potest parvum si potest. Negari tamen bonum
esse nisi stulte atque imperite prorsus non potest. Que si corruptione consumitur nec ipsa cor
ruptio remanebit ubi nulla esse possit subsistente natura. **Nullum posse esse
malum nisi nullum sit bonum et quod hec assertio prophetice non sit contraria**

13 Ac per hoc nullum est quod dicitur malum si nullum sit bonum. Sed bonum omni malo
carens integrum bonum est. Cui vero inest malum vitiatum vel vitiosum bonum
est nec umquam malum potest esse ullum ubi bonum est nullum. Unde res mira conficitur
ut quia omnis natura in quantum natura est bona est nihil aliud dici videatur cum vitiosa natura mala esse
natura dicitur nisi malum esse quod bonum est nec malum esse nisi quod bonum est
quia omnis natura bonum est. Nec res aliqua mala esset nisi res ipsa que mala est
natura non esset. Non ergo potest esse malum nisi in aliquo bono. Quod cum dici videatur
absurdum connexio tamen ratiocinationis huius velud inevitabiliter nos compellit hoc
dicere. Et cavendum est ne incidamus in illam sententiam propheticam ubi legitur Ve his
qui dicunt quod bonum est malum et quod malum est bonum qui dicunt tenebras
lucem et lucem tenebras qui dicunt dulce amarum et amarum dulce. Et tamen dominus
ait Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quid est autem ma
lus homo nisi mala natura. Porro si homo aliquod bonum est quia natura est quid est
malus homo nisi malum bonum. Tamen cum duo ista discernimus invenimus nec ideo ma
lum quia homo est nec ideo bonum quia iniquus est sed bonum quia homo malum quia iniquus
est. Quisquis autem dicit malum hominem esse aut quod bonum est iniquum esse ipse in
cidit in propheticam illam sententiam Ve his qui dicunt quod bonum est malum et quod
malum est bonum. Opus enim dei culpat quod est homo vitium hominis laudat quod
est iniquitas. Omnis itaque natura etiam si vitiosa est in quantum natura est bona
est in quantum vitiosa est mala est. **Quod in bonis ac malis omnes genus dia
lecticorum regula deficiat et quod sit corruptio et quod ex bonis mala orta sint**

14 Quapropter in his contrariis que bona et mala vocantur illa dialecticorum regula
deficit qua dicunt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aer simul
est tenebrosus et lucidus nullus cibus aut potus dulcis et amarus

nullo corpore simul ubi album ibi nigrum, nullo simul deforme ibi et formosum et
hoc in multis ac pene in omnibus contrariis invenitur ut in una re simul esse non possint
Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt sed mala
omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt quamvis bona sine malis esse possunt.
Potest enim homo vel angelus non esse iniustus. iniustus autem non potest esse nisi homo vel angelus. et bonum
quod homo bonum quod angelus malum quod iniustus. Et hec duo contraria ita simul sunt
ut si bonum non esset, prorsus nec malum esse potuisset, quia non modo ubi consisteret
sed unde oriretur corruptio non haberet nisi esset quod corrumperetur. quod nisi bonum esset
nec corrumperetur, quoniam nichil aliud est corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis igitur
mala orta sunt et nisi in aliquibus bonis non sunt nec erat alias unde oriretur
mali natura. Nam si esset profecto bonum esset et aut incorruptibilis natura magnum esset
~~nisi aliquod bonum~~ quod bonum aut etiam natura corruptibilis nullo modo esset nisi aliquod bonum
quod bonum corrumpendo posset ei nocere corruptio. Quod non sit contrarium dicte sentencie
quod dicitur non potest arbor mala fructus bonos facere cum dicitur mala ex bonis orta esse

Sed cum mala ex bonis orta dicimus non putetur hoc dominice sentencie refragari
qua dicit non potest arbor bona fructus malos facere. Non potest enim sicut veritas
dicit colligi uva de spinis quia non potest nasci uva de spinis sed ex bona terra et vites
nasci videmus et spinas. et eodem tamquam arbor mala fructus bonos id est opera bona
non potest facere voluntas mala. Sed ex bona hominis natura oriri voluntas potest et bona
et mala. Nec fuit prorsus unde primitus oriretur voluntas mala nisi ex angeli
et hominis natura bona. Quod et ipse dominus eodem loco ubi de arbore et fructibus lo-
quebatur apertissime ostendit. ait enim. Aut facite arborem bonam et fructum eius
bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum. Satis admonens ex
arbore quidem bona malos aut ex mala bonos nasci fructus non posse, ex ipsa
tamen terra cui loquebatur utramque arborem oriri posse. Non pertinet ad beatitudi-
nem consequendam scire causas in mundo corporalium motionum. Capitulum xvi

Que cum ita sint, quia nobis maronis ille versus placet felix qui potuit
rerum cognoscere causas non nobis videatur ad felicitatem consequendam pertinere. si sci-
amus causas magnarum in mundo corporalium motionum que abditissimis nature
sinibus occultantur. Unde tremor terris qua vi et maria alta tumescant obi-
cibus ruptis rursusque in se ipsa residant et cetera huiusmodi. Sed bonarum et malarum rerum
causas nosse debemus et id actenus quatenus eas homini in hac vita erroribus erumpnis-
que plenissima ad eosdem errores et erumpnas evadendas nosse conceditur.
Ad illam quippe felicitatem tendendum est ubi nulla quaciamur erumpna nullo
errore fallamur. Nam si cause corporalium motionum noscende nobis essent, nullas
magis nosse quam nostre valitudinis debemus. Cum vero eis ignoratis medicos querimus
quis non videat quod de secretis celi et terre nos lateat quanta sit pacientia nesciendum.
Quamvis enim error quanta possimus cura cavendus sit. Quare error potest cavendus

Quamvis enim error quanta possimus cura cavendus sit, non solum in maioribus verum eciam in minoribus rebus nec nisi rerum
ignorancia possit errari, non tamen est consequens ut continuo erret quisquis aliqua
nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum quod
erroris est proprium. Verum tamen in qua re quisque erret interest plurimum. Nam
in una eademque re et nescienti sciens et erranti non errans recta racione prepo-
nitur. In diversis autem rebus id est cum iste sciat alia ille alia. et iste meliora
ille minus utilia vel eciam noxia, quis non in eis que ille scit ei preferat
nescientem? Sunt enim quedam que nescire melius est quam scire. Item nonnullis
errare profuit aliquando sed via pedum non via morum. Nam nobis ipsis accidit

ut in quodam bivio fallerer ut non irem per eum locum ubi opperiens transitum meum Donatistarum manus armata subsederat atque ita factum est ut eo quo tendebam per devium circuitum pervenirem. Cognitis itaque illorum insidiis nos gratularer errasse atque inde deo gratias agerem. Quis ergo viatorem sic errantem non errantem latroni preponere dubitaverit. Et fortasse ideo apud illum summum poetarum loquitur quidam miser amator ut vidi ut perii ut me malus abstulit error. Quoniam est et error bonus qui non solum nichil obsit verum etiam prosit aliquid. Sed diligentius considerata veritate,

Quid est errare

cum aliud nichil sit errare quam verum putare quod falsum est falsumque quod verum est, vel certum habere pro incerto, incertum vero pro certo, sive sit falsum sive sit verum, idque tam sit in animo deforme atque indecens quam pulchrum et decorum esse sentimus vel loquendo vel assentiendo: est est, non non. Profecto et ob hoc ipsum est vita misera ista qua vivimus quia ei nonnumquam ut ad mitta est error necessarius. Absit ut talis sit illa vita ubi anima nostra ipsa sit illa ~~qua vivimus quia ei nonnumquam vitas~~ vita ubi nemo fallit fallitur nemo. Hic autem homines fallunt atque falluntur. Usque adeo tamen rationalis creatura refugit falsitatem et quantum potest devitat errorem ut falli nolint etiam quicumque amant fallere. Non enim qui mentitur videtur sibi errare sed alium in errorem mittere credentem sibi. Et in ea re quidem non errat quam mendacio tegit si novit ipse quid verum sit, sed in hoc fallitur quod putat sibi suum non obesse mendacium, quandoquidem magis facienti quam patienti obsit omne peccatum. Utrum ad officium hominis iusti pertineat aliquando mentiri

18 Verum hic difficillima et latebrosissima gignitur questio de qua iam grandem librum cum respondendi necessitas nos urgeret absolvimus, utrum ad officium hominis iusti pertineat aliquando mentiri. Nonnulli enim eo usque progrediuntur ut et periurare et de rebus ad dei cultum pertinentibus et de ipsa dei natura falsum aliquid dicere nonnumquam bonum pium quam opus esse contendant. Michi autem videtur peccatum esse omne mendacium, sed multum interesse quo animo et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille qui consulendi, quomodo ille qui voluntate nocendi mentitur. Et vero non tantum nocet qui viatorem mentiendo in diversum iter mittit quantum is qui viam vite mendacio fallente depravat. Nemo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod verum putat, quoniam quantum in ipso est non fallit ipse sed fallitur. Non itaque mendacii sed aliquando temeritatis arguendus est qui falsa incautius credita pro veris habet. Potius econtrario quantum in ipso est ille mentitur qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit quamvis verum inveniatur esse quod dicit. Nec ullo modo liber est a mendacio qui ore nesciens verum loquitur sciens autem voluntatem mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est qui nesciens falsum dicit quam qui mentiendi animum sciens gerit nesciens verum esse quod dicit. Ille namque aliud non habet in animo aliud in verbo, huic vero qualecumque per se sit ipsum quod ab eo dicitur aliud tamen clausum in pectore aliud in lingua promptum est, quod malum est proprium mentientis. In rebus autem que dicuntur consideratione rerum tantum interest qua in re quisque fallatur sive mentiatur, ut cum falli quam mentiri minus sit malum quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen sit longe tolerabilius in hiis que a religione sunt seiuncta mentiri quam in his sine quorum fide vel notitia ~~ad hominis voluntatem~~ deus coli non potest falli. Quod ut illustretur exemplis, intueamur quale sit si quispiam dum mentitur nunciet alicui vivere mortuum, et alius dum fallitur credat mortuum per longa tempora moriturum. Nonne illo mentiri quam isto falli incomparabiliter melius est, et multo minoris mali est in illum errorem aliquem inducere quam in istum ab aliquo induci. Quibus in rebus fallitur an peccata adiacenda sit

19 In quibusdam ergo rebus magno, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo malo, in quibusdam etiam nonnullo bono fallimur. Nam magno malo fallitur homo cum hoc non credit quod ad vitam ducit eternam vel quod ad mortem ducit eternam.

malo fallitur qui falsum pro vero approbando incidit in aliquas malas molestias temporales cohibi-
tum ad exhibita fideli cautela quanto sit eas in usum bonum veluti quisque bonum hominem pu-
tando qui malus est, aliquid ab eo patiatur mali. Qui vero malum hominem bonum
credit ut nihil ab eo aliquid mali patiatur nullo fallitur. Nec in eum cadit illa prophetica
detestatio Ve his qui dicunt quod malum bonum. De ipsis enim rebus quibus homines
mali sunt non de hominibus dictum intelligendum est. Unde qui adulterium dicit bonum recte ar-
guitur illa voce prophetica. Qui vero ipsum ~~ipsum~~ hominem dicit bonum quem putat castum
et nescit adulterum, non in doctrina rerum bonarum et malarum sed in occultis humanarum
fallitur morum, vocans hominem bonum in quo putat esse quod esse non dubitat bonum, et di-
cens malum adulterum et castum bonum, sed hunc bonum dicit nesciendo adulterum esse
non castum. Porro si per errorem evadit quisque perniciem sicut superius di-
ximus in itinere id contigisse etiam bonum aliquid homini confertur errore. Sed cum dico
quibusdam rebus nullo malo aliquem vel nullo etiam bono falli, non ipsum errorem
dico nullum malum vel nullum bonum, sed malum quo non venitur vel bonum quo ve-
nitur errando, id est ipso ex errore quod non eveniat vel quid eveniat. Nam ipse per seipsum
error, aut magnum in re magna, aut parvum in re parva, tamen semper est malum. Qui[s] [margin: tu]
enim nisi errans, malum neget approbare falsa pro veris aut improbare vera pro
falsis. Aut habere incerta pro certis aut e converso. Sed aliud est malum hominem putare
qui bonus quod est erroris, et aliud est ex hoc malo aliud malum non pati si
nihil nocet homo malus qui putatus est bonus. Item aliud est ab insidiis
malorum hominum liberari. [rubric:] Cum quis de malo homine bene sentit vel cum visibilibus fallitur.

[margin: 20] Nescio sane utrum huiusmodi error est cum homo de malo homine bene sentit quale
sit nesciens. Aut per eis que per sensum corporis capimus occurrunt nobis similia que
spiritu tamquam corpore, aut corpore tamquam spiritu sentiuntur. Quale putabat esse Petrus
apostolus quando existimabat se visum videre repente de clausuris et vinculis per angelum liberatus.
Aut in ipsis rebus corporis lene putatur esse quod asperum est, aut ~~dulce~~ dulce quod
amarum est aut bene olere quod putidum est, aut illum esse hominem cum alius sit
quando duo simillimi sunt quod in geminis sepe contingit. Unde et ille ait gratusque paren-
tibus error. Et alia cetera pertinentia dicenda sunt. Hec questio notissima est que sapientis-
simos homines et acutissimos Achademicos torsit. Nunc nobis enodanda suscepta est
utrum debeat sapiens aliquid approbare ne incidat in errorem si pro veris approbaverit
falsa cum omnia sicut asserunt vel occulta sint vel incerta. Unde tria confeci volumina
in initiis conversionis mee ne impedimento nobis esset que tamquam in ostio contradicebat. Et
utique fuerat removenda inveniende desperatio veritatis que illorum argumentationibus
roborari. Apud illos ergo ~~omnis~~ omnis error putatur esse peccatum quod vitari non posse
contendunt nisi omnis suspendatur assensio. Errare quippe dicunt eum quisquis
assentitur incertis nihil est autem certum esse in hominum visu propter incertam similitudinem
falsi, etiam si quod videtur forte sit verum. Acutissimis quidem sed impudentissimis
conflictationibus disputant. Apud nos autem iustus ex fide vivit. At si tollatur
quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera quamvis non videantur. Que
nisi credantur ad vitam eternam que beata est non potest perveniri. Cum istis vero
utrum loqui debeamus ignoro qui non victuros nesciunt sed in presenti se vivere nesciunt
immo nescire se dicunt quod nescire negare non possunt. Neque enim quisque sinitur nescire
se vivere quandoquidem si non vivit non potest aliquid scire vel nescire quoniam non solum
scire sed etiam nescire viventis est. Sed videlicet non assentiendo cavere sibi
videntur errorem cum etiam errando convincantur vivere quoniam non potest qui non vi-
vit errare. Sicut ergo nos vivere non solum verum sed etiam certum est, ita vera et certa
sunt multa quibus non assentiri [rubric:] In quibus rebus errantes non peccemus. Quamvis
absit ut sapientia potius quam dementia nominanda [rubric:] sit. adhuc vite miserias error pertinet [margin: 21]

[margin: sit] In quibus autem rebus nihil interest ad capessendum regnum dei utrum

credant an non vel utrum sive sint vera sive putentur. Falli in his errare est aliud pro alio
putare vel putare non arbitramur esse peccatum, aut si est minimum esse atque levissimum. Po-
stremo qualecumque vel quantumcumque sit, ad illam viam non pertinet qua imus ad deum, que
via fides est Christi que per dilectionem operatur. Neque enim ab hac via deviabat in geminis
filiis gratus ille error parentibus, aut ab hac via deviabat apostolus Petrus quando
se existimans visum videre, aliquid pro alio sic putabat ut a corporum imaginibus in quibus
se esse arbitrabatur, vera in quibus erant corpora non discerneret, nisi cum ab eo angelus
per quem fuerat liberatus abscessisset; aut ab hac via etiam non deviabat Jacob patriarcha
quando viventem filium a bestia credebat occisum. In his atque huiusmodi falsitatibus, salva
fide que nobis in deum est fallimur, et via non relicta que ad illum nos ducit deviamus.
Qui errores etsi peccata non sunt, tamen in malis huius vite deputandi sunt, que ita
subiecta est vanitati, ut approbentur hic falsa pro veris, improbentur vera pro falsis, teneantur
incerta pro certis. Nam etsi hec ab ea fide absunt per quam veram certamque ad eternam
beatitudinem tendimus, ab ea tamen miseria non absunt in qua adhuc sumus. In illo
quippe falleremur in aliquo nullo animi vel corporis sensu, sed iam vera illa atque perfecta
felicitate frueremur. Quod sit peccatum omne mendacium quamvis aliquando venialia peccata sint

Porro omne mendacium ideo non nisi pro salute hominis mentientium. Capitulum

22 Porro omne mendacium ideo
dicendum est esse peccatum, quia homo non solum quando scit quod verum sit, sed etiam si quando
errat et fallitur sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit, sive illud verum
sit, sive putetur et non sit. Omnis autem qui mentitur, contra id quod animo sentit loquitur
voluntate fallendi. Et utique verba sunt instituta, non per que homines ad invicem se fal-
lant, sed per que ~~homines ad invicem~~ in alterius quisque notitiam cogitationes suas
perferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad id ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideo
ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia non possumus aliquando alicui prodesse
mentiendo. Possumus enim et furando, si pauper cui palam datur sentit co-
modum, et dives cui clam tollitur non sentit incommodum. Nec ideo tale furtum
dixerit quisquam non esse peccatum. Possumus et adulterando, si aliqua nisi ad hoc
ei consentiatur appareat amando moritura, et si vixerit penitendo purganda, nec
ideo peccatum negabitur tale adulterium. Si autem merito nobis placet castitas, quid
offendit veritas, ut propter ~~purganda~~ alienam utilitatem illa non violetur adulte-
rando, et violetur ista mentiendo? Plurimum quidem profecisse homines qui non nisi pro
salute hominis mentiuntur non est negandum; sed in eorum tali profectu merito laudatur
vel etiam temporaliter remuneratur benivolentia, non fallacia, que ut ignoscatur satis
est, non ut etiam predicetur, maxime in heredibus testamenti novi quibus dicitur: Sit in ore vestro:
est est, non non; quod autem amplius est, a malo est. Propter quod ipsum malum, quia subrepere
non in hac mortalitate desinit, etiam ipsi coheredes Christi dicunt: Dimitte nobis
debita nostra. Que sint cause bonarum rerum et que malarum. Capitulum

23 His itaque pro brevitate tractatis, quoniam cause cognoscende sunt rerum
bonarum et malarum, quantum vie satis est que nos perducat ad regnum ubi
erit vita sine morte et sine errore veritas, sine perturbatione felicitas, nullo modo
dubitare debemus rerum que ad nos pertinent bonarum causam non esse nisi bo-
nitatem dei, malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis vo-
luntatem, prius angeli, hominis postea. Quod primum creature rationalis malum vel quod

Hoc primum est creature rationalis malum. Hec mala secuta sunt: Deinde
id est prima privatio boni. Deinde iam etiam nolentibus subintravit igno-
rantia rerum agendarum et concupiscentia noxiarum, quibus comites subinferuntur error
et dolor. Que duo mala quando imminentia sentiuntur, ea fugitantis animi motus vocatur
metus. Porro animus cum adipiscitur concupita quamvis perniciosa vel inania,
quoniam id errore non sentit, vel delectatione morbida vincitur, vel vana etiam letitia
ventilatur. Ex his morborum non ubertatis sed indigentie tamquam fontibus, omnis

iusticia nature racionalis emanat Quod in ipsius malis racionalis creatura beatitudinis appe
titum non amiserit, et quod homo habeat penam peccati corporis mortalitatem

Que tamen natura in malis suis amittere non potuit beatitudinis appetitum, dixit dyabolus
ero similis altissimo Et hanc dixit esse beatitudinem sicut dei hec est beatitudinis ap
petitores viri hec omnia mala sunt hominum et angelorum propria malicia divina iusticia
dampnatorum Sed homo passus penam peccati qua eciam corporis morte punitus est
mortem quippe supplicium ei dominus comminatus fuerat si peccaret Sic eum muniens libero
arbitrio ut tamen regeret imperio terreret exitio atque in paradisi felicitate tamquam in umbra
vite ubi iusticia custodita in meliora ascenderet collocavit Quod peccatum ade transierit
Hinc post peccatum exul effectus, stirpem quoque suam quam peccando in posteros traxerit
in se tamquam in radice viciaverat pena mortis et dampnacionis obstrinxit ut
quicquid prolis ex illa et simul dampnata coniuge per quam peccaverat per carnalem concupiscenciam
in qua inobediencie pena similis retributa est nasceretur traheret originale peccatum quo tra
heretur per errores dolores quoque diversos ad illud extremum cum desertoribus angelis vicia
toribus possessoribus et consortibus suis sine fine supplicium Sicut per unum hominem
peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, ita et in omnes homines pertransiit in quo
omnes peccaverunt Mundum quippe appellavit eo loco apostolus universum genus humanum
Ita ergo res se habebat Quare humani generis massa extra dei iacebat in
malis lugens cum desertoribus angelis penas iustissimas manente in eis bonitate creatoris
iacebat in malis vel eciam volvebatur, et de malis in malis precipitabatur tamquam
Iacebat humani generis massa dampnata et adiuncta parti eorum qui peccaverunt angelorum
luebat impie desercionis penas dignissimas ad iram quippe dei pertinet iusticia
quicquid ceca vel indomita concupiscencia faciunt libenter mali, et quicquid manifestis apertis
que penis patiuntur inviti Non sane creatoris desistente bonitate et malis angelis
suam ministrante vitam vivacem quoque potenciam que subministracio si auferatur interibunt
et hominum quamvis de propagine viciata dampnata quoque nascencium formare semina
et animare et ordinare membra per temporum etates per locorum spacia vegetare sensus animae
et alere atque ordinare membra
tollendo dampnare Melius enim iudicavit de malis bene facere quam mala nulla permittere et
si quid amoliens hominum reformacione nullorum prorsus esse voluisset, sicut impiorum
nulla est angelorum, nonne merito fieret. Ut natura que deum deseruit quem preceptum
dedit et sui creatoris quod custodire facillime potuit sua male utens potestate cal
cavit atque transgressa est que in se sui creatoris ymaginem ab eius lumine contumaciter
avertit atque salubrem servitutem ab eius legibus male libero
abusa arbitrio, universa in eternum desereretur ab eo et pro suo merito penam imponeret
sempiternam plane ita quoque faceret si tamen iustus non eciam misericors esset suamque inde
bitam misericordiam multo evidencius in indignorum potius liberacione monstraret
Quod quibusdam angelorum cadentibus per superbiam ceteri in eternitate stabilitatem
Angelis igitur aliquibus eterne beatitudinis acceperunt sequitur 29
impia superbia desertoribus deo et in huius aeris imam caliginem deiectis residuus numerus angelorum in eterna cum deo beatitudine et
sanctitate permansit Neque enim ex uno angelo lapso atque dampnato ceteri propagati
sunt ut eos sicut homines originale malum obnoxie successionis vinculis
alligatos atque universos traheret ad debitas penas, sed ideo quod dyabolus factus
est cum suis sociis impietatis elacione et ipsa cum eis elacione prostrato ceteri pro
pria obediencia domino coheserunt accipientes eciam quod illi non habuerunt certam scien
ciam qua essent de sua sempiterna et nunquam casura stabilitate securi placuit
itaque universitatis creatori atque moderatori deo ut quia non tota multitudo an
gelorum perierat, ea que perierat in perpetua perdicione remaneret que autem cum deo
persisteret de sua certissime cognita semper futura felicitate secura gauderet Quod numerus bonorum
angelorum qui diminutus est per ruinam angelorum ex hominibus suppleatur et quis hic numerus sit
deo notus

Illa vero creatura rationalis que in hominibus erat, que peccatis atque suppliciis originalibus et propriis tota pierat ex eius parte reparata quod angelice societati ruina illa diabolica minuerat suppletur. Hoc enim promissum est resurgentibus sanctis quod erunt equales angelis dei. Ita superna Ierusalem mater nostra civitas dei nulla suorum civium numerositate fraudabitur sed uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum aut immundorum demonum novimus in quorum locum succedentes filii sancte matris que sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderunt sine ullo temporis termino permanebunt sed illorum civium numerus sive qui est sive qui venturus est in contemplatione est eius artificis qui vocat ea que non sunt tamquam ea que sunt atque in mensura numero et pondere cuncta disponit. Quod non propriis operibus nec per liberum arbitrium sed per solum dei liberari potuit genus humanum.

Verum hec pars generis humani cui liberationem deus regnumque promisit eternum numquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operatur perditus, nisi quantum fuerit a perditione liberatus? Numquid libero voluntatis arbitrio? Male utens homo et se perdidit et ipsum. Sicut enim qui se occidit utique vivendo se occidit, sed se occidendo non vivit nec se ipsum poterit resuscitare cum occiderit. Ita cum libero peccaretur arbitrio victore peccato amissum est et liberum arbitrium. A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est. Petri certe apostoli est ista sententia. Que cum vera sit, qualis queso potest servi addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim servit qui sui domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est qui servus est peccati. Unde et iuste faciendum liber non erit nisi a peccato liberatus esse iustitie ceperit servus. Ipsa est vera libertas propter recti facti leticiam simul et pia servitus propter precepti obedienciam. Sed ad bene faciendum ista libertas unde erit homini addicto et vendito nisi eum redimat ipse cuius illa vox est: Si vos filius liberaverit tunc vere liberi eritis. Quod antequam fieri in homine incipiat quomodo quisquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere qui nondum est liber ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat, quam cohibet apostolus dicens: Gratia salvi facti estis per fidem. Quod fides atque bona opera incipiunt graciam tribuunt. Sequitur capitulum.

Et ne ipsam saltem fidem sic homines arrogarent ut non intelligerent divinitus esse donatam, sicut idem apostolus alio in loco dicit ut esset fidelis misericordiam consecutus, ideo adiunxit atque ait: Et hoc non ex vobis sed dei donum est, non ex operibus ne forte quis extollatur. Et ne putaretur fidelibus bona defutura opera, rursus adiecit: Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Ihesu in operibus bonis que preparavit deus ut in illis ambulemus. Tunc ergo efficimur vere liberi cum deus nos fingit id est creat et format, non ut homines quod iam fecit, sed ut boni homines simus quod nunc gratia sua facit ut simus in Christo nova creatura secundum quod dictum est: Cor mundum crea in me deus. Neque enim cor eius quantum pertinet ad naturam cordis humani iam non creaverat deus, sed renovationem anime demorantis in corde psalmista postulat. Et deus operatur in nobis et velle et perficere sicut apostolus inculcatur predicat et scriptura divina testatur.

Item ne quisquam et si non de operibus, de ipso glorietur libero voluntatis arbitrio tamquam ab ipso incipiat meritum cui tamquam debitum reddatur premium bene operandi ipsa libertas, audiat eundem gratie preconem dicentem: Deus enim est qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate. Et alio loco: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Cum procul dubio si homo eius etatis est ut ratione iam utatur non possit credere sperare diligere nisi velit nec pervenire ad palmam superne vocationis dei nisi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo non volentis neque currentis, nisi quod ipsa voluntas sicut scriptum est a deo preparatur. Alioquin si propterea

dictum est non volentis neque currentis sed miserentis dei est quod coniunctum est in se voluntati hominis
et misericordia dei ut sit dictum accipiamus non volentis neque currentis sed miserentis est dei
tamquam diceret Non sufficit sola voluntas hominis si non sit etiam misericordia dei Non ergo
sufficiat sola misericordia dei si non sit voluntas hominis ac per hoc recte sit dictum est Non vo-
lentis hominis sed miserentis dei quia id voluntas sola hominis non implet Cur non e contrario
dicitur Non miserentis est dei sed volentis est hominis, ne apostolo apertissime contradicat Restat ut
propterea recte dictum intelligatur Non volentis neque currentis sed miserentis est dei ut totum
detur deo qui hominis voluntatem bonam et preparat adiuvandam et adiuvat preparatam Pre-
cedit enim bona voluntas hominis multa dona dei sed non omnia, que autem non precedit ipsa
in eis est et ipsa est Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis Misericordia eius preveniet me, et
misericordia eius subsequetur me Nolentem prevenit ut velit volentem subsequitur ne fru-
stra velit Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris utique nolentibus pie vivere nisi
ut deus in illis operetur et velle Item quare admonemur petere ut accipiamus nisi
ut ab illo fiat quod volumus a quo factum est ut velimus Oramus ergo pro inimicis nostris ut
misericordia dei preveniat eos sicut prevenit nos Oramus autem pro nobis ut misericordia eius subse-
quatur nos **Quod iusta dampnacione sub ira dei tenebatur genus humanum donec veniret salvator qui nos ab hac ira liberaret**

Tenebatur itaque iusta dampnacione genus humanum Cum omnes dies nostri defecerunt (?)
et omnes erant filii ire dei. De qua ira scriptum est Quoniam omnes dies nostri defece-
runt et in ira tua defecimus anni nostri sicut aranea meditabuntur, De qua ira etiam dicit
Iob homo natus ex muliere brevis vite et plenus ire De qua ira dicit dominus ihesus christus
Qui credit in filium dei habet vitam eternam qui autem non credit, non habet vitam eternam
sed ira dei manet super eum Non ait veniet sed manet Cum hac quippe omnis homo nascitur propter quod dicit apostolus Fuimus
enim aliquando et nos natura filii ire sicut et ceteri. In hac ira cum essent homines per origina-
le peccatum tanto gravius et perniciosius quanto maiora vel plura insuper addiderunt **De
mirabili sacramento mediatoris dei et hominum Sequitur Capitulum**

Necessarius erat mediator id est reconciliator qui hanc iram sacrificii singularis
oblacione placaret cuius erant umbre omnia sacrificia legis et prophetarum Unde dicit apostolus
Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis
reconciliati nunc in sanguine eius salvi erimus ab ira per ipsum Cum autem deus
irasci dicitur, non eius significatur perturbacio qualis est in animo irascentis hominis, sed ex humanis
motibus translato vocabulo vindicta eius que non nisi iusta est, ire nomen acce-
pit Quod ergo per mediatorem reconciliamur deo et accipimus spiritum sanctum, ut efficiamur ex inimicis
filii quotquot enim spiritu dei aguntur hii filii sunt dei hec est gratia
per ihesum christum dominum nostrum, De quo mediatore longum est ut quanto dignum est tanto di-
catur quamvis ab homine digne dici non possit Quis enim hoc solum congruentibus ex-
plicet verbis quod verbum caro factum est et habitavit in nobis ut crederemus in dei
patris omnipotentis unicum filium natum de spiritu sancto et virgine maria Ita quippe verbum caro factum
est a divinitate carne suscepta non in carnem divinitate mutata Carnem quippe
hic debemus accipere hominem a parte totum significante locucione sicut dictum est Quia ex operibus
legis non iustificabitur omnis caro id est omnis homo Nam nichil humane nature in illa
susceptione fas est defuisse dicere, sed nature ab omni peccati nexu omnimodo libere
non qualis de utroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cum obligacione delicti
cuius reatus per regeneracionem abluitur, sed qualem de virgine nasci oportebat
quem fides matris non libido conceperat Quod si vel nascente corrumperetur eius inte-
gritas non iam ille de virgine nasceretur ~~oporteret~~, eumque falso quod absit natum
de virgine maria tota confiteretur ecclesia que imitans eius matrem quottidie
parit membra eius et virgo est Lege si placet de virginitate sancte marie
meas litteras scriptas ad illustrem virum quem cum honore nominando Volusianum De duabus

[C]iatiuis in qua filii dei persona constantibus. Sequitur capitulum

Proinde ihesus xpistus dei filius est et deus et homo ante omnia secula, homo in nostro
seculo, deus quia dei verbum, deus enim erat verbum. homo autem quia in unitatem persone
accessit verbo dei anima rationalis et caro. Quocirca in quantum deus est, ipse et pater unum sunt
in quantum autem homo est pater maior est illo. Cum enim esset unicus dei filius non gratia sed
natura ut esset etiam plenus gratia. factus est et hominis filius idemque utrumque ex utroque unus
xpistus, qui in forma dei esset non rapinam arbitratus est quod natura erat id est esse equalem
deo. Exinanivit autem se accipiens formam servi non amittens vel minuens formam
dei. ac per hoc et minor factus est et mansit equalis utrumque unus sicut dictum est, sed
aliud propter verbum et aliud propter hominem, propter verbum ~~factus est~~ equalis patri propter hominem
minor patre unus dei filius idemque hominis filius. non duo dei filii deus et homo
sed unus dei filius. deus sine initio. homo a certo initio dominus noster ihesus xpistus. Hic
fit evidens indicium huiusmodi gratie dei quod in homine xpisto vera natura promeruit

36 Hic omnino granditer et evidenter dei gratia commendatur quod enim natura humana in homine
xpisto meruit ut in unitate persone unici filii dei singulariter esset assumpta que
bona voluntas cuius boni propositi studium que bona opera precesserunt quibus mereretur
iste homo ut una fieret persona cum deo. Numquid antea fuit homo et hoc ei singulare benefi-
cium prestitum est ut singulariter promereretur deum. Nempe ex quo homo esse cepit, non aliud
esse cepit nisi quam dei filius et hoc unicus, et propter verbum deum id est hominis filium quod illo
suscepto verbum caro factum est utique deus ut quemadmodum una persona quilibet homo, anima
scilicet rationalis et caro, ita sit xpistus una persona. verbum et homo. Unde nature humane
tanta gloria nullis precedentibus etiam meritis sine dubitatione gratuita nisi quia magna
hic et sola dei gratia fideliter et sobrie considerantibus evidenter ostenditur ut intelli-
gant homines per eandem gratiam se iustificari a peccatis per quam factum est ut homo xpistus nullum
posset habere peccatum. Sic etiam matrem angelus salutavit cum ei futurum nunciavit hunc
partum. Ave inquit gratia plena. Et paulo post. Invenisti ait gratiam apud deum. Et
hec quidem gratia plena et invenisse gratiam apud deum dicitur ut domini sui immo dei
cuius mater esset. De xpisto autem ipso iohannes evangelista cum dixisset. Et verbum caro factum est et
habitavit in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratia
et veritate. Quod ait verbum caro factum est et habitavit in nobis hoc est plenum gratia quod ait
gloriam quasi unigeniti a patre hoc est plenum veritate. Veritas quippe est ipse unigenitus
dei filius non gratia sed natura, gratia suscepit hominem tanta unitate persone ut idem ipse
etiam esset hominis filius et dei. Quod gratia etiam demonstratur in hoc quod de spiritu sancto natus dicitur

31 Idem namque ihesus xpistus filius dei unigenitus idem unicus dominus noster natus est
de spiritu sancto ex maria virgine et utique spiritus sanctus dei donum est quod quidem ipse equale
donanti et ideo deus est etiam spiritus sanctus patre filio que non minor. Et hoc ergo quod de
spiritu sancto est secundum hominem nativitas xpisti quid aliud quam ipsa gratia demonstratur. Cum
enim ~~[illegible]~~ virgo quesisset ab angelo quomodo fieret quod ei nunciabat. quoniam quidem illa
virum non cognovisset. respondit angelus. Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi
[illegible] obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et
ioseph cum vellet eam dimittere suspicatus adulteram. quam sciebat non de se gravidam
inde talem responsum ab angelo accepit. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod
enim in ea natum est de spiritu sancto est. Dicitur spiritu sancto, quo modo tamen quia ipse de illo et de
maria virgine natus. Nimis non sit quomodo promon hominis xpisti inexplicabilis est

Numquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominis xpisti esse spiritum sanctum ut deus pater
verbum genuerit, spiritus sanctus hominem. et quasi ex qua spiritus ex qua utrique substantia xpistus
unus esset et dei patris filius secundum verbum et spiritus sancti filius secundum hominem et quia

cui spiritus sanctus tamquam pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit
Nec opus est ostendere disputando quanta alia sequatur absurda. Cum hoc ipsum ita
sit absurdum ut nulle fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicut confitemur dominum
nostrum ihesum christum qui de deo deus homo autem natus est de spiritu sancto et maria virgine
utraque substantia divina scilicet et humana filius unicus est patris dei omnipotentis de quo procedit
spiritus sanctus. Sic eum quo dicimus christum natum de spiritu sancto nec non eum genuit spiritus sanctus
Ex quo fecit. quia dominus noster ihesus christus inquantum deus omnia per ipsum facta sunt inquantum
autem homo est et ipse factus est sicut apostolus dicit factus est ex semine david secundum carnem
Sed cum illam creaturam quam virgo concepit et peperit quamvis ad solam personam filii dei
pertinentem tota trinitas fecit. Neque enim separabilia sunt opera trinitatis. Cur ea fa
cienda solus spiritus sanctus nominatus est. Cum quando unus trium in aliquo opere nominatur
universa operari trinitas intelligitur. Ita vero est et exemplis doceri potest sed non est
in hoc diutius immorandum. Illud enim movet quomodo dictum sit natus de spiritu sancto
cum filius nullo modo sit spiritus sancti. Neque enim quia mundum istum fecit deus dici eum fas
est filium dei aut natum de deo sed factum aut creatum vel conditum vel institutum
ab illo vel si quid huiusmodi ratione possumus dicere. Hoc igitur cum confitemur eum na
tum de spiritu sancto et maria virgine quomodo non sit filius marie et de illo et de
illa natus explicare difficile est. Procul dubio quippe non sic de illo ~~et de illa na~~
~~tus quomodo audivi non semper dici filium quicquid de re aliqua nascitur et dici filium~~
et de patre sit aut de illa et de matre natus est. Exempla quod non dicitur
non semper dici filium quicquid de re aliqua nascitur et dici filium de quo non nascitur

Non igitur concedendum est quicquid de aliqua re nascitur continuo eiusdem rei
filium nuncupandum. Ut enim omittam aliter de homine nasci filium aliter
capillum aliter pediculum vel lumbricum quorum nullus est filius. Ut hec o
mittam quoniam tante rei deformiter comparantur. Certe qui nascuntur ex aqua et spiritu
sancto non aque filios eos dixerit quispiam sed plane dicuntur filii dei patris et
matris ecclesie. Sic ergo de spiritu sancto natus est filius dei patris non spiritus sancti.
Nam et illud quod de capillo diximus et ceteris ad hoc tantum valet ut admo
neamur non omne quod de aliquo nascitur etiam filium eius de quo nascitur posse
dici. Sicut non omnes qui dicuntur alicuius filii consequens est ut etiam nati de eo
dicantur sicut sunt qui adoptantur. Dicuntur etiam filii gehenne non ex illa
nati sed in illam parati sicut filii parantur ad regnum. Quomodo dicimus ihesum
christum de spiritu sancto natum ut insinuet gratiam qua eius humanitas nullis pre
cedentibus meritis in ipsa conceptione deo verbo copulata est. Capitulum xxi

Cum itaque de alio nascatur aliquid etiam non eo modo ut sit filius
nec rursum omnis qui dicitur filius de illo natus sit cuius dicitur filius
profecto modus iste quo natus est christus de spiritu sancto non sicut
filius et de maria virgine sicut filius insinuat nobis gratiam dei qua homo
nullis precedentibus meritis in ipso exordio nature sue quo esse cepit verbo dei co
pularetur in tantam persone unitatem ut idem ipse esset filius hominis et filius
hominis qui filius dei. Ac sic in nature humane susceptione fieret quodammodo ipsa gratia
illi homini naturalis que nullum peccatum posset admittere. Que gratia propterea per spiritum
sanctum fuerat significanda quia ipse proprie sic est deus ut dicatur etiam dei donum. Unde
sufficienter loqui si tamen id fieri potest valde prolixe disputationis est. De morte et
resurrectione christi nostri hominis huius peccati factus sit tamen ipse peccatoribus peccatum

Nulla igitur voluptate carnalis concupiscentie seminatus sive conceptus est et ideo
nullum peccatum originale trahens verbo patris unigenito non gratia sed natura
in unitatem persone modo mirabili et ineffabili adiunctus atque coniunctus est

deformiter

ro

et ideo nullum peccatum ipse committens tamen propter similitudinem carnis peccati in qua venerat dictus est et ipse peccatum sacrificandus ad diluenda peccata. In veteri quippe lege peccata vocabantur sacrificia pro peccatis quod vere iste factus est, cuius umbre erant illa. Hinc apostolus cum dixisset Obsecramus pro Christo reconciliari vos Deo continuo subiunxit atque ait Eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, tamquam nobis Christus ipse peccatum fecit vel peccaverit, sed ait Eum qui non noverat peccatum id est Christum pro nobis peccatum fecit Deus cui reconciliandi sumus. hoc est sacrificium pro peccatis per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum ut nos iustitia, nec nostra sed Dei nec in nobis sed in ipso sicut ipse peccatum non suum sed nostrum nec in se sed in nobis constitutum similitudine carnis peccati in qua crucifixus est demonstravit.

(Margin: ut nos simus iustitia Dei in ipso. Non ait ut legitur in quibusdam mendosis codicibus is qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit)

Quod mors et resurrectio Christi sacramentum baptismi fiet

Et quia peccatum ei non inerat, ita quodammodo peccato moreretur dum moritur carni in qua erat similitudo peccati et tamen vitam novam sua resurrectione signaret ipsum est quod in nobis celebratur magnum baptismatis sacramentum ut quicumque ad istam pertinent gratiam moriantur peccato sicut ipse mortuus est quia mortuus est carni hoc est peccati similitudini et vivant a lavacro renascendo sicut ipse a sepulcro resurgendo quamlibet etatem corporis gerant. Quod omni etati necessaria sit baptisma

A parvulo enim recens nato usque ad decrepitum senem sicut nullus prohibendus est a baptismo ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo sed parvuli tantum originali maiores autem etiam omnibus moriuntur peccatis quecumque male vivendo addiderunt ad illud quod nascendo contraxerunt. Quod pluraliter maiores singulariter mori peccato dicuntur in baptismo cum legitur peccata quia et parvuli in remissionem peccatorum baptizari dicuntur. Capitulum xliiii

Sed ideo etiam ipsi peccato mori plerumque dicuntur cum procul dubio non uni sed multis peccatis omnibusque moriuntur quecumque commiserant iam propria vel cogitatione vel locutione vel opere quia et per singularem numerum pluralis significari solet sicut ait ille Uterumque armato milite complent cum hoc multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur Ora Dominum ut auferat a nobis serpentem. non ait serpentes quos patiebatur populus ut hoc diceret et innumerabilia sunt talia. Cum vero et illud originale unum plurali numero significatur cum dicimus in remissionem peccatorum baptizari parvulos nec dicimus in remissionem peccati illa est contraria locutio qua per pluralem singularis numerus significatur sicut in evangelio Herode mortuo dictum est Mortui sunt enim qui querebant animam pueri non est dictum mortuus est. Et in Exodo Fecerunt inquit sibi deos aureos cum unum vitulum fecerint de quo dixerunt Hi sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de terra Egypti et hic pluralem ponentes pro singulari. Quare in uno peccato quod per hominem intravit in mundum intelliguntur plura peccata. Capitulum xlv

Quamvis et in illo uno peccato quod per unum hominem intravit in mundum et in omnes homines pertransiit propter quod etiam parvuli baptizantur possint intelligi plura peccata si unum ipsum in sua singula quasi membra dividatur. Nam et superbia est illic quia homo in sua potius esse quam in Dei potestate dilexit. Et sacrilegium quia Deo non credidit. Et homicidium quia se precipitavit in mortem. Et fornicatio spiritualis quia integritas mentis humane serpentina suasione corrupta est. Et furtum quia cibus prohibitus usurpatus est. Et avaritia quia plus quam sufficere debuit appetivit. Et si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inveniri potest. Quod non immerito dicatur parentum filios obligari nisi gratia et misericordia divina succurrat. Capitulum

(Margin: piate)

Parentum quoque peccatis parvulos obligari non solum primorum hominum sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina sententia: Reddam peccata patrum in filios, tenet eos utique antequam per regenerationem ad novum testamentum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur cum diceretur per Ezechielem non accepturos filios peccata patrum suorum, ut etiam ulterius futuram in Israel parabolam illam: Patres nostri manducaverunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupuerunt. Ideo quisque renascitur ut solvatur in eo quidquid peccati est cum quo nascitur. Nam peccata que male agendo postea committuntur possunt et penitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Et per hoc non est instituta regeneratio nisi quia vitiosa est generatio usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis mater mea in utero me aluit. Neque hic dixit in iniquitate vel peccato, ad hoc recte dici potuit, sed iniquitates et peccata dicere maluit, quia etiam et in illo uno quod in omnes homines pertransiit atque tam magnum est ut eo mutaretur et converteretur in necessitatem mortis humana natura, reperiuntur sicut supra disserui plura peccata, et alia parentum que si non ita possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios suos, nisi gratuita gratia et misericordia divina subveniat. Non esse temere affirmandum utrum peccata parentum vindicentur usque in tertiam vel quartam generationem computentur.

Sed de peccatis aliorum parentum quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum progenitoribus suis quisque succedit, non immerito disceptari potest utrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, ut tanto peius quanto posterius quisque nascatur; an propterea Deus in tertiam et quartam generationem de peccatis parentum posteris comminetur, quia iram suam quantum ad progenitorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis sue, ne illi quibus regenerationis gratia non confertur nimia sarcina in ipsa sua eterna damnatione premerentur, si cogerentur ab initio generis humani omnium precedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere et penas pro eis debitas sustinere; an aliquid aliud de re tanta in scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis valeat reperiri, temere affirmare non audeo.

Ab originali peccato neminem posse salvari nisi per mediatorem dei et hominum Ihesum Christum.

Illud tamen unum peccatum quod tam magnum in loco et habitu tante felicitatis admissum est, ut in uno homine originaliter atque ut ita dixerim radicaliter totum genus humanum damnaretur, non solvitur ac diluitur nisi per unum mediatorem dei et hominum hominem Ihesum Christum, qui solus potuit ita nasci ut ei non esset opus renasci. Christum renasci in baptismate Iohannis quem ex humilitate cum sit mortis dispensator suscepit.

Non enim renascebantur qui baptizabantur baptismate Iohannis, quo et ipse Christus baptizatus est; sed quodam eius precursorio illius ministerio qui dicebat: Parate viam Domino, huic uni in quo solo renasci poterant parabantur. Huius enim baptismus non aqua tantum sicut fuit Iohannis, verum etiam in spiritu sancto, ut de illo spiritu regeneretur quisquis in Christum credidit, de quo Christus generatus regeneratione non indiguit. Unde vox illa patris que super baptizatum facta est: Ego hodie genui te, non unum illum temporis diem quo baptizatus est, sed immutabilis eternitatis ostendit, ut illum hominem ad unigeniti personam pertinere monstraretur. Ubi enim dies nec hesterni fine inchoatur nec initio crastini terminatur, semper hodiernus dies est. In aqua ergo baptizari voluit a Iohanne, non ut eius iniquitas ulla dilueretur, sed ut magna commendaretur humilitas

Ista quippe nichil in eo baptismus quod ablueret. sicut mors nichil quod puniret invenit ut diabolo veritate iusticie non violencia potestatis oppressus et victus. qui ipsum sine ullo peccato iniquissime occideret per ipsum iustissime amitteret quos peccati merito detinebat. Utrumque igitur ab illo id est baptismus et mors certe dispensacionis causa non miseranda necessitate sed miserante pocius voluntate susceptum est ut peccatum tolleret mundi. sicut unus peccatum misit in mundum hoc est universum genus humanum *Quod gratia Christi non solum illud originale peccatum sed cuncta simul abstulit que addita invenit*

Nisi quod ille unus peccatum misit in mundum iste vero unus non solum id unum sed cuncta simul abstulit que addita invenit. Unde dicit apostolus Non sicut unum peccatum ita et donum Nam iudicium quidem ex uno in condempnacionem, gratia autem ex multis delictis in iustificacionem quia utique illud unum quod originaliter trahitur eciam si solum sit obnoxios dampnacioni facit. Gratia vero ex multis delictis iustificat hominem qui preter illud unum quod cum ceteris communiter traxit sua quoque propria commisit multa mala. *Omnes homines ex adam natos sub dampnacione teneri et homines a Christo renatos a dampnacione liberari*

Verumtamen quod paulo post dicit Sicut per unius delictum in omnes homines in dampnacionem. ita per unius iustificationem in omnes homines in iustificationem vite. satis indicat ex adam neminem natum nisi dampnacione detineri et neminem nisi in Christo renatum a dampnacione liberari. De qua per unum hominem pena et per unum hominem gratia. cum locutus fuisset quantum illi epistole loco suo sufficere iudicavit *Quod misterium baptismi in morte Christi apostolus commendavit in quo non solum maiores sed etiam parvuli salvantur Capitulum quinquagesimum secundum*

Deinde sacri baptismatis in cruce Christi grande misterium commendavit eo modo ut intelligamus nichil aliud esse in Christo baptismum nisi mortis Christi similitudinem. Nichil autem aliud mortem Christi crucifixi nisi remissionis peccati similitudinem quemadmodum in illo vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum. Et quemadmodum in illo vera resurrectio ita et in nobis vera iustificatio. Quid ergo dicemus permanebimus in peccato ut gratia habundet. Dixerat superius ubi habundavit peccatum superhabundavit et gratia. et ideo questionem sibi proposuit utrum propter consequendam habundanciam gratie in peccato sit permanendum. Sed respondit Absit. atque subiunxit Qui mortui sumus peccato quomodo vivemus in eo. Deinde ut ostenderet nos mortuos esse peccato An ignoratis inquit quia quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu in morte ipsius baptizati sumus. Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato quia in Christi morte baptizati sumus profecto et parvuli qui baptizantur in Christo peccato moriuntur quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est Quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictum est ut probaretur mortuos esse peccato. Cui autem peccato parvuli renascendo moriuntur ~~[quam in morte ipsius]~~ nisi quod nascendo traxerunt. ac per hoc ad ipsos pertinet quod dictum est Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem ut quemadmodum Christus surrexit per gloriam patris a mortuis ita et nos in novitate vite ambulemus. Si enim complantati sumus similitudini mortis ipsius simul et resurrectionis erimus. hoc scientes quia vetus homo noster crucifixus est ut evacuetur corpus peccati et ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo credimus quia simul vivemus cum eo scientes quia Christus resurgens a mortuis iam non moritur et mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel quod autem vivit vivit deo. Ita et vos existimate vos mortuos esse quidem peccato, viventes autem deo in Christo Ihesu. Hinc enim probare ceperat non esse nobis permanendum in peccato ut gratia habundet, et dixerat Si mortui sumus peccato quomodo vivemus in eo. Ad quod ut ostenderet mortuos nos esse peccato, subiecit An ignoratis

qui quicumque baptizati estis in christo ihesu in morte ipsius baptizati estis. Sic itaque
totum locum istum peregit ut cepit. Mortem quippe christi sic insinuat ut etiam ipsum mor
tuum esse dicat peccato. Cui peccato nisi carni in qua erat non peccatum sed similitudo
peccati et ideo nomine appellat peccati. Baptizatis itaque in morte christi in quam non solum ma
iores verum etiam parvuli baptizantur ait. Sic et vos id est quemadmodum christus sic et vos
existimate vos mortuos esse peccato vivere autem deo in christo ihesu. Quemadmodum
ea que in cruce christi et sepultura et resurrectione atque ascensione sessione que ad dexteram
patris gesta sunt vite christiane que hic geritur habeant figuram. Capitulum

13 Quicquid igitur gestum est in cruce christi in sepultura in resurrectione tertio die in asce
nsione in celum et sessione ad dexteram patris ita gestum est ut de his rebus
non mistice tantum dictis sed etiam gestis configuretur vita christiana que hic geritur.
Nam propter eius crucem dictum est. Qui autem ihesu christi sunt carnem suam crucifixerunt
cum viciis et concupiscentiis. Propter sepulturam dicitur. Consepulti enim sumus christo per baptismum
in mortem. Propter resurrectionem ut quemadmodum surrexit christus a mortuis per gloriam patris ita
et nos in novitate vite ambulemus. Propter ascensionem in celum sessionemque ad dexteram
dei patris. Si autem resurrexistis cum christo que sursum sunt querite ubi christus est in dextera
dei patris sedens que sursum sunt sapite non que super terram. Mortui enim estis
et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Non pertinet ad hanc vitam quod
Iam vero quod de christo confitemur vivos et mortuos iudicaturus venturus de celo dicitur
tenetur futurum quod de celo venturus est et vivos iudicaturus ac mortuos non pertinet
ad hanc vitam nostram que hic geritur quia nec in rebus gestis sed in fine seculi gerendis
ad hoc pertinet quod apostolus secutus adiunxit. Cum christus apparuerit vita vestra tunc et
vos apparebitis cum ipso in gloria. Duobus modis sentire quod vivos et mortuos iudicabit

Duobus autem modis accipi potest quod vivos et mortuos iudicabit. sive ut vi
vos intelligamus quos hic nondum mortuos sed adhuc in ista carne vi
ventes inventurus est eius adventus. mortuos autem qui de corpore priusquam veniat
exierunt vel exituri sunt. Sive ut vivos iustos et mortuos iniustos quia iu
sti et iniusti iudicabuntur. Aliquando enim iudicium ponitur in malo sicut quod dictum est
Qui autem male egerunt in resurrectionem iudicii. Aliquando etiam in bono ut est illud
deus in nomine tuo salvum me fac et in virtute tua iudica me. Per iudicium quippe dei
fit ipsa bonorum malorum que discretio ut liberandi a malo non perdendi cum malis
boni ad dexteram segregentur. Unde propheta. Iudica me deus. Et quod dixit velud
exponens. et discerne causam meam de gente non sancta. Quare nominato spiritu sancto
tota trinitas compleatur cum ordinatissime sancta ecclesia subiuncta sit tanquam dei templum suum

Cum autem de ihesu christo domino nostro filio dei unico quod ad brevitatem
confessionis pertinet dixerimus adiungimus quod sit credere nos et spiritum sanctum ut
illa trinitas compleatur que deus est. Deinde sancta commemoratur ecclesia. Unde
datur intelligi rationalem creaturam ad ierusalem liberam pertinentem post commemorationem creatoris
id est summe illius trinitatis fuisse subdendam. quia quicquid de homine christo dictum est ad
unitatem persone unigeniti pertinet. Rectus itaque confessionis ordo poscebat ut tri
nitati subiungeretur ecclesia tanquam habitatori domus sua. et deo templum suum
et conditori civitas sua. que tota hic accipienda est non solum ex parte qua pere
grinatur in terris a solis ortu usque ad occasum laudans nomen domini et post captivitatem
vetustatis cantans canticum novum. verum etiam ex illa que in celis est semper ex
quo condita est adhesit deo nec ullum malum sui casus experta est. Hec in
sanctis angelis beata persistit. et sue parti peregrinanti sicut oportet opitulatur quia
utraque una erit consortio eternitatis et nunc una est vinculo caritatis que tota

instituta est ad colendum unum deum unde nec tota nec ulla pars eius vult se coli pro deo
nec cuiquam esse deus pertinenti ad templum dei quod edificatur ex his quos fecit facit
non factus deus. Alioquin et spiritus sanctus si creatura non creator esset profecto creatura
rationalis esset. Ipsa enim esset summa creatura et ideo in regula fidei non poneretur ante
ecclesiam quia et ipsa ad ecclesiam pertineret. Et in illa eius parte que in celis est nec haberet
templum sed ipsa etiam dei templum esset. Templum enim habet de quo dicit apostolus Nescitis
quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti quem habetis a deo. De quibus alio loco dicit Nescitis
quia corpora vestra membra christi sunt. Quomodo ergo deus non est qui templum habet. Neque enim
aliud templum eius aliud templum dei est cum idem apostolus dicat Nescitis quia templum
dei estis quod ut probaret adiecit et spiritus dei habitat in vobis. Deus ergo in-
habitat in templo suo non solum spiritus sanctus sed et pater et filius qui etiam de corpore
suo per quod factus caput ecclesie que in hominibus est ut sit in omnibus ipse primatum
tenens ait Solvite templum hoc et in triduo reedificabo illud. Templum ergo dei
id est totius summe trinitatis sancta est ecclesia scilicet universa in celo et in terra. Quod in
ea parte ecclesie que in celis est nullum sit malum. Capitulum

Sed de illa que in celis est affirmare quid possumus nisi quod nullus in ea malus
est nec quisquam deinceps cecidit aut casurus est ex quo deus angelis peccantibus
non pepercerat sicut scribit apostolus petrus sed carceribus caliginis retrudens tradidit
in iudicio puniendos. Quod incertum sit de ordinibus angelorum bonorum et utrum ad eandem
societatem pertineant sol et luna et cetera sidera. Capitulum

Quomodo autem se habeat beatissima illa et superna societas que ibi sint diffe-
rentie prepositurarum ut cum omnes tamquam generali nomine angeli nuncupentur sicut in
epistola ad hebreos legimus Cui enim angelorum dixit aliquando deus Sede ad dexteram meam
hoc quippe modo significavit omnes universaliter angelos dici. Sunt tamen illic archangeli. Et utrum
iidem archangeli appellentur virtutes ut ita dictum sit Laudate eum omnes angeli eius laudate
eum omnes virtutes eius ac si diceretur laudate eum omnes angeli eius
laudate eum omnes archangeli eius. Et quid inter se distent quattuor ista vocabula quibus
universam illam celestem societatem apostolus videtur esse complexus dicendo
Sive sedes sive dominationes sive principatus sive potestates dicant qui possunt si tamen
possunt probare quod dicunt. Ego me ista ignorare confiteor. Sed nec illud quidem certum habeo
utrum ad eandem societatem pertineat sol et luna et cuncta sidera quamvis nonnullis
lucida esse corpora non cum sensu vel intelligentia videantur. Questio di-
fficillima utrum equalia corpora angeli habeant. Capitulum

Item quis explicet cum quo angeli cum corporibus suis apparuerint homi-
nibus ut non solum cernerentur verum etiam tangerentur et rursus non solida cor-
pulentia sed spirituali potentia quasdam visiones mentibus vel oculis dicant aliquid
non ad aurem forinsecus sed intus in anima hominis etiam ipsi ibi constituti sicut scriptum
in prophetarum libro Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. Non ait qui loquebatur
ad me sed in me vel appareant in somnis et loquantur more somniorum. Habemus
quippe in evangelio Ecce angelus domini apparuit illi in somnis dicens. His
enim modis indicant se angeli dei contrectabilia corpora non habere faciuntque di-
fficillimam questionem quomodo iacob cum angelo tam solida contrectatione luctatus
sit quomodo patres eorum pedes laverint. Cum ista queruntur et ea sicut potest quisque
coniectat non inutiliter exercentur ingenia si adhibeatur disceptatio moderata
et absit error opinantium se scire quod nesciunt. Quid enim opus est ut hec atque
huiusmodi affirmentur vel negentur vel diffiniantur cum discrimine cum sine crimine nesciantur. Quod ma-
xime demonstrandum per dei gratiam sit cum se sathanas transfigurat in angelum lucis

Magis opus est diiudicare atque cognoscere cum se sathanas transfigurat in
angelum lucis ut fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Verum quando sensus
corporis fallit mentem vero non movet a vera rectaque sententia qua quisque vitam

fidelem gerit nullum est in religione periculum vel cum se bonum fingens ea fa-
ciens dicit que bonis angelis congruunt etiam si credatur bonus non est error xpia-
ne ~~tam magna et necessaria violencia est fidei~~ periculosus aut morbidus
Cum vero per hec aliena ad sua incipit deducere, tunc eum dinoscere nec ire post
eum ~~tam magna et necessaria violencia est~~ Sed quotus quisque hominum ydoneus non
est, omnes mortiferos eius dolos evadere nisi regat atque tueatur deus Et ipsa
huius rei difficultas ad hoc est utilis non sit spes sua cuique in se aut alter
alteri, sicut deus sua pietate id nobis pro expedire de quo piorum pro-
ambigit nemo ¶ Nisi habemus plenam noticiam celestis curie vel qualiter
mors xpi etiam pro angelis fieri dicitur. Sexagesimum primum Capitulum

Hec ergo que in sanctis angelis et virtutibus dei est ecclesia, tunc nobis
sicuti est innotescet, cum ei coniuncti fuerimus in fine ad simul habendam
beatitudinem sempiternam Ista vero que ab illa peregrinatur in terris eo nobis no-
cior est quod in illa sumus Et quia hominum est quod et nos sumus Hec san-
guine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni redempta est peccato, eius quod est
vox Si deus pro nobis quis contra nos qui filio suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit illum Non enim pro angelis mortuus est xpus sed ideo etiam
pro angelis fit quicquid in terris hominum per eius mortem redimitur et liberatur a ma-
lo quodammodo redit in gratiam post inimicicias quas inter homines et sanctos angelos peccata fe-
cerunt et ipsa hominum redempcione ruine illius angelice detrimenta reparantur ¶ Quod li-
ter sancti docti a deo agnoscunt numerum qui ex hominibus accessurus est ad supplementum superne curie

Et utique noverunt sancti angeli docti de deo cuius veritatis eterna contemplatione beati
sunt quantos ipsorum supplementum de genere humano integritas illius civitatis expectat
propter hoc ait apostolus instaurari omnia in xpo que in celis sunt et in terris In ipso instau-
rantur quippe que in celis sunt cum id quod in angelis lapsum est ex hominibus reddi-
tur instaurantur atque per illud singulare sacrificium in quo mediator est ymmolatus quod
unum multe in lege victime figurabant pacificabantur celestia cum terrestribus et terrestria
cum celestibus quoniam sicut idem apostolus dicit In ipso complacuit omnem plenitudinem divini-
tatis inhabitare et per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius sive
que in celis sunt, sive que in terris ¶ Quid accipiatur pax dei que precellit omnem
intellectum vel qualem pacem habebimus cum angelis

Pax ista sicut scriptum est precellit omnem intellectum, neque sciri a nobis nisi cum eam venerimus potest Quomodo enim
pacificantur celestia nisi a nobis id est concordando nobiscum Nam ibi semper est pax et inter se
universis intellectualibus creaturis et cum suo creatore que pax ista precellit ut ista ita
est dictum omnem intellectum sed utique nostrum non eorum qui semper vident faciem patris
Nos autem quantuscumque sit in nobis intellectus humanus ex parte scimus et videmus
nunc per speculum in enigmate Cum vero equales angelis dei fuerimus tunc quemad-
modum et ipsi videmus facie ad faciem et tantam pacem habebimus erga eos quan-
tam ipsi erga nos quia tantum eos diligemus quantum ab ipsis diligimur Itaque pax
eorum nota nobis erit quia nostra talis ac tanta erit nec precellet tunc intellectum nostrum
Dei vero pax que illic erga nos et nostrum et eorum intellectum sine dubitacione precel-
lit De ipso est quippe beata racionalis creatura quecumque beata est non de illa unde
sic hic melius accipitur quod scriptum est pax dei que precellit omnem intellectum
ut in eo quod dixit omnem, nec ipse intellectus sanctorum angelorum possit esse exceptus
sed solus dei Non enim et ipsius intellectum pax eius excellit ¶ Quomodo etiam
angeli nobiscum nunc concordent et quod de remissione peccatorum in baptismate confertur ista sit

62

Concordant autem nobiscum etiam nunc angeli etiam cum remittuntur peccata nostra
et ideo post commendationem sancte ecclesie in ordine confessionis ponitur remissio
peccatorum per hanc enim stat ecclesia que in terris est et per hanc non perit quod perierat
et inventum est Excepto quippe baptismatis munere quod contra peccatum originale
donatum est, ut quod generatione attractum est regeneracione detrahatur et tamen actualia

queque peccata corde ore et opere commissa invenit tollit. Hac ergo excepta magna indulgen-
tia unde incipit hominis renovatio in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus,
ipsa etiam vita cetera iam ratione utentis etatis quantalibet prepolleat fecunditate iustitie
sine remissione peccatorum non agitur, quoniam filii dei quamdiu mortaliter vivunt cum morte
confligunt, et quamvis sit de illis veraciter dictum: Quicumque spiritu dei aguntur hii filii dei sunt,
sic tamen spiritu dei excitantur et tamquam filii dei proficiunt ad deum ut in spiritu suo maxime
et aggravante corruptibili corpore tamquam filii hominum in quibusdam humanis motibus defi-
ciant ad seipsos et ideo peccent. Interest quidem quantum, sed ad ipsos. Neque enim peccatum quia
omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Sed ut etiam catholicam
quacumque crimina dimissis non deneget locus penitentie et qualiter agi debeat ipsa penitentia. Capitulum

Itaque sanctorum hominum vitam quidem in hac mortalitate vivunt, inveniri posse dicimus sine cri-
mine; peccatum autem si dixerimus non habemus, ut ait tantus apostolus, nosmetipsos seducimus et veritas
in nobis non est. Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta ec-
clesia dei misericordia desperanda est agentibus penitentiam secundum modum sui cuiusque peccati.
In actione autem penitentie ubi tale commissum est, ut is qui commisit a Christi etiam corpore separe-
tur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum deus
non spernit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per
verba vel quecumque alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur: Gemitus meus a te non est
absconditus, recte constituuntur ab hiis qui ecclesie presunt tempora penitentie, ut fiat etiam satis
ecclesie in qua remittuntur ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ipsa namque
spiritum sanctum pignus accepit sine quo nulla remittuntur peccata, ita ut quibus remittuntur
consequantur vitam eternam. Quod remissio peccatorum ad futurum iudicium pertineat. Capitulum
cum in hac vita parvuli baptizati diversis crucientur. Quedam vero pene in posterum reservantur

Magis enim propter futurum iudicium fit remissio peccatorum. In hac autem vita usque adeo
valet quod scriptum est: Grave iugum super filios Adam a die exitus de ventre
matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium, ut etiam parvulos videamus post
lavacrum regenerationis diversorum malorum afflictione cruciari, ut intelligatur totum quod
salubribus agitur sacramentis magis ad spem pertinere futurorum bonorum quam ad retentionem vel
adeptionem presentium. Multa etiam mala hic videntur ignosci et nullis suppliciis
vindicari, sed eorum pene reservantur in posterum. Neque enim deputatus que aut hic
aut in futuro iudicio reservantur. Frustra ille proprie dicitur dies iudicii quo venturus est
iudex vivorum et mortuorum. Sed e contrario vindicantur hic aliqua et tamen si remittuntur
profecto in futuro seculo non nocebunt. Contra de quibusdam temporalibus penis que in hac
vita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur ne serventur in fine, ait apostolus:
Si enim nosmetipsos iudicaremus a domino non iudicaremur. Cum autem iudicamur a
domino corripimur, ne cum hoc mundo dampnemur. De hiis qui nec etiam catholica
scelleratissime vivunt et nullo penitentiam gerunt ac sibi salvari per ignem promittunt

Creduntur autem a quibusdam etiam hii qui nomen Christi relinquunt et eius lavacro
in ecclesia baptizantur, nec ab ea ullo scismate vel heresi absciduntur, in quan-
tislibet sceleribus vivant que nec diluant penitendo nec elemosinis redimant, sed in eis
usque ad huius vite ultimum diem pertinacissime perseverant, salvi futuri per ignem,
licet magnitudine facinorum flagitiorumque diuturno non tamen eterno igne puniantur.
Sed qui hoc credunt et tamen catholici sunt, humana quadam benivolentia mihi
falli videntur. Nam scriptura divina aliud consulta respondit. Librum autem de hac questione
conscripsi cuius titulus est De fide et operibus, ubi secundum scripturas quantum deo adiuvante
potui demonstravi eam fidem salvam facere quam satis evidenter expressit Paulus
dicens: In Christo enim Ihesu neque circumcisio valet neque preputium sed fides que
per dilectionem operatur. Si autem male non bene operatur, procul dubio secundum apostolum Iacobum
mortua est in semetipsa, qui rursus ait: Si fidem quisque se dicat habere opera autem

non habeat, mireque putat fides salvare eum. porro autem si homo sceleratus per solam fidem per ignem salvatur, sic est accipiendum quod ait apostolus Paulus: Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem, poterit ergo salvari sine operibus fides, et falsum erit quod dixit eius coapostolus Jacobus; falsum erit et illud quod idem apostolus dixit: Nolite errare; neque fornicatores neque idolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque maledici neque ebriosi neque rapaces regnum dei possidebunt. Si enim etiam in istis perseverantes criminibus tamen propter fidem Christi salvi erunt, quomodo in regno dei non erunt.

Quid sentiendum sit de his qui super fundamentum edificant et qui sunt qui per ignem salvantur, vel

Sed quia hec apostolica manifestissima et apertissima / Qualis sit iste ignis Capitulum

testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est de his qui superedificant super fundamentum quod est Christus non aurum non argentum non lapides preciosos sed ligna fenum stipulam, de his enim dictum est quod per ignem probati salvi erunt quoniam fundamenti merito non peribunt, sic est intelligendum ut his manifestis non inveniatur contrarium. Ligna quippe et fenum et stipula non absurde accipi possunt rerum secularium quamvis licite concessarum tales cupiditates ut amitti sine dolore non possint animi. Cum autem iste dolor urit, si Christus in corde fundamenti habet locum, id est ut ei nichil anteponatur, et malit homo qui tali dolore uritur rebus quas diligit magis carere quam Christo, per ignem fit salvus. Si autem res huiusmodi temporales ac seculares tempore temptationis maluerit tenere quam Christum, eum fundamentum non habuit, quia hec priore loco habuit, cum in edificio non sit aliquid fundamento prius. Ignis enim de quo eo loco locutus est apostolus talis debet intelligi ut ambo per eum transeant, id est qui edificat super hoc fundamentum aurum argentum lapides preciosos et qui edificat ligna fenum stipulam. Cum enim hoc dixisset, adiunxit: Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit quod superedificavit, mercedem accipiet. Si cuius autem opus fuerit exustum, dampnum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Non unius igitur eorum sed utriusque ignis probabit. Est quidam ignis temptatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est: Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod ait apostolus, si accidat duobus fidelibus, uni scilicet cogitanti que dei sunt quomodo placeat deo, hoc est edificanti super fundamentum Christum aurum et argentum lapides preciosos, alteri autem cogitanti que sunt mundi quomodo placeat uxori, id est superedificanti eidem fundamento ligna fenum et stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit quorum amissione crucietur. Exuritur autem opus eius quoniam sine dolore non pereunt que cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita eis potius mallet carere quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum quamvis doleat cum amittit, salvus est quidem, sic tamen quasi per ignem, quia urit eum dolor earum rerum quas dilexerat amissarum, sed non subvertit neque consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum.

Posse fieri etiam post hanc vitam igne purgatorio per quem salvantur qui hic tepuerunt vel peccaverunt

Tale etiam aliquid post hanc vitam fieri incredibile [Sentencia ... [illegible] non gessent] non est, et utrum ita sit queri potest, aut inveniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari, non tales tamen de quibus dictum est quod regnum dei non possidebunt, nisi convenienter penitentibus eadem crimina remittantur. Convenienter autem dixi, ut steriles in elemosinis non sint, quibus tantum tribuit scriptura divina ut eorum tantummodo fructum se imputaturum prenunciet dominus dextris, et eorum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum etc., illis autem: Ite in ignem eternum etc.

Cavendum esse ne putemus crimina nephanda elemosinis posse redimi nisi ab eis viciis abstinendo Capitulum lxx^m

Sane cavendum est ne quisquam existimet nephanda illa crimina qualia qui agunt

regni dei non possidebunt quottidie perpetranda et elemosinis quottidie redimenda. In melius est quippe vita mutata, et per elemosinas est de peccatis propiciandus deus, non ad hoc emendus quodammodo ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit deus laxamentum peccandi quamvis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

Quod per orationem dominicam non tantum quottidiana peccata sed etiam completa crimina deleantur

De quottidianis autem brevibus et levibus peccatis sine quibus hec vita non ducitur quottidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere pater noster qui es in celis qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua et spiritu sancto. Delet omnino hec oratio minima et quottidiana peccata. Delet et illa a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta sed penitendo in melius mutata discedit. Si quemadmodum veraciter dicitur dimitte nobis debita nostra, quia non desunt que dimittantur, ita veraciter dicatur sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Id est fiat quod dicitur quia et hoc ipsum elemosina est veniam petenti homini ignoscere.

Ac per hoc ad omnia que utilia fiunt valet quod dominus ait date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis.

De multis generibus elemosinarum

Non solum ergo qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, egro vel incluso visitationem, captivo redemptionem, debili subvectionem, ceco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti viam, deliberanti consilium, et quod cuique necessarium est indigenti, verum etiam qui dat veniam petenti elemosinam dat. Et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, et tamen peccatum eius quo vel ab illo lesus est vel offensus est dimittit ex corde vel orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit et aliqua emendatoria pena plectit elemosinam dat quia misericordiam prestat. Multa enim bona prestantur invitis quando eorum consulitur utilitati non voluntati, quia ipsi sibi inimici inveniuntur, amici vero illorum potius illi quos inimicos putant, et reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala christianus non debeat etiam pro malis. Multa itaque sunt genera elemosinarum que cum facimus adiuvamur ut dimittantur nobis peccata nostra.

Qualis sit elemosina perfectorum

Sed eo nichil est maius quam quo ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benivolum sive etiam beneficum qui tibi nichil mali fecerit. Illud multo grandius et excellentissime bonitatis est ut tuum quoque inimicum diligas, ut et ei qui tibi malum vult et si potest facit, tu semper bonum velis facere faciasque ei quod possis, audiens deum dicentem: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro eis qui vos persequuntur. Sed quia perfectorum sunt ista filiorum dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, et humanum animum ad hunc affectum orando deum secumque agendo luctandoque perducere,

Posse etiam his qui perfecti non sunt dimitti peccata si ipsi quoque dimittant ex corde petentibus se debitoribus suis

tamen quia hoc tam magnum bonum tante multitudinis non est quantam credimus exaudiri cum in oratione dominica dicitur dimitte nobis debita nostra etc., procul dubio verba sponsionis huius implentur si homo qui nondum ita profecit ut iam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccavit in eum ut ei dimittat, dimittit ex corde quia et sibi roganti volt utique dimitti, cum orat et dicit sicut et nos dimittimus rogantibus debitoribus.

Non esse deputandum inimicum qui peccato suo movetur

Iam vero qui eum in quem peccavit hominem rogat, si peccato suo movetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus ut eum diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicicias exercebat.

Nullatenus a deo peccata dimitti eis qui petentibus non dimittunt ex corde

Quisquis autem nec roganti nec petenti ex corde dimittit, nullo modo estimet a deo sua peccata dimitti, quoniam mentiri veritas non potest. Quem vero evangelii lateat auditorem sive lectorem, quod dixit

Ego sum via veritas et vita. Qui tamen docuisset orationem hanc in ea positam summam vehementer commendavit dicens: Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester celestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiscitur non dormit sed mortuus est. Ille potens est mortuos excitare. Verum qui sceleratissime vivunt et testimonio domini abutuntur qui ait: Date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis.

Sane qui sceleratissime vivunt nec curant talem vitam moresque corrigere et inter ipsa facinora et flagitia sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra sibi ideo blandiuntur quoniam dominus ait: Date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat non intelligunt. Sed ut intelligant attendant quibus dixerit. Nempe in evangelio sicut scriptum est: Cum loqueretur rogavit illum quidam phariseus ut pranderet apud se. Et ingressus recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere quare non baptisatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc vos pharisei quod foris est calicis et catini mundatis, quod autem intus est vestrum plenum est rapina et iniquitate. Stulti nonne qui fecit id quod foris est etiam id quod intus est fecit. Verumtamen quod superest date eleemosynam etc. Ita nec hoc intellecturi sumus ut phariseis non habentibus fidem Christi etiam si in eum non crediderint nec renati fuerint ex aqua et spiritu munda sint omnia si tamen eleemosynas dederint, sicut isti eas dandas putant, cum sint immundi omnes quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est: Mundans fide corda eorum. Et dicat apostolus: Inmundis autem et infidelibus nichil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et consciencia. Quomodo ergo phariseis omnia munda essent si eleemosynas darent et fideles non essent. Aut quomodo fideles essent si in Christum credere et in eius gratia renasci noluissent. Et tamen verum est quod audierunt: Date eleemosynam etc. Quomodo a se ipso debeat incipere qui vult eleemosynam ordinaliter facere, dominus docuit increpando phariseos.

Qui enim vult ordinate dare eleemosynam, a se ipso debet incipere et eam sibi primo dare. Est enim eleemosyna opus misericordie, de qua verissime dictum est: Miserere anime tue placens deo. Propter hoc enim renascimur ut deo placeamus, cui merito displicet quod nascendo contraximus. Hec est prima eleemosyna quam nos nobis dedimus quoniam nosmetipsos miseros per misericordiam miserantis dei requisivimus, iustum iudicium eius confitentes quo miseri effecti sumus, de quo dicit apostolus: Iudicium quidem ex uno in condempnationem, et magne caritati eius gratias agentes, de qua ipse idem dicit predicator gratie: Commendat autem suam dilectionem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, ut nos veraciter de nostra miseria iudicantes et dei caritatem qua ipse donavit diligentes pie et recte vivamus. Quod iudicium et caritatem dei cum pharisei preterirent, decimabant tamen propter eleemosynas quas faciebant etiam queque minutissima fructuum suorum, et non dabant eleemosynas a se ipsis incipientes secumque prius misericordiam facientes, sicuti enim isti eas dandas putant, propter quem dilectionis ordinem dictum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Cum ergo increpasset eos quod forinsecus lavabant, intus autem rapina et iniquitate pleni erant, admonens quadam eleemosyna quam sibi homo primitus debet interiora mundare: Verumtamen inquit quod superest date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis. Deinde ut ostenderet quid admonuisset et quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eorum eleemosynas ignorare: Sed ve vobis inquit pharisei, quasi diceret: Ego quidem ammonui vos eleemosynam dandam per quam vobis munda sint omnia, sed ve vobis qui decimatis mentam et rutam et omne olus. Has enim novi eleemosynas vestras, ne de illis me nunc vos admonuisse arbitremini. Et preteritis iudicium dei et caritatem qua eleemosyna possetis ab omni inquinamento interiori mundari.

ut vobis munda essent et corpora que mundiora sunt. hoc est enim omnia scilicet interiora et exteriora sicut alibi legitur mundate que intus sunt et que foris sunt munda erunt. Sed ne negans elemosinas que fiunt de fructibus terre respuisse videtur, hec inquit oportet facere id est iudicium et caritatem dei et illa non omittere id est elemosinas fructuum. Fallunt ergo se qui largissimis elemosinis fructuum suorum vel pecunie indulgentiam se comparare existimant in flagiciis ac

Non ergo se fallant qui per elemosinas fructuum suorum **facinoribus permanentes scilicet** vel cuiuscumque pecunie impunitatem se emere existimant in facinorum suorum immanitate ac flagiciorum nequicia permanendo. Non solum enim hec faciunt sed etiam ita diligunt ut in eis semper optent vivere si possent impune. Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam, et qui odit animam suam non est in eam misericors sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum seculum, odit eam secundum deum. Si ergo vellet ei dare elemosinam per quam munda essent omnia, odisset eam secundum seculum et diligeret secundum deum. Nemo autem dat elemosinam qualemcumque nisi unde det ab illo accipiat qui non eget. Ideo dictum est misericordia eius preveniet me. **Quod levia et gravia peccata divino sunt pensanda iudicio et de quibus tamen omnibus quibus levissimis frequenter orare debemus. sequitur**

Que sunt autem levia que gravia peccata non humano sed divino sunt pensanda iudicio. Videmus enim quedam ipsis apostolis agnoscendo esse concessa quale est illud quod ait venerabilis paulus coniugibus Nolite fraudare invicem nisi ex consensu ad tempus ut vacetis orationi et iterum in idipsum revertimini ne vos temptet sathanas propter incontinenciam vestram. Quod putari posset non esse peccatum misceri scilicet coniugi non filiorum procreandorum causa quod bonum est nupciale sed carnalis aut voluptatis fornicationis sive adulterii sive cuiuscumque alterius immundicie mortiferum malum quod turpe est etiam dicere quo posset libido pertrahere temptante sathana incontinentium devitetur infirmitas. Posset ergo ut dixi putari non esse peccatum nisi addidisset hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. Quis autem iam peccatum esse negat cum dari veniam facientibus apostolica fateatur auctoritas. Ubi dicit Audet quisquam vestrum adversus alterum negotium habens iudicari apud iniquos et non apud sanctos. Et paulo post Secularia igitur iudicia si habueritis eos qui contemptibiles sunt hos collocate ad iudicandum. Ad reverentiam vobis dico Sic non est inter vos quisquam sapiens qui possit inter fratrem suum iudicare. Sed frater cum fratre iudicio contendit et hoc apud infideles. Nam et hinc posset putari iudicium adversus alterum non esse peccatum sed tantum quod extra ecclesiam velle iudicari nisi secutus adiungeret Iam quidem omnino delictum est in vobis quia iudicia habetis vobiscum. Et ne quisquam excusaret et diceret iustum se habere negotium sed iniquitatem se pati quam vellet a se iudicum sententia removeri continuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit atque ait Quare non magis iniquitatem patimini. Quare non potius fraudamini. Ut ad illud redeat quod dominus ait Si quis voluerit tunicam tuam tollere et iudicio tecum contendere dimitte illi et pallium. Et alio loco Qui abstulit inquit tua noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus negociis et rebus cum aliis hominibus iudicium habere. Ex qua doctrina dicit apostolus delictum esse. Tamen cum sinit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus quod extra ecclesiam terribiliter vetat manifestum est etiam hic quid secundum veniam concedatur infirmis. Propter hec atque huiusmodi peccata et alia licet his minora que fiunt in verborum et cogitationum offensionibus apostolo Iacobo confitente atque huiusmodi peccata alia dicente In multis enim offendimus omnes oportet quotidie crebro ut oremus dominum atque dicamus dimitte nobis debita nostra nec in eo quod sequitur mentiamur sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. **De quibusdam peccatis que levissima putarentur nisi graviora scripturis in sanctis demonstrarentur. Se**

Sunt autem quedam que levissima putarentur nisi in scripturis demonstrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri suo fatue reum gehenne putaret nisi veritas diceret. Cui tamen vulneri subiecit continuo medicinam precepti

fratine reconciliacionis adiungens, mox quia ait: Si offers munus tuum ad altare etc. Aut quis
estimaret quam magnum sit peccatum dies observare et menses et annos et tempora sicut observant hii qui
certis diebus et annis sive mensibus volunt aut nolunt aliquid inchoare eo quod secundum vanas
doctrinas hominum fausta vel infausta estimant tempora nisi huius mali magnitudinem ex timore
apostoli pensaremus qui talibus ait: Timeo ne forte sine causa laboraverim in vobis.
Et ceterum magna peccata cum in usum venerint aut parva aut nulla esse creduntur.

Huic accedit quod peccata quamvis magna et horrenda cum in consuetudinem venerint aut
parva aut nulla esse creduntur usque adeo ut non solum occultanda verum etiam predicanda
ac diffamanda videantur quando sicut scriptum est laudatur peccator in desideriis anime
sue. Talis in divinis libris iniquitas clamor vocatur sicut habes apud Ysaiam prophetam
de vinea mala. Sodomorum et Gomorreorum. Expectavit expectans inquit ut faceret
iudicium fecit autem iniquitatem et non iusticiam sed clamorem. Unde illud in Genesi:
Clamor Sodomorum et Gomorreorum multiplicatus est coram me quia non solum non
puniebantur apud eos illa flagicia verum etiam publice ut leges frequentabantur. Sic
modo nostris temporibus multa mala et si non talia in apertam consuetudinem iam venerunt
ut pro hiis non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus sed nec clericum degra-
dare. Unde cum exponerem ante aliquot annos epistolam ad Galathas in eo ipso loco
ubi ait apostolus: Timeo ne forte vos sine causa laboraverim in vobis, exclamare
compulsus sum: Ve ve peccatis hominum que sola inusitata exhorrescimus, usitata vero pro qui-
bus diluendis sanguis Christi effusus est quamvis tam magna sint ut omnino con-
si claudi faciant regnum dei sepe videndo omnia tolerare, sepe tolerando nonnulla etiam
facere cogimur atque utinam o domine non omnia que non potuimus prohibere faciamus. Sed videte utrum
immoderatus dolor incaute me compulit dicere.

Sequitur de duabus causis ignorancie et infirmitatis quibus peccamus

Hoc nunc dico quod quidem et opusculorum
meorum locis iam sepe dixi. Duobus modis peccamus: aut nondum videndo quid
facere debeamus, aut non faciendo quod debere iam videmus. Quorum duorum illud
ignorantie malum est, hoc infirmitatis. Contra que quidem pugnare nos convenit
sed profecto vincimur nisi divinitus adiuvemur ut non solum videamus sed etiam acce-
dente sanitate delectacio iusticie vincat in nobis earum rerum delectationes quas vel habere
cupiendo vel amittere metuendo scientes videntesque peccamus. Iam non solum
sumus peccatores quod eramus etiam cum per ignoranciam peccabamus verum et legis prevari-
catores cum id non facimus quod faciendum esse iam novimus vel facimus quod non
faciendum esse scimus. Quapropter non solum si peccavimus ut ignoscat, propter quod dicimus:
Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; verum etiam ne peccemus
ut regat, propter quod dicimus: Ne nos inferas in temptacionem, ille rogandus est cui dicitur
in psalmo: Dominus illuminacio mea et salus mea quem timebo, ut illuminacio detrahat igno-
ranciam et salus infirmitatem. Misericordia dei necessaria est ut pellatur pudor et ut pe-

Penitencia agatur sequitur

Nam et ipsa penitencia quando digna causa est secundum morem ecclesie ut agatur
rigorem ecclesie ut agatur plerumque infirmitate non agitur, quia et pudor et
timor est displicendi, dum plus delectat hominum estimacio quam iusticia, qua se
quisque humiliat penitendo. Unde non solum cum agitur penitencia verum etiam ut
agatur dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret apostolus de quibusdam: Ne forte
det illis deus penitenciam. Et ut Petrus amare fleret premisit ewangelista et ait: Re-
spexit eum dominus. Et in spiritum sanctum irremissibiliter peccat qui in ecclesia catholica remitti
sibi peccata usque ad finem vite sue non credunt.

Qui vero in ecclesia remitti peccata non credens contempnit tantam divini muneris
largitatem et in hac obstinacione mentis diem claudit extremum, reus
est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum in quo Christus peccata dimittit. De qua

questione difficillima in quodam proprio hoc solo conscripto ~~bello~~ libello quantum enucleatissime
potui disputavi. De ultima atque generali resurrectione carnis

Iam vero de resurrectione carnis sicut quidam revixerunt iterumque mortui sunt sed in eternam
vitam sicut Christi ipsius resurrexit quemadmodum possim breviter disputare et omnibus questio-
nibus que de hac re moveri solent satisfacere non invenio. Resurrecturam tamen carnem
omnium qui nati sunt hominum atque nascentur et mortui sunt atque morientur nullo
modo disputare christianus. Deinde utrum aliquid prosit anime mortui locus corporis sui sepeliendi
inquirendum est. Sane non sunt contempnenda et abicienda corpora defunctorum maxime
iustorum et fidelium quibus tamquam organis et vasis ad omnia opera bona sanctus usus est
spiritus. Sequitur questio de abortivis fetibus

Unde primo occurrit de abortivis fetibus questio qui iam quidem nati sunt
in uteris matrum sed nondum ita ut iam possint renasci. Si enim resurrectu-
ros eos dixerimus, de his qui iam formati sunt tolerari potest utcumque quod dicitur.
Informes vero abortivos quis non pocius perire arbitretur sicut semina que non
concepta fuerunt. Sed ne quis negare non audeat et si affirmare non valeat id
acturam resurrectionem ut quicquid forme defuit impleat atque ita non desit perfectio que
accessura erat tempore quemadmodum non erunt vitia que accessura erant tempore ut neque
in eo quod aptum congruumque dies allaturi fuerant natura fraudetur neque in eo quod adversum
atque contrarium dies attulerant natura turpetur sed integretur quod nondum erat integrum
sicut instaurabitur quod fuerat viciatum. Disputatio questionis quando incipiat homo
vivere in utero matris

At per hoc scrupulosissime quidem inter
doctissimos viros queri ac disputari potest quod utrum ab homine inveniri pos-
sit ignoro quando incipiat homo in utero vivere utrum sit quedam vita occulta que
nondum motibus viventis appareat. Nam negare vixisse puerpera que propterea membratim
exsecantur ut eiciantur ex uteris pregnantium ne matres quoque si mortua ibi relinquantur
occidat, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo vivere ex illo utique
iam mori potest. Mortuus vero ubicumque mors illi potuit evenire quomodo ad resurrectionem
non pertineat mortuorum reperire non possum. De monstris que nascuntur et cito
moriuntur cum commemoratione cuiusdam bimembris sequitur

89 Neque enim monstra que nascuntur et vivunt quamlibet cito moriantur aut resurre-
ctura negabuntur aut resurrectura credenda sunt et non potius correcta emen-
dataque natura. Absit enim ut illud bimembrem qui nuper natus est in oriente de quo
fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt et sancte memorie Ieronimus presbiter conscripsit
et scriptum reliquit. Absit inquam ut unum hominem duplicem ac non potius du-
os si futurum quod fuerant si gemini nascerentur resurrecturos existimemus. Ita et cetera
que singula queque partu vel amplius vel minus aliquid habendo vel quadam nimia de-
formitate monstra dicuntur ad humane nature figuram in resurrectione revocabuntur ita
ut singule anime singula sua corpora obtineant nullis coherentibus etiam que cum co-
herentia nata fuerant sed seorsum sibi singula sua membra gestantibus quibus humani
corporis impletur integritas. Quod caro hominis mortui in quibuscumque elementis
transierit anime quam reliquit resurrectione revocetur

Non autem perit deo terrena materies de qua mortalium creatur caro sed in quemlibet
pulverem cineremve solvatur et in quoslibet alitus aurasque diffu-
giat in quamcumque aliorum corporum substanciam vel in ipsa elementa vertatur in quorumcumque
animalium aut etiam hominum cibum cedat carnemque mutetur illi anime puncto temporis
redit que illam primitus ut homo fieret cresceret et viveret animavit. Non esse
consequens ad casum corporis partes unde lapse sunt revocari tamen soluble
metalli

Ipsa itaque terrena materies que discedente anima fit cadaver, non ita resurrectione
reparabitur ut ea que dilabuntur in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur
quamvis ad corpus redeant unde dilapse sunt ad easdem corporis partes ubi fuerant
redire necesse sit. Alioquin si capillus capitis redit quem tam crebra tonsura
detraxit si unguibus que totiens dempsit exsectio, immoderata et indecens cogitantibus
et ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet
solubilis metalli igne liquesceret aut contereretur in pulverem aut confunderetur in
massam et eam vellet artifex rursus ex illius materie quantitate vellet reparare
nichil interesset ad eius integritatem quenam particula eius materie cui
membro statue redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat restitutam
resumeret. Ita deus mirabiliter et ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra con-
stiterat eam mirabili et ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad
eius redintegrationem utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues an
quicquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur curante
artificis providentia ne quid indecens fiat. **Utrum equales sint an diverse sta-
ture vel figure resurgentium**

Nec illud consequens est ut ideo diversa
sit statura reviviscentium singulorum que fuerat diversa viventium ut macri
cum eadem macie aut pingues cum eadem pinguedine reviviscant. Sed si hoc est
in consilio creatoris ut in effigie sua cuiusque proprietas et discernibilis similitudo servetur
in ceteris autem corporis bonis equalia cuncta reddantur ita modificabitur illa in
unoquoque materies ut nec aliquid quod exinde pereat et quod alicui defuit ille sup-
pleat qui etiam de nichilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus
resurgentium rationabilis inequalitas erit sicut vocum quibus cantus impletur
hoc fiet cuique de materia corporis sui quod et hominem reddat angelicis cetibus et
nichil in eorum in quemetis ingerat sensibus indecorum quippe aliquid non
erit, sed reformabitur quicquid futurum est si non decebit. **Qualiter resurgent sanctorum corpora**

Resurgent igitur sanctorum corpora sine ullo vitio sine ulla deformitate sicut sine ulla cor-
ruptione aut difficultate onere in quibus tanta facilitas quanta felicitas
erit propter quod et spiritualia dicta sunt cum procul dubio corpora sint futura non spiritus
sed sicut nunc corpus animale dicitur quod tamen corpus non anima est, ita tunc spirituale
corpus erit, corpus autem non spiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptionem
que nunc aggravat animam et ad vitia quibus caro adversus spiritum concupiscit tunc
non erit caro sed corpus, quia et celestia corpora perhibentur propter quod dictum est Caro
et sanguis non possidebunt regnum dei tamquam exponens quid dixerit neque corruptio et
~~quod prius regnum dei hoc posterius~~ incorruptionem possidebit quod prius dixit
caro et sanguis hoc posterius dixit corruptionem et quod prius regnum dei hoc
posterius incorruptionem. Quantum autem attinet ad substantiam etiam tunc caro erit
propter quod et post resurrectionem corpus christi caro appellata est. Sed ideo ait apostolus Seminatur
corpus animale resurget corpus spirituale quia tanta tunc erit concordia carnis et spiritus vivi-
ficante spiritu sine sustentaculi alicuius indigentia ~~subdi~~ subdita carne ut nichil re-
pugnet in nobis ex nobis, sed sicut foris neminem ita nec intus nos ipsos pa-
tiemur inimicos. **Qualiter etiam illi resurgant qui a massa perditionis non sunt discreti**

Quicumque vero ab illa perditionis massa que facta est per hominem primum non liberantur per unum
mediatorem dei et hominum resurgent quidem et ipsi unusquisque cum carne sua
sed ut cum diabolo eiusque angelis puniantur. Utrum sane ipsi cum vitiis et deformita-
tibus corporum suorum resurgant quecumque in eis vitiosa et deformia membra gestabant
inquirendo laborare quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo

vel pulchritudo quorum erit eterna et sempiterna dampnatio. Nec moveat nos quod in eis erit corpus
tale quod mori non possit aut quod corpus tale quod dolore possit. Non est enim vera vita nisi ubi feliciter
vivitur, nec vera incorruptio nisi ubi salus nullo dolore corrumpitur. Ubi autem infelix anima
mori non sinitur, ut ita dicam mors ipsa moritur, et ubi dolor perpetuus non interimit sed
affligit ipsa corruptio non finitur. Hec in sanctis scripturis mors secunda dicitur. Quod nec prima nec
secunda mors homini accidisset si adam non peccasset et quod minus impii dum secunde dampnantur. Mitissima tamen erit pena parvulorum

Nec prima tamen qua suum anima corpus relinquere cogitur.
Nec secunda qua penale corpus anima relinquere non permittitur homini accidisset si nemo
peccasset. Mitissima sane omnium pena erit eorum qui preter peccatum quod originale traxerunt
nullum insuper addiderunt. Et tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit dampnationem quanto hic
minorem habuit iniquitatem. De remanentibus impiis in dampnatione eterna

Remanentibus itaque angelis. Tunc sciet iusti quid boni eis contulit gratia.
et hominibus reprobis in eterna pena tunc sancti scient plenius quid boni eis con-
tulit eis gratia. Tunc rebus evidentibus ipsis apparebit quod in psalmo scriptum est: Misericordiam
et iudicium cantabo tibi domine, quia nisi per indebitam misericordiam nemo libera-
bitur et nisi per debitum iudicium nemo dampnabitur. De omnibus que nunc latent tunc non latebunt

Tunc latebit non latebit quod nunc cum duobus parvulis unus esset assumen-
dus per misericordiam et alter relinquendus per iudicium. In quo is qui assumeretur cogno-
sceret quid sibi per iudicium deberetur nisi misericordia subveniret. Cur ille potius quam
iste esset assumptus cum una causa foret ambobus. Cur apud quosdam non sint facte
virtutes, que si facte fuissent egissent illi homines penitentiam, et facte sunt apud illos
qui non fuerant credituri. Apertissime namque dominus dicit: Ve tibi corozaim, ve tibi
bethsayda, quia si in tyro et sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis olim
in cinere et cilicio penitentiam egissent. Nam utique deus iuste noluit salvos fieri cum pos-
sent salvi esse si vellent. Tunc in clarissima sapientie luce videbitur quod nunc piorum
fides habet antequam manifesta cognitione videatur quam certa et immutabilis et efficacis-
sima sit voluntas dei, quam multa possit et non velit. Nichil autem cum velit quod
non possit, quam sit verum quod in psalmo dicitur: Deus autem noster in celo omnia quecumque voluit
fecit. Quod utique non est verum si aliqua voluit et non fecit. Et quod est indignius
quia ideo non fecit quoniam ne fieret quod volebat omnipotentis voluntas hominis impedivit. Non
ergo fit aliquid nisi omnipotens fieri velit vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo. Quod
recta confessione credamus omnipotentem deum bene facere etiam cum sinit fieri male

Nec dubitandum est deum bene facere etiam sinendo fieri quecumque fiunt mala. Sunt
Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit, et profecto bonum est omne quod iustum est. Nam
bona non sunt, tamen ut non solum bona sed etiam sint et mala, bonum est. Nam
nisi esset hoc bonum ut essent et mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotente bono,
cui procul dubio quam facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse
non sinere. Hoc si non credimus periclitatur ipsum nostre confessionis initium qua nos in
deum patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud veraciter vocatur omnipotens
nisi quoniam quicquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creature
voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Quomodo dictum sit quod dicit apostolus: Qui
omnes homines vult salvos fieri

Quamobrem videndum est quemadmodum de deo dictum sit, quod et hic apostolus verissime dixit:
Qui omnes homines vult salvos fieri. Cum enim non omnes sed multo plures
non fiant salvi, videtur utique non fieri quod vult deus fieri, humana scilicet volun-
tate impediente voluntatem dei. Cum enim queritur causa cur non omnes salvi fiant,
responderi solet quia hi ipsi noluerunt. Quod de parvulis dici non potest, quorum non
est velle seu nolle. Nam quod infantili motu faciunt, si eorum voluntati
deputetur, cum baptizantur, quando resistunt quantum possunt, etiam nolentes
dicerentur esse salvandi. Sed apertius dominus in evangelio compellens impiam civitatem:
Quotiens inquit volui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos, et

noluisti, tamquam dei voluntas superata sit hominum voluntate, et infirmissimis no-
lendo impedientibus non potuit potentissimus quod volebat. Et ubi est illa po-
tencia qua in celo et in terra omnia quecumque voluit dominus fecit si colligere filios Iherusalem
voluit et non fecit. An potius illa filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque
nolente filios eius collegit quos ipse voluit, quia in celo et in terra non quedam voluit
et fecit quedam vero voluit et non fecit sed omnia quecumque voluit fecit. Quod omnipotens deus
malas hominum voluntates in bonum convertit et quare Iacob ab Esau sit discretus

Quis porro tam impie desipiat ut dicat deum malas hominum voluntates quas
voluit cui voluit ubi voluit, in bonum non posse convertere. Sed cum facit per mi-
sericordiam facit, cum autem non facit per iudicium non facit, quia cuius vult miseretur. et quem
vult obdurat. quod ut diceret apostolus gratiam commendabat. Ad cuius commendacionem de
illis in utero Rebecce geminis fuerat locutus. Cum nondum nati essent neque aliquid
agentibus boni seu mali sed ut secundum electionem propositum dei permanet non ex operibus
sed ex vocacione dictum est ei quia maior serviet minori. propter quod adhibuit alterum
propheticum testimonium ubi scriptum est Iacob dilexi Esau autem odio habui. sentiens
quemadmodum posset quid hic est quod scriptum est permovere eos qui penetrare intel-
ligendo non possunt hanc altitudinem gracie quid dicemus ait. Numquid iniquitas est
apud deum. Absit. Iniquum enim videtur ut sine ullis bonorum malorumve operum
meritis unum deus diligit et odit alterum. Qua in re si futura opera vel bona huius
vel mala illius que deus utique presciebat vellet intelligi, nequaquam diceret
Non ex operibus. sed diceret ex futuris operibus. eo quo modo istam solveret questionem immo
nullam quam solvere opus esset faceret questionem. Nam cum respondisset Absit id est absit
ut iniquitas apud deum sit, mox ut probaret hic iniquitate nulla dei fieri
Moysi enim dicit Miserebor cui misertus ero et misericordiam prestabo cui misertus ero. Quis enim nisi insi-
piens deum iniquum putet sive indebitam penam iuste ingerat dignis sive misericordiam presti-
terit indignis. Deinde infert et dicit Igitur non volentis neque currentis sed est
miserentis dei. Ambo itaque gemini natura filii ire nascebantur nullis quidem operibus
propriis sed originaliter ex Adam vinculo dampnacionis obstricti. Sed qui dixit
Miserebor cui misertus ero Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau
autem odio habuit per iudicium debitum. quod cum deberetur ambobus in altero
alter agnovit ne de suis diversis extolleretur meritis sibi esse gloriandum quia in eadem causa
idem supplicium non gessit, sed de divine gracie caritate que non volentis neque
currentis sed miserentis est dei. Altissimo enim saluberrimo quoque sacramento universa fa-
cies atque ut ita dixerim vultus sanctarum scripturarum bene intuens illud
ammonere videtur, ut qui gloriatur in domino glorietur. Commendacio misericordie et iudicii

largitate

dei simul eiusdem apostoli ex obduracione pharaonis
Cum apostolus dei misericordiam
commendasset in eo quod ait non volentis neque currentis sed miserentis est
dei, deinde ut etiam iudicium dei commendaret quia ubi non fit misericordia
non iniquitas sed iudicium Non est quippe iniquitas apud deum continuo sub-
iunxit atque ait ut dicit scriptura pharaoni quia ad hoc excitavi te ut ostendam
in te virtutem meam ut annuncietur nomen meum in universa terra. Quibus dictis ad-
utrumque concludens et ad misericordiam et ad iudicium, ergo inquit cuius vult miseretur deus
et quem vult obdurat miseretur scilicet magna bonitate obdurat nulla iniquitate
ut nec liberatus de suis meritis glorietur nec dampnatus nisi de suis meritis conqueratur.
Sola enim gracia redemptos discernit a perditis quos in unam concreverat massam
ab origine ducta causa communis. hoc autem qui ita audit ut dicat Quid
adhuc queritur. Nam voluntati eius quis resistit tamquam malus propterea non videatur
esse culpandus quia deus cuius vult miseretur et quem vult obdurat. Absit ut nos pu-
deat nos hoc respondere quod respondisse videmus apostolum O homo tu quis es qui

iudicas deo. Numquid dicit figmentum ei qui se finxit Quid me fecisti sic? An non habet pota-
tem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas quidem in honorem, aliud in contumeliam.
Hoc enim loco quidam stulti putant apostolum in responsione defecisse et inopia reddende rationis
repressisse contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est O homo
tu qui es qui iudicas deo et talibus hominibus ad sue capacitatis considerationem
revocare hominem verbo quidem brevi sed re magna ipsa est reddita ratio. Si enim
haec non capit, quis est qui iudicas deo. Si autem capit magis non invenit
quid iudicet. Videt enim si capit sic universum genus humanum tam iusto iudicio divino
in apostatica radice dampnatum, ut etiam si nulla inde liberaretur nemo recte
posset dei vituperare iustitiam, et qui liberantur sic oportuisse liberari ut ex pluribus
non liberatis atque in dampnatione iustissima derelictis ostenderetur quid meruisset
universa conspersio, et quo etiam istos debitum iudicium dei perduceret nisi eis
indebita misericordia subveniret, ut volentium de suis meritis gloriari omne os
obstruatur et qui gloriatur in domino glorietur. Admiratio operum dei qua fit ut de
malis hominum voluntatibus bona ipse sua impleat voluntatem

102

Haec sunt magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius et tam sapienter
exquisita ut cum angelica et humana natura peccasset, id est non quod ille sed quod
voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creature voluntatem qua factum est quod
creator noluit impleret ipse quod voluit, bene utens et malis tamquam summe bo-
nus ad eorum dampnationem quos iuste predestinavit ad penam, et ad eorum salutem quos beni-
gne predestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet quod deus noluit fecerunt;
quantum vero ad omnipotentiam dei nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra
voluntatem dei fecerunt, secundum ipsos meritos est, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea
namque magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius, ut miro et inef-
fabili modo non fiat preter voluntatem eius quod etiam contra voluntatem
eius fit, quia non fieret si non sineret, nec utique nolens sinit sed volens, nec sineret bonus
fieri male nisi omnipotens et de malo posset facere bene. Aliquando autem bona voluntate
homo vult etiam ipse bona multo amplius multoque certius voluntate, nam illius
mala voluntas numquam esse potest; tamquam si bonus filius patrem velit vivere quem
deus de bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest ut hoc velit homo voluntate
mala quod deus vult voluntate bona, velut si malus filius velit mori patrem
velit hoc etiam deus. Nempe ille vult quod non vult deus, iste vero id quod vult
et deus vult, et tamen bone voluntati dei pietas illius potius consonat quamvis aliud
volentis quam huius idem volentis impietas. Tantum interest quid velle sit homini quod
deo congruat et ad quem finem suam quisque referat voluntatem ut approbetur aut
improbetur. Nam deus quasdam voluntates suas utique bonas ita implet per ma-
lorum hominum voluntates malas sicut per iudeos malivolos bona voluntate patris
Christus pro nobis occisus est, quod tam bonum factum est ut apostolus petrus quando illud
fieri nolebat, sathanas ab ipso qui occidi venerat diceretur. Quam etiam bone
apparebant voluntates fidelium qui nolebant apostolum paulum in iherusalem pergere ne
ibi pateretur mala que Agabus propheta predixerat, et tamen hec deus illum pati
volebat pro annuntianda fide Christi exercens martirem. Neque istam voluntatem suam
bonam implevit deus per christianorum voluntates bonas sed per iudeorum voluntates
malas. Et ad eum potius pertinebant qui nolebant quod volebat quam illi per quos
volentes factum est quod volebat, quia id ipsum quidem, sed ipse per eos bona, illi
autem mala voluntate fecerunt. Verumtamen sunt voluntates que quemadmodum aut
non quantum voluntati dei [illegible] sit voluntas dei.

Sed quelibet sint voluntates vel angelorum vel hominum vel bonorum vel malorum vel illud quod deus vel aliud volentes facere quam deus, dei omnipotentis voluntas semper invicta est, que mala numquam esse potest, que etiam cum mala irrogat iusta est, et profecto que iusta est mala non est. Deus igitur omnipotens sive per misericordiam cuius vult miseretur sive per iudicium quem vult obdurat, nec inique aliquid facit, nec nisi volens quicquam facit et omnia quecumque vult facit. Quomodo intelligamus deum velle omnes homines salvos fieri. 103

Ac per hoc cum audimus et in sacris litteris legimus quod velit omnes homines salvos fieri, licet certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissime voluntati aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est: Qui omnes homines vult salvos fieri, tamquam diceretur nullum hominem fieri salvum nisi quem velit ipse fieri salvum, non quod nullus sit hominum nisi quem salvum fieri velit, sed quod nullus salvus fiat nisi quem velit. Et ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. De orando quippe deo agebat apostolus ut hoc diceret. Sic enim intelligimus et quod in evangelio scriptum est: Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non quia nullus est hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dictum est: Qui vult omnes homines salvos fieri, non quod nullus hominum esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse penitentiam si fecisset, sed ut omnes homines omne genus humanum intelligamus per quascumque differentias distributum: reges, principes, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres, mares, feminas, infantes, pueros, adolescentes, iuvenes, seniores, senes; in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum et conscientiarum varietate innumerabili constitutos, et si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quod est enim genus ex omnibus unde non deus per unigenitum filium suum dominum nostrum per omnes gentes salvos homines fieri velit et ideo faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcumque voluerit. Preceperat enim apostolus ut oraretur pro omnibus hominibus, et specialiter addiderat pro regibus et his qui in sublimitate sunt, qui putari poterant fastu et superbia secularis fidei christiane humilitatem abhorrere. Proinde dicens: Hoc enim bonum est coram salvatore nostro deo, id est ut pro talibus oretur, statim ut desperationem tolleret addidit: Qui omnes homines vult salvos fieri et in agnitionem veritatis venire. Hoc quippe deus bonum iudicavit ut orationibus humilium dignaretur salutem prestare sublimium. Quod utique iam videmus impletum. Isto locutionis modo et dominus usus est in evangelio ubi ait phariseis: Decimatis mentam et rutam et cyminum et omne olus. Neque enim pharisei et quecumque aliena et omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant. Sicut ergo hic omne olus omne genus olerum, ita et illic omnes homines omne hominum genus intelligere possumus. Et quocumque modo alio intelligi potest, dum tamen credere non cogamur aliquid omnipotentem voluisse fieri factumque non esse, qui sine ullis ambiguitatibus in celo et in terra, sicut ei veritas cantat, omnia quecumque voluit fecit, profecto voluit facere quecumque fecit. Quod prescius deus primum hominem peccaturum predestinavit bene facere de malo eius. 104

Quapropter etiam primum hominem deus in ea salute in qua conditus erat custodire voluisset, eumque opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perduceret, ubi iam non solum peccatum non committeret sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato sicut factus fuerat perpetuam voluntatem habiturum esse prescisset. Quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est peccaturum esse presciebat, ad hoc potius preparavit voluntatem suam ut bene ipse faceret etiam de male faciente, ac sic hominis voluntas mala non evacuaretur sed nichilominus impleretur omnipotentis bona voluntas. Qualiter oportuit fieri hominem sic ut aliquis peccare possibilis sit.

Sic enim oportebat prius hominem fieri ut et bene velle posset et male nec gratis si bene nec impune si male postea vero sic erit ut male velle non possit nec ideo libero carebit arbitrio multo quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit servire peccato Neque enim culpanda est voluntas aut voluntas non est aut libera dicenda non est qua beati sic esse volumus ut esse miseri non solum nolimus sed nequaquam prorsus velle possimus Sicut ergo anima nostra etiam nunc nolle infelicitatem ita tunc nolle iniquitatem semper habitura est Sed ordo praetermittendus non fuit in quo deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale quod etiam peccare non possit quamvis sit melius peccare non posse

De immortalitate quam perdidit homo per liberum arbitrium et quam acceptus sit per gratiam

Sicut minor fuit immortalitas sed tamen fuit in qua posset tunc non mori quamvis maior futura sit in qua non possit mori quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset illa namque humana perdidit per liberum arbitrium haec acceptura est per gratiam quam si non peccasset acceptura per meritum quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset Quia etsi peccatum in solo esset libero arbitrio constitutum non tamen iustitiae retinendae sufficiebat liberum arbitrium nisi participatione immutabilis boni divinum adiutorium praeberet Sicut enim mori est in hominis potestate cum velit nemo est enim qui non se ipsum ut nichil aliud dicam vel non vescendo possit occidere ad tenendam vero vitam voluntas non satis est si adiutoria sive alimentorum sive quorumcumque tutaminum desunt Sic ergo in paradiso ad se occidendum relinquendo iustitiam idoneus erat per voluntatem ut autem ab eo teneretur vita iustitiae parum erat velle nisi etiam ille qui eum fecerat adiuvaret Sed post illam ruinam maior est misericordia dei quando et ipsum arbitrium liberandum esset a servitute cui dominatur cum morte peccatum nec omnino per se ipsum sed per solam dei gratiam que in fide Christi posita est liberatur ut voluntas ipsa sicut scriptum est a domino praeparetur qua cetera dei munera capiuntur per que pervenitur ad munus aeternum

Quod gratia dei sit vita eterna stipendium vero peccati mors et quod primus homo suam potius quam dei faciens voluntatem de ipso facta sit voluntas dei

Unde ipsam vitam aeternam que utique merces est operum bonorum apostolus dei gratiam appellat Stipendium inquit peccati mors est gratia autem dei vita aeterna in Christo Ihesu domino nostro Stipendium pro opere militiae debitum redditur non donatur ideo dixit Stipendium peccati mors ut mortem peccato non immerito illatam debitam demonstraret Gratia vero nisi gratis est gratia non est Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis bona merita esse dei munera quibus cum vita aeterna redditur quid nisi gratia donatur Sic ergo factus erat homo rectus ut et manere in ea rectitudine posset non sine divino adiutorio et suo fieri perversus arbitrio utrumlibet horum elegisset dei voluntas fieret aut etiam ab illo aut certe de illo Proinde quia suam maluit facere quam dei de illo facta est voluntas dei qui ex eadem massa perditionis que de illius stirpe profluxit facit aliud vas in honorem aliud in contumeliam in honorem per misericordiam in contumeliam per iudicium ut nemo glorietur in homine ac per hoc nec in se

Per qualem mediatorem oportebat reconciliari deo genus humanum

Nam neque ipsum liberaret unus mediator dei et hominum ihesus Christus nisi esset et deus Sed cum factus est Adam homo scilicet rectus mediatore non erat opus Cum vero genus humanum peccata longe separarent a deo per

mediatorem qui solus sine peccato est natus et pro nobis occisus est reconciliari nos
oportet deo usque ad carnis resurrectionem in vitam eternam. Et humana superbia per humilitatem
dei argueretur et sanaretur et demonstraretur homini quam longe a deo recesserat cum per incarnatum
deum revocaretur, ac per hominem deum exemplum obediencie contumaci homini
preberetur et unigenito suscipiente formam servi que nichil ante meruerat fons gracie
ut panderetur. Et carnis etiam resurrectio redemptis promissa in ipso redemptore premonstraretur et per eandem naturam quam se decepisse letabatur dyabolus vinceretur nec tamen homo
gloriaretur ne iterum superbia nasceretur, et si quid aliud de tanto mediatoris sacramento a proficientibus videri ac dici potest, aut tantum videri si dici non potest. Quomodo
se habeant anime defunctorum ante ultimam resurrectionem

Tempus autem quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum
est, animas in paradisi receptaculis continet aut in locis quibuscumque abditis
sicut unaqueque digna est requie vel erumna pro eo quod sortita est in carne cum
viveret. De sacrificiis vel elemosinis que pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur

Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum
pro illis sacrificium mediatoris offertur vel elemosine in ecclesia fiunt. Sed eis hec
prosunt que cum viverent hec sibi ut postea prodesse possent meruerunt. Est enim
quidam vivendi modus nec tam bonus ut non requirat ista post mortem. Est vero talis
in bono ut hec requirat quo possit post hanc vitam relevari. Est et rursus talis
in malo ut nec his valeat cum hac vita transierit adiuvari. Quocirca hic omne
meritum comparatur quo possit post hanc vitam relevari quispiam vel gravari. Nemo
se autem speret quod hic neglexit cum obierit apud deum promereri. Non igitur ista que
pro defunctis commendandis frequentat ecclesia illi apostolice sunt adversa sententie qua
dictum est. Omnes enim astabimus ante tribunal christi ut referat unusquisque secundum
ea que in corpore gessit sive bona sive mala. Quia etiam hoc meritum sibi quisque
cum in corpore viveret comparavit ut ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt
et quare non omnibus prosunt nisi propter differentiam vite quam quisque gessit in corpore.
Cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque elemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur pro valde bonis graciarum actiones sunt, pro non valde malis
propiciationes sunt, pro valde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum qualia
cumque tamen vivorum consolaciones sunt. Quibus autem prosunt aut prosunt ad hoc ut sit plena
remissio, aut certe ut tollerabilis fiat ipsa dampnatio. Quos fines recepture
sunt bonorum malorumque due civitates post resurrectionem

Post resurrectionem vero facto universo completoque iudicio suos fines habebunt
civitates due una christi altera dyaboli, una bonorum altera malorum, utraque tamen
et angelorum et hominum. Istis voluntas illis facultas non poterit ulla esse
peccandi nec ulla condicio moriendi. Istis in eterna vita vere feliciterque vi
ventibus illis infeliciter in eterna morte durantibus, quia utrique sine fine.
Sed in beatitudine isti alius aliis prestabilius, in miseria vero alius alio tollerabilius
permanebunt. De his qui humana miseratione commoti non credunt eternas

Frustra itaque nonnulli immo quamplurimi esse penas impiorum dampnatorum
eternam dampnatorum penam et cruciatus sine intermissione perpetuos
humano miserantur affectu atque ita futurum esse non credunt, non quidem scripturis
adversando divinis sed pro suo motu dura queque molliendo et leniorem sententiam
flectendo quam putant in eis terribilius esse dictam quam verius. Non enim inquiunt obliviscetur
misereri deus aut continebit in ira
misericordias suas. Hoc quippe in psalmo legitur sancto. Sed de his sine scrupulo
intelligitur qui vasa misericordie nuncupantur quia et ipsi non pro meritis suis

sed eos iniquitate denunciata liberavit. Aut si hoc ad omnes existimat pertinere non
ideo necesse est ut dampnacionem opinetur posse finiri eorum de quibus dictum est: Ibunt
isti in supplicium eternum, ne isto modo putetur habere finem quandoque etiam felicitas
eorum de quibus dictum est e contrario: Iusti autem in vitam eternam. Sed penas dampnatorum
certis temporum intervallis existimet si ei hoc placet aliquatenus mitigari. Etiam sic quippe intelligi
potest manere in illis ira dei, hoc est ipsa dampnacio. Hec enim vocatur ira dei non divini animi pertur-
bacio, ut in ira sua, id est manente ira sua, non contineat misericordias suas, non eterno supplicio
finem dando sed levamen adhibendo vel interponendo cruciatibus. Quia nec psalmus ait ad
finiendam iram suam vel post iram suam sed in ira sua. Que si sola esset, quanta ibi minima
cogitari potest, perire a regno dei, exulare a civitate dei, alienari a vita dei, carere tam mag-
nitudine dulcedinis dei quam abscondit timentibus se, perfecit autem sperantibus in se, tam grandis
est pena ut ei nulla possint tormenta que novimus comparari. Si eterna sit pena damp-
natorum quamvis diversa pro qualitate factorum, sic iustorum eterna erit beatitudo licet nitescat multiformiter distan-

Manebit ergo sine fine mors illa perpetua dampnatorum id est alienatio a vita dei et omnibus
erit illa communis quaslibet homines de varietate penarum, de dolorum relevatione vel intermis-
sione pro suis humanis motibus suspicentur, sicut manebit communiter omnium vita eterna sanctorum
quamlibet honorum distancia concorditer fulgeant. Qualis confessione fidei nascatur spes, si-
mul et ne quis in se ipso spem habeat sequitur

Ex ista fidei confessione que
breviter in symbolo continetur carnaliter cogitata lac parvulorum est. Spiritualiter autem
considerata atque tractata cibus est fortium. Nascitur spes bona fidelibus cui caritas sancta
comitatur. Sed de hiis omnibus que fideliter sunt agenda ea tamen ad spem perpetuam pertinet
que oracione dominica continetur. Maledictus enim omnis sicut divina testantur eloquia qui
spem ponit in homine. Ac per hoc et in se ipso qui spem ponit, huius maledictionis vin-
culo arcetur. Igitur non nisi a domino deo petere debemus quicquid speramus nos vel bene opera-
turos vel pro bonis operibus adepturos. De septem peticionibus dominice oracionis apud
Matheum evangelistam

Proinde apud Matheum evangelistam septem peticiones dominica
oracio continere videtur, quarum in tribus eterna poscuntur, in reliquis quatuor temporalia que
propter eterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus: sanctificetur nomen tuum, adveniat re-
gnum tuum, fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, quod non absurde quidam intellexerunt
etiam in spiritu et corpore omnino sine fine retinenda sunt et hic inchoantur et quantumcumque profecimus
augentur in nobis, perfecta vero, quod in alia vita sperandum est, semper possidebuntur. Quod
vero dicimus: panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in temptacionem sed libera
nos a malo, quis non videat ad presentis vite indigenciam pertinere? In illa
itaque vita eterna, ubi nos semper futuros esse speramus, et nominis dei sanctificacio et regnum eius
et voluntas eius in nostro spiritu et corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis
vero cotidianus ideo dictus est quia hic est necessarius quantum anime carnique tribuendus est, sive
spiritualiter sive carnaliter sive utroque modo intelligatur. Hic est etiam quam poscimus re-
missio ubi est commissio peccatorum. Hic temptaciones que nos ad peccandum vel alliciunt
vel impellunt. Hic denique malum unde cupimus liberari. Illic autem nichil istorum est.

De quinque peticionibus apud Lucam evangelistam pro Matheo

Evangelista vero Lucas in oracione dominica peticiones non septem sed quinque conple-
xus est, nec ab isto utique discrepavit, sed quomodo ista septem sunt
intelligenda, ipsa sua brevitate commonuit. Nomen quippe dei sanctificatur in spiritu dei
autem regnum in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas terciam peticionem
duarum superiorum esse quodammodo repeticionem, magis eam pretermittendo facit intelligi.
Deinde tres alias adiungit: de pane quotidiano, de remissione peccatorum, de temptacione

vitiunda. At vero in illo ultimo quod ille posuit: sed libera nos a malo, iste vero non posuit, ut intel
ligamus ad illud superius quod de temptatione dictum est pertinere. Ideo quippe ait: sed
libera nos, non dixit: et libera, tamquam unam petitionem esse demonstrans: noli hoc, sed istud, ut sci
at quisque in eo se liberari a malo quod non infertur in temptationem. De excellentia caritatis sine
qua ceterum qui recte credit ac sperat non potest ad beatitudinem pervenire

Iam porro caritatem, quam duabus istis, id est fide et spe, maiorem dixit apostolus, quanto in
quocumque maior est, tanto melior est in quo est. Cum enim quaeritur utrum bonus sit homo,
bonus non quaeritur quid credat aut quid speret, sed quid amet. Nam qui recte amat,
procul dubio recte credit et sperat; qui vero recte non amat, inaniter credit, etiam si vera sunt
quae credit; inaniter sperat, etiam si ad veram felicitatem docentur pertinere quae sperat, nisi et
hoc credat quod sperat, quod sibi petenti donari possit ut amet. Quamvis enim sperare sine
amore non possit fieri, tamen potest ut id non amet sine quo ad id quod sperat non potest pervenire,
tamquam si speret vitam eternam, quam quis non amat, et non amet iustitiam sine qua nemo
ad istam pervenit. Ipsa est autem fides Christi quam commendat apostolus, quae per dilectionem operatur,
nondum habet, petat ut accipiat, quaerat ut inveniat, pulset ut aperiatur ei. Fides namque
impetrat quod lex imperat. Nam sine dei dono, id est sine spiritu sancto per quem diffunditur cari
tas in cordibus nostris, iubere lex poterit, non iuvare, et praevaricatorem insuper facere, qui de
ignorantia se excusare non possit. Regnat carnalis cupiditas ubi non est dei caritas.

Quattuor differentiae hominum quos deus gratia sua de tenebris ignorantiae ad se vocare dignatur

Sed cum in altissimis ignorantiae tenebris || est quibus quoque apostolus ordinatas dicit
nulla resistente ratione secundum carnem vivitur, haec prima hominis. Deinde cum per legem co- 119
gnitio peccati facta fuerit, si nondum divinus adiuvat spiritus, secundum legem volens vivere vinci
tur et sciens peccat, peccatoque subditus fit. A quo enim quis devictus est, huic et servus
addictus est, id agente cognitione mandati ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam, cu-
mulo praevaricationis adiecto. Atque ita scriptum est: lex subintravit ut abundaret
delictum. Haec sunt secunda hominis. Si autem respexerit deus, ut ad implenda quae mandat ipse
adiuvare credatur, ut agi homo coeperit dei spiritu, concupiscit adversus carnem fortiore robore caritatis,
ut quamvis sit adhuc quod homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata,
ex fide tamen iustus vivat, iusteque vivat quantum non cedit malae concupiscentiae, vincendi delectatione delectat
iustitiae. Haec sunt tertia bonae spei hominis. In quibus si pia perseverantia quisque proficiat,
postrema pax restat, quae post hanc vitam in requie spiritus, deinde in resurrectione carnis
implebitur. Harum quattuor differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta
in pace plena atque perfecta. Sic est et dei populus ordinatus per intervalla temporum, sicut deo
placuit, qui in mensura et numero et pondere cuncta disposuit. Nam fuit primum
ante legem, secundo sub lege quae per Moysen data est, deinde tertia sub gratia quae re
velata est per primum mediatoris adventum. Quae quidem gratia nec antea defuit quibus
eam oportuit impertiri, quamvis pro temporis dispensatione velata et occulta. Neque enim an
tiquorum quisquam iustorum praeter Christi fidem salutem potuit invenire. At vero nisi
ab illis cognitus fuisset, non potuisset nobis per eorum ministerium alias apertius alias
obscurius prophetari.

In qualibet istarum quattuor velut aetatum gratia regenerationis hominem invenit ei peccata remittuntur

In quacumque autem quattuor istarum velut aetatum ||
singulum quemque hominem gratia regenerationis invenit, ibi ei remittuntur praeterita cuncta
sua peccata, et reatus ille nascendo contractus renascendo dissolvitur. Tantumque in tantum
valet quod spiritus ubi vult spirat, ut quidam secundum illam servitutem sub lege esse
non noverint, sed commendatam incipiant habere adiutorium divinum. Requiritur. Non obesse
his qui iam renati sunt et mundati necdum capaces sunt et secundum carnem vivunt
si mox ex hac vita discedant

Utrum autem homo possit capax esse mandati ut sine carne vivat necesse est quia si-
quam secuta regnaret[?] imbuta est, nichil ei mors obesset, si nec cohabitat vita inquit
ergo ideo Christus mortuus est et resurrexit ut vivorum et mortuorum dominetur, nec tenebit regnum
mortis eum pro quo mortuus est qui liber erat in mortuis. De caritate dei et proximi ad
quam omnia precepta referuntur, et de qualitate omnis in hoc seculo vel futuro. Capitulum 122

Omnia precepta divina ad caritatem referuntur, de qua dicit apostolus finis autem precepti caritas
de corde puro et consciencia bona et fide non ficta. Omnis itaque precepti finis caritas est,
id est ad caritatem refertur omne preceptum. Quod vero ita fit ut timore pene vel intencione
carnali ut non referatur ad illam caritatem quam diffundit spiritus sanctus in cordibus nostris nondum
fit quemadmodum fieri oportet quamvis fieri videatur. Caritas quippe dei ista est et proximi et utique
in hiis duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Adde ewangelium et adde apostolos, non
enim aliunde ista vox est: finis enim precepti caritas est. Quecumque ergo mandat deus, ex
quibus unum est: Non mechaberis, et quecumque non iubentur sed spirituali consilio mo-
nentur, ex quibus unum est: Bonum est mulierem non tangere, tunc recte fiunt cum referuntur
ad diligendum deum et proximum propter deum et in hoc seculo et in futuro. Nunc deum per fidem, tunc per
speciem, et ipsum proximum nunc per fidem. Non enim corda mortales mortalium novimus. Tunc il-
luminabit dominus abscondita tenebrarum et manifestabit abscondita cordium, et tunc laus
erit unicuique a deo, quia id laudabitur et diliget in proximo quod ne lateat ab ipso illuminabitur.
Deo minuitur autem cupiditas caritate crescente donec veniat hic ad tantam magni-
tudinem qua maior esse non possit. Maiorem autem caritatem nemo habet ut animam
suam ponat quis pro amicis suis. Ubi autem quis explicet quanta caritas erit, ubi cupidi-
tas quam vel cohibendo superet nulla erit, quia summa sanitas erit quando contencio mortis
nulla erit.

Sequitur de fine huius libri

Sed sit aliquando huius voluminis finis, quod ipse videas utrum enchiridion vel appel-
lare debeas vel habere. Ego tamen cum tua in Christo Ihesu studia non puta-
rem bona de te credens ac de adiutorio nostri redemptoris confidens ac sperans, teque in eius
membris plurimum diligens, librum ad te sicut valui, utinam tam commodo quam prolixum,
de fide spe et caritate conscripsi. Hic est finis. Gracias tibi trinitas. Amen.

Explicit liber beati Augustini dictus Enchiridion grece, latine vero manualis 1462
Sabbato ante festum sancti Petri ad vincula.

Ad commendacionem Fabiani ac Sebastiani consideranda illud quod per incarnacionem misterium. Huius namque velut
quandam turrim apostoli firmus artifex tantis tamque solicitudinis sepius insensit
tante diligencie vires apposuit tantisque laboribus huius nature assumptam fatigavit
ut necdum sudorem sanguineum rubratum de suo corpore distillavit, sed etiam ut in ecclesie stru-
cture lapides vivi fortius coherent propriissimo cruore sui cordis cementavit. Nam
sicut Augustinus xxii libro de civitate dei capitulo xvii: sicut mulier formata fuit de costa viri dor-
mientis sic ecclesia edificata est de latere Christi dormientis. Structuram quidem ecclesiam inhitando
pro remissione graciam, quam altum celum fecit sanctis miraculis illustrat, sua predicacione instituit,
sanctis factis mirabiliter commendat, quam beate resurrectionis et ascensionis sue magnificencia
gloria non solum toti mundo extulit, construxit, sed per eam totum mundum de incendio acquisivit.
Sanctam quidem ecclesie ne futuris tempestatibus de facili vacillaret, talem semetipsum pro funda-
mento supposuit quod cadere plurima tyrannice persecucionis venerunt flumina nichilque temp-
tacionis flaverunt venti scismatis heresum et errorum. Nec cadit quia fundata erat
supra firmam petram. Augustinus xxv: Ecclesia quidem petra sicut apostolus Ad Corinthios x: petra erat Christus,
quam Augustinus dicit: super petram edificabo ecclesiam meam etc. Sicut ut esset civitas munita
ad defendendum invalidos per custodiarum obsequium scola erudiens pro preceptorum resplen-
denciam et apoteca redolens per sacramentorum continenciam

Tractatus de oculo morali magistri Linconiensis et si omni statui in genere specialius presidencium et specialissime status clericalis utiliter directivus

Si diligenter in lege domini voluerimus meditari facillime reperiemus ea que ad oculum
sive ad visionem pertinent pre ceteris frequencius in sacris eloquiis recitari. Et ideo puto
consideracionem de oculo vel de hiis que ad ipsum pertinent esse utilem ad habendam
divine sapiencie noticiam pleniorem. Dicturus igitur pauca de oculo presens continet annotacionem
salute et edificacionem sermo de ipso sequentur. Sed quia hec moraliter breviter valeo sermonem facere
prout ille qui finxit oculum cuius oculi respiciunt in pauperem sermonis mei tenuitatem
oculus dignabitur illustrare presens autem opusculum in capitulorum quindenarium numerum est distinctum
Primo tractatur de modo prime oculi composicionis. Secundum de septem in ordine in oculi composicione.
Tercium de visionis modo. Quartum de visionis modo. Quintum de visionis completivo organo.
Sextum de xii mirabilibus circa oculi visionem moralem continentibus informacionem. Septimum
de instructione morali secundum xii proprietates repertas in oculo corporali. Octavum de vii differenciis
oculorum iuxta numerum septem capitalium viciorum. Nonum de sumptuositate oculi respectu
ceterarum parcium corporis humani. Decimum de corporalium oculorum tenebris que quantum sufficienda
Undecimum de informacione scolarium de xii condicionibus que requiruntur ad visionem. Duo-
decimum de instructione platorum conspectantibus oculorum. xiiium de quibus rebus quas spiritu-
ales debent maxime meditari. xiiiium de iiibus visionibus oculus delectantibus
xvum de oculis septempliciter intuentibus deum. Prima pars de oculo sacramentaliter.

Sciendum ergo quod sicut patet clarius apud Constantinum in libro que fecit de oculo
vel secundum Galienum in primo libro sue perspective. Oculus tres habet tunicas i. sibi
proprie. quarum prima dicitur uvea. que est sicut una secunda cornea qui sicut cornu est
clara et lucida. tercia vero sclerotica sive consolidativa. eo quod est solida sive dura.
Habet eciam oculus tres humores primus vitreus nomen accepit. quia vitri liquati similitudinem
gerit. Secundus glacialis sive cristallinus dicitur quia cristallus sive glaciem imitatur. Tercius
vocatur albugineus quia est albuginem ovi similis. et habet insuper oculus unam telam sibi
lem et parvam circa humorem qui tela sunt contentiva. que tele aranee similatur
propter quod et tela aranea nuncupatur. habet postremo oculus palpebras quibus velantur
et aperiuntur ex motibus consuetudinariis. humor autem cristallinus qui inter ceterorum humorum medio
collocatur pupilla vocatur. et enim in ea est virtus visiva sed in subiecto. licet non po-
tissimum nervus qui est organum radicale in quo in medio cerebri se intersecant duo nervi
visibiles ab oculis venientes. et in illo nervus principaliter totus visivus singulariter radi-
catur. et medium in utroque oculi pupilla dicitur hinc apparet quod eleganti similitudine
visus sit dicendo quod dixit custodi me domine ut pupillam oculi. Nam ut tangi-
derunt est pupilla humor cristallinus seu glacialis dicitur qui in duobus humoribus
velut in una tela vel 3 bus tunicis et similiter palpebris tegitur. nichilominus continua
influencia spirituum et virtutum procedens a cerebrali pleniter virtus visive consistens
ut tactum in nervorum tercia intersectione. Ex quo manifeste ostenditur quod septem ad pupille
custodiam requiruntur in quo consistit spirituali pupille i. anime custodia septem nobis
sunt necessaria scilicet virtutes principales tres theologice et iiiior cardinales. Insuper et addi-
continua influencia custoditur manans a plenitudine christi. Quia habet enim nostra pu-
pilla spiritualis habet a deo custodiri. ideo dicit sapientissimus aperte dicit custodi
me domine ut pupillam oculi. Et ad similitudinem visus fuit sancte Moyses edoctus ab
eodem spiritu quod dixit Deutero. xxxii. Circumduxit eum et custodivit quasi pupillam oculi.
In hoc enim quod non tanta custodia vellatur oculus spiritualis informamur ad solicitam
custodiam anime oculorum. ne si negligentes fuerimus tamen dicamus Dereliquit me
virtus mea et lumen oculorum meorum non est mecum. Primum enim spiritualis pupilla i.
anima a septem virtutibus tamquam a septem pupille custodibus ut dictum est habeat

custodiri non est mirum si ille qui virtus sua dereliquit. lumen oculorum amisit. Et
ideo etiam deus longe sua valens districtissime custodiri ut patet qui mandata sua
nimis custodiri precepit, signatur legis sue custodia pupille comparauit prouerbiorum vii Ser
ua legem meam quasi pupillam oculi tui. Et hoc autem in predictis tunicis oculorum est considerandum
quod tunice ad pupille custodiam ordinantes sunt in mollicie et duritia differentes mol
lior tunica pupille proximior est, durior vero ab eadem remocior. In quo oculus seu prelati ma
iores pueri informantur vt sic misericordie lenitate cohibeant ut censura iusticie non
obmittant Nam ut dicit gregorius Iusticia sine misericordia nichil destruitur. si vna sine
altera teneatur. Sunt tamen ad minus priores ut sit eis vna vicinior. hic accedat in
iusticia Cuius rei exemplum accipiat in helya qui quasi quidam oculus constitit diu a
remotis que respiciens futura prouidit Unde cum modo dicitur propheta olim dicebatur videns
ut habetur I Reg ix hic autem oculus dextissime sunt compositus Sunt enim ad minus
magis quod ad iusticiam pronus Et minus leuiter quod et iusticiam confirmauit de ipso quippe dicitur
iiii Reg 2o pater mi pater mi currus israel et auriga eius Et conuerte primo deus. postea
auriga dictus. Dicitur enim prelatus primo esse deus infirmos per misericordiam supportando Secundo
dicitur esse auriga per seueritatem iusticie discolos stimulando hunc ordinem sinat. et do
ceat prelatos ad hunc obseruationem informat samaritanus qui et custos interpretatur per
quem prelati significantur Infudit enim oleum et vinum in vulneribus sauciati Nota ordinem
quem primo oleum in quo designatur lenitas misericordie Deinde vinum in quo seueri
tas discipline Audiat igitur et attendat prelati qui priores sunt ad seueritatem quam
ad pietatem quod sapientissimus super dicat helyas heliquiadis prelati medici et principes sunt
medici medicari inuicem dicit vii quibus remediis misit cum leuium bursa desi
derata sanitas desperatur vnde lucanus prelati sunt principem sermo moribus esse
et qui moderamina consilia loquatur et vocem gerat medicorum qui morbos curant
nunc examinaton in replens, nunc repletione in vacuus et dolorem sedant nunc cautio
nunc foment Sed enim attendi alius et tiberinos nulla diligencia curat quo
aberrant corde compescant vicium et alius concordem reddunt, quia salicune
contra prelatum et principem moderari. vt subditos qui vnaces et vinis moribus habitantes
in doma reddunt Certum est autem quod tutius est corde demitti amplius quam
ni tendi Premisse nimis. nitentia artificis opera confualescat Que autem semel rup
ta est nullo artificio reparatur Nec sit piger ad penas princeps ad premia velox
Et dolcat quotiens cogitur esse ferox Vnde alium iusticie est, alium pietatis Vnde
Salomon in prouerbiorum misericordia et veritas non te deserunt circunda eas gutturi tuo et describe
in thabulis cordis tui et inuenies graciam bonam coram deo et hominibus Et
in thabulis cordis tui et inuenies graciam sine sunt coram ... Unde contemp
sciuntur etiam sine pena est omnibus est odibilis, qui sine secta. omnibus contemp
tibilis Dicitur etiam Claudianus Sit pius in primis Nam cum vincamur in
homis vnica sola deos equat clemencia nobis Nec tibi quid liceat sed quid
fecisse licebit Occurrat mentem que domet. respectus honesti dicit enim Crisostomus super
Act Si erramus moderatam penam imponentes melius est propter misericordiam dare rationem
quam propter crudelitatem sicubi puritatem Si tales essent hodie prelati tunc esset
similes oculo corporali et tunc a subditis suis amarentur ut oculi Et Ro paulus
qui erga subditos mitissimus constitit in tantum ut diceret ii Cor xi Quis inf
irmatur et ego non infirmor ad Gal iiii filioli mei quos iterum parturio ad phil
io Testis enim est mihi deus quomodo cupiam vos omnes in visceribus ihesu xpisti Id
eo a subditis plus quam oculus amabatur dicit enim ad Gal iiii Sicut angelum
dei excepistis me testimonium enim perhibeo vobis quod si fieri potuisset

oculos vestros eruissetis et dedissetis michi. Sed tradit propter duriciem prelatorum sepe
contingit quando vellent eum subditi intus oculos eruisse. Plati. De triplici oculorum visione

Doctores perspective distingunt triplicem oculi visionem. Prima est per lineas rectas.
Secunda per lineas fractas. Tertia per reflexas. Quarum prima certior prestantior est aliis
duabus. Secunda certior quam tertia. Tertia minus certa. Modo consimili spiritualiter loquendo possumus in
homine triplicem visionem designare. Unam perfectam que est in statu glorie post resurrectionem
ultimam. Alia est anima separata a corpore usque ad resurrectionem in celo empireo divinam
essentiam contemplantis et hec visio debilior est quam prima. Tertia vero est in hac vita
que omnium est debilissima, et hec fit fieri per reflexionem, sicut et visio qua aliquid
videtur in speculo fit fieri mediantibus reflexis lineis. Et ab apostolo vocatur visio
speculativa. Unde videmus nunc per speculum in enigmate, sed in gloria facie ad
faciem scilicet post resurrectionem secundum plenam certitudinem. Nunc autem in anima secundum obligationem
ab illa retinetur eo quod non complebitur anima per visionem retinetur vel plenitudine
antequam suo corpori sit unita. Nam ut ait Augustinus Credibus iam in celo beatis
antequam suo corpori sit unita, inest quidam naturalis appetitus ad vivificandum corpus, quo retardantur
deum videntibus. Ex quo patet quod sunt karitas sit sapientes perspe-
ctivi nec totaliter ferantur in deum. Ex quo patet quod sunt locuti sit sapientes perspe-
ctivus paulus, qui visionem patrie faciei, visionem vero vie specularem et perspe-
ctivam vocavit prima ad corinthios xiii videmus nunc per speculum etc. Nunc cognosco ex parte etc. Et sicut
ab amico suo dilectissimo, pro multo tempore videre desiderans non satiatur si ipsum tunc videt
in speculo, nisi eciam ipsum respiciat in se ipso. Sic nec nunc videmus deum per speculum. Cor i
in speculo, nisi eciam ipsum respiciat in se ipso ... cum ipsum directa vel faciali visione videbimus implebimur.
Non satiatur oculus visu, sed in futuro cum ipsum directa vel faciali visione videbimus implebimur.
Psalmus Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et sicut dicit gennasi, de visione dei dicit glosa facti
post satiabor cum apparuerit gloria tua ... in bono optimo quod tenebimus quod per gaudio inexplicabili cupere
infatigabiliter delectabimur in bono optimo. Levate vocem simul laudem quia oculo ad oculum videbimus. Visus quid exigat
ysaie lii. Levate vocem simul laudem quia oculo ad oculum videbimus. Visus quid exigat

Sicut probat ptolomeus in libro de aspectibus, ad visionem exigitur ut fiat intus su-
scipiendo visibilium similitudinem et emittendo vel cooperando propriam speciem et
virtutem. Eodem modo spiritualis visio non solum requirit ut anima recipiat ab extra, scilicet a deo
virtutem et graciam, sed ut cooperetur per virtutem propriam. Nam ad iustificationem impii requiritur
motus liberi arbitrii, et concursus eius cum gratia dei. Unde Augustinus Qui creavit te sine te
non iustificabit te sine te. Angelus vero ecclesie eciam angelus laodicie spiritualiter esset
cecus ut dicitur apocalypsis iii. Tu dicis quod dives sum et nullius egeo, et nescis quia miser es
et pauper et nudus et cecus. Dixit ei celestis medicus Collirio unge oculos tuos
ut videas. Per collirium quod purificat oculos, signatur contricio et dolor de peccatis et conatus
proprius in exercitatione bonorum operum quibus homo cooperatur ut visum recipiat spiritualium oculorum.
Unde dicit glosa super eodem loco Collirio oculi unguntur ut videas et ad cognoscenda
veri luminis claritatem intellectum nostre aciei medicamina bone operationis adiungas. Insignum
etiam rei scilicet ut cooperari debeamus ut spiritualiter videamus. Voluit deus ut paulus prius
quam excecatus visum reciperet oraret et triduo ieiunaret ut dicitur Act ix. Idem eciam
designatur in hoc quod thobias felle piscis oculos patris sui linivit, statim quod visum
recepit thob xi. In felle quod est amarum signatur amaritudo et dolor de peccatis et indi-
gnatio contra peccatum. Nam fel commovet iras. Quid autem ex parte hominis requiritur ut visus
interior restauretur.

De oculorum visione

Sicut in sciencia perspectiva docetur visio in oculis non completur. Nam cum ex
rei due divise species ad utrosque veniunt oculos et cum diversitas speciei diver-
sificet iudicium, si visio completur in oculo propter comprehensionem speciei eiusdem una
res iudicabitur esse due. Oportet igitur ut ponatur aliquid sentiens preter oculos in quo
visio compleatur, cui ministrantes sunt oculi qui reddunt ei speciem visibilis rei
et hic est communis nervus in superficie cerebri ubi concurrunt duo nervi a duabus partibus

anterioribus cerebri qui per concavitatem in duo dividuntur rami et sic ad oculos extendunt. In illo igitur
nervo virtus visiva fontaliter radicatur, et quia tunc virtus fontalis est una ad quam terminantur
virtutes oculorum ideo res una non apparet nisi una quamvis a duobus oculis videatur. Ex hiis autem
quod visio completiva in oculis apparentibus non completur sed in nervo quodam qui intus occulta
spiritualiter informatur ut iudicium temerarium declinet in rebus ut apparet prima facie
iudicemus sed per deliberationem ad interius iudicium recurramus. Unde et de angelo magni
consilii cuius figuram gerit omnis actor est vera instructio Isaie xi Non secundum visionem oculorum
iudicabit. Non enim ut ait Seneca quod ante oculos situm est sufficit intueri. Unde sepe multa
sedet in exterioribus oculis que tamen munda sunt si consideratur interno iudicio. Hominis quod
evidenter apparet de iudicio lepre Levitici 13. Si autem effloruerit discurrens lepra in cute
et operuerit omnem carnem a capite usque ad pedes et quicquid sub aspectum oculorum cadit
considerabit eam sacerdos, et teneri a lepra mundissimam iudicabit. De oculi caligine

Scribitur in scientia perspectiva et hoc docet experientia quod oculus in aere caliginoso lo-
co stans non videt nec percipit vapores et nubila circumspiciens. Cum autem recedens
exierit huiusmodi aerem vaporosum, si tunc retrospiciat videt ipsum quem prius in ipso po-
situs non videbat. Hoc modo et peccator quamdiu est in peccato propter suas tenebras carnis
adiudit et quod peccatum peccatis et lumine divine gratie illustratus, tunc primo peccati ma-
gnitudinem et caliginem in qua fuit recognoscit. Exemplum de simea que dum iuxta turrim
iacet, non percipit molem turris donec ab eo cepit elongari. Unde et David postquam
a peccato cum Bersabee perpetrato se perpetuo elongavit, peccatum suum cognovit et dixit
quoniam iniquitatem meam ego cognosco. In huius rei figura dicitur Exodi x levantes filii Israel
oculos viderunt egyptios post se. Egyptus autem interpretatur tenebra et signat peccatum. Quod
et homo tunc primo cognoscit cum a peccato recedit. Unde dicit Augustinus de similibus. Con-
suetudo vero est ut non facile cognoscatur ab eo qui illo premitur, sed mox ut cessaverit
ab illo tunc demum considerat inquinata miseria et feditate latuerat. De digito ante oculum

Expertum est in perspectiva scientia quod si quis oculo digitum supponat et a situ debito
expellat eum propter motum factum in oculo, unum videbit esse duo. Hic continetur intendo
prelatis modernis temporibus qui ducti persuasione mali consiliarii a rectitudine repelluntur
iudicii, iudicant aliquem digniorem beneficiis dupliciter quem tamen unico contentum debent
sentire si in iudicio non errarent. Hic autem plerumque contingit per malum consiliarium qui
bene directionis qua pollere videtur, iuxta per digitum designatur. Malus enim co-
siliarius suis pravis exhortationibus et quibusdam impulsionibus sepe precipitatur in
aliquem errorem dum extortis auctoritatibus et tirannorum exemplis persuadet quod prelato
sine principi cuncta liceant. Exemplificat Unus tirannus domestica aut fa-
miliarem suum unicum in ecclesiam sine electione intrusit. Unus clericus possedit
Unus episcopus plenarie induxit. Hic volo sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Et
malus consiliarius reges perdit et principes. Hic mediis et ipsis pontifices
et ceteros curie presidentes. Si enim prelatus de aliquo indigno promotione ro-
gatus defectum apparuit, absque ratione promoveri non debet, malus assistens consiliarius
quicquid oppositum fuit gerentibus exemplis et patrum simulationibus ameliorabit.
Si enim abiectum fuit ignobilis est recedabit. Sicut petrus vertex curie
glabatur alicubi de sanguinis nobilitate. Si dicatur quod iuvenis est Ieremiam
in prophetam dum puer fuisse recedabit, et ibi senibus iudices presbyteros
a daniele puero allegabit. Illiteratus est Nec scolas apostoli leguntur fre-
quentasse. Elingius est Sicut aaron ut legitur in exodo vice moysi impe-
ditioris lingue factus est sacerdos. Luxuriosus est et lupanaria frequentat
Sicut et Osee meretricem sibi mandante domino copulavit. Inscipiens est Sicut et.

per insipientiam mundi decrevit deus salvare credentes / percussor est et arma portat
Sed et petrus summi pontificis auriculam amputat / Violentus est et gule deditus /
Sed et ipse dominus potator vini et carnium vorator legitur esse dictus Non est autem servus
maior domino suo Non acquiescit maioribus nec vult eis in aliquo obedire Sed
et paulus legitur petro apostolorum principi in faciem restitisse Contentiosus est et pacis
turbator Sed et inter discipulos christi facta est contencio quis eorum videretur esse maior
Miliciam armatam exercuit Sed et martinus martinus aliquando Juliano militavit Homi
cida est Sed et moyses interfecit egiptium Periurus est et sepius periuravit Sed et
petrus periurium periuriis cumulavit Cupidus et vanus est Sed talis fuit luc-
cius heresum qui docuit Sed et augustinus se fuisse manicheum asserit postremo si prelatus
abiecerit quod damnandum presens ineptus sit Ad hec malus consiliarius rudebit Sed
et Sampson philisteos ad maxillam asini expugnavit Item potest adhuc deus
sicut ille qui de lapidibus suscitare filios abrahe / Videns quod omnipotens sit iste
digitus scilicet malus consiliarius ut suis persuasionibus speculatoris id est prelati oculos ex-
cecare faciat in videndo / et eius iudicium pervertendo Et hic quanto tanto efficacior
invenitur quanto discrecior iudicatur. Unde 2 Regum in Consilium Achitophel quod
dabat in diebus illis ut de ipso diceretur Digitus dei est hic Talis erat Achitophel
prudentissimus consiliarius absalonis de quo dicitur 2 Regum xvi b Consilium achitophel
quod dabat in diebus illis quasi si quis consuleret deum Numquid est hoc aliud di-
cere quam digitus dei est hic Unde dicitur Eccli 37 A consiliario malo serva animam
tuam Et david orabat / Domine libera animam meam a labiis iniquis etc. hic [illegible]
eciam prelatus debet orare et adiutorium postulare Non solum autem per malum consiliarium de-
cipitur predictus cecus oculus id est talis prelatus sed eciam acceptione munerum que
a loco suo quodammodo removet pupillus oculi Unde et eum qui iam recepit mu-
nera vulgariter consuevimus dicere perversum et ideo pervertere iudicium Isti sunt digiti
de quibus dicitur Ysaie 59 Digiti vero pleni sunt iniquitate Et ideo non mirum si totis
oculum ab equo faciat declinare iudicium Tria namque precio solent pervertere
iudicium sapientum scilicet credendi facilitas amor munerum et acceptio personarum
Et ideo dicitur Deut 16 munera excecant oculos sapientum Et de filiis samuel
dicitur Acceperunt munera et perverterunt iudicium Et poeta animus et a forma rerum
distorquet acumen iudicis / et tetra invalidat caligine mentem Ideo
dolendum est quod sic contingat quod deus auctat quod prelati qui sunt iudices sed
ut vana mundi [illegible] diligant munera sequantur retribuciones. sed subiectos [illegible]
sed ut repleant suos spoliant alienos ut dici possit In quorum manibus
iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus Excuciant igitur prelati
excucie manus suas ab omni munere si volunt in iudicio non errare Exemplo sci-
gonem qui nullum omnino munus accepit ab homine litigante aut ab eo
cuius litem credebat imminere [illegible] et [illegible] qui modice facultatis
erat cuius causam non dominus audierat et vi marcas auri devotissime offe-
rebat non sine ~~misericordia~~ magna indignacione fertur fertur dixisse Nondum
ingressus es domum et iam corrupisti viros domini Gaufridus eciam carnotensis
legacionem fungens in aquitania nulla recipiebat munera / sed contempsit
ut sectam presentem quoddam sturionem a devoto quodam clerico accipere tamen ac-
quievit postea tamen [illegible] Sic si facerent moderni prelati tunc
diligerentur ut patres timerentur ut domini colerentur ut sancti [illegible] compacionibus

parent munera non amaret nec omnem questum pietate putaret. Quod hodie
in domibus multorum prelatorum et principum omnia sunt venalia regnante ibidem
avaricia. Nam cum semel abstinuit viciorum mater in aula pestis avaricie
que sola meretur omnis diuturni spes spreto moderamine mentis. Curritur in
facinus nec leges curia curat. Ipse licet venias musis comitatus homere
si nichil attuleris ibis homere foras. In multis siquidem curiis invenies
ianitores cerbero duriores. Quod apud inferos unus dicitur esse cerberus. hic
autem tot sunt cerberi et hostiarii. totam familiam aut mordentem invenies
aut latrantem. Et sicut dicitur a[r]chi[diaconus] in [...] si quis non dedit. in ore eorum quippiam
seufitabitur super eum aliud sed audito nummo cum viso principe sermo dissiliunt
valve nichil auditur nisi salve. Legitur de beato Bonifacio in eius vita quod
ab omni munere manus suas excuciens acceptores munerum ut detestabiles
fugiebat. Cuilibet eciam sepe dicebat quod prendere et pendere non differunt nisi
tantum in una litera. Unde patet quod qui munera libenter accipiunt valde proximi sunt
suspendio nisi ea accipiunt bono modo. Super omnia vero quisque caveat quod ut
iniquorum munera non acceptet ne aut ingratus si eos non fovet. aut
si fovet iniustus habeatur. Quare visus reputat unum duo.

Apud perspectivos expertum est quod si quis de nocte virgam vel digitum vel
quamcumque rem aliam que umbram facit elevet inter oculos et candelam si tunce candelam recte ~~aspiciat~~ aspiciat videbitur ei de uno digito
quod sint duo. Et in hoc advertendum est diligenter quod si clauditur oculus dexter
disparet ymago sinistra et econverso. Super quo plurimum admiratus est Augustinus
unde dicit xii libro de Genesi ad litteram c. 2° longum est causas huius apparacionis declarare et re-
quirere. longum est homini sciam perspectivam nescienti quomodo aspicit. Sic peccator oculus mundo
ete peti petum sum considerationis apparent oculis et lucerna aspiciat. Ubi dicitur de
qua psalmista lucerna pedibus meis verbum tuum. videbit peccata singula quo ad pene
prudenciam quodammodo duplicari dum ponit adhuc lucem attendere pro peccato unico
se duplicem meruisse scilicet amissionem celestis patrie et reatum supplicii sempiterni
quo bonum operari debeat reatus supplicii tamquam ymago sinistra evadat si-
nistra autem quo malum vitare debuit velut dextera ymago evadat celeste
bravium quod amisit. Ad hoc mirabile sed potius miserabile speculandum movetur
peccatrix anima. Jeremie ii° vide quam malum et amarum reliquisse te dominum.
Deum reliquisse nichil aliud est quam peccasse quod licet actu unico committitur
tamen ipsum peccatum gemina peccata comitatur. Est enim malum quo ad privacionem visionis
divine. et amarum propter acerbitatem infernalis pene. Quare baculus in aqua fractus.

Experitur ~~aquam prominet~~ in dicta scientia quod baculus tunc una vna pars apparet
in aqua et reliqua super aquam prominet oculo existenti in aere fractus apparebit.
Cuius causa redditur quod res quam conspicimus propinquior apparet oculo quam sit secundum veram
distanciam sui situs. et ideo pars baculi existens in aqua non apparet visui in qualitatem directum
partis altius sed ipsi oculo propinquior et ideo videtur baculus esse fractus. Sic contingit
interdum quod alius qui secundum veritatem est vir rectus ac timens deum si fortassis aliquando
ob causam aliquam utatur delitiis huius mundi que mundanorum oculis sunt propinqua
que tamen non totaliter se ingerit et si fluxum deliciarum huius mundi sed solum exiguum quod
fortassis hoc facit non propter mentis petulanciam sed propter carnis recreacionem necessariam. nichilominus
scandalisat plurimos hoc videntes. et a vulgo iudicatur esse spiritualiter fractus et amorem
recti ne obliquasse. Et de hoc possimus id 1 Regum 18 dicere quod David Saul loquitur dixisse

dabo ei michal ut fiat ei in scandalum michal interpretatur aqua omnis. et signat fluxum car
nalium deliciarum quibus si quispiam vir prudens per david figuratus per amorem se copu
let in scandalum vertitur periculorum. Et ideo vir prudens diligenter abstinet desideriis carnalibus
quia scandalum est cavendum. Quod attendens apostolus qui ad imitacionem suam ceteros hortabatur
ad Cor. viii. videte autem ne forte licencia vestra comedendi carnes ydolis immo
latas offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scienciam in ydolo recum
bentem nonne consciencia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum ydolatica
et peribit infirmus. Et subdit apostolus. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum non man
ducabo ~~fratrem meum~~ carnem in eternum ne fratrem meum scandalizem. Dicebat enim apostolus
quod facta maiorum facilius trahunt. Unde subditur in eodem. Superiores namque quanto lumen
tenent inter homines celsiorem tanto plurimum patent aspectibus et ideo superiori populus
studet esse conformis unde claudianus Regis ad exemplum totus componitur orbis mo
bile mutatur semper cum principe vulgus. Et ea que sunt in aqua maiora videntur
Probatur in scientia perspectiva quod ea que videntur in aqua intuentibus videntur maiora
et interdum aliqua que prius oculus videre non poterat per aque superinfusionem
videri et hoc per quedam sensibilia experimenta. Si enim denarius in scutella ponatur summa
distancia in qua minime videatur eodem oculo stante ut videntibus oculus et scutella
denarius videri potest si aqua desuper fundatur. Modo consimili videre possumus quod peccata
carnalia que in fluxu deliciarum carnalium committuntur oculis hominum maiora videntur.
Sunt enim maioris infamie quam peccata spiritualia. tum modicum culpe et vix prius occul
tari. Et plurimum cum peccatores carnalibus incitati peccatum suum putat ab aliis non videri
prodit in publicum et fit manifestum unde et david cum peccatum cum bersabee commissum
putaret esse occultatum. missus est ad eum nathan propheta ut diceret ex parte domini.
Tu fecisti absconditum ego autem notum faciam verbum istud in conspectu omnis israel. Et hoc
est quod comminatur dominus Isaie xlvii. Revelabitur ignominia tua et videbitur obprobrium
tuum. Et Naum iii. Revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem
tuam et regnis ignominiam tuam. Oculus quomodo videat in speculo.

Demonstratum est eciam in perspectiva sciencia quod oculi debilius apprehendunt rem quam
videt in speculo quam si eam cerneret aspectu directo eo quod forme reflexe debi
liores sunt. et ideo debilius reputat. Et hinc est quod quod homo sue forme quam plures
videt in speculo vix et tenuiter recordatur. et melius ymaginatur alterius hominis
faciem quam aliquotiens directe respexit quam suam quam numquam directe sed in speculo
semper videt. Sic et moraliter applicando per faciem intelligo divinam legem. Nam sicut
in facie voluntas hominis interna perpenditur. Proverbiorum xxvii. In facie lucet hominis secreta
voluntas. Sic et nobis dei voluntas in lege divina monstratur. Et sicut facies
testificatur de homine unde dicitur Ecclesiastici xix. Ex visu cognoscitur vir et ab occursu faciei sensatus.
Sic et scriptura sacra testificatur de christo unde ipse dominus dicebat Iohannis v. Scrutamini
scripturas. ille sunt que testimonium perhibent de me. hanc faciem divinam in scriptura
ille directe videt qui eam opere complet et hic eam memoriter tenet Econtra vero
eam solum audit et non perficit quasi in speculo eam cernit. et hic statim eam
tradit oblivioni. Et ideo dicitur Iacobi primo. Estote factores verbi et non auditores
tantum etc. Et ideo qui vult in faciem scripture perfice studeat quod in ea legit operibus ad
implere. unde David sapienciam audiens qua via ad sapienciam pervenit dicit. Super
senes intellexi quia mandata tua quesivi. Et iterum. A mandatis tuis intellexi
Super senes per obedienciam mandatorum pervenitur ad sapienciam occultorum. Prius ergo habet homo exercitari
in studio bonitatis quam in studio contemplande veritatis. hec enim duo studia sunt coniuncta. et
unum est in proposito bonitatis et dispensa et scientiam doce
me. Et ideo signatur a psalmista Beati immaculati qui ambulant in lege domini. precedit consequenter Beati
qui scrutantur testimonia eius. Ideo dicitur Ecclesiastici i. Fili concupiscens sapienciam serva iusticiam
et dominus prebebit tibi. De speculo in aqua posito

Apud perspectivos compertum est quod si oculus in speculo in aqua posito solem aspiciat apparent oculo duo soles. Et quod quidam speculantur quasi tres soles videntur, quorum unus sol communis in celo et duo procedentes a corpore, id est due solis ymagines in aqua et speculo apparentes, et tamen secundum fidem veram et veritatem tamen unum esse solem modo consimili. Sic in aquis sapientie salutaris et aqua fidei solem iustitie contemplati speculative apparebit nobis trinus et unus. Unde statim in exordio divine sapientie introducitur deus dicens: faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Dicens enim faciamus, et nostram pluralitatem ostendit personarum, dicens vero ymaginem, unitatem essentie demonstrat. Innumera quidem testimonia huius ineffabilis unitatis et trinitatis ad eternam veritatem patere possunt sacras literas speculanti. Illud autem in iam dicta similitudine considerare dignum duxi, quod cum in speculo duplex resultet ymago, circa alteram illarum plures perspectivorum leguntur errasse, putantes alteram illarum esse solis ymaginem, reliquam vero esse ymaginem alterius stelle prope solem locate, quod tamen falsum est et erroneum. Non enim est stella que apparet, sed est duplex solis ymago que a duplici reflectitur speculo. Modo consimili circa trinitatem in unitate personarum secundum sanctorum scripta plures leguntur errasse in eius veri designatione. Magi dicuntur in tertio signo defecisse Pharaonis.

De oculo existente in speculo

Probatum est in scientia perspectiva quod oculus existens in centro speculi sperici si respiciat speculum videt seipsum tantum. Unde si totum celum esset speculum, oculus existens in centro si celum respiceret solummodo se videret. Quod sic probatur. Linee enim recte que a centro protracte radios liceat superficiem speculi cadentes oblique, cum etiam equales sint anguli reflexionis et incidentie, sic ut radii non in ipsum centrum sed ad partem oppositam reflectantur. Sic et suo modo est videre in deo. Ut enim dicit Alanus, deus est spera intelligibilis cuius centrum est ubique. Est etiam speculum sine macula, ut dicitur Sapientie vii°. Divinus igitur oculus qui in centro omnium existens purissimus est et omni rei intimus, in seipso tamquam in speculo seipsum tantum intelligit per seipsum. Alia vero a se non nisi in seipso cognoscit, ne sicut dicit philosophus eius vilesceret intellectus. Cum ea cognoscat et intelligit in seipso, in quo est exemplar omnium in sua essentia ydealem continens similitudinem singulorum.

Qualiter videat oculus in speculo

Oculo respicienti [struck] in speculo facies apparet opposite et altitudines videntur converse. Iudicat enim oculus dum res cernit in speculo quod dextrum est esse sinistrum, et quod sinistrum est esse dextrum, et quod supremum est esse infimum, et quod deorsum esse sursum. Sic et si consideramus mentis oculo secundum doctrine sane speculum de rebus iudicet, ea que videntur esse sinistra, id est adversa, dicet esse dextra, id est prospera, et econverso, id est [struck] utilitates adversitatis et prosperitatis periculum intendentes. Ea etiam que videntur sursum asseret esse infima et econverso, id est superba esse humilia et vilia esse preciosa. Et ideo sequitur, dicit Ysaias xliii: Dicam aquiloni, id est adversitati, da, et austro, id est prosperitati, noli prohibere, quia ea que videntur adversa sunt prospera et ducunt nos ad deum, et que prospera sunt adversa et prohibent nos a deo. Et ideo legitur Genesis xlviii quod patriarcha Iacob benedicturus filios Ioseph manibus cancellatis sinistram posuit super Manassen qui erat in dextra, et dextram super Effraym quem Ioseph locaverat in sinistra. Timeant ergo divites huius mundi qui gaudent tenere dextram in presenti ne sinistram teneant in die iudicii. Et nota etiam in presentia dei Manasses enim, qui interpretatur oblivio et signat divites qui sunt dei immemores, positus est ad sinistram. Pauperes enim ponit deus ad dextram, sed malos divites ad sinistram. Unde Proverbiorum iii°: longitudo dierum, id est pauperes qui diutius vivunt quam divites, in dextera eius, et in sinistra eius

caveant divites

diuicie et gloria i(n) d(omo) eius. d(iui)tes gloriosi in dignitatibus constituti h(ic) id(est) q(uo)d iacob i(n) cancellacione manuu(m) fecit et angelus in posicione pedu(m) apoc. x vidi angelu(m) descendentem de celo et posuit pede(m) suu(m) dexteru(m) sup(er) mare sinistru(m) aut(em) sup(er) terra(m) p(er) mare aut(em) fluctus aduersitatu(m) p(er) terra(m) seculi p(ro)speritas designat(ur). per pede(m) dext(er)um p(ro)speritas p(er) sinistru(m) aduersitas designat(ur). Vt igit(ur) angelus aduersitates seculi p(ro)speritates ducat dext(er)um pede(m) posuit sup(er) mare. sinistru(m) v(er)o sup(er) terra(m) ut q(uo)d nullu(m) reputat p(ro)speru(m) sit actu(m) ad vsu(m). Item nobis i(n) ymagine crucifixi monstrat(ur). Hic en(im) dextera(m) manu(m) ad aquilone(m) p(er) quem aduersitas p(er) austru(m) v(er)o p(ro)speritas designat(ur). In qua eciam aduertendu(m) est q(uod) ymago b(ea)te v(ir)ginis ad aquilone(m) sub dextra crucifixi posita est q(uia) ip(s)a v(ir)go gloriosa aduersitatib(us) in p(rese)nti fuit exposita vnde symeon dixit ei tuam ip(s)ius a(n)i(m)am p(er)transibit gladius qua(m) tamen deus nu(n)c i(n) supreme dilecta et nu(n)c ad dextera(m) dei collocata. Deus en(im) electos suos in p(rese)nti aduersis exponit quos tandem in dextera glorie sue collocare disposuit

Qualiter visus discernat

Probatu(m) est in sepe dicta sc(ientia) q(uod) rei vise p(er) refracte radiis tantu(m) no(n) p(otes)t q(ua)ntitas. p(otes)t aut(em) si videat(ur) p(er) rectas lineas ut(puta) de rebus quas videmus nu(n)c in aere nu(n)c in aqua. modo consimili pecc(ati)m p(otes)t (con)tin(gere) diuina(rum) apprehendi s(ecundu)m grad(um) v(er)e q(ua)ntitat(is) ab eo qui pecc(atu)m directe respicit in oculo racionis. hanc aut(em) modo doctor ab(s)q(ue) qui mentem in singulis speculando de peccato(rum) q(ua)ntitatibus agnoscendis considerat uel inquirit Et hec quidem noticia planis est nec(essari)a q(ua)m tenet(ur) h(abe)re sciam discernendi int(er) lepra(m) et lepra(m) ut d(icitu)r leuit. xiii. peccator aut(em) qui dum pecc(atu)m committit ip(su)m culpa(m) no(n) directe sed q(uasi) p(er) fracta(m) linea(m) respicit seu obliqua. Non en(im) aspicit ad ip(s)i(us) pecc(at)i deformitate(m) siue malicia(m) sed potius ad delectacio(n)em annexa(m). q(uia) s(ecundu)m dyo(nysiu)m nullus ad malu(m) facit q(uo)d facit. vn(de) et ph(ilosoph)us d(icit) in ethic(is) q(uod) om(n)is malus ignorans s(ecundu)m eligendo errat dic(it) p(ro)uerb. xiiii 18 Errant qui operant(ur) malu(m). Et ex h(oc) plerumq(ue) (con)tin(git) q(uod) doctor aliq(ui)s legens siue determinans de q(ua)ntitate alicui(us) pecc(at)i iudicabit rectissime. eo q(uod) tunc respicit ad pecc(atu)m directe p(ro) modo ingentem temptacio(n)em succumbens errabit iudicio eligendo q(uo)d prius reprobauerat in docendo Et h(oc) ideo q(uia) p(ro) illo t(em)p(o)re pecc(atu)m respicit indirecte vn(de) n(on) theologi in culpe q(ua)ntitatib(us) iudicandis directum h(abe)nt iudicium q(uia) s(ecundu)m ... faciunt. h(oc) ideo (con)tin(git) q(uia) i(n)ueniunt(ur) ... desides. licet sint ad discernendu(m) p(ro)ficientes pulcre semel parisius. quorunda(m) theologor(um) intra(n)te q(ui)da(m) stultus consultat(ur). Fecit en(im) eis talem q(uestio)nem Queso a vobis quod hor(um) est meli(us) facere q(uo)d ho(mo) scit. uel addiscere q(uo)d ho(mo) nescit Tunc illi sup(er) mota q(uesti)one disputatib(us). et p(ro) et contra argumentantib(us). stultus cor(am) audiens alt(er)cacio(n)em tacebat expectans ut videret finem Tandem p(ro)clama(n)s et (con)clusio est q(uod) melius est facere q(uo)d ho(mo) iam nouit. q(uia) sicut d(icit) ap(osto)lus Ro(manorum) ii(o) Non auditores legis tantu(m) sed factores iustificabunt(ur). Et ysidorus de su(mm)o bono d(icit) lector strenu(us) pocius ad implendu(m) que legit q(uam) ad discendu(m) sit p(ro)mptissimus. minor en(im) pena est nescire q(uo)d appetis. q(uam) ea que nouis no(n) adimplere Ergo mox stultus a(n)i(m)o estis dementes qui tantu(m) die ac nocte laboratis ut discatis q(uo)d nescitis et no(n) curatis ope adimplere quod scitis

Qualiter res maior appareat

Probatur in sc(ientia) per spectiua q(uod) res visa maior sit q(uam) s(ecundu)m v(er)itatem apparet oculo exist(ent)i in medio rariori. Ex q(uo) contingit oculo exist(ent)i in medio densiori vn(de) oculo posito in aere rem visam existentem in aqua maiorem necesse est appar(er)e. minorem aut(em) oculo in aqua defixo et re visa in aere collocato. Modo consimili plerumq(ue) contingit q(uod) paup(er) ab exis(tente) in mundo paupertatis cu(m) videt aliq(ue)m mundanis opulenciis affluentem iudicat esse magnu(m). p(ro)pt(er) ... exponit p(ro)p(he)ta cui dicet sunt ... fallit(ur) in iudicio visus eius vn(de) d(icit) quida(m) ph(ilosoph)us Nemo eor(um) quos natura sublimes fecit p(ro)pt(er) h(oc) magni sunt. sed t(amen) magni videntur q(uia) metiunt(ur) eos cu(m) basi sua Nec en(im) nanus inuentus ... in monte(m) positus est eo maior Et bubalus ad aliquem nullus q(uia) summus pontifex

a

io simul, econtra qui huiusmodi huius mundi delicijs est immersus cum videt pauperem a
mundanis delicijs elongatum reputat eum modicum, cum revera magis sit apud deum
in oculum in pauperem respicientem et mundos non errantem gloriosus. Unde de Jo-
hanne baptista dicitur Erit magnus coram domino. In oculis autem divitum pauperes minimi
reputantur ut possunt dicere quod dixerunt exploratores terre Numeri xiii filios enachim vidimus
ubi quibus comparati quasi locuste videbamur. Audivi magistrum Alanum dicentem quod magis-
trum et adhuc pauperem quidam quondam eius discipuli et iam factus episcopus ad pran-
dium invitasset dicens eius inopiam Miror inquit magister non modicum quod scolares
vestri iam facti sint magni viri unus est abbas alius episcopus alius archiepiscopus et
vos estis in paupertatis vinculo derelictus. Alanus vero senciens aliquam tenuitatem huius
dictum modicum ridet. Respondit inquit quid sit dignitatis perfectissime celsitudo ut in
hominis magnitudo. Non est magnum esse episcopum sed bonum clericum, probatus ad vere-
tiam ribaldorum canonicorum electorum hominum. Fiet unus episcopus. Et si omnes sancti
qui sunt in celo et omnes homines in mundo cum deo concordarent dicerent Iste bonus sit
clericus ipse adhuc in sua inscitia permanet. Fateor ergo alanus permotus ad iccasse
probo vobis domine quod quasi pauper est rex et dives huius mundi. Nam voluntati divitis
quantumcumque potentis mundi per omnia non obedit deus timet perdere quod habet et vult
acquirere quod non habet et in hoc mundo eius voluntati est contrarium quod vellet quod habet
non posse perdere et quod non habet iam acquisivisse. Pauper autem mundi voluntati sue
abnegando nichil curat. Cum enim contempnat divicias, nichil optat accipere
et eo nichil habeat, nichil timet perdere. Et verum est quod fortunatus ait pauper
in augusto regnat habitu deus. Et Seneca loquens de dyogene dicitur maximo
contemptore qui alexandro regi sibi offerenti munera ridet. Talle inquit non sunt hec
munera hominis sed munera munerator, de hoc inquit dyogene pulcre ait Seneca
potencior erat dyogenes alexandro macedone omnia possidente plus enim erat
quod ille nollet accipere quam quod ille posset dare. Refert cantabulus quod cum quidam philosophus
diu fuisset ab ingressu curie regis repulsus, tandem forte cogitans illud poe-
tarum Ianua pauperibus clausa est dat census honores ornatus preciosis vestibus
intromissus est. Ingressus autem coram rege cepit vestes venerabiliter osculari. Cum
rex admirans cur hoc faceret inquisivit, philosophus ridet Ego honorantem me ho-
noro quia quod virtus non potuit vestis acquisivit. Scribitur in hystorijs romanorum
quod romani qui viros magnificos deificare consueverant disputaverunt in consilio
utrum christus in numero deorum esset recipiendus eo quod tot miracula fecisset. Opatus est
tandem diffinitum est quod non debet recipi eo quod non haberet cultores cum paupertatem
predicavit, quam naturaliter unusquisque contempnit. Quare appareant stelle

Docet alacen in libro septimo perspective quod stelle versus terram in occidente
vel oriente locate maiores apparent oculo quam cum fuerint ad celi medium
elevate. Quomodo consulti viri celestes quanto ad altiorem dignitatem videntur con-
scendere tanto superbos per humilitatem minuescat minus illud. Ecclesiastici iii. Quanto
magnus es humilia te in omnibus, ut eleganti methaphora de talibus posset dici
quod dictum est de hester fons parvus crevit in fluvium magnum, et in solem
lucem quod methaphorice conversus est. Isti namque et si dignitate sint magni tamen
non inde superbiunt humilitate sunt parvi, ac propter hoc in sole luna quod methaphorice eo
utuntur quasi instar celestium luminarium exaltati humiliores sunt. Talis fuit beata
virgo que cum sunt ad tante dignitatis fastigium ut dei mater fieret exaltata
mox se ipsam ostendens pusillam instar stelle se obtulit ancillam. Capitulum xiii

Est enim oculus unus geminus corporis sui similitudinem. Proprietatibus oculi
colore dulcissimus, figura spericus, palpebris velatus, In capite collocatus
Operis visibilium receptivus. Non sui sed alterius cognitivus iuxta gradus distancie

visibilium diversitate cognitiva totius corporis directiva Perthanox metis indicatum
per longam vigiliam sompnolentiam ¶ Oculus est unus geminus secundo igitur oculus est
unus geminus Et hoc ideo ut testatur ex latere ut unus fortificetur ex altero et ut defectus unius
per alterum suppleatur vnde Non inutile est hos esse duos si langueat et alter ut vice
participis suppleat alterius opus In quo nobis socialem vitam exemplo nature commen
dat Sicut oculi cum sint duo in uno capite vicissim se fortificant sic multe per
sone degentes in uno collegio mutuo se supportent vnde Salomon Ecclesiastes iiii° Me
lius est duos simul esse quam unum habent enim emolimentum societatis sue ut romant
quitur ad consessum amabo ideo subdit Si unus ceciderit ab altero fulcietur. Ve soli quia
cum ceciderit non habet sublevantem se De hoc Cassianus ad fustum libro v refert quendam vidi
inquit adolescentem quendam in quodam cenobio qui nulla abstinencia nulla operis
magnitudine flammam carnis poterat extinguere hunc publicantem pro monasterio
hac arte senatus Impetrat cuidam viro ut in ingressu et egressu insectaretur hominem
et per irrogatas iniurias contumeliis veniret ad querimoniam vocati testes pro eo loque
bantur qui contumelias irrogabat flere ille tam mandatum cepit in pro eo stetit
solus abbas defensionem callide obtinere studuit ne habundanciori tristicia ab
sorberetur frater Cum mira iam completo anno interrogatus adolescens super co
gitacionibus suis si adhuc ipsum molestaret frater inquit vivere non licet et fornicari
libet Unde inquit Rabanus discipulus ille finisset quo adiutore superasset Ideo dicit Ecclesiasticus aliquid
quia peccatorum per tollitur si peccatori testis assistat. Utilis est ergo socialis vita quo
que peccatorum per tollitur ad consummacionem in bono ut est frater qui adiuvatur a fratre est civitas firma legitur in
ad confirmacionem in bono fuit frater qui adiuvatur a fratre est civitas firma legitur in
dictis patrum quod quidam quendam patrem consuluit quid melius expediret sibi ducere
vitam heremiticam vel cenobiticam Cui pater rude nolebat verbo ne pateretur calumpniam
sed reddit exemplo Iubet ut vas plenum carbonibus ignitis afferret quod cum attu
lisset pater ille carbonem comprehendens quem ignitissimum vidit seorsum in terra locavit.
ubi cum esset solitarius non multo post est extinctus Quod ille non intelligens
ait pater Quid sibi vult absconso quod fecisti Et ille Iam inquit si advertisti sa
tisfactum est questioni tue Ecce inquit carbo qui seorsum repositus ab aliis erat
ignitissimus prius extinctus est ab aere frigido circumstante quia ma
nens in consortio mutuo
omnibus ignitissimus prius extinctus est ab aere frigido circumstante quia ma
sit ab aliis separatus Reliqui vero igniti permanent eo quod consorcio mutuo
calore se fovent Sic homo manens in sancto collegio confovetur in bono Et
hoc est quod dicitur Ecclesiastes iiii° Si dormierint duo fovebuntur mutuo unus quomodo calefiet
Secundo oculus suo compari dicitur | Oculus suo compari similis
esse simillimus monstruosum enim est si unus oculus sit maior quam reliquus
vel si sit alterius coloris hoc tamen monstrum hodie possumus in multis considerare Nam
cum in nobis sit duplex oculus scilicet intellectus et affectus Sunt quidam qui hos
oculos habent in colore dissimiles unum videndo et alium faciendo Alii qui in
magnitudine inequales Nam multa dicunt pauca faciunt multum student
illuminacionem intellectus et parum curantes de inflammacione affectus quorum illuminat
vitas sedem caritas utrosque petebat david Illumina cum dixit Illumina oculos
meos Sed in multis sinister oculus multum illuminatus in temporalibus dexter vero
obscuratus scilicet in divinis huiusmodi homines sunt monstruosi quia unum oculum habent sic inflatum
adeo magnum et grossum quod cum eo contemplatur celum et stellas et cursus planetarum
et distancias tociusque terre et climatum ut de eis dici possit Zach. v. Oculus
eorum in universa terra Sed alium oculum scilicet affectus habent minimum et tam fere nullum quod parum
afficiantur in deum Isti sunt similes Iacob qui amore lyae pretulit amorem rachel
Rachel enim interpretatur videns principium et signat scientias speculativas que inquiruntur principia
rerum et principium conditorum lya vero interpretatur laboriosa et signat virtutes morales Nam
virtus est circa difficile et arduum Audiat igitur curiosi quid dicat Seneca

dedicasse ait Si multum superesset etatis parte dispensandum erat ut sufficeret necessariis Nunc autem que dementia est superuacua querere in tanta temporis egestate Et Hugo de [illegible] In lectione vero diuina prius debetis querere que mores vestros instruant ad virtutem quam que sensus acuant ad subtilitatem magis quam precepta scripturarum informari quam eis combi impediri Legitur de beato Edmundo quod mater sua ipsi apparuit cum quod studeret in figuris arismetrice arguendo et in dexteram manum eius tres circulos unum infra alium in primo erat scriptum pater in 2o filius in 3o spiritus sanctus descripsit et dixit fili carissime tales figuras intende Qua visione perterritus relictis aliis studiis ad sacre scripture studium [illegible] Vnde Augustinus Infelix homo qui scit omnia illa te autem nescit Beatus autem ille qui te scit si illa nescit Qui vero te et illa nouit non propter illa beatior sed propter te solum beatus si cognoscens te sicut et te glorificet et gratias agat et non euanescat in cogitationibus suis

Oculus colore diuersus

Tertio oculus est in diuersis hominibus colore diuersus et secundum colorem diuersum variatur operatio visiue virtutis vnde philosophus 19 libro de animalibus dicit quod habentes oculos nigros sunt acuti visus in die sed obtusi in nocte habentes autem oculos glaucos vident in nocte clarius quam in die vt in noctuis(?) et cetis(?) huiusmodi Spiritualiter autem adaptando Oculi glauci eo quod habent spiritum debilem et medium humorem sapientes huius mundi signant in quibus humor gratie deficit et virtus operandi tempestiui(?) et isti clarius in nocte quam in die conspiciunt quia tota intentio ad terrena conuertitur et in hoc sicut talpa que sub terra sagax est et astuta et ibi nouit multa diuerticula Cum autem super terram aer(?) ascendit efficitur stupida et omnem estimationem amittit Sic et sapientes huius mundi in terrenis sunt astuti sed in spiritualibus sunt hebetes et ignari Illi vero mentis oculos spirituales habent nigros in quorum oculis mortis memoria semper est impressa et isti de nocte videre nesciunt sed de die quia tales non vident id est non approbant peccatorum opera tenebrosa sed opera lucis id est virtuosa Ecclesiastici vii Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis Hanc mortis memoriam antiqui commendasse leguntur verbis et exemplis Vnde Seneca Mors ubique te expectat tu ergo si sapiens fueris eam in omni loco expectabis Bernardus Memento homo quis es et de quo et ad quid Quis quia deus te fecit et ipsum timeas et illi soli seruias De quo de terra vt non superbias sed te recognoscas et humilior fias Qualem ad ymaginem suam te fecit id est talem sibi talem fecit vt eum diligas Ad quid vt ad finem debitum tendas [illegible] primordia attende media memorare nouissima Tota magna sapientia consistit in mortis meditatione Sicut enim humane creationis initium cepit a puluere quia deus creauit hominem de puluere ita eciam principium vltime recreationis incipiet a puluere quia pulueres nostrorum corporum congregabuntur in corpora gloriosa Sic eciam principium spiritualis recreationis per gratiam incipit a puluere id est mortis consideratione [illegible] reduces spiritum corruit et deficiet et in puluerem redibit(?) Et quia tam vtilis est mortis memoria ideo Dauid optans et ad eam semper oculos habere vigiles orabat dicens Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte

Oculus spericus

Quarto oculus est spericus siue rotunde figure aut spera est cuius si [illegible] simplicissima cum vna linea sit contenta figura igitur oculi simpliciter nos ad simplicitatem intentionis hortatur figure eciam orbicularitas persuadet [illegible] de cetero [illegible] intentionis oculum dirigamus Habet autem intentionis simplicitas non solum in figura oculi [illegible] in modo videndi vt enim dicitur in libro de visu quecumque videmus sub angulo videmus Itaque dirigitur in acie oculi basis vero ad terminos visus [illegible] in quo signatur recta intentio que omnes [illegible] cogitationum et affectionum nostrarum [illegible] in deum omnia in laudem dei referens [illegible] Sine

manducat sive bibitis vel aliud quid facit omnia ad gloriam dei facite. Ex dicit ad simplicitatem intencionis amonens ait Si oculus tuus simplex fuit etc. Si autem nequam etc. Ille autem simplicem habet oculum qui in omnibus que agit intendit honorem dei. Qui enim aliud intendit, infidelem se deo ostendit, unde sequitur Si autem nequam fuit etc. Bonum sit quidquid quod agimus totum in deum refundendum est. Talis fuit Ioab domino suo. pugnans enim contra rabath cum iam esset capienda urbs regia. misit pro david ne sibi non ascriberetur. In hymno signum. consuevit in fine cuiuslibet psalmi decantari Gloria patri quod operando dicamus per quolibet nostro opere Non nobis domine non nobis etc. Bonitas enim libere scriptori debet attribui non penne, ideo cum ipse operetur in nobis omnia soli deo honor et gloria in secula seculorum. Oculus palpebris velatur

Quinto oculus palpebris est velatus. Dedit autem palpebras natura ingeniata est, ut oculos a nocumentis exterioribus preservaret. Unde philosophus in septimo de animalibus omne animal carens palpebris debilis est visus, videlicet in piscibus et leporibus quorum oculi sunt aperti et ideo fit eis nimia deperditio propter defectum custodie et velamina palpebrarum. Eodem modo contingit Qui bona sua non occultat sed per inanem gloriam et iactantiam se ostentant dum humanos favores appetit totum perdit unde gloriam deperdi desiderat etc. Gregorius super quo ait Fieri non potest ut herba nascatur simul et fructificet ita impossibile est ut laudem et gloriam temporalem secularium simul et fructum capiat celestem. In hymno signum manus moisi sana persistit dum in sinum recondita lepra autem dum per prout protrahetur exodo iiii. Unde dominus ait xv de facienti elemosina etc. Et iterum Cum oraveris intra etc. Et non solum his verbis docuit sed exemplo firmavit precepit enim apostolis coram quibus transfiguratus fuit ait xvii Nemini dixeritis etc. In hymno etiam misterium deitatis abscondi voluit in sepulcro hoc etiam notandum est circa palpebras quod sicut dicit philosophus libro iii de animalibus Aves claudunt oculos palpebris inferioribus, alia vero quadrupedia claudunt deorsum palpebra superiori. pavent sciunt viri celestes qui terrena pro amore non respiciunt sed contemplantur per iudicia quadrupedia in adam denotantur qui oculos clausos habent ad celestia sed ad terrena apertos. Ps. oculos suos statuerunt declinare in terram. Et de nepharijs senioribus dicitur dan xiii declinaverunt oculos suos ne viderent celum. Spiritualis vero viri [illegible] contemplacioni celestium vehementer intendunt dictus est exemplo philosophus l. iii. Non est quiescens in telis est Oculus est in capite locatus

Sexto oculus est in capite collocatus. Ecclesiastes. Oculi sapientis in capite eius. Caput nostrum christus apud quem nobis fluunt spiritus et motus. In hoc ergo capite debemus oculos nostros collocare. Oculus enim scilicet intellectus per cognicionem et affectus per amorem quia ubi amor ibi oculus. unde david. Oculi mei semper ad dominum. Intellectus vero debet in christo statui ut inspecta eius vita. nostra vita ei valeat conformari. Sicut scriptor per hoc oculos ad exemplar dirigit recte scribit. 2 paralipomenon xx Cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui. ut oculos nostros dirigamus ad te. Affectus etiam noster in christo debet statui, considerando quanta pertulit pro nobis et quanta nobis beneficia contulit ut sic ipsum super omnia diligamus. Sed multi sunt sic porcus qui fructus ab arbore devorat et numquam oculos ad arborem levat. Talium hominum ingratitudo confunditur per bestiarum irronabilium gratitudo perpetur. Refert quidam super librum de animalibus quod quidam aspidem domesticaverat. ut quotidie veniens de caverna ad mensam cuiusdam familiaris hora prandii quia petens cibum post comestionem vero ad cavernam unde venerat redibat. Que processu temporis duos filios genuit quos secum ad mensam hospitis ut ciberent adduxit. unus vero filiorum tempore [illegible] inde mutuo alimentum unius familias veneravit. Cum ergo vidit mater velud magistro puniens filium in conspectu eius interfecit. et quasi racionis capax confusa cum altero filio recessit. Ad hunc autem gratitudinis exemplum refertur ad plenam confusionem ingratitudinis hominum. Gerbertus in historiis romanorum et idem refert valerius libro 2. Quondam in roma habebat quedam

andronicus nomine ad mortem propter sua facinora condempnatus, qui leonum abiectus est ad deuo-
randum cruentum ut leo prius aspexit quasi admirans stetit, ac deinde placidus ad ipsum ac-
letabundus accessit et caudam more canum adulancium blande mouit et corpus hominis
iam pene pre timore mortuum sic admirans cura eius et manus leniter demulsit lingua.
Tunc homo ille blandimenta percipiens vir oculos ad contuendum leonem paulatim appe-
ruit et cum quem propter metum amiserat recuperare cepit. Tunc quasi post factam mutuo cog-
nicionem, cesar letos videns hominem et leonem vocans hominem ad se diligenter inquit cur
leo sibi pepercit qui ceteros condempnatos continue deuorauit. Ille vero mirabilem rem nar-
rans ait: Cum prouinciam affricanam proconsulari imperio dominus meus obtineret, ego propter
crudelitatem et verbera domini mei cotidiana ferre non valens confugi ad solitudinem in quadam
cauea latitando. Ad quam non multo post venit leo pede debili et cruento tri-
bulis rugiens et pre dolore vulneris ingemiscens. Quo viso vltra modum sum perterritus.
Sed postquam leo speluncam ingrediens me vidit, ad me mitis et mansuetus accessit
et pedem lesum mihi ostendens gratia curacionis mihi porrexit. Tunc ego stirpitem diligen-
ter euulsi et cruorem detergens saniem congregatam eduxi vulnus ipsum leniter
curaui. Tunc leo per meam medelam alleuiatum se senciens pedem in manibus meis
reclinauit, ex qua die per triennium ego et leo in eadem spelunca insimul et eisdem cibariis
vsi sumus. Cum enim feras venacione ceperat pinguiora membra mihi dedit, que ego
ignis copiam non habens meridiano sole cocta edebam. Sed postquam me huius vi-
te tedivit beluine, leone venatum profecto, speluncam relinquo et post fugam statim de-
prehensus a militibus ad dominum quem fugeram sum adductus, et ex affrica ductus romam
ubi me dampnatum suum dominus meus ad dandum bestiis perduxit. Hic autem est leo
quem quondam habui socium qui mihi ut videtis graciam et vicem exhibet et pro fideli so-
cietate et pro sibi exhibita per meam operam sanitate. Tunc andronicus iubente
cesare a pena est solutus et idem leo ut socius sibi datus. Euntibus sibi cum-
cientibus et vrbem peragrantibus dicebant ceteri: hic leo est hospes hominis, hic homo
medicus leonis. Erubescant igitur omnes homines dum in memoriam tanta feraram
ad suos ~~beneficos~~ benefactores gratitudinem audientes. Oculus forme receptiuus

Septimo oculus est forme seu speciei rei visibilis receptiuus. Unde inter alia
sicut est probatum in primo libro perspectiue quod si quis in luce diei vehementer aspiciat
in celum de loco super quem oculus habeat foramen magnum discoopertum ad celum
et tantum post modicum ad locum absconsum et claudat oculos, super aspiciet formam illius
foraminis cum figura foraminis. quod nos homines debemus attendere et frequenter
aspicere est latus christi perforatum in cruce. Unde apocalypsis primo: videbit eum omnis
oculus et qui eum ~~pupugit~~ pupugerunt. Et zacharias: aspicient ad me quem confixerunt
plu ar dicitur quem confixerunt. Omnes enim christum crucifixerunt quia pro nobis omnibus
est crucifixus. Contra quod vnusquisque. domum tocius. et mentis oculo christi vulnera
contempletur ut christo passo prossus moribus conformetur. Bernardus in libro de commixtione
elementorum quod si interfector eum quem interfecit aspexerit vel si prius fuit, protinus san-
guis de interfecti vulneribus emanabit. Vere si ita est, interficiunt peccatores nos christum
credimus cum pro nobis occisus sit. Non recte igitur ipsum aspicimus si sanguis eius
ac si recenter de vulneribus eius fluxit nos non afficiat. Sed pauci peccatores hoc fora-
men aspiciunt. Unde conqueritur dominus proverbiorum i. Extendi manum meam scilicet in cruce perforata
et non erat ~~sed pauci peccatores hoc foramen~~ qui aspiceret. Oculus non suus sed alterius

Octauo oculus non suus sed alterius est cognicionis cognitiuus. In cognitiuus
Ad hoc dicunt scilicet oculus cordis et corporis. Nam oculi corporis se ipsos vide-

nequeunt sed sz alia conspiciunt Econ̄ oculi cordis de se nō de alijs infallibilit(er)
iudicare p(otes)t unde qui alios iudicat et nō seipsos, tales oculos incitales
querit incorpales de quibus Job Nunquid oculi carnei tibi sunt Et ideo fa-
cti sunt, qui aliorum facta dicta et cogitata nequeunt aspice(re) et temere temerarie
p(re)sumunt iudicare Vnde hodie plures inveniuntur tales vnde Aug(ustinus) li° confess(ionum)
Curiosum est genus generis humani ad cogitanda vita aliena sed tediosum ad cogi
tanda vita sua Isti sunt sicut fatuus scolaris qui h(abe)ns libros latinos quos
bn intelligeret et i eo multum posset p(ro)ficere et tn̄ nunquam eis inspicere vellet, sed in
li° greco vel hebraico sibi p(e)nitus incognito insistat Tales videntur p(ro)ximi
humanitatem corrumpere et lucere p(ro)ximi indulisse dum dicunt se cordis secreta vide(re) cu(m)
tn̄ dicatur j cor ij Nemo enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui est
in ipso Isti sunt de quibus dicitur Luc Quid aut(em) vides festucam et Mat(thei) p(ri)mo
n nō vident peccata gravia in alijs aut(em) parva vel nulla vnde poeta Cum tua
p(er)videas oculis mala lippa i(n)unctis Cur in amicorum vicijs tam cernis acute
Nota q(uod) oculus corporis in luce non videt existentem in tenebris sed potius e contrario
Sic peccatores in tenebris hos qui sunt in luce gr(ati)e temere iudicare p(re)sumunt
Isti vero celitus illuminati peccatores iudicare nō noverunt Legitur de sancto Johanne
elemosinario in vita eius inter alia bona et hoc habebat, q(uod) neminem iudicabat
Vnde cum audiebat alios iudicantes corrigebat eos dicens pax vos p(ro)pter p(ro)o
contra mandatum d(omi)ni dicentis Nolite iudicare deinde q(uia) nescitis qualis modo sit
q(ui) peccatum s(e)ntentiatis Sepe enim peccatum furis vel p(er)iuri vel fornicatoris videmus
sed p(e)nitentiam eius que deo accepta est nō videmus Legitur in vitis patrum de
sancto Moyse heremita qui vocatus ad iudicandum fratrem culpabilem sportam
vetustissimam plenam arena portabat Et interrogatus quid hoc esset Ait
peccata mea sunt post me s(e)pulta et nō video ea et venio iudicare Dicit Aug(ustinus)
Consideratio alieni peccati multa parit mala in dubus Si enim peccator est qui alt(er)ius aliud
peccata considerat, quod omnis in peccato p(er)severat Si vero penitens, a peccato p(ri)ma re-
surrexerit ex eo, q(uia) si eodem peccato vel alio temptabitur facilius ergo superatur.
Si aut(em) temptatione cadet, eo ipso temptatur q(uia) vicium illius considerat Si aut(em)
iustus p(er)fectus est illi in superbiam erigitur quem si diligebat exacto i(n) iudicio inc
incipit habere odio Non igitur facile est considerare alterius culpam cum con
sideratio tot generat mala Vtinam ergo viri nō temere iudicarent alios sed solicite
novissent iudicare se ipsos scientes esse scriptum Ecc(lesiastic)i xvij Posuit oculu(m)
ipsorum sup(er) cor eorum Oculus visibilium divisus de cognitiuus

Nono oculus est s(ecundu)m diversitatem distancie visibilium divisus de cognitivus
Si enim rem videt a remotis iudicat esse parvam Si aut(em) de p(ro)pe iudi-
cat esse magnam vnde solem que a remotis cernitur esse modicam iudicamus
tum tn̄ demonstratur certissime centies sexagesies septies maior tota terra
modo consimili peccatores adeo p(er) peccatum distanciam elongati, longe enim a pecca-
toribus salus deum et celestium premium parvipendunt terrena vero quibus p(ro)ximiores
p(ro)pinqui sunt magnipendunt vnde dicitur Num(eri) xxiij Dixit Balaam filius
Beor cuius obsturatus est oculus qui cadens apertos oculos habet videbo illum
sz nō modo intuebor eum p(ro)pe non, peccatores siquidem cadentes ad temporalia oculos
apertos habentes sed ad celestia obturatos, deum q(uia) p(ro)pe non aspiciunt, et ideo p(ro)pter
non s(ecundu)m eius magnitudinem estimantes contempnunt vnde et pharao p(ro)pter peccatum elon
gatus adeo dicebat Quis est deus ut audiam vocem eius Nescio deum
et isr(ae)l nō dimittam vnde talibus tamquam longe distantibus dicit deus ys(aie) xxxiij
audite qui longe estis et cognoscetis fortitudinem meam Oculi vero sanctorum
oculis celestia et p(ro)pe posita videntur maxima vnde dicit Quia ego cogni

quod magnus est deus. Et de magnitudine celestis premii ait Quam magna multitudo
dulcedinis tue etc. Altera vero cum a cordibus superborum sint remota affectum eorum
propria videntur immo eciam quod nulla Ierem. xvii Ecclesiastici iii et eum vacua cadat
Consilis est vero de humilibus et superbis quare isti se magnos reputant illi vero
paruos Item inter scolasticos questio ista mota fuit Quod est quod quanto aliquis
perfectior et sanctior est tanto humilior cum contrarium esse debeat ut videtur Nam
sanctus homo plus videtur habere materiam unde extolli valeat peccator vero unde humili
ari debeat cum nullum bonum habeat Et dudit quidam loquendi promptus quod immo
ergo debet esse humilitas cum deo approximat atque superbia a deo elongat Videmus
enim in hac machina mundiali quod quanto elementum est minor tanto est centro
propinquior et quanto fuit maior tanto est a centro remocior Et dicit dyonisius
in ierarchia quod deus est quasi centrum et spiritus intelligibiles mouentur more circu
ferencie circa centrum per hunc modum est de hominibus qui suo modo circa deum mouentur
quod patet Actuum xvii In ipso viuimus etc. Quanto ergo quis est minor vel humilior tanto
deo propinquior et quanto per superbiam maior tanto a deo remocior. Oculus totius

De sermo oculus est totius corporis directus. Unde et oculi Corporis directus
videntur humana quod lumen exterius recipiunt et acceptum conseruat et refundunt
Unde plinius diffiniens oculum ait Oculus est dux corporis vas lucis index animi
Oculus non sibi soli videt sed toti corpori Quo nos instruit ut bona
que habemus aliis communicare libenter studeamus unde prima petri iiii Unusquisque
sicut accepit graciam in alterutrum illam ministrantes ut boni dispensatores etc.
Bona enim spiritualia si quis illa communicet non ideo minus habet Unde Cassiodorus in epistolis
suis Non debet esse difficile communicare beneficium quod non patitur largita detrimentum
Et Anticlaudianus dicit Erit in omne bonum melius sub luce patebit Nam bonum
quod sepe latet splendorem minorem designat crescit quod magis si luce fruatur Sic
flos in fructum in flumen riuus in vndam habet et in messem pinguis pre
dit arista Seneca thesauros dicit quod prodiga largos vult possideres et dedignatur
auaros Clausa perit diffusa redit quod publica fiat Habetur et vires multas
acquirit eundo Et sapiens dicit nota magnitudinis mentis videris dum prestiteris
ceteris communicare quod gaudes probas accepisse Et Apulei autem Sicut oculus corporis
lumen suum ceteris membris communicat Sic qui illustratus dono scientie debet illud aliis
liberaliter impertiri ut possit dicere id Ecclesiastici xxxiii Videte quod non soli michi
laboraui sed omnibus exquirentibus disciplinam Et dauid Docebo iniquos vias
tuas Et paulus postquam visum recepit continuo cepit iudeos predicare Ideo Seneca
ad lucillum Omnia cupio in te transfundere et in hoc gaudeo aliquid ad
discere ut doceam nec me vlla res delectat licet sit eximia et salutaris quod
michi uni sciturus sum Si cum hac excepcione detur sapientia ut inclusam teneam nullum
si quidem boni possessio iocunda est sine socio Et sicut videmus quod oculus cor
poris non ideo minus videt quod toti corpori quod potius ex videndi exercicio pocior
redditur in videndo unde ex longa mora in carcere contingit aliquos cecos
esse Sic et scientia communicando non minuitur sed augetur Unde ysidorus
Sicut qua tarde consumpsit ore diffundere sapientiam in dando fit largior reti
nendo moratur Oculus archanorum indicatiuus

Videamus oculus est archanorum mentis indicatiuus unde et motus animi sequitur
statum oculorum dicit philosophus libro de animalibus Si oculus fuit mobilis significat
instabilitatem mentis Si nimis tardus pertinaciam voluntatis Si motum me
diocris facilem mentis apprehensionem et in apprehensis debitam fixionem
Sunt enim quidam fuentes in principio cum postea ab inchoato bono desistunt

qui ad tempus credunt etc. Alii sunt tepidi et remissi. Alii autem et faciliter inchoant
et cepto firmiter perseverant. Cum enim oculus sit index animi hinc est quod per oculum plerumque
perpendere possumus mentis statum. Qualis enim quisque intra se lateat exterior oculus
narrat. Unde de Assuero legitur Hester xv. Cumque elevasset faciem ardentibus oculis
ferocitatem pectoris indicabat. Et Eccli. ix. Ex visu cognoscitur vir et ab occursu faciei co-
gnoscitur sensatus. Et ideo multum decet honestum virum ut ab impudicis spectaculis eius
oculus ne incontinentia prolabatur. Unde Tullius cum Pericles et Sophocles ad colloquendum
de consolationibus publicis consedissent et casu quidam pulcher adolescens transiret ait So-
phocles o Pericle vide pulcherrimum puerum. Cui Pericles ait decet non solum manus
et linguam pretorem continentes sed etiam oculos. Augustinus. Impudicorum oculus impudici cordis
est nuntius. Oculus post vigiliam sompnolentus.

Quadrainio est per longam vigiliam sompnolentus. Ecc. xxvi. Dormite iam et re-
quiescite. Invenit eos dormientes. Postquam enim oculus corporalis circa exteriora diu
fuit occupatus spiritus factus alius qui ad exteriora vagatur ad quod revertitur intus et tunc
dormiunt et quiescunt. In hoc igitur oculi natura nos instruunt quod cum homo diu circa
exteriora cumulanda intendit expedit ei ut ad interiora redeat et sic sompno spiritua-
li dormire valeat ut inde delectabiliter requiescat. Unde psalmus. Cum dederit dilectis suis sompnum etc.
Et alibi. In pace in idipsum etc. Et tunc homo interior dormit sopore contemplationis
quo sensus exteriores ligantur et actibus suis suspenduntur ut possit dicere id Canticorum v.
Ego dormio et cor meum vigilat. Nam viri spirituales instar leonum et leporum apertis
interioribus oculis dormire dicuntur. Unde et Paulus exterius excecatus interius illuminatus
fuit. Sed multi sunt quorum oculus semper vigilat exterius et in hoc similes sunt histo-
rici quod invitus inhiat damno suo et libenter frequentat aliena. Unde Job vii.
Et non revertetur oculus meus ut videat bona. De oculis superborum

Superborum oculi quod semper ad vaga et excelsa respiciunt dicuntur tumidi et elati. Ela-
tionem animi ostendunt sublimes oculi. Unde Gregorius. Cordis superbia vestra ad memo-
riam foris extenditur et per oculos prius indicatur. Hos oculos detestatur David dicens.
Superbo oculo et insatiabili corde etc. Et item Domine non est exaltatum cor meum etc. Et
ideo nocticorax se comparant de quibus scribitur sicut nocticorax hec avis non que libe-
ret..... sed .... qui inter homines degens abiectum hominum se continuum et absco-
dit lucem refugit quod humane laudis gloriam non attendit. Sciebat enim esse scrip-
tum Isaie v. Oculi sublimium deprimentur. Et ideo ipse dicit oculos superbos humiliabis.
Tales oculi Deo qui mitis est et humilis corde sunt odiosi. Unde Proverbiorum vi.
Sex sunt que odit Dominus et septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes etc. Sed
publicanus non audebat oculos ad celum levare quod dicitur Non sum dignus vide-
re altitudinem celi etc. Descendit hic iustificatus in domum suam. Nec mirum si sublimes oculi
displiceant Deo quod in hoc maxime assimilatur homo dyabolo. Unde Job xli. Omne subli-
me videt oculus eius et ipse rex super omnes filios superbie. Ideo petebat Eccli. xxiii.
Extollentiam oculorum ne dederis mihi. De oculis invidorum

Oculus invidi instar oculi fere strabonis non recte videt illud tamen invidet.
Unde dicitur i Regum. Post hoc David triumphavit de Philisteis non recte oculis Saul
respiciebat eum a die illa et deinceps. Nam felicitas aliena est invido cruciatus.
Unde invidus alienis rebus marcescit opimis. Et ideo dicitur invidus quod non videns.
Invidi namque diu aliene felicitati invident aliorum prosperitatem videre non valent.
Unde Genesis xxxi. Laban videns quod divitiis esset inclinatus non exhibuit faciem suam
sicut heri et nudius tercius. Et in commento 28 videtur esse quod pro suis non libenter respiciet
ceterorum quos in prosperitate possidentes. Invidia namque non est ad inopes sed ad
divites. Et enim plus quam invidia est tristicia ex aspectu prosperitate boni atque iniusta
et non est via qua invidiam declinare valeas nisi ut misericordia fias. Nam sola
miseria caret invidia. Unde Boetius primo de consolatione sive quando cum Rome ipsa
pulsarum suarum invidiam declinaret. Ipso inquit ut cuspites infirmum hunc est
quod illi qui sunt illustriores meriti magis subiacent invidie et detractioni. Invidi

enim vt ait Boecius nequeunt oculos suos tenebris assuetos ad lucem perspicue veritatis
attollere similes avibus quarum intuitum nox illuminat dies cecat Et hic est quod sunt quidam
subditi prelatos detractionibus inficiunt quia in eis splendorem suum offensum intuitu recte conspiciunt
Oculus quartus invidorum torquetur visis prosperitatibus proximorum unde Socrates vtinam in-
vidi in omnibus civitatibus et locis oculos et aures haberent ut de cunctorum felicitatibus
torquerentur hic est oculus de quo Matthei xx° oculus malus O mala [?] nequam enim
ad malum proximi respicit et a bono eius se avertit Et ideo recte per Heli figuratur
de quo primo Regum 3° dicitur quod oculi eius caligaverant nec poterat videre lucernam domini
antequam extingueretur Tales sunt invidi per invidiam excecati hos videre nequeunt ~~cali-
gaverant nec poterat videre lucernam domini~~ qui sunt lucerna in domo domini donec
moriuntur Aliqui enim hominum commendant post mortem cui dum viverent in-
videbant Unde Cyprianus Zelus invidie modum non habet permanens iugiter sine fi-
ne cum alia scelera finiantur Quanto ille cui invidetur successerit meliori prosperita-
te invidus in maius incendium livoris ignibus inardescit Unde poeta Vrit enim
fulgore suo qui pregravat auras Infra se positas extinctus amabitur idem Et Richar-
dus de sancto Victore Invidus hoc quod videt invidet quod audit odit quod tan-
git extinguit Intantum enim malum alterius emulatur quod vellet eciam quod pati
dispendium dum alter eius lederetur Sicut ille qui optavit sibi unum oculum erui
ut vtroque proximus privaretur Lucifer super Iohannem dicit Oculus invidi torquetur
iusticia invidus morte eius vivit continua tamquam separatus ab eo qui est vita ago
ut dicit Plato relegata est omnis invidia Natura enim aquile in probando pullos
suos legitimos esse dicitur ponit se quod eos sub solis radiis et eum qui solem immobiliter
aspicit tamquam filium nutrit illos autem abicit tamquam degeneres quos videt ocu-
los a sole deflectentes Sic et ipse deus qui aquile comparatur Deuteronomii 32 Sicut
aquila provocans ad volandum pullos et invidos abicit tamquam sibi dissimiles ful-
gorem bonorum in aliis respicere non valentes et quia lucem veritatis videre nequ-
eunt atque in fine tenebras eterne obtinebunt De oculis iratorum

Ira turbat oculi sensum quia perturbatus a furore oculus meus propter iram furorem ap-
pellat Nam iratus est ut insanus ad tempus Unde Ira furor brevis est Et-
enim rationis oculus est in irato perturbatus ideo non potest recte iudicare de rebus
nec mirum cum sit iracundie sanguine respersus Ira enim secundum philosophum est accensio
sanguinis circa cor Unde Job xvii Caligavit ab indignatione oculus meus
Et sicut imago in aqua turbida non apparet sic et in mente ira turbata aquam
turbat ut pisces capiat. hinc est quod iratus solet multum inmoderate punire Unde
Valerius refert libro iiii° mirabilem factum quod Archytas dum diu in remotis parti-
bus sub Pithagora philosopho studuisset tandem adeptus domum suam cum ad
predium renunciasset curas quia suas per villici negligenciam desolata vidisset
intuens male meritum hoc fertur dixisse villicum sumpsissem de te supplicium si-
mul si tibi iratus non essem malo enim impunitum te dimittere quam propter
iram iusto gravius te punire Unde Job 36 Non te superet ira ut aliquem
opprimas Et Tullius libro i° de officiis Cavenda est ira in puniendo ne maior
sit pena quam culpa Ex predictis possumus elicere saluberrimum documentum quod ira
pendente nichil est iudicandum donec motus ire sedatus fuerit iuxta
illud poeticum Cum furor in cursu est currenti cede furori quia dicit philosophus quod
duo sunt contraria consilio festinancia et ira De oculis accidiosorum

Accidiosi oculi sompno pigricie sunt gravati et sunt similes discipulis dormi-
entibus de quibus dicitur Mt 26 Invenit eos dormientes erant enim oculi
eorum gravati hii possunt dicere illud psalmi Dormitavit anima mea pre tedio Hoc autem
provenit ex inconsideratione [illegible] Sicut enim repromissam opulenciam
glorie celestis attendunt mentis sompnum discuciunt et ad eam acquirendam
oculos intentos habent Proverbiorum xx Aperi oculos tuos et saturare panibus
Causa eciam sopiminis accidie est inconsideratio future pene de quo [illegible]

vitus non lux / vii poeta im- / pedit ira ani- / [illegible] / [illegible] / [illegible] Est enim / sicut piscator / astutus qui

quod dicitur Gen. 31 Die noctuque estu urebar et gelu et fugiebat sompnus
ab oculis meis. Iste estu et gelu uritur qui mente oculis infernum supplicium co
templatur ubi transibunt ab aquis nivium ad calorem nimium Iob xxiiii.
Et ideo legitur in vitas patrum quod abbas Achilles cuidam fratri cum turbaretur acci
dia sciscitanti quid ei esset faciendum respondit. Ideo inquit accidia patitur quia nondum
vidisti premia que speramus nec supplicia que timemus. Si enim ea diligenter aspi
ceres in cella eciam plena vermibus sine accidie torpore iaceres. Hic torpor non
solum facit intuberem oculum dormire sed eciam obliviosum. Exemplum quod dicitur super Cantica
Fuere aliqui virum gravium in sacris vigiliis sompno depressi ut celi cives venere
sed in presencia celestium principum tamquam mortuos apparere cum nostra ipsi alacritate pro
moti veniunt interesse solempnibus delectentur vereor ne iram desidiam aliquam ab
hominantes cum indignatione recedant. Et si sompnus huius dormitacionis
tali torpore racionabiliter argui possit in quolibet cristiano multo racionabilius in
prelato qui tamquam speculator ecclesie debet sollicite vigilare ut non dormiat neque
dormitet qui custodit Israel. Debet enim ut pastor pervigil custodire vigilias
noctis super gregem suum. Accidiosi eciam oculos habent intus obstructos. Ambrosius
super x. Ut fumus oculo sic piger etc. Ut enim fumus obstruat oculos corporis
sic accidia oculos mentis. Infelix igitur accidiosus qui dum secta sequitur lucem
amittit oculum. Refertur parabolice regem quendam tres filios habuisse qui volens
de regno suo disponere vocatis coram se tribus filiis dixit pigriori se velle regnum
suum dare. Primus dixit michi debetur regnum quia adeo piger sum quod ad ignem
sedens tibias prius comburi permitto quam illud retraham ab igneo incendio. Immo aut
secundus ego ad regnandum sum aptus. Nam cum funem in collo haberem quo mox
suspendi deberem et gladium in manum tenerem propter pigriciam non porrigo manum meam
ad scindendum cordam. Immo subdidit tercius ego regnare debeo quum pigricia cetros an
tecedo. Supinus in lectulo iaceo et stillat aqua super utrumque oculum et propter pigriciam non
moveo me ad dexteram vel sinistram. Huic rex legavit regnum pre ceteris re
putans eum magis pigrum. Rex iste dyabolus qui est rex super omnes filios superbie
per primum trium filiorum congrue ille designatur qui ponitur in societate prava per
quam ad malum accedit magis eligit igne peccati cremari quam a tali societate separari.
Secundus vero significat illum qui licet peccatorum funibus se videat esse constrictum quibus mox
suspendendus est ad infernum patibulum nichilominus pigritatur funem peccatorum scindere
de gladio lingue in confessione. Tercius autem significat illum qui doctrina audit de paradisi
gaudiis et inferni suppliciis et tamen per pigriciam suorum stratum suum non deserit ut
se volvit ad dexteram amore celestis premii nec ad sinistram ut saltem peccatum
deserat metu tormenti. Sequitur de oculis avarorum

Avarorum oculi mundane passionis pulvere sunt respersi et ideo excecati. Na
m oculi stultorum in finibus terre Proverbiorum xvii. Et ideo sunt sicut talpe que
oculis private sunt et oculorum tamen signa gerunt. Terram fodiunt et eciam super se
iaciunt. Dicit et augustinus hanc similitudinem tenent sed non habent per sapiencie veritatem
et tamen terre querunt terrenis desideriis se ipsos vivos sepeliunt quod dicitur Proverbiorum xv
via stulti recta in oculis eius. Hic est oculus de quo Zach. v. Oculi eius
in universa terra quia ad acquisicionem terrenorum per universum orbem tendit tota inten
cio avarorum. Oculus autem pulvere respersus clare non potest videre et ideo quia
cupidi divicias super oculos cordis ponunt perversum iudicium de divitiis
faciunt ut que sunt vilia reputent preciosa. Et sicut per interposicionem opaci
corporis inter solem et oculum corporis solet fieri corporalis eclipsis solis
~~turpis~~ sic quod terrenum per amorem nimium interpositum inter oculos cordis et so
lem iusticie ~~.....~~ sic spiritualis eclipsis in anima cupidi provenire. Unde
Sed super id per Cusp... tendit ignis ~~ardens~~ ardentis avaricie et ideo non

videret solem iusticie. Et iste congrue in[ter]p[re]tat[ur] argentum quia ardor gentium Sic
cum visus operatur per pelvim ardentem sic cupidus p[ro]p[ter] frenesim amoris Unde
ubi amor ibi sit oculus cupidus ad ea que summe diligit oculum intentionis
convertit et dum eius fulgore et pulchritudine delectatur instar visus humani excecatur Unde
avaricia sic abstulit lumen oculorum hominis ipsum ad molam id est ad vanam volubilitatem hor[um]
temporalium molere facit ut legitur de Sampsone Iudicum 16 Quem cum apprehendissent phi-
listeni eruerunt oculos eius et clausum molere fecerunt Nec mirum si cupidus clare
videre nequeat cum in oculo trabem gerat Ille namque trabem in oculo
portat qui affectu aspirat ad ecclesiasticam dignitatem Aranea a trabe dependet
et se totam evisceat telam inutilem componendo Sic etiam cupidus in mente que a trabe
dependet id est ad eam quam appetit dignitatem et ducit filum diu distrahit per varia
desideria unde de eo dicere potest Anni mei sicut aranea etc. Et sicut levitis prohibebat[ur]
ab esse ministerio habens albuginem in oculo Sic ambiciosus esset ab ecclesiastico beneficio
repellendus qui tamquam albuginem mentis oculum excecantem habet in oculo
considerata excellentie dignitatem Unus autem cupidus spiritualium oculorum luminibus
sit privatus tamen prudentius et salubris oculatus post nummos iactura sunt
contemplatus Consideret enim illud quod dicit petronius Nummis hic in dama secura
dormivit umbra. Ergo namque suo tempore arbitrio Carmina componat de-
clamet contremet omnes Et purgat causas sit quoque tathone prior singula loque-
loquitur quam nummis in manibus prudentia opta. Et nemo clausum possidet archa iovem
Unde potest ei dici id Apostoli Iudicum Vos dicas quoque dives sum et nullius egeo et nescis
quia miser es etc. De oculis gulosorum sequitur

Oculi gulosorum dum tenent quia ad procurandam carnem totaliter sunt inte-
nti Iob 10 Numquid oculi carnei tibi sunt unde Iuvenalis Erit ei
in scala vivendi cura palato Gulosorum oculi sunt ad escam contemplan-
dam acutissimi tamquam aquilini Iob 39 Numquid ad preceptum tuum elevab-
itur aquila. inde contemplatur escam et oculi eius de longe prospiciunt Est
enim natura aquile quia cum ad alta volaverit inde pisces in mari prospicit et instar
tonitrui ad eos capiendos descendit et gulosorum oculi escam non tantum con-
templantur in aqua sed etiam in omnibus elementis Unde id poetice Inter
ventris laudes persistit questio piscis Avis tollitur melior lagena quem fertilis
aer ex hiis que terra feras effudat edules Ingenium est quesisse mer-
natam quam mensis ex Bistris mero decensa venit ut plena voluptas est messe
qui fundat aquas facing ex strepit naufragium fecisse tibi solempnia
mense Bachus ait Et sicut virorum spiritualium oculi semper sunt ad deum sic
oculi gulosorum ad cibum et adventricem quem colunt et faciunt deum suum philip[enses] 3
Quorum deus venter est Quod exponens hugo dicit pro similitudine venter humana
comparatur deo Habet enim deus templa consecrata altaria et ministri ad
serviendum ardua pecudes ymmolari thura cremari Deo sequitur ventri
templum est coquina altare mensa ministri coci pecudes carnes cocte fu-
mus incensorum odor saporum Unde ut ait quidam Non tibi sit venter deus
sed vivere decentem Unde ita gustando quod comedo quo quidem non supere laute
nimis ardentem studiose De oculis luxuriosorum sequitur

Oculus corporis est ianitor cordis qui si pudicus fuerit quicquid inde-
cens esse timuit excludit Impudicus vero quicquid quod placeat
parumque despexit Sed malus ianitor volens intrare patitur volentes aut
monet et hortatur legitur Gen 39 Iniecit domina oculos in Ioseph hec sunt
impudicicie tela quibus vulnerantur multi sed longe positus his telis im-
pudicitie oculorum opposuit Ioseph Scriptum est enim Noli intendere fallacie

mulieris prou. v. et io in oculis eius captus non fuit. Et econtra contigit holo-
ferni Judith x. Cumque intrasset ante faciem eius et vidit eam captus est in oculis
eius. Basiliscus enim solo visu aves volantes inficit. Sic et mulieris aspectus
Basiliscus licet aspectu modicum quid videatur, tamen multos vulnerat et occidit.
Videtur quod probabile quod cum mulier viros libidinose respicit, tunc a corde mulieris
libidinosus fumus egrediens usque ad oculos venit, deinde radios visu-
ales mulieris inficit, qui sic infecti veniunt ad oculos viri, deinde ad cor, sic
a corde mulieris primo processit. Hec est enim natura radii venenosi. Sic per simile non
potest videri. Canis enim rabidus in tempore venenum habet, et cum aliquem in qua-
cumque parte corporis mordet, ipse primo inficitur in cerebro, sicut et venenum infectans
oritur in corde. Deinde enim infectus ad oculos venit. Unde poeta: Et rubie lam-
pas faculis reuestit ocellis. Et si in principio etiam mulier menstruosa speculum
inspicit, ipsum maculat et inficit. Sic mulier viros inspiciens cum libi-
dine animum inficit in quo tamquam in speculo dei relucet ymago. Sic autem
aspectus mulieris acriter sepe ledit, sic et cum aspicitur non minus offendit.
Unde Quintilianus in libro causarum dicit: Viciis nobis in animum per oculos via
est. Treni 3^o. Ascendit mors per fenestras nostras etc. Sic enim aliquando contingit
quod intromissi per fenestram latrunculi latronibus magnis ostium aperiunt, qui
ingressi domum spoliant et hospitem occidunt. Hoc facit aspectus illicitus.
Treni 3^o. Oculus meus depredatus est animam meam. Unde helinandus: Occul-
ta est castitas que inordinate videt vel indecenter aspicit. Venatores vole-
ntes feram invenire et capere, primo canes venaticos quos fureos appellant
consueverunt premittere, qui fumo et illuc non respiciunt vagari donec quandam inve-
niant. Et cum inveniunt, venator magnos canes emittit et postquam feram
ceperint, venator supervenit et occidit. Sic et dyabolus facit per formationem pluries
capiendo et occidendo. Unde qui viderit mulierem ad concupiscendum etc. Et dicitur fornicatio
quasi fornix vel forme necatio vel fornacis occasio. Natura leonis est quod si quis
iuxta eum transit et leonem non respicit, illesus evadit. Si autem leonem respi-
cit, ipsum devoraturus invadit. Sic in multis ex aspectu mulieris in tanto invadit
hec temptatio carnalis, quam si non aspexisset, securus evasisset. Job 31.
Pepigi fedus cum oculis etc. Crisostomus: Quo gressu non licet intueri quod non licet
concupisci. Et ysidorus: Talis manus delinquendi. Si vis a fornicacione esse
tutus, esto in visione districtus. Nullus sane mentis iret ad basiliscum spe-
ctandum, cum aspectus inficit. Ergo nullus debet ire ad spectacula mulierum
quarum aspectus inficit et occidit. Narratur quod quidam iuvenis heremita cum abbate suo
venit in civitatem, ubi mulieres in chorea respexit, et cum modicum remotus esset
ab abbate, respexerunt. Abbas, avertens eas esse, vidit. Prius puer ad clau-
strum incessabiliter plorare cepit. Cui abbas: Quid vis, fili? At ille: Volo de an-
seribus quas in civitate vidi ut des mihi. Tunc abbas fratribus convocatis ait: Con-
siderate, mei fratres, mente sollicita quam periculosa sunt mulierum spectacula. Nam
hic puer innocens qui prius mulierem non vidit in heremo nutritus, solo visu
sic est igne concupiscentie carnalis accensus. Insanus esset, vas habens plenum
balsamo, si illud in media platea poneret et omnibus exponeret ut unusquisque
contra vas lapidem iactaret. Insanus est qui habens in corde balsamum gra-
tie, tamquam in vase fragili propter debilitatem liberi arbitrii, habens et timiama castitatis
in corpore, si ad spectacula mulierum sit ausus accedere, et vas suum ictibus
lapidum exponere. Narrat Sigibertus in suis cronicis quod tribunus quidam cum
uxore sua ad Johannem anachoritam accedens, ipsum ut se videret
uxori sue militum desideranti prebere rogavit. Ille autem hoc respuit et

adiecit vade quia in domo tua hac nocte me videbis. Nocte illa apparuit mulier
erat desiderio suo parens o mulier ad te veni. sed te admoneo ut non faciem
corporalem sororis dei sed gesta velis per spiritum contemplari. Certum ergo nos debiles
timere possumus cum audimus quod sanctus adeo mulierum vitabat aspectus. Exemplum de david
et bersabee. Mulier autem non capit virum per oculos solum sed etiam per omnes sensus.
Et primo per auditum. Dicunt enim syrene cantu suo nautas alliciunt allectos
soporant et occidunt. Sic mulier cantu suo hominem allicit et in peccato dormire facit
et sic spiritualiter ipsum interficit ut ferunt fabule. Juno quedam vaccam dilectissimam
habuit quam pastori cuidam commisit pastor ille argus nomine centum oculos fertur
habuisse iuxta illud poete centum luminibus argus cinctus erat. hic autem
valens vaccam diligentissime custodire binos tamen oculos dormire permittebat
ceteris vigilantibus interim. Jupiter autem cupiens habere vaccam illam filium
suum nomine mercurium misit ei cum musicis instrumentis. Qui cum venisset
cepit argo hystrionico more fabulas dicere et plerumque cantare. et tamen
non cessavit donec duo oculi argi ceperunt dormire. deinde ad cantum illius
iterum duo alii obdormierunt. et deinceps donec sopiti ceperunt oculi universi.
Quod cernens mercurius ea caput argi protinus amputat et vaccam rapuit
et ad patrem adduxit et ei retulit quare deceptus et blandiciis argum
seduxit. Argus ille centum habens oculos prelatum figurat virum et undique
circumspectum. Sed tamen timendum est, ne si cantus audiat mulierum circumspectus
sui cadat vigilancie et dormiente ipsius prudencia spiritualiter peccat et animam
quam diligenter servare debuit perpetuo amittit. Secundo mulier virum capit per visum
quia ex visu nascitur cogitacio ex cogitacione delectacio ex delectacione consensus ex
consensu opus ex opere consuetudo. ex consuetudine necessitas ex necessitate desperacio
ex desperacione mors eterna. Primo igitur inceptio est a visu. Tigris enim cum
invenit speculum in via a venatoribus ex industria positum delectata pulchri-
tudine speculi sistit gradum et obliviscitur catulorum suorum. Per speculum habemus
intelligere corpus mulieris ornatum quod cum stultus aspicit, spiritualiter
aliquando gradum sistit et celestia que debet insequi oblivioni tradit.
Tercio capit mulier hominem per olfactum. Dicunt enim pantheram secundum physiologum sui odoris
fragrancia cetera allicit animalia que per eiusmodi suavitatem ille odorem sentiunt
ipsum comitantur eciam usque ad mortem. Sic et plerumque faciunt quorum cor va-
riis odoribus illatum currunt post odorem huiusmodi mulierum. Quarto capit
mulier hominem per tactum opus nephandum perpetrando et instatur tunc miser homo.
Exemplum de unicornis qui sic capitur. Virgo namque puella decenter ornata in sil-
va ponitur. que venienti unicorni sinum aperit, in quo ille omni ferocitate
post posita. caput inclinat quem soporatum venatores capiunt et occidunt.
Sic sampson obdormiens in sinum dalide, oculos perdidit et post ea mortem
incurrit Judicum xvi. Aspectus siquidem corporis aufert interdum oculos cordis.
Unde gregorius fit recto retribucionis iudicio ut qui exteriori negligenter utitur
interiori oculo iuste privetur. Et etiam eusebius in cronica quod Margarita
meretrix pessima pulchritudine sua inspectores suos in hac reddebat ineptos
ut eos vere putaret in lapides conversos tremens ad mortuum primo se
erunt actum domini concedit cedere. Sic mulier aufert hominum sensum et reddit eum
fatuum. Sic ait Solinus in libro de mirabilibus mundi. hic est modus simias
capiendi. Nam cum habeant ingenium emulandi. dum gestus venan-
tium effigiare appetunt, sistunt in silva a venatoribus factum vident, et cum
earum oculi sublimiti sunt, proximum est eas capi. Sic et mulier impudica oculos

suos levit et ad hoc ut capiatur ab hominibus se disponit sicut ad faciem cuiusdam clari
ficat · inuidiam obsistat. Ieronimus Cum pinxeris stibio oculos tuos frustra co
poneris. Quedam meretrix cum ex morbo unum perdidisset oculum et ei sacerdos diceret
quod illud ei digne propter peccatum suum dei iudicio accidisset ait malo michi esse con
tenta uno oculo quam uno viro. Ecce femina propter suam incontinenciam uno oculo
orbata in corpore sed duobus in mente. In mensa cuiusdam platonis fuit hec materia
quod quod membrum sumptuosius esset in homine cumque loquendo est cursum fuit ab omnibus
quod venter. Unde id Ecclesiastes vi Omnis labor hominis in ore eius. Interrogatus
autem quidam philosophus qui cum aliis discumbebat quid ipse super hoc sentiret respondit
credo michi quod oculi plures constant quam membrum aliquod hominis corporis quia
sex sunt que diuitibus minores afferunt sumptus scilicet propter aspectum vestium librorum equorum ancillarum
et vasorum argenteorum et aureorum. Superfluitas ista nichil ad aliud est nisi ut pascat
oculos ipsorum et quod miserabilius est alienos. Plus hec pascunt oculi quam facula ven
trem. Plus honor obsequium quam labor ipse facit. Narrat helinandus quod rex Anglie
cum induceret novas caligas mane que sunt a cubiculario suo quanto essent empte
precio. Cui cum respondisset tribus solidis indignatus fili ait meretricis quare habet rex
caligas tam viles precii. Vade cito et emas afferas michi emptas marca argenti.
Ivit ille et attulit multo meliores et quasi ut quasi ut precium fuisse con
finxit. Iste michi conveniunt regie maiestati in quas oculi hominum intenti. Iste ut
alienos pascet oculos denarios commutat in solidos. Tanta est oculorum sumptuositas
ut Salomon de se dicit Ecclesiastes ii Omnia que desideraverunt oculi mei non negavi eis.
Et Proverbiorum xxvii Oculi hominum insaciabiles. Et Ecclesiastici xxxi Insaciabilis est oculus
cupidi. Peius nequius oculo quid creatum est. Quam sumptuosa et dampnosa sit cu
riositas oculorum semper per quamvis periculorum detineata novit suis incatoribus par
tice viri Acteon venator dyanam lavantem curiosius quandam oculorum videre
voluit et in cervum conversus · non agnitus a canibus suis ab eis legitur esse devora
tus. Tobias amisso oculorum lumine legitur deo gratias egisse Thobie 2. Et legitur
de petro monacho abbate claravallis quod cum morbo alterum oculum perdidisset
iocando solebat vir dei dicere unum se de suis inimicis evasisse et se plus accedendo quam a
perdito formidare. Legitur eciam in historia tripartita de Iuliano apostata apud
Constantinopolim ydolis immolaret Maris episcopus calcedonie ad eum accessit et
eum publice impium apostatam appellavit. Iulianus vero solacium ei cecitatem
imperavit. Erat enim senex et per imbecillitatem oculorum manu alterius agebatur. Et
addidit impius Iulianus neque galileus deus tuus · curabit te. Sed fidens
vero Maris episcopus dixit Ego michi deo meo gratias ago quod hoc est ne gestum ne
te viderem pietate nudatum. Narrat sigebertus in cronica quod sanctus Adromanus
Treveris episcopus presentibus extitus fuit sed in translacione sancti predecessoris visu corporis
diminutus dolens quod claritate qua dono dei reputaverat amisisset oracionibus
obtinuit ut iterum cecus esset et cecus factus illuminatus est iuxta Ad te
te levavi oculos meos. Depe enim contingit ut cum lumen corporalium oculorum
amittitur spiritualium vigoratur. Legitur eciam in historia tripartita quod cum Didimus a
puericia cecus gramaticam dyalecticam rethoricam arismetricam geometriam
et insuper novum ac vetus testamentum sic perfecte cognovit quod multos libros di
ctaret et dictaret tres libros fecit tunc videns anthonius ait ei Non te
conturbet o Didime amissio sensibilium oculorum. Tales enim oculi tibi de
sunt quibus musce et pulices ingredi possunt. Sed gaude potius quia
habes oculos quibus et angeli cernuntur per quos et deus videtur et eius
lumen inspicitur. Unde et legitur quosdam mundi philosophos oculos effodisse
ut totum cogitacionem ad mentem cogerent pulcherrimum. Sic dicit Ieronimus contra Iovinianum

Ad hoc ut fiat visio completa ista sunt septem necessaria. Visio completur propter
scilicet debita dispositio organi, praesentia obiecti, proportio distantiae, soliditas rei
visae, attentio potentiae, mora temporis, medium illustratum. Debitam autem dispositionem
auferunt tria scilicet timor seu praesumptio, superbia, pulvis avaritiae, humor concupiscentiae
luxuriae. Propter primum dicit philosophus xix de animalibus quod oculus eminens est visu debilis
et profundus est bene visus. Ad quod consimile est de homine humili. Nam sicut oculos
profundos habentes magis vident distantia et etiam subtilia et minuta quam haben-
tes oculos tumidos, sic et humiles clarius vident subtilia quam superbi. Proverbiorum xi:
ubi humilitas ibi et sapientia. Unde dixit dominus Matthaei xi: Confitebor tibi pater domine caeli
et terrae, quia enim parvulis a deo revelantur quae a sapientibus absconduntur. Unde etiam signum
per lepsis [illegible] fuit indicata et asina Balaam revocavit a via illicita. Unde
de gradibus humilitatis Jacob de scala monstrata in qua dominus in montem apparuit
quod nobis innuit nisi quod in linea humilitatis consistunt tamquam gradus vitae. Isidorus
vitas meretrix fugit quam humilem non invenit. Et Valerius Maximus de So-
crate qui dixit ad discendum pauperem se reddidit, ad docendum se locupletissimum
fecit. Ad hoc quod scolaris bene proficiat necessarium est quod humiliari studeat. Unde pro-
fert: intellectum dat parvulis. In hac scolaris humilitas consistit ut a qualibet libenter
addiscat. Unde ait Augustinus: Ego senex et tot annorum quotidie a collega meo
et a minimo paratus sum edoceri. Item quod nullam scientiam contempnat. Dicit enim Hu-
go in libro de [illegible]: Similitudo est inter pauperes stultos et solidos sco-
lares. Pauper enim insipiens cum aliquid acquirit vel aliquid parvum, dicit: Ad quid
tantillum observabo? Non post hoc dives ero. Expendam igitur hoc in panibus vel
in vinibus vel aliqua re sibi delectabili. Non enim illud custodiendo sollicitus
esse volo. Sic stolidus scolaris dum parvipendit minima numquam proficit ad maio-
ra. Sapiens vero pauper parva quae acquirit diligenter custodit, et quo magis se habere
desiderat, eo magis retinere desiderat, sciens quod parvulorum collectio ad maiora [illegible]
[illegible] pertingere. Sic is qui sentit pauperem scientiam debet facere si vult ad quae [illegible]
[illegible] pervenire. Nam sicut multa grana massam, multae guttae flumen, et multi
denarii divitem faciunt, sic multae particulae scientiae sapientem efficiunt.
Item ut illicitas iniurias patienter sustineat. Ista enim antiqui philosophi leguntur
fuisse studiosissimi, ut quidam philosophus: Tu dedisti maledicere et ego didici
maledicta contempnere. Legitur quod Socrates cum semel per villa transiret et quidam
eum cum pugilo per caput percussisset, nihil aliud dixit quam malum est quod
homines ignorant quando debeant arma portare et quando inermes. Sic enim hunc ictum
perpessus caput compressum. Legitur etiam de eodem philosopho quod cum vellet nubere
mulierem vitiosissimam quam invenire potuit sibi in matrimonio copulavit quae
ipsum ut dominum [illegible] iurgiis et contumeliis impetebat. Ille vero ut patien-
tissimus ad omnia tacebat. Cum ergo ab amicis suis interrogatus fuisset cur
tam inquietissimam mulierem accepisset, dixit ut discerem discere in domo
qualis esse debeam in foro. Valerius [illegible] Romanorum de patria eiusdem philosophi dicit ac-
cidit quodam tempore quod cum Socrates uxori suae in alto domus scolarem [illegible]
ei ergo infinita convicia ingessisset diu per plateam [illegible] tandem aquam in
[illegible] perfusus, nihil dixit amplius quam deterso capite: Sciebam inquit quod
post ista tonitrua talis sequeretur pluvia. Olim cum philosophiae studium vigeret
Athenis, senex quidam sedebat in porta civitatis et quando scolaris aliquis veni-
ebat ad studium, senex ille conviciis provocabat illum, et si videbat nullo
signo aliquid impatientiae, non permittebat eum intrare, sed tamquam ineptum ad stu-
dium compellebat ire retrorsum. Scolaris igitur nullius aetatis vel dig-

esse superbia prominentes sine timidos sed humilite profundos oculos aut e contrario
causam specialem assignat quare peius videant cum sint prominentes oculos
quam profundos prima est quia profundus oculus est magis ab occurrentibus
elongatus Secunda quia in oculo cavo visiua virtus plus adunatur eo quod magis intus
profundatur Tertia quia magis profundus oculus est ad similitudinem quamdam magis propinquus arte
dit in quo tamen virtus visiua sicut in fonte consistit Hoc assimilatur de causis
sapientia magis conceditur humilibus quam superbis primo quidem quia humilitas est magis
a periculis elongatiua et ideo nomine periculo euitauit vnde cum beatus Antonius
mundum plenum laqueis vidisset et quereret quis istos posset euadere / Re
sponsum est ei quod humilitas Secundo quia humilitas bona sua non ostentat / et quanto magis
tanto videt perfectius / vnde dicit plinius in libro 2o naturalis historie Oculus eorum in
profundo puteo potest videre de die stellas in celo Tertio dicit ptolomeus in prologo
almagesti Qui inter sapientes humilior est sapientior existit Sic aliquis lacus
magis fundat ceteris lacunis Tertio quia humilitas est deo proxime propinqua vnde
et beata virgo que fuit humillima ac per hoc deo summe proxima / omnia verba
salvatoris in corde suo legitur conseruasse et ideo plenam noticiam de diuinis creditur
secretis recepisse Quartum quod impedit debitam dispositionem oculi est auaricie puluis Et
ideo quidam philosophi contempserunt diuitias / vnde sicut dicit tullius in libro de officiis No
biles philosophi desiderio sciencie acquirende patriam relinquentes i exilium iuerunt nunquam
reuersuri Anaxagoras eciam cum per longa tempora studiorum in patriam redisset
et possessiones suas quas reliquerat desertas reperisset Non essem inquit ego sal
uus nisi ille perissent Sicut enim puluis oculum obtegit et visum impedit / sic
rerum affluencia lumen oculorum spiritualium extinguit / vnde policratus Nummi re
rumque cum libriculis nequeunt simul esse ambos crede vel neutrum capit vna
domus Socrates eciam cum athenis pergeret propter studium non paruum auri pondus
in mare proiecit dicens Ite pessime diuicie salutatoriis plene sub mergam
vos ne submergar a vobis Dicit enim Theofrastus inter homines solus ille qui
fuit doctus in alienis locis non reputatur peregrinus amissis familiaribus non
erit amicus necessariis destitutus sed in omni ciuitate tamquam ciuis et natus
difficiles quoque fortune potest despicere casus Ille vero qui non scientiis sed diuiciis
est vallatus lubricis incedit itineribus infirmis presidiis et instabilibus /
Nam cum vniuersa fortune cum dantur ab ea fallantur adimuntur Disciplina
vero cum animis quiete permanet usque ad exitum vite / hinc apparet quorumdam
modernorum stultitia qui omnem studiorum laborem inutilem dicunt nisi eam
diuicie comitentur cum tamen secundum sapientem similem constet eam super salutem
et omnem pulcritudinem appetendam Capitulum vii Quintum quod impedit debitam oculi di
spositionem est liuor carnalis concupiscencie vnde plinius libro de animalibus quod aues humorem
purum et temperatum habent in oculis sunt alte volantes et puri visus ut patet
in aquila que propter puritatem oculorum volat altius ceteris auibus et solem
etiam irreuerberatis obtutibus aspicit Sic casti habentes puritatem mentis et corporis
perinde virtutem volant sublimius et celestia contemplantur limpidius Hinc
eciam Iohannes ewangelista propter prerogatiuam virginee puritatis tamquam celestis aquila
ceteris altius tunc volauit qui fluenta sapiencie de ipso diuini pectoris
fonte potauit Paulus eciam de sua puritate loquens ait 2 ad Thessalonicenses 1 Gratias
ago deo meo cui seruio in consciencia pura Ipse eciam ad celestia volauit
dicens conuersacio nostra in celis est Fuit igitur alte volans et acutissimi visus
qui ad tercium celum i ad tercium genus visionis et vniuersa contemplacionum
celestia raptus fuit 2 ad Corinthios xii Narrat Gregorius nazanzenus quod cum ipse
iuuenis studeret athenis apparuerunt ei in sompnis i visione due

puelle speciosissime et accedentes primis irruerunt in eius amplexus. Ipse
vero ut castus erubuit et admirans non modicum ait: Que nam estis? Et ille:
Nos mee sumus due puelle tibi admodum familiares et dilecte. Ego sum casti-
tas dixit una. Et ego sum sapientia subiunxit altera et venimus ad te tecum
o castissime iuvenis habitare quia tu nobis in corde et corpore tuo sanctum habita-
culum preparasti. Sapientia enim in alas castitatis se transfert et immundum habitaculum detestatur.
In huius rei signum legitur Exo. quod Moyses legem recepturus filiis Israel precepit
ut vestimenta lavarent et a mulieribus abstinerent. Cum enim liber domini casta dicitur — immaculata
ut dicit glosa divina sapientia in maculatam et castam requirit discipulum. Et dicit Hugo in
didascalicon: Illaudabilis est scientia quam vita maculat impudica. Et I Regum xxi
Achimelech sacerdos antequam panes propositionis daret David et pueris eius dili-
genter quesivit si sunt vasa et intellectus puerorum munda, maxime a mulie-
ribus. In quo datur intelligi misterio quod qui desiderat a summo sacerdote Christo
panem sapientie et intellectus studeat castitati. Unde dicit Augustinus libro de civitate
dei: Socrates primus inter philosophos philosophiam convertit ad mores, tunc omnes ante illum magis
phisicis naturalibus intendebant. Hoc autem dicit Augustinus ibidem Socratem fecisse ut a temporalibus
libidinibus exoneratus animus ad noticiam divinorum ascendere posset ubi tamquam
in suo fonte etiam rerum causas inspiceret. Sicut enim candela madefacta vix potest
accendi, sic in corde pleno carnali concupiscentia lux doctrine vix potest suscipi et
si forte recipitur cito a vento vanitatis extinguitur. Non solum autem debita di-
spositio interioris oculi impeditur humore carnalis concupiscentie quantum ad luxuriam,
ymo eciam quantum ad gulam. Nam ut ait Seneca: Copia ciborum subtilitatem im-
pedit. Ps.: Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapientia eorum
devorata est. Et Ieronimus contra Iovinianum: Sapientie operam dare non possumus
si mense habundanciam cogitemus. Idem non est eiusdem hominis vina degustare
et explanas et philosophos intelligere. Et Ysidorus in libro de summo bono: Nimiis
cibis utitur, quanto magis ventrem pascit tanto magis sensum mentis ob-
tundit. Nam et dicitur quod crasso ventre sensum subtilem gigni non posse.
Et ideo dicit Salomon Eccles. ii°: Cogitavi ut a vino abstraherem carnem meam
ut animum meum transferrem ad sapientiam. Et ideo dicitur Dan. i quod pueris qui a vino
abstinerent dedit deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia. Danieli
autem omnium visionum intelligenciam. Et Dan. x: In diebus illis ego
Daniel lugebam trium ebdomadarum diebus et panem desiderabilem non comedi
et caro et vinum non introierunt in os meum. Et sequitur postea quod missus
est ad eum Michael qui revelavit ei archana. Cum igitur sobrietas mense
et studium sapientie sint conexa, indecens est valde scolasticis si vacent epu-
lis et studeant talibus calicibus epotandis. Unde quidam scolaris socio suo
qui studiis delicatis comessacionibus intendebat ita scripsit: Tu qui dudum
potenciali milicia et libris animo postpositis nunc cordibus ad calices
transtulisti et scribere in bibere convertisti et nunc potator qui prius fueras no-
minatissimus disputator, plus studens in talibus calicibus quam in codicibus,
plus vacas comessacionibus quam lectionibus, plus in salmone studes quam — salmone
in Salomone. Non est igitur hec mutacio dextere excelsi. ~~plus varia~~ Patet
igitur quantum spectat ad informacionem scolarium quod debita disposicio organi re-
quiritur ad visum et quantum contraria impediunt. Visus preterea requirit obiecti

Secundo ad visum requiritur presencia obiecti. Non enim sufficit scolari ut
a magistro audiat sed oportet eciam ut libros diligenter inspiciat. Nam

duo sensus deserviunt acquirende sciencie scilicet visus et auditus Et ideo dicitur prouerbiorum xx audientem aurem et oculum videntem deus fecit utrumque vnde Augustinus Omne scripture natarum decorpit aures laborem studencium sicut veluti puluerem tollit vnde Ieronimus ymmo in breuem annorum tetatum [illegible] ut tarditatem ingenii crebrioris diligencia compensarent Sunt eciam qui libros multos plenos pulcrios habent sed in eis studere negligunt et tales tonsure per hec dem signari putantur qui in [illegible] glans in pellibus Glosa enim in pellibus caprinis et vitulinis Sed timendum est eis id quod dicitur in Job pellem pro pelle vel pelle pro vitulina quam detinet in mensa detur pellis eorum in inferno cremanda Ad visum aut ut dixi requiritur presencia obiecti Et ideo de talibus potest dici id Neemie 29 Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati quem cum dederint scienti litteras id est ei qui reputatur scire dicent ei lege librum istum Respondebit Non possum signatus est enim De talibus scolaribus ait quidam In [illegible] nugis sunt subtiles in magnis tardi et ebetes Et ne nichil scripsisse videantur cum veniant de pellibus vitulinis tum latis spacijs magna componunt volumina eaque rubeis vestiunt pellibus et tum sapienti saculo et tum insipienti aut vendent ad partes hec est sciencia quam scriptura [illegible] tinea de molliri aqua delere ignis comburere potest Seneca quod scripsit [illegible] tinea de [illegible] quidam ait Nardi non tarde tradas que nomine arte [illegible] si carta cadit tenu [illegible] vadat Et ideo Seneca dicit Non refert quam multos libros habeas sed quam bonos in mente tua recondas

Visus requirit distancie proporcionem

Tercio ad visum requiritur proporcio distancie Nam si super oculum ponatur vel si nimis ab oculo distet non videtur modo consimili Si scolaris ab aliqua femina nimis distet per odium vel si nimis accedat per amorem inordinatum non videt eam nec rectum iudicium de ea facit Nam amor et odium pervertunt iudicium Et sic dicit Seneca peruerit iudicium cum res venit ad effectum hinc constat aliquem quod multos [illegible] licet non multum valencia videntur aliorum operibus quamuis prestanciora [illegible] meliora Nam quod ipse facit quilibet tuetur opus vt enim dicit petrus Alfonsus naturaliter quilibet gloriatur in suo carmine qualitercumque sicut et in sua prole videtur enim similiter quod proles sua tectas [illegible] in pulcritudine dei tam postremum teneat in deformitate Vnde simia de filio fingitur dixisse Iudicio simul est omnibus ista meos Et sicut homo de suis operibus nimium male iudicat eo quod sunt ei nimis proxima per amorem sic et de aliorum operibus si distet ab eius affectu per odium vel rancorem Vnde gregorius Non facile capit intellectus quod abhorret affectus potest eciam exponi secundum modum alium proporcio distancie que requiritur ad visum ut dicatur quod sicut distancia spacialis requiritur ad visionem ut nec superflua distancia nec approximacione nimia visibile non videatur sic et in spirituali visione requiritur adeo per misericordiam et [illegible] peccatorum tollit noticiam dinorum [illegible] iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis Et Augustinus dicit Errat qui veritatem cognoscere se putat si ad huc nequiter viuat hoc idem impedit conspectus nimie diuine familiaritatis et perscrutacio maiestatis prouerbiorum 23 prudencie tue pone modum ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes qui facit sibi pennas ut aquile et volat in celum Et canticorum vi dicit sponsus ad sponsam auerte oculos tuos a me quia ipsi me avolare fecerunt

Visus requirit soliditatem rei vise

Quarto ad visum requiritur soliditas rei vise vnde aer qui non est corporis solidum non est visionis obiectum In quo informatur scolaris tria intellectuales visiones intenti ut studeat in scripturis solidis non inanibus dicitur enim sapiencie 3 vani sunt omnes homines in quibus non est sciencia dei Sciencia autem dei est sacra scriptura per quam cognoscit homo deum et seipsum vnde Augustinus in quodam sermone deus noverim te noverim me

[illegible]

brevis oro sed fidelis haec enim repperta via et cognita natura ad salutem. Experi
quid concupit similitas expositionis generatur spes et caritas. Et augeri ut in hoc
de trinitate. Ceteram colestium terrestrium et tamen magnam estimare solet genus huma
in quo profecto meliores sunt qui hunc scientie preponunt nostre sensos. laudabilior
quippe est animus cui nota est infirmitas sua quam qui ea non respecta vias
siderum scrutatur etiam cognitas aut qui iam cognitas tenet ignorans ipse
quo ingreditur ad salutem. ... dein statuendum est studere dimensionibus terrae et
scripturam nescire metiri. Stultum quippe est vacare concordie musicorum et non
habere concordiam cum proximo vel etiam cum semetipso. Haec igitur scriptura tamquam
spiritus sancto apparata in qua invenitur efficax contra omne venenum et ubique in
genere salubre. Et sicut dicit Augustinus in sacra scriptura ignorans invenit quid
discat, contumax quid timeat, laborans premia, pusillanimis solacium. Certe
quia est in sacra scriptura soliditas et inde elongata omnis vanitas. Et ideo
sapiens invitans nos ad studium sapientie dicit Proverbiorum xxii. Ecce descripsi tibi
eam tripliciter in cogitationibus et sententia ut ostenderem tibi firmitatem et eloquium
veritatis. Ergo secundum consilium Bede distamus in tribus quorum nobis doctrina
proveniet in celis. Sed multi sunt qui sacram scripturam ad quod vanam reputant
et inanem, quod dicunt illud Jeremie ii: nil respiciunt oculi nostri nisi man quod
interpretatur quid est. Quia Numeri ... anima nostra nauseat super cibo isto levissimo.
Sed horum visus decipitur. Nam in sacra scriptura veritas solidissima con
tinetur. Unde ii Petri i. non voluntate humana allata est aliquando prophetia
sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. In scolaribus vero scientiis est
vanitas multiplex erroris. Unde Jeremie x. haec dicit dominus: iuxta vias gentium
nolite discere quia leges populorum vane sunt. Narratur in Genesi qualiter cum
turris babel presumptuose erigeretur in celum presumptuosis sublatum est veritatis
lingue commercium et facta divisione linguarum substituta est scola
populorum. Sic et philosophi ingenium suum machinas erexerunt in altum celestia
et divina curiose rimantes et desursum viribus presumentes subtracta est
eis vera et incommutabilis veritas vitatis et ignorantie nebula ob
nubilati in reprobum sensum dati in scolas errorum varias sunt dispersi et dicentes
se esse sapientes stulti facti sunt Romanorum i. Et ideo in dictis eorum parum est soliditatis
et multum vanitatis et ideo dicere possunt illud Psalmi: Oculi mei languerunt pre
inopia quia in talibus scriptis non inveniunt refectionem spiritualis quibus filius
prodigus non potuit saciari. Et quia in hiis nulla satietas, virtutis nulla
refectio iusticie reperitur, stulti enim in fame veri et boni penuria presumunt.
Unde Psalmus: Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit in va
nitates et insanias falsas. Sicut dictum est Paulo Actuum xxvi: insanis Paule,
multe te littere in insaniam faciunt. Unde Jeronimus narrat de seipso quod cum tanta
libros ciceronis esset studiosus, ante tribunal christi inductus est adiectus et
atrocissime verberatus. Narratur etiam in vita hugonis cluniacensis quod semel
cum dormiret vidit per sompnium sub capite suo dormientis multitudinem serpentum
et ferarum. Et evigilans et cognoscens invenit sub cervicali repositum librum
abhominationibus plenum et vitiis gentilium quem postea eiecit in pace quievit.
Et ideo dicit scolaris orare: Averte oculos meos ne videant vanitatem et
sequitur Psalmus: viam mandatorum tuorum cucurri. Haec est via que ducit ad celum
sequitur Psalmus: Initium sapientie timor domini. Principia sapientie deducunt ad regnum perpetuum. Non tamen absurdum ut
[illegible] alicui videatur si verba philosophie vel civilis sciencie in doctrina maxime
ubi hoc ratio postulat admittantur. Nec dicit aliquis talium more querere
sequitur facultate firmatur. Quomodo discerent ad salutem sicut nec de herbis
quiritur que terra eas portavit, aut quis artificum terram excoluit dum [illegible]

[illegible] Preterea causa auditionis quibus aliqua de gentilium
libris [illegible] recipi potuit in diuinis eloquiis Nam et paulus quosdam versus
corrupte usus est versibus eminendo parte Ex tytulo primo nota ubi atten
cio potencie visiue requiritur ad visum

Quinto ad visum attencio potencie Cum enim species multorum visibilium
afficiat aerem medium medium et denuo afficiat oculum et visibilium speciem
tamen aliquam de omnibus illis visibilibus coram oculo positis visus uni-
cum apprehendit illud scilicet ad quod anima intendit Sicut enim canis venaticus
odore tantum unius cerui sicut vehementer allectus sic illum ceruum insequitur
ut alios occurrentes non videre aut sentire videatur De hac attencione vide
di. d. ix b. Et b. Si vtinam attendisset mandata mea Et deut. xi Ponite hec
verba mea in cordibus vestris et inter oculos vestros collocate Tunc enim
scolari studium proficit si his que legit vel audit diligenter attendit et eciam
cum intus in corde et animo recolit ruminat et reuoluit aliter legere et non
intelligere id est non intus legere est negligere Vnde Bernardus ad fratres de monte
angeli mirabuntur et dicent Que est ista que prodit quasi aurora etc. Vide
bunt filie syon etc Sara cum cum nuptis obviam veniet Anna cum
viduis. pueri quoque clamabunt osanna in excelsis Quoniam te vana secu
li ambitio occupat et delectat quotiens videris aliquid gloriosum sic ad pa
radisum mente transcende Oculus tria delectabiliter videt

Tria sunt que corporalis oculus delectabiliter intuetur scilicet aque lim
piditatem florum et viridium venustatem Speculi claritatem Unde
delectant oculum limpha speculum viride et, per aquas ad puteum intelligo
virginum gloriosam per flores et viridia sanctorum agmina perspectum divinum

xpm. Beata siquidem virgo dicitur fons ortorum, puteus aquarum viventium. Cant. iiii°.
Nam sicut aqua communis est omnibus sic et virgo benedicta iustis et peccatoribus. Unde
Aug. Maria omnibus omnia facta est ut de plenitudine eius accipiant universi
captivi redemptionem, mestus consolationem, peccator veniam, iustus graciam, angelus le-
ticiam, filius dei humane carnis naturam, denique tota trinitas gloriam, ut non
sit qui se abscondat a calore eius. Et Aug. in meditationibus dicit: O domina
ad te venit et te laudat contio tota leta iustorum, ad te fugit tota turba reorum.
Utinam cor meum in amore tuo langueat, anima liquefiat, caro deficiat. Cunctorum
enim post deum gaudium est te intueri, in tuis laudibus delectari. Propter hoc invitat
aque ipsa omnibus se exponens dicit Eccli. xxiiii: Transite ad me omnes qui concupi-
scitis. Ysa. lv: Omnes sitientes venite ad aquas. Item in aspectu huius
aque omnes delectantur. Designantur oculi amoris sponse. Unde dicitur Cant. v.: Oculi
tui sicut columbe super rivos aquarum et resident iuxta fluenta plenissima.
Nec mirum si delectabilis est ipsius aspectus. Nam pulchritudinis candoris admira-
bilis oculis, ut dicitur Hester ii: hec est cui Hester regina forma valde et
incredibili pulchritudine omnium oculis graciosa. Unde et amore sponse velud ad omnes co-
tinue volando dicitur ei Cant. vi: Revertere revertere Sunamitis, revertere revertere
ut intueamur te. Exemplum de domina nostra Maria.

Fuit quidam clericus beate virgini devotissimus qui diligenter attendens quod scribitur
Cant. iiii°: Tota pulcra es amica mea etc., concludens quod hec omnia intelli-
guntur et exponuntur de gloriosa virgine Maria dei, rogabat eam devotissime ut
se dignaretur ei ostendere, beatum se reputans si eam tam speciosam semel posset aspi-
cere. Post multa venit ad eum angelus ex parte regine destinatus et salutato
clerico dixit ei: Domina nostra exaudivit orationem tuam et mandat tibi quod tali
die et hora ad te veniet et videbis eam. Sed scias hoc necesse esse quod ut postquam
oculi tui ~~[struck]~~ tantam speciositatem aspexerint et decorem eius corpo-
ris, numquam postea videant aliquid terrenum et caducum. Non curo inquit. Si decora-
tor filium decorem quo eam semel fuero contemplatus. Cum autem abiisset angelus
cepit ille ex fragilitate multum esse sollicitus et cogitabat quid ultra faceret
propter quod oculos amitteret de cetero scribendo non possum lucrari panem, sed oportebit
me esse mendicum et amittam omne solacium et peccato dicam cum Thobia
Quale mihi gaudium qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Tandem
cogitavit et dixit: Nunc beata virgo veniet unum oculum ad videndum
aperiam et alium claudam, et sic tamen unum amittam et cum mihi unus re-
manserit, mihi hoc in hoc sufficit. Assignata autem hora ut venit gloriosa
virgo ipsi apparuit et tantam pulchritudinem et claritatem aspexit que nec exprimi
potest nec excogitari. Ille manum supponeret alteri oculo ne eam cum illo
videret. Virgo gloriosa disparuit et eam ultra videre non potuit. Tunc ille uno
orbatus oculo quo scilicet eam viderat, sed altero sallus, sepissime arguebat
et mestus nimium cum lacrimis hec dicebat: Heu miser quare unum
oculum clausi, quare ambos non aperui. Utinam totus fuissem oculatus
ut eam vidissem plenius. Rursus deum beatam virginem exorasset ut
se iterato sibi ostenderet ut residuo saltem oculo eam videret, desiderans
utroque privari oculo ut eam posset iterum contemplari. Missus igitur
angelus dixit ei: Mandat tibi domina mea: tuus sum intimus. Exprime quid
petis amplius. Cui ille: utique domina etiam si mille haberem oculos
optarem perdere preterquam duo possem eam perfecte videre. Cui angelus

Etiam ipsa clementissima domina sic mandat tibi quod eam videbis iterum et super-
stitem nequaquam perdes immo eciam perditum recuperabis Quod non multo post factum fuit
Orato namque virgo clementissima apparuit ei et se sibi videndam et cernendam
plaudam exhibuit, et amissum oculum ei restituit Ex quo possumus aliquo modo perpen-
dere quanta sit pulcritudo virginis gloriose, et quam delectabile est eam oculo mentis
videre Unde Cantica pulcra es Maria ad intuendum amabilis ad amplexandum
delectabilis ad videndum Oculum delectat florum venustas

Secundum quod delectat oculos est florum venustas Ecclesiastici xl Gratia et species de-
lectabit oculum et super hec viri sat Ecclesiastici 39 Florete flores et fronde-
te in gratiam Crema sancti floruerunt virtutibus secundum statum propositum et fronduerunt
contra ideo sunt grati oculo ad videndum Delectatur signum oculorum vici misti (?)
tenuit rosas martirum, violas confessorum et lilia virginum Nam sicut in plurimum
Rosa inter flores tenet principatum et ideo principalis pars hominis scilicet caput solet
rosis coronari Est enim flos rose decorus aspectu fraglans olfactu Uno
namque decore reficit aspectum, et sua fraglancia alliciunt odoratum propter que congrue
designatur eminencia martirum Unde et calatus sanguineas hinc rosas figurabit
lorum stephani Ecclesiastici l Dicitur de symone qui interpretatur obediens
Sicut arcus refulgens inter nebulas glorie et quasi flos rosarum in diebus
vernis Arcus enim celestis refulget in medio nubis et sancti martires
rutilabant in mediis tormentis Et dicuntur esse inter medias nebulas glorie
quod dum affligebantur erant in celesti gloria meditacione, Dicuntur eciam flos
rosarum in diebus vernis in imitacione dominice passionis que fuit tempore veris
Viola vero tacta ad pectus venit caput inclinat et puritatem substancie
recompensat magnitudine virtutis et fraglancie Et significat sanctos confessores
qui maxime sunt humiles Unde unus eorum ait Nunc aetas virtutes sine
humilitate aggregat quasi pulverem in ventum portat Flos virgo lilium in
est graciosum in colore redolens in odore efficax efficaciam in virtute
Ut dicit Plinius hec eciam lilium hic rosam quod dum adhuc est integrum
et intactum redolet suaviter, contrectatum autem vel manibus agitatum horri-
bilis fetet Et consequenter virginitatem signat, quod inter fraglancium dum permanet
illibata, fetet autem deo et hominibus si fuit per impudiciciam violata Et hii
sunt qui in vita floruerunt per puritatem conversationis. Floret nunc spiritu
quo ad animam per adeptionem felicitatis Psalmus plantati in domo domini in atriis
domus dei nostri florebunt Sed tamen in corpore post tempus mortis Unde Psalmus flo-
rebunt de civitate in civitate sicut fenum terre i ad similitudinem herbe mo-
rientis in hyeme et renascentis in estate Unde videtur esse spiritualiter
certius quod non delectant aspectus florum viridium aspectum tam delectabilium
Et sicut aspectus florum viridium visum confortat et roborat Sic et
vita sanctorum et gloria intuencium spirituale robur augmentat Unde gregorius
In festa predicantes sanctorum recolimus non cantu eorum que tolerantur Aspiciamus
ergo rosas patris martirum et ponentes ignominiam, fructum honoris consequimur
producamus Ad quod monet Ecclesiastici 39 Obaudite me divini fructus
et quasi rose plantate super rivos aquarum fructificate Aspiciamus violas
humilium confessorum et deponentes superbiam, per humilitatem redolencia deo pla-
ceamus ut possimus dicere illud canticorum Cum esset rex in accubitu suo nar-
dus mea dedit odorem suum nardus est humilis herba medica et aromatica
et significat humilitatem que ad plurimum est accepta Aspiciamus insuper lilia virginum ut
abicientes inmundiciam, castimoniam induamus Ecclesiastici 39 florete flores quasi

libium date adhuc Qui vult igitur oculos meos terrere debet eos ad sanctos levare
et cum psalmista dicere Levavi oculos meos in montes Considerat si quidem in monte mar
tirum pascua pacientie, in monte confessorum pascua humilitatis et obediencie In mon
te virginum pascua castitatis et pudicicie. Propter iam dicta sancti congrue signantur per
virgas virides in parte decorticatas quas iacob posuit in canalibus ad quarum
aspectum oves conceperunt varios fetus ut dicitur Gen 30. Virge iste sunt sancti qui
cum essent in terra quantum poterant erigebantur ad celestia Dicuntur autem virides quia
ad bonum operandum semper erant recentes, dicuntur etiam ex parte decorticate quia eorum sancti
tas non est nobis detecta totaliter sed ex parte Multo enim plura latent virtutum
quam appareant nobis exterius Can 4o Absque eo quod intrinsecus latet. Hee virge
in canalibus sunt posite, hoc est in scripturis quia mediate et quia quibusdam cana
libus fluunt ad nos de scriptura sanctorum notitia horum autem quorundam debemus
oculos levare ut eos imitando varios fetus bonorum operum possimus concipere Propterea
aut oculus meus non sanctorum virorum per se ipsos qui tenemur in via debet elevari
elevari amplius ut delectetur ad inveniendum quem ipsi iam contemplantur
in patria de quo hugo li° iiii de claustro anime viditas paradisi est in modo ex
lectus claustri oculos semper novorum eciam detreat et eos semper sua novitate con
fortat In medio paradisi pomum ligni vite et vita est in amenitate Quod
illuc homo venit quod petat, ultimus non habebit Timet enim ne habebit mutas
habebit caritas, nec quibusque ibi deficiet ubi unaquaque omnia in se habet
in se habet nichil deesse potest qui dei sapiencia omnia providebit Ubi in melius in
suo ordine deficiet qui in libro sapiencie ubi scriptum est ordo nature universis legitur

Tercium delectamentum oculi est Oculus delectatur in visione speculi
Et aspectus speculi Unde in libro enim de speculi demonstracione probatur quod oculus
naturaliter in speculo delectatur. Ubi enim tamen se ipsum speculatur eo quod in tamen contactus
radii aggreditur et in superficie specularis corporis reflectitur Sic et contemplator
oculus in speculo ~~illo conspicit~~ et iniciatur delectatur in se ipsum reflecti non
cessat et ex consideratione puritatis et mundicie quam in speculo illo con
spicit consciencie maculas incessanter purgat. hoc enim et speculum et exemplar
de quo dicitur Exo xxv Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte mon
stratum est Et Jere iii° dicitur leva oculos tuos in directum et admirare hoc spe
culum et vide ubi nunc prostrata sis Cum enim deus et anima sint ad eandem
ymaginem cum anima contemplatur puritatem dei comprehendit vilitatem sui Et ideo
Job postquam hoc speculum conspexerat considerans se ipsum arguebat dicens Nunc
oculus meus videt me ideo me reprehendo et ago penitenciam in favilla et
cinere Dicitur autem vulgariter quod turpis mulier non libenter speculum intuetur
ne de sua turpitudine inspecta tristetur Sic et multi in suis peccatis et im
mundiciis obstinati non libenter speculum illud conspiciunt sed ab eius con
tuitu se avertunt et ideo suas immundicias non attendunt ut auferant Unde
Jere ii° Vertit ad me tergum suum et non faciem, et propterea paucam sequitur Quam vilis
facta es nimis iterans vias tuas Et quid mirum si vilis facta est
que speculum ad sui maculas deprehendendas non aspicit Et ideo homines
qui non verbum dei libenter audiunt nec facta eius oculo mentis aspiciunt
in peccatis suis tamquam iumenta in stercoribus computrescunt Hoc speculum ideo
frequenter debemus aspicere ut anime maculas possimus deprehendere
et purgare Propterea respice in faciem christi Unde in actu visionis huius speculi
beatitudo consistit et hominis et angeli Johannes xvii hec est vita eterna ut co
gnoscant te Et i Petri i In quem desiderant angeli prospicere Nec mirum quod

istud speculum est purissimum. Est enim candor lucis eterne et speculum sine macula Sap. vii. Est enim omnium reputatum Greg. Secundum quod est quod non vident. Et ideo beati in patria speculatores facti illius ymaginis deum laudant pro tali speculatione unde Ysa. lii. Vox speculatorum tuorum laudantur parem simul laudabunt quia oculo ad oculum videbunt. Intuitus oculi septuplex

Dicit Iohannes Apoc. v. Vidi et ecce in medio throni agnum stantem tamquam occisum intelligimus dominum ihesum christum innocentissimum et mansuetissimum pro nobis in ara crucis per septem oculos agni intelliguntur septem proprietates respectus divini. Dominus enim oculus est enim inspectivus timoris incussivus lacrimarum eductivus operationis strenue promotivus spiritualis fortitudinis collativus infirmitatis sanativus et regni glorie productivus. Primo quia oculus dei est omnium respectivus. Hebre. iiii. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Narrat petrus damianus de barbi tempore qui furem furatus erat fuit non quod accidit de hoc. Oculi regnum domini multo lucidiores super solem circumspicientes vias hominum in absconditas partes. Secundo dominus oculus est timoris incussivus ac per hoc a peccati perpetratione retractivus. Fur enim non auderet furari si sciret a iudice se videri. Prov. xx. Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Et Amos ix. Ecce oculi domini super regnum peccans et conteram illud a facie terre. Nullus audet furari in facie hominis quanto magis confundi debet aliquid turpe committere ante conspectum domini. Bern. O homo ubiliis loco et in diversis et omnis angulo qui te custodit ut pute non facias quod me vidente facere non audes. Hic est magnum consilium angelus tuus patens est omnibus angulis. Et quidam ait Cum quid turpe facis quod me cernente rubescis. Cur spectante deo non magis ipse rubescis. Intuitus quia que cogitatione locutione et opere delinquimus super nos inductos oculos formidare debemus. Et si aliqui non apparent hominibus nostra mala vicia illius tamen oculis omnia nuda sunt et aperta. Et sicut videmus quod sol aspectu suo lutum desiccat ubi autem lutum non aspicit ibi lutum humidat. Sic quia homines dei presentiam non attendunt putres cum non aspicere flagitia que committunt in peccatorum sordibus vitam ducunt. Ps. Non est deus in aspectu eius inquinate sunt vie illius in omni tempore. Tertio dominus intuitus est lacrimarum pro malum eductivus. Apoc. 19. Oculi domini sicut flamma ignis. Peccator autem est propter gelicitudo congelatus et instar glaciei frigidus et durus effectus et sicut aspectus ignis glaciem liquefacit. Sic divinus respectus peccatorem in lacrimas salvit unde dicitur Luc. xxii. Respexit dominus petrum et egressus flevit amare. Quarto dominus respectus est operationis strenue promotivus. Unde Boecius v. de consolatione. Magna nobis si dissimulare nolumus indicta est necessitas probitatis cum cuncta agamus ante oculos iudicis omnia cernentis. Deus enim est sicut paterfamilias qui per eo quod operarios in vinea respexit eos magis strenue operari facit. Ipse enim terram vineam ecclesie custodit. Unde Ysa. xxvii. Ego dominus servo eam. Et in Ps. oculi domini super iustos. Iusti autem non dicuntur nisi operarii. Non enim auditores sed factores legis iustificabuntur. Quinto dominus aspectus est spiritualis fortitudinis collativus. ii. Paralip. 16. Oculi domini respiciunt universam terram et prebent fortitudinem hiis qui corde vero credunt in eum. Si enim planeta castellam stellam vel erraticam aspectu suo fortificat ut maiorem efficaciam et virtutem prestat non est mirum si aspectus dei virtuosissimus dat lasso virtute et robur infundat. Sexto aspectus dominus est infirmitate ale

Hunc cornua septem et oculos septem pagnum occisum

Usus

probitatis

sanatus Eccl[esiastici] xi. Est homo marcidus qui a morbo culpe graviter afflictus egens recuperacione et bonis spiritualibus spoliatus deficiens virtute et bene agendi viribus destitutus humidanus [illegible] paupertate et bonorum spiritualium inopia privatus et oculus dei respexit super illum in bono, quia aspectu suo morbum expulit et amissam restituit sanitatem. pri[mo] dicit plinius. Calabrius est avis coloris candida [illegible] est nature quod si ad infirmum hominem fuit adducta si infirmum vultum diligenter aspicit vitam prestat. Si aut oculos ab infirmo avertat mortem pronosticat Sic et xpistus si oculo pietatis peccatorem inspiciat sanitatem eius non solum sit sed causat. quia si eum non aspiciat peccator finaliter interiret. Ideo dicitur Eccl[esiastici] xi. Oculi domini super timentes eum et sequitur bonitatem dans et vitam et benedictionem. Septimo divinus oculus est ad regnum glorie productivus Job xxxvi. Deus non aufert a iusto oculos suos et reges in solio collocat in perpetuum et illic erigunt[ur]. Ad illud regnum nos perducat qui sine fine vivit et regnat Amen. Gloria tibi trinitas

Probatur et sine assercione pertinaci solum coniecturaliter prout in conusilio dei quod dies iudicii erit in millenario nunc currente [illegible] primo ex auctoritate scripture quod a tempore xpisti usque ad diem iudicii manet solum duo milia annorum Apoc. xx. postea ligatus sathanas per annos mille que ligacio secundum quorundam opinionem doctorum facta tempore xpisti et per annos mille et eum solui modico tempore scilicet per annos tres et dimidium et hoc secundum quorundam opinionem fiet in isto 2o millenario ergo a tempore xpisti usque ad finalem [illegible] sunt tantum duo milia annorum vel modicum minus. 2o confirmatur hoc ex apparicione septem sigillorum in quibus secundum quorundam opinionem septem status ecclesie designantur. primum sigillum refert ad statum ecclesie tempore apostolorum 2m ad statum ecclesie tempore martirum 3m ad statum ecclesie tempore hereticorum 4m ad statum ecclesie tempore [illegible] que 4or secundum doctores aperta sunt in primo millenario ergo ut videtur cetera sigilla que restant in 2o millenario complebuntur [illegible] quod est [illegible] in ordine ut notat doctor Apoc. vi. apertum est vel [illegible] imperatore secundum aliquos vel dyocleciano et maxima secundum alios. in cuius apercione vidit Johannes animas sanctorum sub ara clamare et [illegible] querentes vindicta dicentes sanguinem nostrum qui effusus est usque quo domine sanctus et verus non vindicas sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra. Et date sunt illis singule stole albe et dictum est illis ut requiescant adhuc modicum tempus donec impleretur numerus fratrum et conservorum eorum qui interfecti sunt sicut illi Apoc. vi. Ex quo videtur quod a tempore apercionis quinti sigilli usque ad finale iudicium modicum tempus restat. Item [illegible] prophete dicit [illegible] quod mundus erit per sex milia annorum modicum plus vel minus. duo milia vanitatis duo milia legis scripture duo milia gracie ut dicit Nicolaus de lira. Et iam sumus in 2o millenario illius [illegible] ergo computatis annis secundum hebreicam veritatem sumus [illegible] erit in isto millenario currente. 3o arguitur [illegible] lactancii libro 7o institucionum contra gentes quod dies [illegible] stat dies qui [illegible] annorum [illegible] apellatur ante oculos tuos [illegible] dies que preteriit. Et dies [illegible]. fuit tunc [illegible] et dicit [illegible] sicut [illegible] gen. [illegible] ergo dies magni mundi [illegible] sex milia annorum per quem [illegible] septimo millenario erit requies et sabbatum. Item [illegible] ar[gumentum] [illegible] arabum nam albumasar libro 2o de coniunctionibus dicit [illegible] vel regni et permutaco eorum [illegible] accidit secundum quantitatem decem revolucionum saturni Nam cum fuerint complete decem revoluciones saturni in diebus dary venit alexander macedo et fuit destructio regni persarum. Et cum [illegible] decem alias revoluciones venit ihesus filius marie super quem fuerunt [illegible]. Et cum permutacio secte. Et cum complete sunt alie x apparuit machametus [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] vel secundum [illegible] 2o [illegible] regnum [illegible] stat aut quod per alias x revoluciones saturni fuit magna mutacio regni quia imperium romanorum transiit ad galliam sub karolo magno. Et per alias x cum fuit maior mutacio in orbe tempore passagii generalis et acquisicionis terre sancte sub duce Gotfrido. Nunc vero complete sunt alie x revoluciones ergo per magna et maiore expectanda est aliqua maxima que videtur esse secta antixpisti 27

Albumasar Et ascendit in prima facie virginis virgo pulchra atque honesta et munda et ipsa sedet super sedem stratam et nutrit puerum quem vocat gens quedam ihesum [illegible] Albertus magnus in speculo suo dicit Cuius summum [illegible] sub ascendente [illegible] signi scilicet virginis natus fuit dominus ihesus xpistus [illegible] hora tunc [illegible] [illegible] Non quod subiaceat stellarum motui aut [illegible] nativitatis [illegible] quod [illegible] stellas sed quod deus ostenderet celum sicut pellem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in hoc [illegible] [illegible] [illegible] quod de virgine nascitur ut [illegible] [illegible] [illegible] homo verus et verus qui non [illegible] [illegible]

Dubitandum est apud me, et diu forsitan post susceptum sacerdotium, si quibus ex hiis pollutionis sompnio a celebrando missam cessare debet. Scripsit enim consimiliter multos forsitan religiosos et novissime quedam scripsit tali dubitationis scrupulo non parum turbatos, dum ex una parte eos ad celebrandum trahit devotio, ex altera timor offense reprimit. Tandem effusus super hac re dictorum sanctorum doctorum lectioni, tum compilatorum et summistarum consultatione et exemplo, tum postremo experientia communis et confessionalis cognitionis attestatione inductus sum considerationes aliquas breves et non prius in vulgus super hac celebrationis materia componere, eas iudicio melius et sinceriori sapientum supponendo. Considerationum huiusmodi quedam erunt attestabiles, quedam directiones. Veniam precor aut dari veniam si forsitan impurius loquendo fuerit, quia morbus talis est quod vix aliter detegi vix purioribus meditationibus sanari potest.

Nullus habet certitudinem evidentem absque dei revelatione speciali quod sit sufficienter dispositus et dignus ad celebrandum misse misteria, patet quia tunc posset aliquis evidenter cognoscere se esse in gratia gratum faciente et quod sufficienter stat quantum requiritur ad hoc quod sibi deus gratiam hanc infundit, quod insuper nullum habet peccatum alterum et quod ex parte aliqua ad huiusmodi gratie perceptionem. Denique sciret evidenter quod rite constitutus est sacerdos ad habendum potestatem nullatenus impeditus, et similia multa que sunt pure contingentia et que sciri non possunt ab aliquo absque dei revelatione speciali. Preterea quis nesciat posse fieri ut homo detur in reprobum sensum, occecatus peccatis precedentibus ut non videat peccata sua, et ita nichil sibi conscius sit, non tamen in hoc est iustificatus, prout apostolus formidando testatur. Forsitan talis est comparatus ipsi homini superbo qui ad convivium hester venit, reputans se hic esse ad honorem precipuum quod sibi erat ad suspendium. Huic fiat sicut est auditum: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Forsan denique talis animatus est inter illos de quibus prophetia non tam imprecative quam prenunciative dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributiones et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam, et furor ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Videtur quod hoc timendum sit in mistico sensu, videmus enim quosdam ad sacram eucharistiam accedentes indignanter, forsitan cum dicitur: Obscurentur oculi eorum ne videant. Et consonat ad hoc apostolus: intonat et minatur: Qui indigne manducat et bibit, iudicium sibi manducat et bibit. Et rursus: propter hoc inter vos multi imbecilles et dormiunt multi. Hec imbecillitas et hec dormitio magis ad animam quam ad corpus referende sunt, puto. Constat autem quod hec omnia certitudinem evidencie tollunt ab aliquo super sua ad celebrandum dignitate.

Secunda consideratio. Ad digne celebrandum et absque temeraria presumptione et imputabilitate ad noxam peccati, non requiritur talis evidencia certitudinis super celebrantis dignitate, patet quia non obstante quod purus et mundus debet celebrare, non posset hoc absque distinctione si ei non fieret revelatio specialis. Sufficit ergo certitudo talis qualem in rebus moralibus convenit reperire et capere, que certitudo potest appellari moralis aut civilis. Quia sicut prudenter loquitur philosophus primo ethicorum 2o capitulo: Disciplinati enim est intantum certitudinem inquirere in unoquoque genere inquantum natura rei recipit. Ad hanc certitudinem moralem sufficit ut plurimum quod homo accedens ad missam discusserit conscientiam suam sicut fecisset pro magna re lucranda aut incommodo gravi devitando, et quod non sit sibi conscius per hanc discussionem de peccato mortali aut de proposito peccandi mortaliter. Et insuper non restat sibi aliud impedimentum legitimum pro reformandis aut irregularitatem habere. Consenciunt itaque in hoc omnes doctores super iiii sententiarum distinctione xl quod talis etiam si esset in peccato mortali nesciente

Margin notes: prima consideratio; 2a consideratio; nota

ut de eo compassam ageret confessionem reportaret unum ex duobus aut sibi remitteretur
tale peccatum virtute sacramenti. Et quia videtur satis quod ipse est ad eius delectionem non enim
deus requirit ultra posse. Exemplum sicut sic [illegible] domini illustratus. Et cognitus suum peccati quod
per primam illud dilexit quemadmodum multis contingere probatissimum est qui in minimis
suum secundum divinum celebrationem contemnant, in recordationem redeunt plurimorum
et occultissimorum peccatorum. Similem inveniunt gratiam illi qui nolunt ad
surgere melioris vite toto corde se parant. Porro talia peccata in recordationem ve-
mentia contradictionis superioris huius in profunda abysso dicuntur non ideo tales con-
fiteri tenentur quod non prius deleta esse poterunt modo predicto. Sed sit hec ad obe-
diendum tali precepto de confitendo simul quod hec peccatum mortale quoad et dum distincte

Non omnis scrupulus aut dubitatio de [cognoscamus] tertia consideratio — 3a consideratio

Non omnis scrupulus aut dubitatio de peccato mortali. Neque omnis indevotio aut deordinatio aut non attentio im-
pedit de necessitate celebrantis dignitatem, patet quod etiam indevotio moralis qualem predixi
sufficere compatitur secum vacillationem quandam animi aut hesitationem aut
suspicionem seu scrupulos quod homo non sit sufficienter dispositus, aut quod impe-
dimento ligatus sit. Compatitur et deordinationem aliquam passionum virium inferiorum
et legis tyrannice membrorum que non est semper subdita vere potestati, ex qua causatur
indevotio quedam, quia non plena semper et actualis attentio constituitur. Nec abinde
peccato maculari necesse est ut peccator. Et si quis opposuit quod dubitans de aliquo
an sit illicitum et stante dubio illud agens peccat quia se discrimini facit, abiciat
fidem in doctore Willelmo Antisiodorensi regulam hanc in generalem intelligendam esse de dubio
tali quod est vehementius et magis aut eque saltem inducat mentem credere quod est mortale illicitum
sicut quod est licitum, quod quod est illicitum quis non liceat usque quamque certitudinem evidentem
aut fixam quia ut [illegible] requiritur. Sunt itaque nonnulli et plures qui fortes sunt fantasie
qui postea sepe trepidant timore ubi indicant non esse timendum. Tales debent in multi consi-
lio superiorum et prudentum et contra talem [illegible] vacillationem audacter operari, sic enim ple-
rumque vincetur abibit quod. Qui vero renuit credere superiorum et prudentium consilio ad
tales scrupulos deponendos et agendum contra eos, errant [illegible] primo quod superbus et ar-
rogans [illegible] iudicium suum et prudentiam aliorum iudicio et consilio [illegible] talis
[illegible] devotionem habebit solidam. Nec pacem conscientie sue a talibus [illegible] pruden-
[illegible] recebit locus anime sue hospite illo de quo propheta dicit quod in pace factus est locus
eius. Dicunt doctores aliquam quandam assensio quod aliquis non tam invitum est credere
sicut velle credere, ut credere spiritualiter de peccatis sicut velle dolere et non posse. Desiderium
pauperum exaudivit dominus inquit propheta, preparationem cordis eorum audivit auris tua. Deus
itaque iudicat nos et secundum superioris rationis arbitrium voluntatem et iudicium, et
non secundum ea que nobis invitis atque renitentibus contra intentionem porro sensualitas
inferior advehit et perpetuat, qualia sunt volubilitas ymaginationum et fantasiarum
[illegible] carnis illecebrosa atque vindicantes vacillationes [illegible] timidi
et inerte super agendis aut super eis credendis que nullis nequaquam sensibus attingi[illegible]
et consilia. Decipiuntur quoque multi ex simplicitate distinguere nescientes inter ea
que porro inferior patitur absque superioris assensu. Darent sepe aliis salubre
consilium qui ~~agit passionem et ea que porro~~ nesciunt illud prestare sibi. Verum sic est
obturbati de passionibus suis involuti tumultuantem et [illegible]. Nec casu
memorandum est [illegible] Burckardi super hac re consilium. Erat ex discipulis eius quidam
tantis inquietatus scrupulis ut ad celebrandum nullo pacto audeat accedere. Dixit
ei devotus et circumspectus Burkardus postquam hec percepit: Vade frater et in fide mea
celebres. Obedivit discipulus et scrupulus ille omnis penitus abscessit. Laudanda
prorsus et imitanda tam istius prius industriosa fiducia quam illius sui fidelis
obedientia. Diceret aliquis ex simplicioribus utinam talis esset in abbas vel prior
qualis erat Burkhardus credens facilius pareremus. Nunc vero dum superiorem vel quam
sapientem cognosco, non audeo meam conscientiam et salutem sue fidei tali pacto committere
[illegible] ita dicis et sapis, erras et desipis. Non enim commisisti te et salutem

errant

Nota

aut superior agit passionem et ea que porro

d. a

tua in manu hominis qui prudens aut plus litteratus et devotus, sed quia tibi est secundum re
gulares institutiones prepositus et prelatus. Quamobrem obedias ei non ut homini sed ut
deo iubenti. Si tamen non contra deum. Et sepe tanto est obediencia tua placencior deo et
fructuosior quanto est indignior ille cui propter deum subici non refugis. Caveas ad omne
minus ne dum queris servire, ut illam adipisceris, et in quendam ruas dimidiacionis et
presumpcionis foveam. Quarta consideracio sequitur.

Contingit ut possit aliquis eodem tempore ad celebracionem laudabiliter accedere, possit
nichilominus laudabiliter abstinere. Quo casu quando laudabilius est quod sedeat, puta presbiter
cum aliquis est sine consciencia peccati mortalis aut alio impeditus et non est obligatus ex officio
vel aliter celebrare, tunc hic utrumque in sua voluntate facere licent atque laudabiliter ut cum
centurione dicat: Domine non sum dignus, vel cum Zacheo dominum confidenter invitet. Secundum
Petrum presbiterum quod durando in quarto sentenciarum d. xiii q. vi. Celebracio quippe de per se est
opus bonum, abstinere aut ab ea. Et si sit bonum magis est in ordine ad indevocionem
suscipientis quam de per se. Rursus celebracio habet efficaciam magnam ex virtute operis operati
propter quam non tantum voluntas valet sola celebrandi sicut par voluntas actu celebrantis.
Addit itaque opus hic ex sua virtute aliquid bonitatis ad voluntatem propter meritum passionis
Christi propterea dicit solet opus privilegiatum. Amplius ille qui celebrat in operis execucione
magnam adipiscitur devocionis pinguedinem et divinis solet occupari. Ducitur insuper
a virtute nobiliori sic agendo, scilicet caritate et delectacione huiusmodi sacramenti quam non cele
brans qui timore potius se continet. Et si quis dixerit vacacionem a celebracione co
fieri ut ipsa per modum reverenciam et devocionem quam rarius impleatur, fatemur posse
sic evenire. Secundum quod per accidens contingere quod talis subtraccio removebit habituacionem ad la
tinum effectus est secundum philosophum delectabiliter operari; dignum inquit acquisiti habitus est
delectacio in opere. Evenit insuper plerumque et dictum Nasonis: Qui non est hodie
cras minus aptus erit. Distraheris hodie parum devotus es, per recollectionem plurimum
temptatorum et a carne mundo vel demone. Credo equidem si agnoveris quod non deesse
mulitos qui te preveniant, et eras idem erunt tibi adversantes hostes, tuteque devocioni
insidiantes quales sunt hodie. Quocirca non irracionabiliter consulit sapiens: Quodcumque
potest manus tua instanter operare. Nescis enim quod tali tempus ad laudabiliter ce
lebrandum tibi concedetur qualem modo habes. Et si utrumque habes, utrumque melius.
Esto ut sis in hac vel in illa re defectuosus, cur novum defectum in non cele
brando superinducis. Secundum Augustinus sed dicas aut tepidus. Sepe suscepit minus cele
bracionis hora parum devotionem et frigidum quam instinctu celestem dimittit et fluidum.
Corpus Christi ignis est spiritualis. Accede fiducialiter ad hunc ignem celestem facilius
Ecclesia orantem amplius et divina alloquentem. Grave est quod ad mensam
Christi mundo corde et innocentibus manibus non venimus. Secundum gravius est si quis peccata
metuimus sacrificium non reddimus. Refert Narracio sed talis patrum de quodam qui
non nisi semel in anno communicare consueverat. Cum quem sancti patres repugnabat
quod aut dignum se reputabat et dispositum qui semel in anno communicabat et
ita presumptuosus erat aut indignum tunc se fatebatur et nichilominus accede
bat. Cur ergo non potacat alias similiter plurimos hec sacramenta conficere quam quod de se
fuerit indignum. Si probas est semel itaque cum timore dei celebrare cum eodem
timore poterit esse sepius celebrandi licencia. Fuerit ut equum sed talis aliquis
quos etiam racio compescit ne celebrent metum. Secundum Pretextaria haec facta
quorundam veneranda magis sunt pia intencione quam in exemplum trahenda.
Pastoris non sed misericors divisa esse dona et variatos in divisis prout spiritus sanctus
volunt, et alter indisponitur per interpolacionem celebrandus et vero sese per modum
recolligit. Alius ex eadem frequentacione reddit indevocior ex tali familiaritate
inspeccio ad contemplandum. Propterea obrem interroget unusquisque quod sua consciencia
tunc experienciam et prudenciorem alterius consilium. Ad quod exortavit opor
tunum tempus exequatur. Hinc dicebat egregius doctor Hugo: Quotidie
celebrare nec laudo nec vitupero. Ipse tamen et alii consulebant sic vivere ut sint

o sacerdos

quottidie dictum garrede (?) **Quinta consideracio sequitur**

Nulla pollucio inchoata et perfecta in sompno est peccatum secundum communem famosam Augustini regulam quod peccatum adeo est voluntarium quod si non esset voluntarium non esset peccatum. Et intelligitur de actuali. Rursus comprobata est ista determinacio eiusdem primo de civitate dei c 27 loquentis de violenta corrupcione virginis alicuius. Nimirum inquit magis absque culpa est in corpore non consenciente si absque culpa est in corpore dormientis. Dicentes apposito non solum concedunt theologi sed eciam plures determinacionem. Sic dicunt quid tamen dicant si fiat cibis arguti (?) defuriosis et infantibus et aliis non utentibus quos constat non peccare nova transgressione convertere (?) est omnium recte sapiencium sentencia. Non dubium si pollucio inchoata sit et perfecta in sompno, quin possit ab vigilans prius habere desiderium se polluendi. Quo vigente cadit in sompnum in quo sua pollucio completur et similiter pollucionem in sompno inceptam corrigitens (?) male consummare. Constat aut in hiis casibus radicem pollucionis liberam atque flagiciosam, propter quod opus illud absque inputabitur ad culpam. At vero si utrobique fuit in principio et fine carencia racionis usus aut consensus liberi, aut utrique talis actus eciam si vigilando completur absque culpa mortali palam est racio. Quia libertate carebit. Potest forsitan ab peccare per modum complacendo sibi in tali voluptate corporosa quam non habuit, non obmitendum tamen redditur propter actus pollucionis culpabiliter viciosus. Possunt eciam aliquando placere secundum sanctum Thomam non quia voluptas est sed quia sanitatem nature affert et exoneracionem absque sui quo patitur procuratione vel assensu. Denique non consilium sancti quod debeat violenter fluxus ille cum evigilando sentitur iam affluere cohiberi, quia vel esset frustra conatus [illegible] vel nature supra modum gravativus. Confirmacio enim est ista quod actus exterior nullum peccatum est nisi denominative extrinseca plus quam urina que non dicitur per se sana. Sed nullum sit igitur vel omnino per se dictum peccatum de libertate non veniet, non erit peccatum actus exterior viciosus. Neque tamen negabimus quin per crapulam aut per cogitacionem illecebram vigilie possit aliquis in hac [illegible] fornicacione peccare. Sed cum [illegible] tamen tunc vigilia non sompnus. Hec sunt que et crapula et delectacio voluptuosa [illegible] letali crimine sepe caveat et petit ante sompnum deum penitendo. **Sexta consideracio**

Pollucio corporalis in sompno contingere potest non solum absque peccato mortali precedente, immo et veniali secundum condistinctionem famosam data per Gregorium et alios tam theologos quam naturales. Eveniunt enim nonnumquam hec immundicia ex infirmitate aut debilitate nature continendi se volentis aut retinere non valentis. Nam est porta aliquis fluxus sic talis in viris aliquibus qualem femine paciuntur menstruis et fit cum nulla aut remissa voluptate eciam vigilando. Fit insuper aliquis fluxus tanta libertate et facilitate in aliquibus viris et feminis quod solo affectu aut alloquio aut levi cogitacione provocatur. Scimus ipse dixit apud tales inventos et continentes aut nullo consensu ab anima usque ad finem peccatum mortale committi. Non enim omnium est una complexionis armonia. Quosdam videmus naso levissima aut nulla occasione defluere sanguinem. Alios cum [illegible] violencia multa id non pati. Scimus Cognovi hominem septuagenarium sobriumque et valde crapulosum fuisse, qui numquam se pollutum dormiendo testabatur et in aliis mirabatur. Alium vidi religiosum et sobrium qui per decennium et amplius sic quotidiana hac passione vexabatur. Quidam ipsis sompnia dormientes, alios sompnia inquietant cogitacionis. Sed contra hec et similia quorum determinacio medicos plus aspicit et similiter remedia quorum [illegible] non professus sunt unum ex medicis et famatissimum [illegible] ad medendum tali nocturno fluxui in aliis studuisse diligenter sed frustra laborasse. Nos autem moraliter seu theologice loquentes declaravimus quo pacto possit sit ex [illegible] precedente pollucio nocturna contingere. Primo [illegible] quidam exacta continencia in pane et aqua hec eveniunt [illegible] experiencia

Amplius ab hoc vicium carnis predicando detestatur. Nonne sub illo cogitare possit, aut similiter confessiones audiendo, posset utique et cum merito magno multos actus videbit in sompno, non immerito propter turpitudines predicatas simulacra et ymaginum compillis sicut confessionibus de pollucionis contrahi posse quis negavit. Credunt sancti patres quod sicut oculus invidus terribilis et aptus ad fallaces insidias demonis intuendas, non immerito has sordes fieri illusione sua vel ad terrendum et inquietandum timorose conscientie puritatem vel pro bono operis ut celebrationis impedimento vel ut vigilanti placeat quod sopitus protulit vel ut abstinentiam periculosam et indiscretam vite rigorem suadeat et ad insaniam precipitet. vel ut deo servitio vel penitente devotam mentem sic operat ut corporali feditate stimulatam in humilitate custodiat. hoc in loco duo sancti Gregorii dicta memoranda sunt.

Primum est quod sepe tales polluciones animas perculisse magis de longe quam fecisse.

Secundum quod bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est. Sic tamen agnoscatur culpa ut non indiscrete impediatur operatio iusta neque corporis debita sustentatio deseratur, ne propter alicuius consuetudinis custodias fabricet et nutriat erroneas ne terra dat insolitam cupiens vite terribilem pariatur. Quo aliquis fortassis hesitationes varias quid ad comedendum vel dormiendum accesserit dicet quod pollueris si hoc et hoc non obmiseris si non te precaveris. Contemptat illa notum est cum discrimen maius imminere si non parem cum aliis vivendi formam prudenter non sumpserit. Scrupulosis ergo contra scrupulos agendum est et fixo operis pede tractandum. hac arte protegitur. Denique visus est ille qui turbatus curie ingeminat repeticionem horarum suarum si non assidue et actualiter attenderet ad eas. Innixit primo hanc ad opus ne qualiter horas semel dictas iteret. Nec enim requiritur actualis semper attentio, sufficit habitualis seu virtualis non interrupta scienter et a proposito per deliberatam attentionem circa aliud penitus incompatibile. Quod si ille surgunt apud aliquos tales scrupuli more canum abbatrantes et lacerare minantes ipsos ambulantes per viam mandatorum dei, quod contemnere et compescere melius quam per contemptum negligere, tamen sit conscientus iste timoratus et regulariter non absque consilio alterius presertim superioris consilio. Alioquin timor immoderatus facit casum aut precipitat inconsulta presumptio.

viij consideratio

Nulla corporalis immundicia impeditiva est celebrationis de se sed bene defactus ratione concomitantie alicuius vel sequele in anima. patet satis primo per verba Christi si bene attendatur. De qua ratione agitur xv. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. Et ratio est quia nulla passio talis aut immundicia corporalis de se peccatum est, nisi de natura peccato generata vel inducta. Propterea qualis est immundicia sordidior et abhominabilior corporalis ut in peccato qualis est quam famosi leprosi. hec tamen non impedit celebrationem presertim si fiat loco occulto. Item sentiunt doctores de menstruis mulierum et de fluxione seminis aliquorum virorum. Sed hoc declaratur distinguendo quod quedam immundicia corporalis coniuncta est cum immundicia spirituali secundum veritatem sicut in virginalia formantes sunt. Est alia coniuncta tali immundicie spirituali secundum quandam similitudinem aut conformitatem prout est in sompnis sordidis et impuris que non peccatum est sed similitudo peccati. Est alia videlicet immundiciam que horrorem quendam et abhominationem generat visa vel recognita, ut in leprosis et in aliis plurimis quorum nullam sciamus inesse peccati veritatem aut effigiem. Postremo alia est indifferens sicut in pedibus lutosis aut facie pulverulenta et sudante. Prima et secunda generant ut frequenter in anima hebetudinem quandam distractionem et deordinationem atque indevotionem quam sic gustato spiritu desipit omnis caro sicut et amplius gustata carne desipit spiritus et fit carnalis ad tempus longius aut brevius secundum diversas habitudines et complexiones. De his insuper dictum est antiquis ut tales immundi separarentur ab aliis usque ad vesperam et restringerentur locorum. hic ergo ...

ut nisi prius ignis temptacionis recesserit, tunc se quis usque ad vesperam homo cognoscat
Constat eciam plerasque tales institucionibus que ceremoniales sunt atque figurales ulla
tenus ad obligacionem nostram trahendas esse nisi iudaisare vellemus. Propterea vespa
hec et locio in aquis non ad literam accipiende sunt sed tamdiu se reputet ho
mundum ut quod castera sanctorum misteriorum ~~[illegible]~~ accedat. Quidam tales in eo vigent
post reliquie ebetudo scilicet mentis carnalis et deordinacio atque indevocio. purgantur
alii tardius, alii confestim lugent humiliati et prorumpunt lacrimis diluunt et consummant
quicquid carnalitatis contexerunt, et omne eius vestigium brevi lamento delent
et abolent sordes. Tercia propter scandalum vel horrorem quorum utrumque de pactus
notare potest. devocionem animi, potest eciam de pactus celebracionem impedire. Dum vero scan
dalum vel horror et conquiri indevotos celebrantes aut assistencium vero vehementer
possunt accessum. Aliud ubi sunt assuetati et perfecti, apud quos nichil tale timendum

Possibile est absque ulla reprehensione etenim. ¶ Octava consideracio scilicet
misso aliquem sompno pollutum sacro sancta misteria contingere atque celebrare pari
consideratis conducione precedentis. Dignam namque celebracionem sufficiens preparacio
talis que non relinquat consciencias peccati mortalis aut impedimenti legittimi
et que devocionem atque reverenciam ad sacrum penitus non excludat. Sed pollutio
modo dicto possibile est nisi se sentiat non longe post talem passionem ymmo quod humilior
devocior ardencior reverencior que ad sacrum accedat. Constat eciam quod obscenitas

[ordinator]

huiusmodi istius cum suis reliquiis non perpetuo durat, ut perpetuo a celebracione
impediantur. Et si datur spacium [illegible] horarum sicut Albertus determinare videtur
potest aliquis una hora preparatus effici, quam alius in multo pluribus. Cur igitur
non fiet ad celebrandum similiter aptior. Porro si timeatur recidio talium illecebrarum et
passionum tempore celebracionis potest totiens et in omnibus contingere vel abassertibus
talis sordibus vel ex turpitudo nec vel ex divina operacione. Hec vero consideracio maxime
locum habet in religiosis viris et contemplativis quorum est a deo facilis [illegible] propter fortem hi
tuacionem propter eciam subiectionem. Dum vigilant [illegible] aut apud se tractant vincentes aut
nova bene vivendi forma inchoantes. Talis repentina vel levius recollectio devocionis
conveniret. Cessare eos ideo aut tardius accedere ad sacrum hic [illegible] conveniet
Sed propterea loci vero consideracio ubi illusio demonis nostram devocionem impedire
volentis persistit a quibus indiciens. Neque credere debet eciam si abstinuerit potius ubi
sub inde timet ad sardes de scandalis si non celebret ubi deinceps ~~cel~~ tenetur
ad celebrandum vel ex suscepto officio vel ex commissione vel mutua vicissitudine
et conformitate ad reliquos cum quibus vivit quod admodum sunt religiosi pene
omnes. Attendendum hic quod non palam teneri proprium defectum vel infirmitatem occultos
prodere ut plerumque cautius atque discrecius contingere. Perdit [illegible] tales non celebrans
scandalizat quam et cogitaciones varias ascendere facit in cordibus aliorum. Nolo tamen p
iudicare sicut nec possum nec debeo per hec dicta mea quequam institucionibus re
ligiosorum, si alique sunt ad oppositum. Verum credo nempe [illegible] unusquisque
in sensu suo habundat. Sed dixi quod in deo posse videri si [illegible] cogitare vitas
apud habentes libertatem legis Christi. Opponet forsitan aliquis de formacionibus quod si hi
in brevi possent recolligere ~~facit in cor aliorum Nolo tamen iudicare~~ se et omnibus
peccato reliquiis, atque extergere. Possent igitur celebrare. Opponet aliquis de coniu
gatis apud quos possibile est peccatum in sua commixtione non committi. Qui tamen
[illegible] separari videntur. Ad hoc dicendo possumus [illegible] quod [illegible] doctorum
famosissimorum sentencia est, tales coniugatos si attendunt ad devocionem possent
diebus solempnibus non petere [illegible] vel affectum prolis gignende vel reddendi
debiti aut incontinencie vitande. Et ita commixti sunt ut obstaculum aliud
est. Ad primum [illegible] alia non dicimus nisi quod rarissime hic esset. De his
non que rarissime aut numquam eveniunt doctores parum tractant. Si vero ibi immineret
sive scandalum per abmissionem. Si propterea grande [illegible] oriretur. Si demum

magis ex surreptione diabolica aut vehementi temptatione tale flagicium aput
se racium commisisse, audiat qui presumit sapit clericus prohibe fator non audeo
in hoc casu et aliis sicut presumpcio est ex premissis reliquendi sunt illi sue con
sciencie et iudicio christianis omnibus quibus prudencia circumspicit indagantis Nona confidencia

Proferpue ex divino munere et non ex nostra industria seu preparatione reddimur di
gni misteriorum sacrorum participatione hec consideracio si cum sepe intimo ma
nebit humiliabit nos vehementer profecto humilitas sola est que disponit ad di
gnificacionem et preparacionem debitam pro talibus tanti et hospitis in ance cenaculo suscipiendo
Ergo hominem qui talis in veritate comperit nunquam potuisse ad quietam et sere
nam disposicionem celebrandi pertigisse quousque diffidens de omni sua industria et la
bore et sollicitudine preparationis professionem celebrandi aut alias se cum ymolat
in ara cordis bone subpliciter dixit in animo contrito et humiliato cum daniele
Domine non in iustificationibus meis prosterno preces meas ante te sed in miseracionibus
tuis multis et magnis Et cum illo cum propheta Ego autem in multitudine misericordie
tue introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore
tuo, et consilia quedam quorum aliqua dicta sunt inserviunt plane ista nostra et preparatio
qualem agere conveniens possumus requirit Sic tamen si innitimur, fallimur, aut tradi
aut tamquam si quis baculo arundineo sustentatur vacillamus neque hilaritas mad
incidens altissimi dei vivis nostris fidimus vel in peccatorum sola recordacione
torquemur Nec mirum si tunc in temptacione dei tecum commorabimur qua deficiente
peccatoris quibus subsisteret fuit cuidam presumptuose causa visio et talis precipitatus
in cloacam erat et aquodam baculo stercoribus infixo sustentari ne profunderetur
satagebat At vero baculus ille fundatenus dimittebatur assidue cum fetore
intolerabili Veniens ille perlim tota mente ad dominum conversus relicto baculo eo
festinus ereptus Sane consciencia nostra quantumlibet munda est cloaca quedam plena
stercoribus, fedis defectuum quotidianorum Baculus ille nostra est industria
in qua nos erigere querimus Sed procul dubio quousque clerus nostros oculos ubi
veniet auxilium nobis quousque fiduciam nostram totam in deum iactemus quanto
plus innitimur soli nostre industrie baculo tanta in profundiorem abyssum nostre
humanitatis demergimur et non nisi fetorem tetrum et horridum reportamus Ideo
ergo dicitur ab Ezechiel eo deum Aut pleni consilia peccatoris in devoti sordidi
indisstracti et desperati ad sacramentum hoc salutiferum sub spe misericordie solum
accedamus Dixi iam ut agat industria nostra id quod potest, ut sit absque con
sciencia peccati mortalis sed in illa neququam speremus Aliorum superbiam aliorum
maledictionem incurrimus qui ponimus fiduciam in homine et carnem in brachium
nostrum Aliorum denique semper et in precibus nunquam Cognoscamus quod omnis insti
cie nostre sit ut pannus menstruate aut velut lepre fossile super quibus
vallamus assidue sanguinem peccatorum Qua fronte igitur qua ve audacia
in infectionem hanc ad placandum deum audebimus ardere Caveamus ne ponamus
inritentur plane sic est, si mille annis vacaret aliquis se disponere ad dignitatem
celebracionis hic se ipse attingeret Veruntamen ideo in brevi morula facere
potis commitatur se interrogat frequenter ille cum sepius nemini si dignus
est accedere si sufficienter preparatus hesitet animo tremiscat respondeat quod sua
dignitas sic dicat Ego interim quantum in me est nichil deo pareo dicto
ad sinum confisus super peccato mortali aut peccandi proposito quamquam peccata cum
venialia certa confessa nequaquam absconditum Ergo tamen ad illud quod iustus
est deus qui si velit quirere vehementer debita mea, si iniquitates observare
si meritum iudicio contendere neque sustinebo neque parco unde unum pro
mille quantumlibet latius sursum Attamen confessus lacrimosus Unde ista sunt

he m̄ Si enim tum misericordia magna valde sunderet quid sciē possu si forte me
latent vicia mea metum quid ceterzi qui visu meo spiritali frui̅ntur supra
modum abusus sum / deus videns bonum / illud adimpleat contempsit hoc vnum
scio quia apud deum misericordia est et copiosa apud eum redempcio / quia pietat
eius fontem nulla potest mea iniquitas exurire vel exiccare Quia si decreuit sa-
nare me Nemo est qui contradicet / suscipit ut spem meam · et me totum misericordie
manum committam / obediam ut possum / non est crudelis aut medicus / venientem
ad eum non eiciet foras / Puenit me deus in benediccionibus dulcedinis diuine in
dispositus Opus eius iudicat ipse qui cepit perficiet et illuminabit abscondita tenebrarum &
ne unquam obdormiam in morte Confortata est anima mea eius amatoribus
tuus Iubet sponsus per prophetas reuerti et reuertimus modo certa te suscipiet
et si milleciens abscesseris contempseris reuersus / te venientem nō repudiabit
penitentem non aspernabit Si quis ex hominibus talia diceret · crederes sperares
et accederes / deus hec dicit / deus hec pollicetur ymmo deus hoc imperat / et tu
diffidens nō accedis nō est istud consilium anima mea immunda es accede mundanda ad
fontem puritatis incommutabilem Esuriens accede pascenda ad panem viuificum et delectabilem
Egrotas / erit hec efficacissima tue invalidum medicamen (?) patris ut sanari potes
a medicinis tuis sed credens / tange plena fide cum emorroyssa martha sunt (?) cum bussu
fimbriam vestimenti ihesu videlicet hostiam ut purgeris Si pressuram te sentis asperentibus
pressuram cogitacionum quid restat / ut sapientem xpm elevatum inspicias Si dicas cum
ysaia quia vnica et pauper sum ego · princeps ergo huius sacrosancti misterii habes xpm co-
mitem fidum et hospitem ditissimum Certum te fecit asspis debilem et claudum conqueris
/ memineris quia tales ad cenam magni regis invitantur et intrare compelluntur Nubuta
sed inquietus et stabilis Et hic panis confirmat cor hominis Tristis es et angoria
vinum hoc letificat Inquietat te et turbat plurima Ad here ei qui turbidos fluctus
sedat qui est pax nostra qui ait mundo pressura in me pacem habebitis / pugnantes adsis
/ sed in fortitudine tibi illius ambulabis usque ad montem dei Quid ergo tandem te
formidas quid conturbaris o anima mea quare et quousque turbas me Spera in deo
liberabit te et coniunget te et nō confundet te Susurrabunda forsitan quis ubi
est deus tuus In hoc enim quo nimis in quo corpus suum recolitur memoria passionis
mens impletur gracia et future nobis glorie pignus datur Crede hec bona et sim-
plici fide ut curiose discussseris existencie modum sufficiat tibi quia nō est hic / modo
aliorum corporum suis locis commensuratorum / propterea caue ne dicam stulte querunt aut
ubi caput ubi pedes · qualis situs · qualis ad hostiam panis coordinacio ubi esse
esse dicitur quare et quomodo est / quomodo facta est in eius corpus turbacio panis omnipotenti
virtuti deitatis Si nō enim hoc comprehendis / nam perfecto qualiacumque rerum
alia quam ad infinitas eius latitudines et specitates eius comprehendis Da locum
fidei ut meritum habeas · et eam quam sine merito das nacem fidem da cum laude re-
uelacionem et in eius abscondita valens te captiua Decima consideracio scilicet

Non propter timorem contaminacionis corporis xpi illud cum immundicia corporali
nouerimus contrectatus sed ad indeuocionem et scandalum in nobis vel in aliis de-
ceptantibus Consideracio circa ista parum instruens manifesta est / valet tamen
non mediocriter apud scrupulosos / ut si forte corporalis aliqua sordicies ipsis
nolentibus advenerit / recogitet ad xpi corpus nichil hanc attingere / Iuata
in anima inmundicia et conscientia scitatis Fuerunt qui dixerunt ipsam hostiam
consecratam nullo modo in ventrem trium demitti comedendo · sed statim in celum
rapi cum experienciam quotidianam atque catholicam vitarent que ponit corpus
vel comedi Fefellit eos huius consideracionis oblimo · dum putant indignum
sentire ut corpus xpi vel hostiam sacram in feculentum stomachum cum de-
veniat quasi videlicet polluatur aut fedetur plus quam radius solaris aut subarro
spiritualiter aliqua Dicat ergo si iudicat more catholico inter aut paga-
norum Fuit xpi corpus in maternis visceribus et secundina pellicula inclusum

novus absolutus et obsolutus fuit. Debet itaque nostro corrigi spirituale medicina ne blas-
phemia impura reputemur ipsam rei sincerissima veritatem. Caveamus a tedio
spirituali recogitanda per timorem crebro quoque afficit hec commemoratio plus quam pur-
get assuescat homo spiritualia spiritualiter diiudicare et sentire. Hic enim nihil et vanis
fantasmatum inquietantium impudiciis semet absolvet, sic ea minus curabit
que venialia minus curanda sunt, corporales liquor sordes. Sic denique magis in
conscientie quam corporis puritate consideret. Concludamus tandem epilogantes ut nec cele-
braturus evidentem queat sub certitudinem super dispositione sua vexari
in cassum, habeat illam que dicta est preparationem et sufficit. Non confidat in multi-
tudine (?) et in repeticione confessionis imperfectionis aut devotionis aut re-
collectionis serenitate. Potest enim fieri ut confessio crebra super venialibus absit de
peccatis, reddit quippe animam plus iusto scrupulosam et pavidam et omnia etiam
tuta timentem, ut de ipsa etiam confessionis imperfectione trepidet et urgeatur iterum con-
fiteri. Dabo tamen documentum quod confessionis multiplicatio [illegible] tamen aut
si volentibus (?) fiat, non tamen reputetur pertinere ad salutem necessaria ad celebrationis illius
dispositionem requisita, sed quod opus bonum et privilegiatum ad indulgentiam quoque
aut gratie augmentationem non parum pertinens. Porro diligat anima dei aliquo [illegible]
est, ut se in manus eius proiciat, alioquin se expelli a facie domini et repelli [illegible]
timendo et fugiendo eum desperationem suspectum [illegible] ad convivium suum, nec umquam se
ad alta sibi vehet. Oreb (?) ascensura in montem altum et gaudium suum immola-
tura tamquam Abraham relinquat inferius asinum suum, cum prius spiritibus pudeat (rudat)
ibi asinus, perstrepent pueri, feda sunt illi omnia nihil ad se que in monte
stat, hoc est virtute rationis pertinebit. Non implementur hic loco misericordie visio
quam beato patri Celestino monstrasse memoratur ille qui docet eum hominis per
[illegible] seriam. Visum est enim patri sopito quod aulam regiam excellentissimam
cum asino suo ascenderet invitatus. Hic asinus tributi (?) ventus etiam portam
saluit; exhorruit vir piissimus et abhominatus est hanc non iniquitatem
sed inquinationem et progredi formidans egredi monebatur quousque benignitate
admonitus vere de throno lapsum nihil ad suum vel aule regie [illegible]
pertinere illud quod se non consciis [illegible] nisi quod purgatione sensus asellus cor-
pulentus et irrationalis compilluerat. Plane sic et dicam amplius evenit non-
numquam et perturbationes pugne de ordinatis et feditates insultus spiritualiter agi-
tate surrexerunt faciat [illegible] meatum unum, sicut cedrus magna utrobique semi-
tas superbie ventus omnia funditus evertentem repente nonnumquam inducit.
Tunc [illegible] se anima quidve potest nec ob aliud contemplationis studio a
quieti [illegible] nisi ut apud se compaltet (?) deus, at proinde magis ac
magis humiliatur [illegible] suam puritatem immo inoluntatem (?) [illegible] et re-
siliens cadat et deus suscipiet eam. Hec via tuta est regia et secura. De-
nique finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time, in te non sperans in
se fidens, et mandata eius observa quod intus est non admittens. Hoc est
omnis homo. Deo gratias Jhesus Christus Maria. Tractatus bonus de
celebratione misse editus a magistro Johanne de Gerson sacre theolo-
gie professore studii Parisiensis summo cancellario scriptus Anno domini
millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo in vigilia sancti Laurencii

Rex pacificus princeps pacis pater futuri seculi triumphantis atque militantis ecclesie
verus sponsus et monarcha dominus noster Jhesus Christus summus rex atque sacerdos in cuius veste
scribitur rex regum et dominus dominantium in cuius prophetia legitur rex gentium. Ineunte [illegible]
titulo triumphali supponitur rex iudeorum [illegible] multis annorum milibus [illegible]
pactum postquam [illegible] horum facta fuere [illegible] nostre pacis federa [illegible]
amplius in ira [illegible] suis [illegible] venit tempus
miserendi eius [illegible] antique legis ceremoniis veritatis [illegible]
mysteriis adimpletis prophetarum dictis postquam synagoge et hebreorum populo
defecerat hostia et cessaverat sacrificium et ab eorum populo fuerat ablatum sceptrum et regale
[illegible] postquam [illegible] ad gentes destructum fuisset regnum et monarchia [illegible]
Assiriorum et Caldeorum que per caput statue Nabuchodonosor figurabantur per dominum [illegible]

amplius quam excellenciam 2a regnum et monarchia persarum et medorum que pectus ar-
genteum dicte statue designabant propter divitiarum affluentiam. 3o regnum et
monarchia grecorum et troianorum que per corpus et femora erea figurabant propter ter-
linguitatem et sonantem eloquentiam. postremo 4to lunatum est regnum et monarchia latinorum
et romanorum que per tibias ferreas figurabant propter armorum militiam [illegible] predicte
sunt lapidis decisione qui abscisus est sine manibus et comminuit omnia regna hic
factus est de virgine nascens pax nostra qui fecit utraque unum. Ideo in eius
sanctissima nativitate cantaverunt angeli in iubilando gloria in altissimis deo et in terra pax ho-
minibus bone voluntatis. Nam tunc ut dicit propheta ubera nesse florunt [illegible] et herb[illegible]
nunt pacem deus dedit ipse reconcilians in una summus per prophetam cum deus dicit
quod in fine regnorum illorum suscitabit deus celi regnum quod alteri non tradetur. Quod
quidem regnum est ecclesia sancta dei que sepius in scripturis sacris regnum celorum appellatur fun-
data in sanguine domini nostri ihesu christi qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo
quod regnum instituens ipse autor pacis ut a suis fidelibus in pace coleretur sepius eis
pacem mittebat dicens pax vobis ego sum nolite timere pacem eos imitari docuit dicens in
quacumque domum intraveritis primum dicite pax huic domui pacem eis pretestamento reliquit dicens
pacem meam do vobis pacem meam relinquo vobis. Et quia esset multi pacis amatores
declinat dicens beati pacifici quoniam ipsi filii dei vocabuntur. Et quod futurum erat ut ista pax ecclesie diversis
temporibus a diversis diversimode impugnaretur scilicet ab infidelibus tyrannis ab hereticis ab ypocritis a
fama scismaticis a simoniacis a filiis pastorum et prelatis. Nunc enim periculosioribus temporibus nostris
non divisim sed cumulatim omnes simul taliter impugnant ecclesiam sponsam virginem et eius
pacem ut vix nunc causa dicere possit illud prophete. Circa inimici tui deus ecce inimici tui et
hii adverunt rex extulerunt caput. Super populum tuum malignaverunt consilium et cogitaverunt adversus
sanctos tuos dixerunt venite disperdamus eos de gente et non memoretur nomen amplius. Et
ne fideles ecclesie in tantis tribulacionibus deficerent ipse princeps pacis dedit filio suo Iohanni
tribulationes istas palam facere simul cum septem septenaria tribulationum scilicet septenarium an[illegible]
candelabrorum sigillorum tonitruorum tubarum phialarum et septenarium stellarum prout in
apocalipsi clare continetur. Ecce quid septem septenaria faciunt 49 sicut quod toto tempore persecutionis
ecclesiastice pacis post que immediate sequitur quinquagenarius qui est numerus iubileus
pacis et tranquillitatis in quo ipsa ecclesia coronabitur. tribulationum victores et pacis amatores. prout ipse
sponsus ecclesie per Iohannem suum fidelem secretarium promittit dicens Qui vicerit vestietur ve-
stibus albis et faciam illum columpnam in templo dei mei et foras non egredietur amplius promissio-
nibus ultimate [illegible] bone pacis inchoande dicens Gratia vobis et pax
ab eo qui est et qui erat et qui venturus est. Hic ipse princeps pacis septem ulnatum per
omnia precinctus ad mamillas zona aurea ambulabat in medio septem candelabrorum
aureorum tenentem quod septem stellas in manu sua

Secundum Augustinum 19 de civitate dei Cum igitur deus rerum sapientissimus conditor et ordinator cun-
ctorum ornamentorum maximum quod sunt mortale natale genus humanum dedit hominibus quedam
bona huic vite congrua pacem scilicet temporalem et in iustissimo pacto ut qui hanc mortali pace
recte usus fuerit accipiat amplioria dona atque meliora scilicet ipsam in mortalitate pacem
eique congruentem gloriam et honorem. vitam scilicet eternam. Si enim irrationalia essemus animalia
temporalem solum appeteremus pacem scilicet corporis ac irrationalis et tamquam compositi ex hiis
resultantis. Est autem pax scilicet corporis secundum Augustinum est ordinata temperatura partium ~~[illegible]~~
~~propter expellendas indigencias appeteremus~~. Est autem pax ac irrationalis est ordinata
requies appetitionum. Tercia vero scilicet totius compositi ex hiis resultantis est ordinata
vita et salus animantis. Omnia pace amant dum animantia tunc fugiunt anxietatem
et dolorem. Etiam tunc propter expellendas indigencias appetitionum voluptatem sicut ut
mortem vero fugiendo satis ostendunt quanto diligant illam pacem qua sibi anima et corpus col-
ligantur. Si enim hanc temporalem pacem diligeret homo mortalis deducto quod etiam in parte homo
non in toto esset non intelligit quanto est immortalibus insipientibus et stultis fatuus est illis. Et quod
cum inest anima rationalis hanc temporalem pacem refert ad alteram anime rationalis pacem
que est ordinata cognitionis actionisque consensio. Et debet cum velle dei habere rationalis ut
dolore molestiam propria pace ut desiderio perturbari prima ut morte dissolvi prima
velut in luna anime rationalis ad utile cognoscat et secundum hanc cognitionem vitam moresque componat.
Et ne ipsa cognitionis studio propter humane mentis infirmitatem in peste aliquorum erroris
incurrat opus habet divino magisterio propter certus credat et divino cum liber obtemperet
Et quoniam anime rationalis pace refert ad illam pacem quam habet mortalis homo cum immortali
deo que est ordinata in fide sub eterna lege obediencia. Et quod ab omnipotenti deo suo cuius precepta
sibi mandatur ut deum diligat ex tota corde etc. et proximum sicut seipsum. Vero quod ipsum altissimum
propter pacis querere que est pax totius plus ecclesie quam ex omnibus gentibus cives evocat
atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem nec curans quicquid in moribus legibus in-
stitutis quod diversum nationibus sit. Dummodo religio qua unus summus et verus deus colendus
docetur non impediatur. Et quod ergo et pia christianorum ecclesia in hac sua peregrinacione ad pacem terrenam
refert ad celestem que est ordinatissima atque concordissima societas fruendi deo et
in invicem in deo. Et quod ad [illegible] fuerit non erit vita mortalis sed certe plane quod vitalis
unde sancti in patria sempiterne intrepiti. ut [illegible] ad quod videndum et [illegible]

Vide [illegible] xii folia usque [illegible]

Quesitum est
de deo agito
et homine De
deo questum e
questum ad diuina
naturam et
questum ad humanam
assumptam Circa
ad diuinam naturam quesitum e utrum beatus
Benedictus in visione in qua vidit totum
mundum diuina essencia viderit Et
ostendebatur quod sic Dicit enim Gregorius de hac
visione loquens ante videnti deum
angusta sit omnis creatura Sed videre
deum est videre diuina essencia ergo beatus
Benedictus vidit diuina essencia Item ibidem
subdit Gregorius quod totum mundum vident
in diuino lumine Sed non est aliud lumen
vel claritas dei quam ipse deus ut idem
Gregorius dicit Et habetur in Glosa Exodus 33
super illud non videbit me homo et viuet
ergo beatus Benedictus vidit deum per essenciam
Sed contra est quod dicitur Jo. 1 Deum nemo vidit
umquam ibi dicit Glosa quod nullus in mortali
carne viuens dei essencia videre potest
Dicendum quod corpus corruptibile aggrauat
animam ut dicitur Sap. 9 Summa autem ele-
uacio mentis humane e ad diuina essencia
videnda pertingat Unde impossibile e
quod mens humana dei essencia videat ut
dicit Augustinus Super Genesim ad litteram
nisi hinc vite mortali funditus homo
intereat Vel alienetur a sensibus ut
nesciat utrum sit in corpore vel extra
corpus sicut de paulo legitur ad Corin-
thios Beatus autem Benedictus quando illa visi-
one vidit nec hinc vite funditus
mortuus erat nec a corporalibus sensibus
eleuatus Quod patet per hoc quod ad hunc
in eadem visione persistens alium ad vi-
dendum vocauit ut Gregorius refert
Unde manifestum est quod dei essencia non
vidit Ad primum ergo dicendum quod Gregorius
ex quadam proporcione autem tamen intendit
in verbis illis / Si enim videtur diuina
essencia in cuius comparacione tota creatura
computatur pro nichilo quantum ad videndum non enim
est mirum si beatus Benedictus per lumen
diuinum aliquid amplius videre potuit
quam homo quod videat Ad secundum dicendum
quod lumen dei quoque dicitur ipse deus quamquam
vera aliquod lumen donatum ab ipso sicut
illud psalmiste in lumine tuo videbimus
lumen Hic autem communiter per lumen donatum a
deo

Deinde querebantur duo circa
humanam naturam in Christo Primo
utrum sint in Christo vna filiacio que
refertur ad patrem et matrem an due
Secundo de morte eius utrum vere
mortuus fuit ii

Ad primum sic proceditur videtur quod
in Christo sint due filiaciones
multiplicatur enim causa relacionum multi-
plicantur et relaciones Sed nacio autem
e causa filiacionis Cum ergo alia sit nacio
qua Christus natus e eternaliter a patre
Et alia qua temporaliter natus e a matre
Videtur quod eadem alia filiacio que refertur
ad patrem et alia que refertur ad
matrem Preterea quod recipit Christus aliquid
absolutum absque sui mutacione potest
recipere aliquam proprietatem temporaliter re-
latiuam multomagis absque sui mutacione
Sed filius dei ex tempore recepit aliquod
absolutum absque sui mutacione quia
super illud Luce 1 magnus erit et filius
altissimi vocabitur dicit Ambrosius
Non quod erit magnus quod ante partum
virginis magnus non fuit Sed quod potenciam
quam dei filius habet homo erat ex tempore
accepturus Ergo multomagis ex tempore
potuit accipere filius dei absque sui
mutacione nouam filiacionem ut conueniat
ei due filiaciones vna eterna et alia
temporalis Sed contra A quo aliquis habet quod
sit ens ab eodem vnitatem habet quod sit
vnum ens Sed filiacionem vnus habet ad hoc
quod sit filius Ergo vna filiacione et
vnus filius et non duo homo est non
sunt due filiaciones sed vna tantum
Respondeo dicendum quod relaciones dicuntur
in hoc ab omnibus rebus quibus quod ea
que sunt aliorum generum ex ipsa racione sui
generis habent quod sint res vere sicut quantitas
et qualitas Sed relaciones non
habent quod sint res nisi ex racione
respectus ad alterum Inuenitur enim quod

p[ri]m[u]m

creaturis qui non sunt reales secundum rationem. Sed tamen sensibile refertur ad scientiam aliqua reali relatione in sensibili existente secundum potius quod scientia refertur ad ipsum secundum philosophum 5 metaphysice. Item relatio secundum quod sit res vera consistit in eo quia una res naturalem ordinem habet ad aliam tamquam ad terminum quod consequitur et naturalis ordo est ipsa relatio. Unde videmus dextrum et sinistrum in animalibus sunt relationes reales, in aliis que consequuntur quasdam virtutes naturales, virtutes, in columpna autem sunt relationes rationis tantum secundum ordinem aliorum ad ipsam. Ex eo autem quod aliquid sit unum et quod sit verum et idem contingit quod est una relatio tantum realiter secundum unitatem sicut patet de eadem equalitate.

Item una enim equalitas et in uno corpore una equalitas tamen equalitates sunt multe relationes secundum quod in diversis corporibus dicuntur equalia. Si autem secundum eos relationes multiplicarentur relationes in uno corpore sequeretur quod in uno corpore essent relationes infinite vel indeterminate. Item filiatio inquam in una relatione consequitur unum quoniam ad diversos terminos sunt multe relationes. Sed causa est unus homo secundum unam realem filiationem est filius patris sui et matris sue quia una nativitate ... naturali ab utroque accepit. Videtur ergo dicendum secundum hanc rationem quod alia sit filiatio in Christo realis que refertur ad patrem et alia que refertur ad matrem quia alia et alia causa nascitur ab utroque. Et alia est nativitas eterna secundum a patre et alia quia secundum a matre. Sed alia ratio est formatur pactum. Hoc enim est verum tenendum quod nulla relatio dei ad creaturam est realiter in deo consistit sed est relatio rationis tantum quia deus est supra omnem ordinem creature et mensura omnis creature a qua dependent omnes creature et non econverso. Multo magis quod hoc est falsum ... in quantum sanctum in quantum huiusmodi causa non est relatio realis ad sanctam. Est autem considerandum quod subiectum filiationis non est natura vel natura pro aliquo. Non enim dicimus quod humanitas sit filius vel caput aut oculus in Christo quod non ponimus nisi unum suppositum et unam ypostasim sicut et unam personam quod est suppositum eternum in quo nulla relatio

realis ad creaturam esse potest ut iam dictum est. Unde relinquitur quod relatio que in Christo refertur ad matrem est solum rationis tamen non propter hoc sequitur quod Christus non sit realiter filius virginis. Sicut enim deus realiter est dominus propter realem quam quelibet creatura hoc realiter est filius virginis propter realem nativitatem qua accepit a matre. Si enim in Christo essent plura supposita oporteret ponere in Christo plures filiationes. Sed hoc reputo erroneum et in concilio Ephesino dampnatum. Unde dico quod in Christo est una relatio realis tamen que refertur ad patrem.

Ad primum dicendum quod non negamus non esse in Christo filiationem realem que refertur ad matrem quia talis relatio deficeret. Sed quia deficit secundum ... talis relationis causa non sit in Christo aliquod suppositum creatum vel ypostasis.

Ad secundum dicendum quod eo modo quo ille homo accepit esse persone dei potius eo modo accepit filiationem eternam inquantum secundum quod est ut una est persona dei et hominis. Ut Ambrosius subditur. Hoc enim non est secundum per aliquid aliud realiter a quo vel relationes realiter inherentes filio dei sed per solam unionem que realiter existit in natura creata non autem realiter in ipsa persona assumente. Ad verum in contrarium obiectum notandum quod non licet dicere. Enim aliquem unum quod est una secundum unitatem personalem subiecti licet sint multe qualitates ut color et sapor in pomo.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Christus in cruce mortuus non fuit. Si enim fuit mortuus aut hoc fuit quia ipse animam a corpore separavit aut per violentiam. Sed non primum. Sic enim sequeretur quod medici Christum non occidissent sed quod ipse fuisset homicida, quod est inconveniens. Nec secundum, quia mors que accidit per violentiam provenit homini ad summam debilitatem perveniente, quod in Christo non fuit quia clamans expiravit. Ergo Christus in cruce nullo modo mortuus fuit. Preterea natura humana in Christo non fuit debilior quam in aliis hominibus. Sed nullus alius homo tam cito moreretur per violentiam manuum et pedum vulnerationem, et lateris fuit ei inflictum post mortem. Ergo in cruce mortuus non fuit. Ad ... nulla causa mortis eius videtur. Sed contra est quod dicitur Johannes 19: quod Christus in cruce pendens

Causam filiationis que est nativitas secundum in Christo due sunt filiationes sicut due nativitates

Thomas in 3 parte q. 35 ... ait et dicit attendendo ad

Subiectum filiationis quod est persona vel ypostasis secundum in Christo tamen una est filiatio sicut una ypostasis vel persona

ad primum

ad secundum

2o

contra

inclinato capite tradidit spiritum. Ad 3m
aut de separatione animae a corpore quod christus
¶ in cruce mortuus fuit. Dicendum
quod absque omni dubio christus est mor-
tuus vere et cetera. Sed ad videndum quomodo
mortis eius conditionem est quomodo ad christum fuit
deus eius potestati subiectat quicquid pertinet
ad humanam naturam in christo quod in aliis puris
hominibus non contingit voluntarie eius enim non
subiacet quae naturalis sunt. Unde haec causa
assignatur quare anima eius sic patiebatur
et sentiebat quod se volente hoc fiebat
et ut non fiat redundantia a superioribus
viribus in inferiores ut impediretur superiores
vires a suo actu propter passionem
[ad primum] infirmitatem quod in aliis hominibus contingit
non potest propter naturalem connexionem potentiarum.
[ad 2m] Ad 2m dicendum sic. Sed sicut in proposito est dicendum.
Mors eius violenta accidit ex hoc
quod tormento non illato natura cedit
et quidem natura resistit per tantum dum
mortem retardatur. Unde in quibus
est fortior complexio citius tardius moriuntur.
Sed fuit ad subiectum voluntatis et naturae
natura resisteret tormento illato et quae
cedit. Unde eo volente natura resistit
nocumento illato usque ad finem propterea
quod in aliis hominibus posset ita quod in fine
post sanguinis effusionem quod deficiunt viribus
clamat voce magna et statim eo
volente natura cessit et tradidit spiritum
ut se dominum naturae vitae et mortis osten-
deret. Unde hoc admirans centurio
dicit vere hic homo filius dei
erat. Et si iudaei christum occiderunt
nocumentum mortiferum inferentes et
tamen ipse animam suam posuit et tradidit
spiritum quod quando voluit natura nocumento
illato totaliter cessat. Nec tamen culpa
parendus est sicut quod homicida est enim
corporis propter malam et non eius. Unde
iniuria fit animae tamen propter nocumentum corpori
illatum de corpore expellitur quia naturale
appetitum animae licet non forte propter
deputatam voluntatem sic interficerentur.
[d] Sed si anima in sua potestate haberet rece-
dere a corpore quando vellet et tamen adveniret
non esset actualis culpae si corpus deserit

quoniam quod habitator deserit domum culpae
tamen est quia inde expellitur virtus
et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde quaerebatur duo de angelis.
Primo utrum angelus dependeat
a loco corporali secundum suam praesentiam
aut sit in loco secundum operationem tantum.
2o de motu angeli utrum possit mo-
veri de extremo ad extremum sine medio.

Ad primum sic procedebatur. Videtur
quod angelus non sit in loco per
operationem tantum. Prius enim est esse quam operari
ergo prius est esse in loco quam operari
in loco. Sed posterius non est causa prioris,
ergo operari in loco non est causa quare
angelus sit in loco. Praeterea duo angeli
[2o] possunt operari in eodem loco. Si ergo per opera-
tionem sequitur quod plures angeli erunt
in uno loco quod reputatur impossibile.
[contra] Sed contra nobilius non dependet ab ig-
nobiliori. Sed essentia angeli est no-
bilior quam locus corporeus ergo non
¶ dependet a loco corporeo. Dicendum
[quod] quamvis aliter angelus sit in loco
corporeo considerari potest ex eo quo
corpus est in loco. Sed corpus
in loco per contactum loci. Contactus
autem corporis est per quantitatem dimensivam
quae in angelis non invenitur cum sit in-
corporea. Sed loco eius est in ea quan-
titas virtualis sicut ergo corpus est in
loco per contactum dimensivae quantitatis
ita angelus est in loco per contactum
virtutis. Si quis autem velit virtutis
contactum operationem vocare propter hoc
quod operari est proprius effectus virtutis
dicitur quod angelus est in loco per operationem
ita tamen quod per operationem non intelligatur
sola motio sed quaecumque unio qua
sua virtute corpori se unit praesidendo
vel continendo vel quocumque alio. Ad primum
[ad primum] ergo dicendum quod in intellectualibus aliquid esse
prius simpliciter quod non est prius quoad
ad hoc sicut spiritus est prius simpliciter
substantia sed non quantum ad hoc quod est
localis. Et similiter prius est corpus quam

tactu. Corpus enim est in loco per contactum dimensiue quantitatis. Sed sic angelus per contactum virtutis. Ad 3m dicendum quod si aliquid mouetur perfecte ab uno motore non conuenit quod ab alio simul integre moueatur. Unde ratio magis est ad oppositum quam ad propositum. V

Ad 2m sic proceditur. Videtur quod angelus non possit moueri de extremo in extremum quin pertranseat medium. Omne enim quod mouetur prius est in mutari quam in mutatum esse ut patet in 6o physicorum. Sed si angelus mouetur de extremo in extremum puta de a in b est in mutatum esse ergo prius erat in mutari. Sed non quando erat in a quia tunc nondum mouebatur. Ergo quando erat in c quod est medium inter a et b. Et sic oportet quod pertranseat medium. Praeterea si angelus mouetur de a in b sine hoc quod pertranseat medium oportet quod corrumpatur in a et generetur in b. Sed hoc est impossibile. Ergo sic non est dicendum. Ergo oportet quod transeat per medium. Praeterea omne quod pertransit medium oportet quod prius pertranseat equale sibi aut maius aut minus ut in 6 physicorum. Et ad propositum apparet quod non potest esse minus spatium quam angelus qui est indivisibilis. Ergo oportet quod pertranseat equale quod est locus indivisibilis et punctualis. Infinita autem puncta sunt inter quoslibet duos terminos motus. Si ergo necesse esset quod angelus in suo motu pertranseat medium oportet quod pertranseat infinita quod est impossibile. Respondeo dicendum quod angelus si vult potest moueri de uno extremo in aliud absque hoc quod pertranseat medium et si vult potest pertransire omne medium. Cuius ratio quia corpus est in loco sicut contentum ab eo et ideo oportet quod motus eius sequatur leges continui ut scilicet pertranseat media prius quam ad quemlibet locum perveniat. Sed angelus sit in loco per contactum virtutis non subditur loco ut contentus ab eo sed magis continet locum sua virtute supereminente in loco. Unde non habet necesse ut in suo motu sequatur leges loci sed voluntati sue subest quod applicet se per contactum virtutis huic loco et illi et si vult absque medio. Sicut etiam intellectus potest applicari in instanti de uno extremo puta albo et postea nigro non incipiendo cogitando de mediis coloribus. Quamuis corpus sensibile coloratum non possit moueri de albo in nigrum nisi per media. Ad primum ergo dicendum quod verbum philosophi et eius probatio loquitur de motu continuo. Sed motus angeli non oportet quod sit continuus. Sed ipsa successio applicationum dicitur motus eius, videlicet sicut et successio cogitationum vel affectionum dicitur motus spiritualis. Et hoc est secundum Augustinum viii super Genesim ad litteram. Ad 2m dicendum quod hoc non accidit per corruptionem angeli aut nouam creationem quia eius virtus supereminet loco. Ad 3m dicendum quod in genere obicitur [illegible] quod angelus non est in loco per commensurationem sed per applicationem sue virtutis ad locum qui quidem potest esse indivisibilis et ad locum divisibilem et indivisibilem. Unde potest angelus moueri sicut aliquid in loco divisibili [illegible] spatium. Si vero in loco indivisibili est non potest eius motus esse continuus nec pertransire omnia media.

Deinde queritur de homine et primo quantum ad bonum nature, 2o quantum ad bonum gratie. Circa primum queritur primo [illegible] de unione anime ad corpus. Utrum omnia advenientia corpori corrumpantur adveniente forma que prius erant et similiter et accidentia. 2o de potestate liberi arbitrii utrum homo absque gratia ad gratiam possit se preparare. Et 3o de dilectione naturali utrum homo in statu innocentie plus diligeret deum quam se ipsum. VI

Ad primum sic proceditur. Videtur quod per adventum anime non excluduntur accidentia forme que prius erant. Dicitur enim [illegible] formauit deus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Sed constat quod formatio corporis sine inspiratione anime [illegible] forma [illegible] debet excludi. Non ergo adveniente anima tolluntur accidentia forme precedentis. Praeterea necesse est quod anima sit in corpore formato et disposito aliis dispositionibus. Si ergo adveniente anima omnes precedentes forme et dispositiones remouentur sequitur quod in instanti anima totum corpus fieret quod videtur esse solius dei

2º Anima non est nisi in corpore mixto. Sed
mixtio elementorum non fit solum secundum materiam
sed etiam secundum formam, alioquin esset corruptio.
Ergo anima non excludit alias formas in materia
inventas. 3º Hoc anima est perfectio perfecti
at non est corruptio sed perfectio; non ergo ad-
veniens corrumpit formas praeexistentes.
Sed contra omnis forma adveniens praeexistenti
actu est forma accidentalis. Forma enim substantialis
facit actu esse simpliciter. Sed si anima adveni-
ens non destruit praeexistentes formas
sed eis superadderetur, sequitur quod adveniret
existenti in actu, quod est forma accidentalis, cum sit actus
faciens esse in actu. Ergo anima adveniens
excludit formas praeexistentes. Videtur dicendum
quod impossibile est uni et eidem esse plures
formas substantiales, et haec ratio quia ab eodem habet
res esse et unitatem. Manifestum est autem
quod res habet esse per formam. Unde et per
formam res habet unitatem, et propter hoc
ubicumque est multitudo formarum non est
unum simpliciter. Non enim animal bipes esset unum
simpliciter si ab alio esset animal et ab alio
bipes, ut philosophus dicit. Sciendum est quod formae
substantiales se habent ad invicem sicut numeri
vel sicut species numerorum vel etiam sicut figurae,
ut de partibus animalium dicit philosophus 2º
de anima. Semper enim in posteriori est in potentia
quod est in priori, sicut quadrangulum continet
et pentagonum trigonum et similiter
perfectior forma virtute continet in se imperfectiores,
ut maxime in animalibus patet. Anima enim intel-
lectiva virtute ut confert corpori humano
quicquid confert sensitiva in brutis, et similiter
sensitiva facit in animalibus quicquid nutritiva
in plantis et adhuc amplius. Frustra
ergo esset in homine alia anima sensitiva praeter
intellectivam, si qua anima intellectiva virtute
continet sensitivam et adhuc amplius. Sicut
frustra adderetur quaternario quinario.
Et eadem ratio est de omnibus formis substantialibus
ad materiam primam. Unde quod non est in homine
diversas formas substantiales invenire
secundum rationem sicut consideramus eam ut viventem
per animam nutritivam et ut sentientem per animam
sensitivam rationem. Et manifestum est autem quod
adveniente forma perfecta tollitur forma
imperfecta sicut etiam adveniente forma

pentagoni tollitur figura quadrati.
Unde dico quod adveniente anima humana
tolluntur formae substantiales quae prius inerant,
alioquin generatio unius esset sine corruptione
alterius, quod est impossibile. Formae vero
accidentales quae prius inerant dispositiones
ad animam corrumpuntur quaedam non per se sed
per accidens ad corruptionem subiecti. Unde
manent eaedem specie sed non eaedem numero,
sicut etiam contingit circa dispositiones
formarum elementorum quae primitus materiae
advenire apparet. Ad primum ergo dicendum
secundum Basilium quod spiraculum vitae
dicitur ubi Genesis ponitur spiritus et vocatio
cessat. Si autem ut Augustinus dicit spiraculum
vitae sit ipsa anima, non oportebit
dicere quod alia forma formata sit corpus
hominis de limo terrae quam ipso spira-
culo vitae divinitus inspirato. Non
enim forte illo tempore praecessit inspirationem,
nisi forte velis dicere ad dispositiones
referri ad dispositiones accidentales quantum
figuram et alia huius quae quodam
naturali ordine praecedunt in corpore ani-
mam imperfectam sicut materiales dispositiones
quibus praeveniunt ipsa anima intellectiva
non in aliquo vero imperfecta est sed in
quantum continet in se virtute aliqua
de imperfectioribus formis. Ad secundum dicendum
quod anima ad adventu corporis non facit
corpus esse effective sed formaliter tamen.
Effective autem facit esse corpus id
quod dat corpori formam ut perficiens vel
disponens aut id quod corrumpitur ad
formam paulatim autem et ordinate quadam
inducendo materiam ad propinquiorem formam
a dispositione contrario. Cum propinquior
fuerit forma a dispositione, tanto brevior est
resistentia ad introductionem formae et
dispositiones complete efficaciter, cum
ignis fit ex aere quam ex aqua, cum
utraque forma inducatur assit materiae. Ad
3m dicendum quod Avicenna posuit formas
elementorum actu remanere in mixto,
quod non potest esse quod forma elementorum
non potest esse in una parte materiae sed

et[c] oz q sint in diuis mac[a] ꝑtibꝫ
distinguunt[r] s[m] dimensi[e] q̄ntit[s]
dimensioz et[c] oportebit q vel plura
ter[ta] sint sil vel q no sit inp[ro]tio
vera tmq ad to[m] s[z] inp[ro]tio ad ꝓ[m]
s[m] mia iu[a] se porta Auicis
aut ī 3[o] celi di[t] q for[e] elemētoꝝ
sit media int[er] fo[rm]s ꝓ[i]ales et
celū lis et q tāpui magis et mig
et[c] for[m]s elemētoꝝ ēmiss[e] et q̄dā[o]
ad mediū redactas q[o]dāmo sit
inp[ro]tio s[z] h[c] ē c q pq[le] q̄ p[m]
Vla for[m] ꝓ[i]ales ē tm̄ q̄ e[ss]e
ꝓca[ti] tm̄ s[i] indiuisibil[e] ē to for[e] se
to in[a] et figure n[c] ē ꝓbl[e] q in
tendā[r] vel rēmitta[r] s[z] oīs addicio
vl subtractio fiat alia sp[eci]es et
to alt[er] ē dictū s[m] ph[m] ī p[ri]mo
d[e] g[e]n[er]acōe q for[e] mixa[lim] no ma-
net ī mixto actu s[z] virtute p[ro]ut
s[ue] v[ir]t[us] for[e] ꝓ[i]alis manet ī q̄lite
elemētal l[ic]ꝫ ēmissa et q̄i ad
mediū redacta q̄ualitas eni
elemētaris agit ī virtute forme
ꝓ[i]alis aliquo acto q̄ est p[er]ca-
lore ignis ut tmaret[r] ad for[m]
ꝓ[i]alem Ad 2[m] d[ic] q aia ad
sit for est q̄dā ꝓfectio p[er] l[ic]et ho[mo]
aut vlis et to ea adueniente
sic aliq[u]a ꝓfiat[r] ut h[ic] etiā[m] except

Ad 2[m] sic p[ro]cedeba[t] vide[t] **vii**
q homo absq gr[aci]a ꝑ
solū arbitrij libertate poss[it] se ad
gr[aci]am p[re]parare q[ui]a ut[r] p[ro]pria ho[mi]s
ē p[re]parare ai[m] hac at d[ic]i ē aloq[ui]
q[ui]a ī ei[us] p[otes]tate ꝯstitutū ē go in
ho[mi]s p[otes]tate ꝯstitutū ē q possit
se ad gr[aci]am p[re]parare no go indigꝫ
ad hac auxilio gr[aci]e P[ra]et[er]ea d[ic]i[t]
in lib[r]o d[e] tan dyal[ogo] q no to aliq[ui]s
talē gr[aci]a q[ui]a deus no vult dare
s[z] q ipe ho no vult accipe[re] si
ergo velit accipe[re] poss[it] accipere
P[ote]t ergo si vult se ad gr[aci]am p[re]parare
absq ext[er]iori auxilio S[e]d d[i]cebat
q ho indigꝫ ī h[o]c auxilio gr[aci]e q̄ntū
ad ext[er]ius moueri s[e]d cōu ho p[ote]st
moueri q̄ntū ad q[ui]esc[e]nt no solū

ex bonis s[z] etiā ex p[e]c[ca]to Sic si aliq[ui]s
videt aliquē enormit[er] p[e]ccantē et
ex horrore p[e]cti ad deū ꝯu[er]tit[ur] s[z] p[e]c[ca]tū
no ē a deo[m] absq dei op[er]acōn p[ot]e[st] se
homo ad gr[aci]am p[re]parare Sz cōu p[er]
hoc ad gr[aci]am p[re]parant[r] q ad deum
ꝯu[er]tit[ur] s[z] ad h[o]c indigem[us] auxilio diui[n]e
gr[aci]e D[ic]i[t]ur eni[m] ī tre[no] iii ꝯu[er]te nos
d[omi]ne ad te et ꝯu[er]temur[r] go ho indigꝫ
auxilio gr[aci]e diui[n]e ad h[o]c q se ad
gr[aci]am p[re]paret P[ra]et[er]ea ad melius ho p[ot]e[st]
se p[re]parare nisi cogitando s[z] ad h[o]c
ip[s]e ho indigꝫ auxilio gr[aci]e d[ic]i[tur]
en[im] ad chori[ntheos] iij[o] no q sufficiētes
sumus cogitare aliq[ui]d a nobis q[uas]i
ex nobis go indigem[us] auxilio diui[n]e
gr[aci]e ad h[o]c q nos ad gr[aci]am p[re]parem[us]
R[espon]de[o] d[icendu]m q ī hac q[uest]ionē vitandꝫ
ē error pelagij q posuit q p[er] l[iberu]m
arbit[ri]u[m] ho poterat imple[re] lege[m]
et vita etiā mereri n[c] indigebat
auxilio diuino n[isi] q̄ntū ad h[o]c q
sciat q facere debet s[m] i[llu]d p[ro]ponite ho[mi]
ne facere volunt[ate] tua q q[ui]a hoc
in[us] par videba[tur] ut sola sciam[us]
habem[us] a deo caritate aut q̄
p[re]cepta legis imple[mu]s h[abe]m[us] a nob
Idcirco p[ro]mod[um] pelagiani posuer[unt]
q initiū boni op[er]is ē ho[mi]s ex se ipo
ꝯu[er]sio ꝯsentit fidei p[er] l[iberu]m arbit[ri]um s[z]
ꝯsu[m]macio ē h[abe]t a deo / p[re]paracio
aut ad initiū boni op[er]is p[er]tinꝫ
Vnde ad errore pelagiam p[er]tinꝫ
dicere q ho poss[it] se ad gr[aci]am p[re]parare
absq auxilio diui[n]e gr[aci]e Et est
cōu malū q[ui]d dicat ad ph[i]lippen[ses]
p[ri]mo q[ui] cepit ī vob op[us] bo[n]um
ip[s]e ꝑficiet Sz go ē q ho indigꝫ
auxilio diui[n]e gr[aci]e no so[lu]m ad merend[um]
s[z] etiā ad h[o]c q se ad gr[aci]am p[re]paret
aliter h[ic] et aliter Vna mct[ur] ho p[er]
actu virtutis eu no solu bo[nu]m agit
s[z] bn̄ ad q̄d requir[itu]r h[abi]t[u]s ut[ur] ī 2[o]
ethicoꝝ et to ad eūd requir[itu]r h[abi]tu
alis gr[aci]e Sz ad h[o]c q ho p[re]paret
se ad h[abi]tū habendū no indigꝫ
alio h[abi]tu q[ui]a sic erit p[ro]cede[re] ī īfinitū

Ex ope celesti fit si quid habetur honesti
Est vel a scriptis vel agas bn̄ vel mediteris
Omittis h[oc] m[a]gis non ꝑ ueniet gr[aci]a donat
Nil deus in nob p[re]ter sua dona coronat

Vide d[e] h[o]c q[uestio] sua
de p[ec]c[at]o di[ci]t q[uod] h[oc]
sit ex bono

In iustificatione
pec[cat]or[is] sit g[ra]d[u]s

p[ri]o deus vocat pec[cat]ore[m] vel intima
inspiracōe vel p[er] ext[er]na p[re]d[icati]one
vel aliqua s[er]mone
2 pec[cat]or ꝯsentit et dolet
3 remitti[tur] pec[cat]um
4 Gr[aci]a infundi[tur] pec[cat]or iustificat[ur]

In iustificatione impij s[unt] simul q[uatuo]r
Motus li[beri] ar[bitrii]
Contricio
Gr[aci]e infusio
Culpe remissio

ad 2[m]

2[o]

3[o]
con

3[o]
con

2[o]

ad p[rimu]m

ad 2[m]

ad 3[m]

Petrus de Alia in scripto [super] sententias q 3 1 l
[con]fatet quod in se est
se ad gratiam [pre]parare

Sic materiam que [pre]paratur oportet aliquid [pre]venire ad agens et ad formam
sic voluntatem oportet [pre]venire aliquid quod fit per affectum boni et ad gratiam
per detestationem mali, et hic est facere quod in se est et se ad gratiam [pre]parare
detestari [a]utem malum inquantum naturam ledit [pre]paratio sufficiens non ar-
guit sed inquantum deum offendit

Tandem at divino auxilio non solum
quibus ad exteriora movetur sed
ex divina providentia paratur homini
occasiones salutis puta predicationes
exempla et in[firmi]tates egritudines et flagella
Sed etiam quantum ad interiorem motum
prout deus cor hominis inovat ad
bonum secundum illud prov 21 Cor regis
in manu dei quocumque voluerit vertet
illud Et quod hoc necessarium sit probat philosophus
in quodam capitulo de bona fortuna homo
enim agit voluntarie voluntarie vel ut principium
est electio consilium Si autem quereretur quare
consiliatur incipiat non potest dici quod ex eo
solo consiliari inceperit quia sic esset in
infinitum procedere Unde oportet aliquod
extrinsecum principium esse quod moveat mentem
humanam ad consilium de agendis hoc
autem oportet esse melius humana mente non quod
est corpus celeste quod est infra intel-
lectualem virtutem sed deus ut philosophus ibidem
concludit Sicut quod omnis motus inferiorum
corporum quo non sunt movetur primum est motus
celi ita omnium motuum inferiorum mediante
primum est a deo movente sic quod non potest
se ad gratiam preparare nec aliquid boni
facere nisi per divinum auxilium Ad primum
ergo dicendum quod per hoc quod homo est se ad
preparare per liberum arbitrium non excluditur necessitas
divini auxilii sicut nec per hoc quod ignis
calefacit excluditur necessitas celestis motus
Ad 2m dicendum quod deus movet omnia secundum
modum eorum Et ideo divina motio a quibusdam
participatur cum necessitate a natura autem rationali
cum libertate propter hoc quod virtus rationalis
est se ad opposita et ideo si deus movet
mentem humanam ad bonum quod cum homo potest huic
motioni resistere etc ex parte dei est quod homo
se ad gratiam preparet sed quod gratia careat
non habet causam a deo sed ab homine secundum illud
Osee xiii Perditio tua ex te Israel tantummodo ex me
auxilium tuum Ad 3m dicendum quod licet
peccatum non sit a deo tamen desperatio or-
dinatur ad hoc quod sit alicui salutis occasio

Ad 3m sic proceditur videtur quod primus **viii**
homo in statu innocentie non di-
lexerat deum super omnia et plus quam se
ipsum Diligere enim deum est magis
meritorium sed primus homo in statu illo
non habuit unde posset proficere pro meritis

ut in peccatum de 2a summa ergo primus
homo in statu illo non dilexit deum
super omnia Preterea diligere deum est
maioris preparationis mentis humane ad gratiam
consequendam Primus autem homo primitus in
statu illo gratiam non habuisse sed
sola naturalia ergo non dilexit deum
plus quam se ipsum et super omnia Preterea natura
in se recurva est quia omnia que amat
retorquet ad se secundum proprium unumquodque
esse et illud magis ergo naturali dilec-
tione plus diligebat se ipsum quam deum
ergo non diligebat deum super omnia
Sed contra Si non diligebat deum plus
quam se ipsum aut ergo minus se aut equaliter
sibi Et utrumque non sequeretur quod se ipso
homo frueretur quod non se conferret in
deum sicut in finem autem se ipsum induceret perver-
sitatem peccati ut Augustinus docet ergo
primus homo in statu innocentie iam
p[ro]lapsus per peccatum quod est impossibile ergo
quod diligeret deum super omnia Respondeo
dicendum quod secundum homo fuit factus in gratia
ut ex verbis Augustini et Basilii habetur potest
contingere etiam licet non sit certum est enim
quod existens in gratia per caritatem diligeret
deum super se ipsum Sed quod possibile fuit deo
quod hominem faceret et puris naturalibus
utile est considerare ad quantum se dilectio
naturalis extendere posset Respondendum
ergo quod homo vel angelus in puris naturalibus
existens diligeret deum plus quam se ipsum
naturali dilectione secundum amorem concupiscentie
qua scilicet bonum divinum magis sibi desiderat
tanquam aliorum et suavium Sed secundum amorem
amicitie naturaliter homo diligeret plus se ipsum
quam deum Est enim amor concupiscentie quo
dicimur amare illud quo volumus uti
vel frui sicut vinum vel aliud huiusmodi
Amor enim amicitie est quo dicimur
amare amicum cui bonum volumus
Sed ista positio stare non potest dilectio
enim naturalis est quedam naturalis inclinatio
indita nature a deo Nichil autem
naturale est perversum Impossibile est ergo
quod aliqua naturalis inclinatio vel dilectio
sit perversa Perversa autem dilectio est
si aliquis dilectione amicitie diligat
plus se quam deum non potest ergo esse talis
dilectio naturalis Dicendum est ergo quod diligere

Bona dei providentia voluntati quantum sit extrinseca
ut exhortationes ad bonum predicationes etc que aliquibus
proveniunt et prece voluntate bona Ea vero sunt intrinseca
ut inspirationes cogitationes vane et sancte affectiones virtutes etc
que liberum consentit homini deo prestitas et
hoc sunt simul tempore cum bona voluntate sed prius natura
ut habetur 2 di 26

i

deum super omnia plus quam se ipsum
est naturale non solum angelo et homini
sed eciam cuilibet creature secundum quod potest
amare aut sensibiliter aut naturaliter. Incli-
naciones enim ~~[deleted]~~ naturales maxime
cognosci possunt in hiis que naturaliter aguntur
absque voluntatis deliberacione. Sic enim agitur
unumquodque in natura sicut aptum natum est
agi. Videmus enim quod unaqueque pars
naturali quadam inclinacione inclinatur et operatur
aptum bonum tocius eciam cum periculo aut
detrimento proprio, utputa ad aliquem manus
exponit gladio ad defensionem capitis
ex quo dependet salus tocius corporis.
Unde naturale est ut quelibet pars suo modo plus
amet totum quam se ipsam. Unde et secundum
hanc naturalem inclinacionem et secundum pol-
liticam virtutem bonus civis periculo
mortis se exponit pro bono communi. Ma-
nifestum est autem quod deus est bonum commune tocius
universi et omnium partium eius. Unde
quelibet creatura suo modo plus amat deum
quam se ipsam. Insensibilia quidem naturaliter, bruta
vero sensitive, creatura vero racionalis
intellectiva amore qui dileccio dicitur.
Ad primum ergo dicendum quod diligere deum ut
est principium tocius esse ad naturalem dileccionem
pertinet. Sed diligere deum prout est
obiectum beatitudinis est gratuite dileccionis
in qua meritum consistit. Nec tamen necesse
est ut in hoc sustineamus sentenciam
magistrorum dicencium quod homo in primo statu
non habuit graciam per quam mereri posset.
Ad secundum dicendum quod naturalis dileccio qua
deus naturaliter super omnia diligitur potest aliquo
magis et minus vitiari(?) et que in se fuerit
tunc est sufficiens preparacio ad graciam habendam.
Ad tercium dicendum quod inclinacio rei naturalis
est ad duo, scilicet ad moveri et ad agere.
Illa autem inclinacio nature que est ad mo-
veri in se ipsa contraria est, sicut ignis mo-
tus sursum propter sui conservacionem. Sed illa
inclinacio nature que est ad agere non est
contraria in se ipsa. Nec enim ignis agit
ad generandum ignem propter se ipsum sed propter
bonum generati quod est forma eius et ulterius
propter bonum quod est conservacio speciei. Unde
patet quod non est verum quod omnis dileccio

naturalis sit in se recurva.

Deinde querebatur de hiis que pertinent
ad bonum gracie. Et primo de hiis
que pertinent ad ipsum bonum gracie. Secundo de hiis
contra est quod boecius dicit in libro de trinitate
quod sola relatio in divinis multiplicat
trinitatem. Et anselmus dicit de processione
spiritus sancti, ubi solum distinguuntur per re-
lationes ubi occurrit relationis oppositio.
Sed filius non opponitur relatione spiritui sancto
secundum filiationem. Ergo filius non distinguitur
filiatione a spiritu sancto sed solum a patre.
Respondeo dicendum quod hoc modo se habent proprietates
personales in divinis ad distinctionem personarum
sicut se habent in rebus naturalibus forme
substantiales ad distinguendum species rerum. Sed
hoc quod a creaturis exit ad deum
assumitur non omnia similia. In rebus
autem naturalibus distinguitur aliquid per formam
suam ab alio duplici modo. Uno modo secundum diversitatem
oppositionis forme ad formam. Et hoc
modo distinguitur una species rerum naturalium
ab omnibus speciebus sui generis que habent
formas oppositas secundum quod genus dividitur
oppositis differentiis. Sicut zaphirus distinguitur
sua forma ab omnibus aliis speciebus et
generibus lapidum. Alio modo distinguuntur
res naturales per suam formam habitam
et non habitam. Et hoc modo quod habet aliquam
formam naturalem distinguitur ab omnibus
non habentibus illam formam. Sicut zaphirus
per suam formam naturalem non solum ab
aliis generibus lapidum sed a [illegible]
[illegible] et platanis distinguitur. Sic
ergo dicendum est quod filius sua filiatione
distinguitur quidem a patre per oppositionem
relationis filiationis ad paternitatem. Sed
a spiritu sancto distinguitur filiatione
per hoc quod spiritus sanctus non habet

filiacio quia lz filius Et p hoc
pz responsio ad obiecta viii

De eiusde qstio e de filio quantu
ad natura assumpta Circa hc
questio est Utrum sit unus et idem corpus
xpi affixum cruci et iacens in sepulcro
Et videtur quod non quia quod dicitur preter
dictum idem Sz corpus xi suspensum
in cruce et iacens in sepulcro dicitur
egrotus
esse eorum quo dicitur mortuum et vivum
ipse ergo non e unum et idem Sz
corpus xpi iacens in sepulcro et sus-
pensum in cruce e unum et idem suppositum
sive ypostasis Diuina ypostasis
ut deinceps nunqua separata e ab eius corpore
ergo corpus xpi est unum et idem
appensum cruci et iacens in sepulcro

Respondeo quod circa hoc eiusde fuit due
dampnate heresis Una est
arrianorum qui ponunt xpm
aiam non habuisse sz verbum fuisse in corpe
loco aie propter quod posuerunt quod verbum
separatum e in morte a corpe sic materia
pz in quodam sermone arrianorum quem
Aug. disputat Alia vero heresis
gallonicarum que fuit in uii synodo
condempnata quia ad ponunt unionem
quia ex diuine et humane posuerunt
illa unita simpliciter incorrupcibile et ita
posuerunt corpus xi simpliciter incorruptum
quod non solum putrefactio in corruptio
qd fides katholica tz quod in ps. Non
dabis sanctum tuum videre corruptionem Sz
est corrupcio quia spiritus ad resurrectione
ut pz per damascenum libro uo Hec ergo
ad excludendum primum heresim oportet
nos ponere ydemptitatem supposita
in corpe xpi appenso cruci et
posito in sepulcro Ad excludendum
vero 2am heresim oz nos ponere unum
dictum mortis et vite Sz quia prima
unitas maior e quam 2a dicitur
Dicendum est quod est idem unum corpus xpi
appensum cruci et iacens in sepulcro

ad p^m

Ad primum ergo dicendum quod racio non tz in
corpe xpi propter unitatem ypostasis

De eiusde questio e ix
de rebus creatis Et primo
de generacione 2o de generacione sacramenti 3o
de actibus creatis Circa primum querebatur
Utrum deus semper faciat nova generacionem Et
videtur quod sic Augustinus enim unius super Gen
inchoantur
ad litteram comparat in gubernacione rerum illuminacionem
Sed nunquam aer preter lucem non factum
e lucidus quia hoc fit quia si factus
esset non fieret Sz est absente luce
lucidus manet sic homo deo preter
sibi illuminatur Absente ad quinque
tenebratur aquo non locorum intervallis
sz voluntatis aversione discedit Sed
sol semper facit novum lumen in aere ergo
deus semper facit novam generacionem in anima Sz
cum nobilioris creature nobilius
e esse Sz generacio nobilissima creatura
e quia e perfectio nature totaliter creature
ergo eius esse e nobilius Et ergo non
solum durat in momento et ita non
facit deus semper novam generacionem Respondeo

¶

quod duplex e actio quedam que fit ad motu
Et talis actio semper e cum innovacione
quia semper in motu aliquid fit et aliquid
desinit Et in quantum accedit ad terminum
et recedit ab uno Et generaliter hec est
phisicus in viii phisicorum quod in omni motu
e quodammodo fieri et corrumpi Alia
actio e que e sine motu per simplicem
generacionem forme inquantum sz agens
sua similitudinem in punct respectum
disposito Et talis in procreacione quidem est ad
innovacionem solum quia de novo recipitur
forma in subiecto Sz conservacio ipsius
actionis sic nullum lz motum adiuncte
sz simplicem influxum sive continuacionem
ita est lz nulla innovacionem Et hoc
modo conservatur generacio in anima a deo Unde
quamdiu durat generacio in anima deus
anima operatur continue cum non tamen ita quod
semper faciat novam generacionem et quod singulis
momentis genus corrumpatur Sz quia
eadem generacio quia subiecto insidet semper
operatur in anima suas operaciones Eodem quidem
diffinitione e ad nobilium non valentibus
ab similitudinem operationes sunt ab actibus
in sub in motu in quibus aliquid novum
in novatur ut dictum est Ad primum

ad p^m

go dicendum quod lux semper sit in aere quam
actione solis illuminantis conservatur
non quod iterum fiat aliud lux

Deinde quesitum est de sacramentis
gratie. Et primo de sacramento pe-
nitentie utrum per absolutionem sac-
erdotis remittatur culpa. Secundo de
sacramento matrimoniali utrum vir possit
accipere aliam si tenetur de ignorantia
utrumque non volentes verum sequi

Ad primum sic proceditur. Et
videtur quod per absolutionem sa-
cerdotis culpa remittatur. Dicit
enim Hugo de sancto Victore in libro
de sacramentis quod sententiam petri sequitur
sententia celi. Sed sententia celi est de remis-
sione culpe. ergo remissio culpe sequitur
per sententiam petri que est sacerdotis absol-
uentis. Preterea sacramenta sunt medicine
contra peccatum. Sed per medicinam sanantur
vulnera vel egritudines. ergo egritudo
vel vulnus peccati sanatur per sacramentum
penitentie. Sed sacramentum penitentie
consistit in hoc quod sacerdos dicat
Ego te absoluo etc. sicut sacramentum
baptismi in hoc quod dicat Ego
baptiso te. ergo per absolutionem sac-
erdotis dimittitur culpa. Sed contra est
quod per solam contritionem dimittitur peccatum
secundum psalmum Dixi confitebor adversum
me iniustitiam domino et tu remisisti
impietatem peccati mei. Sed contritio
precedit absolutionem sacerdotis quia sacer-
dos non debet aliquem absolvere nisi contritum
eum contritum. ergo remissio culpe precedit
absolutionem sacerdotis. Non ergo per abso-
lutionem sacerdotis remittitur culpa. Respondeo
dicendum quod sacramenta dupliciter operantur. Uno modo
secundum quod exhibentur in actu. Alio modo
quod habentur in voto et hoc eo quia
sacramenta operantur ut instrumenta divine
misericordie seu virtutis iustificationis
dei que est in receptione hominis. Et ad hoc
commentum (?) secundum illud psalmi legitur xvi homo
videt ea que foris sunt patent. Deus
autem intuetur cor. Et ideo omnibus rebus
non valentibus non agentibus nec principaliter adhibere
sacramenta tamen cum agunt secundum quod sunt in
voto. Sed plenius sacramentalem effectum

inducunt quando actu exhibentur sicut patet
in baptismo non catheciumini si sit
adultus et habeat baptismum in voto
tamen consequitur effectum baptismi quantum
ad emundationem a peccato et consecutionem
gratie qui est principalis effectus dei. Sed
quando actu suscipit consequitur plenius
quosdam sacramentales effectus quia suscipit
caracterem et remissionem totius pene.
Et quibus tamen est et pueris non habent
baptismum in voto quam actu habituri
erunt sed propterea patet in pueris sumit
recipit per baptismum gratiam et remittere
penam et aliud sacramenti effectum.
Et hoc contingeret in adulto si similiter
eum baptisaret voto baptismi
incipit habere. Et idem est in sacramento pe-
nitentie quod in dispensatione ministri absolutionis
consistit. Et eum aliquis actu absolvitur
consequitur sacramentalis effectum plenarie. Sed
si antequam absolvatur habeat tamen sacramentum
in voto quando scilicet proponit se subicere
clavibus ecclesie eadem virtus clavium
operatur in eo et consequitur remissionem
culpe. Et quod tamen in absolutione recipiat
contritionem et clavibus ecclesie habere in voto
in ipsa absolutione sacerdotis culpa dimit-
titur ei per gratiam que infunditur in hoc
sacramento et aliis sacramentis nove legis.
Unde quandoque contingit quod aliquis non perfecte
quasi vel contriti virtute clavium gratiam
contritionis consequitur dummodo non ponat
se subicere sponte sancto et idem est in aliis
sacramentis nove legis in quibus gratia confertur.
Unde tamen est dicendum in baptismo et
penitentia sicut hoc quod sacramentum penitentie
per adultis adhibetur in quibus ut
plurimum contritio precedit tempore confessionem
et absolutionem. Baptismus autem multotiens
confertur pueris in quibus votum baptismi
non precedit. Quod adhuc apud sollempnem
baptismum exhibetur adultis. Ad primum
ergo dicendum quod verbum Hugonis non est intelli-
gendum quod sententia petri in sacerdote ab-
soluente precedit tempore sententiam celi in de-
remittendo culpam. Sed quia sententia petri
apparebat. Ad secundum dicendum quod medicina

¶

ad 2m

ad primum

ad 2m

sacramentales non solum opatur actu
adhibita sed etiam in proposito existens
Et ideo quicumque sanans voluerit sacramentaliter absolucionem et operacionem Ad secundum
dicendum quod numquam potest esse contricio vera sine
voto clauium ecclesie quantumcumque sit
dolor de peccato preterito et proposito ab
stinendi in futuro et ideo in voluntate
culpa remittitur

XI

Ad tercium sic proceditur videtur quod vir
possit accipere curam ad sus
tentandum ultra mare nolente vxore
si de eius iustitia timeatur Nemo enim
homo pretermittere propriam salutem propter salutem
alienam Sed homo priuat salutem propria
per hoc quod curam suscipit consequentem plenam
remissionem peccatorum ergo non debet hoc pretermittere
ut prouideat saluti vxoris
Sed contra est quod augustinus dicit Si abstinens
sit vxore volente tribuis ei fornicandi licenciam et peccatum illius
tue imputabitur abstinencie Sed acci
piendo curam impeditur a reddicione
debiti ergo videtur quod peccatum vxoris
si non contineat viro imputabitur Respondeo dicendum
quod ea que sunt necessaria non sunt pretermittenda
propter ea que sunt supererogationis Vnde etiam
dominus mathei xv reprehendit phariseos
qui dicebant pretermitte mandatum de
honoracione parentum ut aliqui oblationes
voluntarie offerrentur Ex necessitate autem
viro iniungitur ut gerat curam vxoris
quia caput mulieris est vir ut dicitur i corin
xi Sed quod accipiat curam ad sustentandum
subiacet proprie voluntati Vnde si vxor sit
talis quod sequi non possit propter aliquod
legittimum impedimentum et de eius continencia
timeatur non est ei consulendum ut accipiat
curam et dimittat vxorem Secus autem
est si vxor continere voluntate promittat
et velit et possit sequi virum suum
Ad primum ergo dicendum quod hoc etiam ad salutem
viri propriam pertinet ut gerat curam de
salute vxoris que viri regimini committitur

Deinde considerandum est
de actibus humanis Et primo
de actibus pertinentibus ad platos Secundo de
actibus qui possunt pertinere ad omnes Pertinent autem ad platos precipere pape et dis
pensare et cumuniare rebellantes

preceptis et beneficia ecclesiastica conferre
Vnde circa primum queruntur quattuor Primo de
obediencia ad precepta platorum Secundo
religiosus teneatur obedire suo plato
precipienti ei in virtute sancte obediencie
ut reuelet ei crimen occultum
fratris Tercio circa dispensacionem utrum
papa possit dispensare in biga
mia Quarto circa cumunicacionem utrum
aliquis teneatur vitare illos de
quorum excommunicacione est incertus utrum
est diuersa sententia quibusdam dicentibus
eos esse excommunicatos et aliis non esse
Quinto circa collacionem beneficiorum utrum
platus ecclesie liceat possit dare
beneficium consanguineo suo ydoneo
extraneo si quis sit scientia in aliquo tamen ei aliquis
magis ydoneus

XII

Ad primum sic proceditur videtur quod
subditus non teneatur obe
dire plato precipienti reuelacionem criminis
occulti Nullus enim tenetur obedire
in hoc quod non subditur eius iudicio Sed
occulta non subduntur iudicio humano
sed soli iudicio diuino ergo circa reuela
cionem eorum non tenetur obedire plato
suo precipienti Sed contra est quod platus
in casu religiosorum potest precipere id
de quo iudex secularis vel ecclesias
ticus potest exigere iuramentum Sed tales possunt
exigere iuramentum ab aliquo ut reuelet
que scit de aliquo occulto ut dicitur
in decretali de purgacionibus ergo pari
racione platus in casu potest religioso
precipere in virtute sancte obediencie ut quod
scit dicat ei de aliquo crimine occulto
Respondeo dicendum quod peccatum duplex potest esse occultum
Vno modo sic uel ita scilicet quod ad multorum
noticiam nullo modo peruenit Et tale
peccatum occultum soli sciencii noceret
Et ideo qui tale peccatum occultum fratris
scit solum hoc debet attendere ut fratris
peccantis saluti prouideat Vnde constitutus
est a domino ordo correctionis fraternalis
primo quidem ut corripiat aliquis fratrem
occulte peccantem inter se et ipsum solum
postmodum adhibeat duos vel tres
testes et tunc tandem si non corri
gitur dicat ecclesie Vnde quicumque ordine

si prelatus preciperet ut petrus frater occultum diceret ei non est sibi obediendum et ipse peccat precipiendo quia oportet deo magis quam hominibus obedire. Si autem petrus frater non sit adeo occultum quin per aliquos suspicatus in multitudinis notitiam veniat unde multorum scandalum oriatur eo quod petrus non servat mores illius sed multis. Sed quia bonum multitudinis prefertur bono unius adeo prelatus debet desistere ut tale de facto ut scandalum multitudinis fiat vel frequens peccatis vel peius confessorum. Et ideo in tali casu potest precipere scilicet cum frater qui malum tacet. Et in casu precipere tenetur prelato obedire. Sic enim ad illud omnino non sit occultum etiam pertinet ad iudicium prelati. Et in hac causa loquitur decretalis non autem in primo dicto. Jam responsio ad obiecta.

Ad secundum sic proceditur. xiii

Videtur quod papa non possit dispensare in bigamie irregularitate. Non potest enim ab homine dispensari in hiis que sunt divinitus instituta ut per Bernardum in libro de dispensatione et precepto. Sed doctrina apostoli in qua continetur quod bigamus non promoveatur ut patet i ad Thimotheum iii^o et ad Titum i^o est divinitus promulgata secundum illud apostoli ii ad Thimotheum ultimo An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus. Ergo papa non potest dispensare cum bigamis. Sed contra est quod in decretis dicitur dis. [illegible] quod papa cum quibusdam bigamis dispensavit. Respondeo dicendum quod papa habet plenitudinem potestatis in ecclesia ita scilicet quod quecumque sunt instituta per ecclesiam vel ecclesie prelatos sunt dispensabilia a papa. Hec enim sunt que dicuntur iuris humani vel iuris positivi. Circa ea vero que sunt iuris divini vel iuris naturalis dispensare non potest quia ista habent efficaciam ex institutione divina. Ius autem divinum est quod pertinet ad legem novam vel veterem. Sunt autem tria de iure divino propria utraque lex. Lex vetus determinabat multa in preceptis

ceremonialibus pertinentibus ad cultum dei quantum ad precepta iudicialibus pertinentibus ad iustitiam inter homines conservandam. Sed lex nova que est lex libertatis huiusmodi determinationes non habet sed est contenta preceptis moralibus vel legis naturalis et articulis fidei et sacramentis gratie. Unde et dicitur lex fidei et lex gratie propter determinationem articulorum fidei et efficaciam sacramentorum. Circa vero que pertinent ad determinationem humanorum iudiciorum vel ad determinationem divini cultus libere permisit Christus qui est nove legis lator prelatis ecclesie et principibus christiani populi determinanda. Unde determinationes huiusmodi pertinent ad ius humanum in quo papa potest dispensare. Illa vero solum hominis que sunt de lege nature et in articulis fidei et sacramentis nove legis dispensare non potest. Hoc enim non esset posse sed contra veritatem deficere. Manifestum est autem quod bigamus non promoveri neque est de lege nature neque pertinet ad articulos fidei neque etiam est de integritate sacramenti quod patet ex hoc quod si bigamus ordinetur recipit ordinis sacramentum sed hoc pertinet ad quandam determinationem divini cultus. Unde circa hoc papa dispensare potest licet dispensare non debeat nisi ex magna et evidenti causa. Sicut etiam dispensare posset circa hoc quod aliquis sacerdos non indutus vestibus sacris consecraret corpus Christi. Et eadem ratio est de omnibus aliis huiusmodi que ex institutione humana processerunt. Ad primum ergo dicendum quod apostolus in doctrina sua dupliciter aliquid proponit. Quandoque sicut promulgans ius divinum sicut illud quod habetur Galatas v^to Si circumcidamini Christus vobis nihil proderit et multa alia huiusmodi et in hoc papa non potest dispensare. Quandoque vero sicut auctoritate aliquid statuens ut ipse dicit i Chorinthiorum xi^o Cetera cum venero disponam. Et infra xvi^o mandavit ut collecte que fiunt

[Marginal notes: "et dispensare"; "ad p^m"]

in scolis per unam sabbati fiat quod pertinet
ad meum officium. Et sic est dicendum de bi-
gamis non promovendis quia non est in meo
dominio. Sed institutum auctoritatis humane dimittitur
hominibus committere. XIIII

Ad XIIII sic proceditur. Videtur quod
non debeat vitari ille excommunicatus
quorum excommunicationes sunt incerte. Contra
opinionem. Item secundum iura episcopus non
potest auferre beneficium quod clerico contulit
sine culpa. Sed non minus debetur communio
fidelibus quam fideli quam beneficium
clerico vel ab episcopo collatum. Ergo communio
fidelibus est aliquid subtrahenda
sine culpa. Sed quando dubitatur an ea
subsit ... debet ... ad beneficium
ad interpretandum in meliorem partem. Ergo
ex quo dubitatur de excommunicatione alicuius
magis debet aliquis pro hoc sentire quod non sit
excommunicatus et ita non debet eos vitare.
Sed contra est quod si aliquis percussus in bello
moriatur si ignoratur quis eum percussit propter
dubium quilibet qui in bello interfuit
irregularis est secundum iura. Ergo a simili
quod ex quo dubium est de aliquibus an
sint excommunicati quod propter ...
tutelam sint vitandi. Respondeo dicendum quod du-
bitatio de excommunicatione aliquorum
aut procedit sententiam iudicis aut sequitur.
Si procedit puta quia non dum est declaratum
per sententiam iudicis aliquos esse excommunicatos
non sunt vitandi quousque eos iudex
... In hoc enim casu verum est
quod in meliorem partem sunt interpretanda ...
debemus interpretari. Unde deuteronomii
xvii. dicitur: Si difficile et ambiguum
apud te iudicium perspexeris et iudicum
inter portas tuas videbis verba
variari, venies ad sacerdotes et iudicem
... quereris quod ab eis et sequeris
quodcumque dixerint. Sed si aliquis
oritur propter ... iudicium ...
magis standum est sine iudicio ...
... Propter quod iudices sollicite
considerare debent negotia plenius
... vite ... si sit minus
... quam alii quod ... et ...
... constituunt. Respondeo quod hoc est
in magis ... validus ... si

sunt iudices non sunt ... Sed quia
suo libito vellet sine aliquo
facere vel negare quod sic litigan-
tium ... Et ideo in tali casu
magis est standum sine iudicio nisi
forte sit per appellationem suspensa.
Et per hoc patet responsio ad obiecta. XV

Ad XV sic proceditur. Videtur
quod prelatus ecclesie non possit
ecclesie curam committere suo consanguin-
eo ydoneo. Pater enim ... melius
pater enim sue filie committit sponsum
et sponsus sue sponse committit fide-
lissimam custodiam ... posse. Sed a
prelatus ad ecclesiam sibi ... commissam
vel sicut pater ad filiam vel sicut sponsus
ad sponsam. Ergo debet ei ... personam
ydoneam providere quam ... meliorem potest.
Sed contra est quod magis fuit ydo-
neus et tamen consanguineus Christi erat
secundum carnem prefuit ei Petrus in regimine
ecclesie. Ergo ... si prelatus habet consanguin-
eum eque ydoneum non debet ei magis
providere in ecclesia quam alio eque
ydoneo multo ergo minus si sit minus
ydoneus. Sed contra est quod secundum ordinem
caritatis ... plus debet diligere et
magis ... Sed hos quos
magis ... debet magis
providere ... eorum ...
... ex bona dispensatione ecclesie
... administratio. Videtur
quod prelatus magis debet suis ... ex-
... providere. Et sic si sint minus
ydonei. Respondeo dicendum quod aliud est
de consanguineis prelati eque ydoneis et
aliud de minus ydoneis. Si enim sit eque
ydoneus potest prelatus suum consanguineum
preferre vel forte ex hoc scandalum
oriatur ut alios ...
probabiliter recipiat ut si alii prelati
hoc exemplo inducerentur ad dandum
suis consanguineis minus ydoneis et
minus dignis. Et ideo qui ...
utilitati ecclesie ... eque ydoneo
providerit licet ... carnali ...
amore ... satisfacere quod non est contra
caritati sed magis caritatem informat.

Et hec facit. Genesis xlvii° pharao
dixit ad joseph de fratribus suis
Si nosti in eis industriosos constitue
magistros ex eis pecorum meorum. Si
vero sit unus ydoneus consanguineus
prelati non dicitur eum preficere ad curam
ecclesie preposito meliori duplici
ratione. Primo quia hic videtur esse
in fidelitate que in bono dispen-
satore dei requiritur. Non enim faciet
fideliter negocium alicuius domini
qui possit rem eius meliorare
Secundo hic permitteret ut suus consan-
guineus satisfaceret. Secundo quia hic videtur
ad personarum acceptionem pertinere quod
consistit in hoc quod aliquis attendit
pro causa conditionem persone que non facit
ad negocium sed si daret aliquis
fratri aliquid quia dives est et non
quia iusticiam habet que est conditio faciens
ad negocium. Esse autem consanguineum
non est aliqua conditio pertinens ad curam
ecclesie quam non obtinet inde sequitur
secundum dictos nimirum(?). Esset autem conditio
faciens ad negocium etiam dispensa-
tionem provincialium bonorum. Unde
si quis de pertinentibus bonis magis
provideat suo consanguineo magis ydoneo
non est acceptio personarum. Sed si vero
consanguineus provideat de pertinentiis
christi crucifixi non caret vicio accep-
tionis personarum. Unde ad modum Augustinus
dicit in [illegible] fidelibus dispensandis
exponens id quod habetur Jacobi ii° Nolite
in personarum acceptione habere fidem
domini nostri ihesu christi gloriae etc dicat
et habetur viii questio i. Ex neque ex alia
tribu a moyse eligitur ut significaret
principatum in populo non consanguineis
deferendum esse sed utile ac magis plurimos(?)
habere beneficio(?) futuros et non quod(?)
eos in ecclesia voluptuatis eligere quos
plus commendat ecclesie prodesse et
preesse sed quos vel ipse amat vel quorum
obsequiis sunt deliniti

Deinde considerandum est de actibus qui
pertinent ad eos homines(?) pertinentes
Et primo de actibus pertinentibus ad virtutem
intellectivam sive intellectiva. Secundo de actibus
pertinentibus ad virtutes appetitivas. Circa
primum questiones sunt tria. Primo utrum aliquis
possit appetere scientias magicas. Secundo utrum (notat) conveni-
cabile(?) quod scire est unum quam est unum(?)
Tertio utrum magis determinando questiones
theologicas magis debet uti ratione
vel auctoritate

xvi

Ad primum sic proceditur. Videtur quod
homo sine peccato possit appetere
scire scientias magicas. Non enim est peccatum
scire vel appetere per quod ponitur intellectus
hominis in operatione. Sed per quamlibet scientiam intellectus
hominis ponitur in opere quod unum est bonum
intellectus ut dicitur in vi° ethicorum. Causa autem est
verum. Ergo homo potest licite appetere quamlibet
scientiam et ita sine peccato homo appeteret
scientias magicas. Sed contra prohibitio
de illo est non de illicito. Sed scientie
magice sunt prohibite ergo illicitum
est appetere eas scire. Respondeo dicendum
quod actus humanus potest dici bonus dupliciter
Uno modo ex genere. Alio modo ex circumstantiis
Ex genere quidem dicitur actus bonus ex eo
quod actus talis cadit super debitam
materiam. Debita autem materia appetitus
est bonum. Unde appetere quodcumque bonum
est bonum ex genere. Sed omnis scientia sive
quecumque cognitio bonum aliquod est
Unde Augustinus dicit in [illegible] nihil in est(?)
non habet(?) earum(?) scientiam tam bonorum quam
malorum. Unde appetere quamcumque scientiam
vel notitiam quarumcumque rerum sive
bonorum sive malorum est bonum in genere
Sed bene secundum diversas circumstantias ad
determinatas potest esse bonum vel malum ut
patet hic dicens(?) dicit [illegible]
sumus. Ita si aliquis appetit scire
scientias magicas ut eis utatur
est malum. Si autem appetit eas scire
ut eas confutet et reprobat sic est
bonum et licitum. Similiter est ex condi-
tione personarum prout hic dicimus(?)
vel est eximio appetendi. Si enim
sic appetat aliquis scire huiusmodi
scientias ut earum notitia preferat aliis
utilibus rebus inordinatus est appe-
titus. Et similiter si sit talis persona

ad quam non pertinet hoc scire inor-
dinate hoc appetit. Ad primum ergo dicendum
quod dicit scientia potest intellectui aliquo
bono sive optimo quia quod est verum
est quoddam bonum intellectus. Sed non dicit
scientia potest intellectui esse optimum sed
illa sola quae est circa primam veritatem.
Nec etiam verum est quod magicae artes
sint scientiae sed potius [illegible] fabulae
demonum. Ad secundum dicendum quod hae ar-
tes sunt prohibitae quantum ad suum
usum. Si non prohiberentur alicui
vel earum studium propter earum periculum
utendi tunc esset malum quod prohibetur.

Ad secundum sic proceditur. Videtur XVII
quod non omne enuntiabile quod semel
est verum semper sit verum. Si enim hoc esset
verum in aliis enuntiabilibus pari ratione
hoc esset verum de futuris. Sed in ipsis hoc
non est verum quia ut philosophus in 1o perihermeneias
[illegible] aliquis incedet non incedet
ergo non omne enuntiabile quod semel est
verum semper futurum esse verum. Praeterea si partes
sunt eaedem et totum est idem. Sed partes
enuntiabilis sunt subiectum et praedicatum et
compositio. Ergo idem est enuntiabile continue
eodem subiecto praedicato et compositione. Sed
tali continue eodem enuntiabili contingit
quod sit quandoque verum quandoque falsum sicut hoc
enuntiabile Sortes sedet est verum Sorte
sedente et falsum eo non sedente. Praeterea
secundum philosophum in praedicamentis ex eo quod res est
vel non est oratio est vera vel falsa.
Ergo enuntiabile quod semel est verum non
semper est verum. Sed contra in 1a enun-
tiabilia Sortem esse, Sortem et ipse et Sortem
fore [illegible] non differunt nisi secundum diversa
consignificationes temporis. Sed diversa consignificatio
non tollit ydemptitatem nominis. Quod
cum non dicatur esse [illegible] et futurum
et [illegible] ergo etiam praedicta [illegible]
[illegible] secundum verum enuntiabile. Sed si verum
erit semel est verum [illegible] quod aliquid
[illegible] sit verum quia si est verum quod Sortes
est [illegible] verum quod Sortes erit et
[illegible] verum quod Sortes cucurrit. Ergo si
enuntiabile aliquid semel est verum semper erit verum.

Respondeo dicendum quod hoc dubitatio [illegible]
in hoc consistit utrum scilicet utrum sit idem
enuntiabile quod est de praesenti de praeterito
et de futuro. Si enim hoc sit verum
quod erit quod enuntiabile semel verum
semper est verum. Nisi forte hoc aliquando
dubitationem [illegible] possit circa enuntiabile
de futuro contingenti. Sed hoc est alterius
inquisitionis. Si vero sint diversa
enuntiabilia de praesenti de praeterito et fu-
turo. Est autem idem enuntiabile quod est
de praesenti quolibet [illegible] se habeat
[illegible] quod idem enuntiabile quandoque
est verum quandoque est falsum. Sicut philosophus
dicit in praedicamentis quod eadem opinio et oratio
quandoque vera est quandoque falsa. Ad aliud
[illegible] sciendum est secundum philosophum in primo
perihermeneias [illegible]
[illegible] voces sunt signa conceptuum intellectus
[illegible] sunt rerum similitudines [illegible]
est autem quod unitas vocis sive vel
diversitas non dependeat ex unitate et
diversitate rei secundum se. Aliter enim non esset
aliquod nomen aequivocum. Similiter hic enim si
sint diversae res tamen sunt diversa nomina
sed non ad nomen oportet ergo quod unitas
vel diversitas vocis secundum se sive [illegible]
sive [illegible] [illegible] ex unitate vel diver-
sitate vocis in intellectu quod vox unde sit
vox est signum et significat. Sed 3m est
significatum tamen sicut res. Propter ergo non [illegible]
enuntiabile est [illegible] et aliud vel propter
diversitatem vocis tamen sicut in synony-
mis in quibus est diversa vox sed
idem significat. Vel etiam diversitate vocis
propter diversitatem intellectus sive [illegible]
Sive propter diversitatem rei intellectae sive
propter diversitatem modi intelligendi. Et hoc
[illegible] quandoque est diversitas [illegible] quae
sequitur diversum modum intelligendi unum et
eundem [illegible]. Et propter hoc apparet
[illegible] quod ipse consequenter operatur intellectus
humani componit et dividit [illegible]
d[illegible]. Et ideo dicendum quod non est idem enunti-
abile Sortes sedet sedisse et Sortes sessurum
esse. Sed sorte sedente est idem enuntiabile
[illegible] vox et idem modus [illegible]. Et ideo

pz q̄ … ē cointua^le quaqz p̄t
ee vñi et quaqz sequitur vnde s̄ti
duo gaudia ad 3^m dicendum q̄ dilectio
fr̄ tollit nobis indepti^tē ipsius
q̄ obliq̄ s̄m plenum no sūt nova
Sed tn̄ v^m n̄o y̅ no sumpt s̄
i q̄ntu cōueniūt i uno ordine
declinacionis

xviii

Ad 3^m sic proceditur videtur q̄
magis declinantis questiones
theologicas dz magis uti auctoritatibus
q̄ roñibus q̄r · i q̄lz sciā questiones
optime tractant^r p̄ p̄^a pricipia eius sciē
Sz p̄ma pricipia sciē theologie
sūt articuli fidei q̄ nobis p̄ auctoritates
i notescūt ergo magis questiones the
ologice tractande sūt p̄ auctoritates
Sz contra ē q̄d d^r ad Titum po
potens exhortari i doctrina sana
et contradicentes revincere Sz con
tradicentes melius revincūtur roñibus
q̄ auctoritatibus ergo magis dz determinare
questiones p̄ roñes q̄m auctoritates Re
spondeo dicendum q̄ quilibet actus exequendus ē s̄m
q̄ congruit ad suum finem disputatio
aūt ad duplicē finē pt ordinari
Vnde quedam disputacio ordinatur ad
removendum dubitacionem an ita
sit Et i tali disputacione the
ologica maxime utendum ē auctoritatibus
quas recipiunt illi cū quibus
disputandum ē puta si cum iudeis
disputetur oz inducere auctoritates veteris
testamenti Si cū manicheis qui
vetus testamentum no recipiunt oportet
oz solum uti auctoritatibus novi testamenti
Si aūt cū scismaticis q̄ recipiunt
vetus et novum testamentum non aūt
doctrinam nostrorum sanctorum sic sūt greci
oz disputare ex auctoritatibus veteris et
novi testamenti et illorum doctorum
et autorum quorum recipiunt Si
aūt nullam horum oz ad eos convincendos
auctoritatibus et roñibus naturalibus confugere
Quedam vero disputacio ē magistralis
i scolis no ad removendum errorem
Sz ad instruendum auditores ut inducantur

ad intellectum veritatis quam intendit Et
tunc oz roñibus uti investigantibus
veritatis radicem et facientibus scire
quomodo sit verum quod d^r Alioquin si nudis
auctoritatibus magister questionem determinet certificabitur
quidem auditor q̄ ita est s̄z nichil
sciē vel intellectus acquiret s̄z vacuus abs
scedet Et p̄ h^c pz responsio ad obiecta

[De eodem]

De eodem questio est de
rebus pertinentibus ad vitam acti
vam et p̄^o de bonis 2^o de malis
Circa p̄^m querunt duo p̄^mo vtrum
ad martirium aliquis absque perfecta
caritate possit se offerre 2^o vtrum
sustinere martirium pro xp̄o sit sub
precepto

xx

Ad p̄^m sic proceditur videtur q̄
aliquis absque caritate perfecta
possit se martirio offerre q̄r super
id ps̄ · quomodo dilexi mandata tua
super aurum et topasion d^r glo
q̄ minus caritatis plus diligit legem
dei q̄ multa auri et argenti et
ceterorum rerum q̄m omnia temporalia Sz id
quod minus diligimus exponimus p̄ eo
quod magis diligimus ergo omnia temporalia et
et corporalia vitam pt q̄s exponere
p̄ xp̄o q̄ tn̄ minus caritatis Sz cum si
aliquis absque caritate perfecta pt se offerre
martirio ergo pari roñe poterit martirium
sustinere absque caritate perfecta Sz h^c
videtur ee falsum Jo xv maiorem
caritatem nemo h̄z ut animam suam ponat
quis p̄ amicis suis ergo aliquis absque caritate
perfecta no pt se ad martirium offerre
Respondeo dicendum q̄ i operibus virtutum duo sunt
attendenda s̄z id quod fit et modus
faciendi Colligit aūt q̄ eorum scilicet
quod fit s̄m aliquam virtutem perfectum fit
et no solum ab habente virtutem
perfectam s̄z et no habente virtutem Sed
aliquis no habens iusticiam pt facere
aliquod iustum opus Sz si attendamus
ad modum faciendi i^e q̄ no h̄z virtutem
i^e no pt operari sic i^e q̄ h̄z Nec
i^e q̄ h̄z perfecta sic i^e q̄ habet magnam
q̄ operatur facit prompte et delectabiliter
quod no facit ita i^e q̄ caret virtute
uel q̄ parva h̄z Sic ergo dicendum q̄ h̄

Corona est multiplex:
Aureola scilicet premium substantiale
Aureola scilicet premium accidentale quod redditur operi excellenti scilicet martirio, virginitati, predicacioni
Palma scilicet premium accidentale quod non operi nec radici debetur sed voluntati

al' q̄ ita sit sed

m'm in 4o di. 33 | Primus motus est cogitatio vel suggestio
et ultio fim Io. in — Delectatio mulieris et insidens pro tempore indeliberata et non mortale
et 2l di eiusd | Opus completum vel complementum — decretum seu consensus viri i' superioris pro tempore mortale
Bloiatus de peto **III**

opus quod est sic efficax meritorium vel caritas meritorium sufficit pro fine non sola caritas perfecta sed etiam imperfecta. Et quod plus est caritas eius qui caret caritate. Unde ad apost. I Chorin. xiij Si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem autem non habuero nihil sum. Sed caritas perfecta hoc facit prompte et delectabiliter sicut patet in beato laurentio et vincentio qui in tormentis hylariter ascenderunt. hoc autem non potest facere cum imperfecta vel etiam eius qui caritate caret et per hoc patet responsio ad obiecta **xx**

Ad 2m sic procedendum videtur quod pati martirium propter Christum non sit in precepto. Quia tunc videtur quod homo deberet suam animam quam propter corpus ponere ut dicit Greg. ... Unde Ego sum pastor bonus. Sed dimittere oves suas propter Christum non cadit sub precepto sed est sub consilio. Ergo exponere corpus suum martirio non cadit sub precepto. Sed contra est quod Aug. d. xiij de civitate dei. Eligendum est homini mori et famescens ... quam a dei mandatis moveri ne peccatum. Sed id quod nobis est facere. Sed id quod nobis est facere ne peccemus cadit sub precepto. Ergo mors martirii cadit sub precepto. Responsio. Dicendum quod aliquid cadit sub precepto dupliciter uno modo absolute alio secundum ... Cum enim preceptum importat rationem debiti id absolute cadit sub precepto quod est debitum propter aliquid perficiens. Sicut preceptum est de honorando patrem vel de amando deum. Sed quandoque contingit quod id quod facit aliquis est debitum non per se sed per accidens. Unde hoc cadit sub precepto non absolute sed secundum preparationem animi sicut quod homo habeat animum paratum ad faciendum id quod debitum reddere contingit ex accidente. Et hoc modo exponit Aug. ... dictum preceptum Matth. v. Si quis percusserit te in una maxilla prebe ei et aliam. Cum enim sit opus etc. et hoc exiget salus animarum. hoc dicit paratus esse ad hoc faciendum. Et per hunc modum sustinere martirium propter Christum cadit sub precepto quod homo debet habere animum paratum ut prius

permitteret se occidi quam quod Christum negaret aut quod mortaliter peccaret. Et econtra relinquere etiam bona cadit sub precepto. Et ideo dicitur est paratus ad sustinere martirium in gratiam rapinam bonorum quam Christum negare et mortaliter peccare. Et per hoc patet responsio ad obiecta

Deinde quesitum est de actibus humanis venialibus scilicet de primis motibus. Et circa hoc quesita sunt duo primo utrum primi motus sensualitatis sint peccata. 2o utrum in infidelibus sint peccata mortalia **xxi**

Ad primum sic procedendum videtur quod primus motus sensualitatis sit peccatum. Nam dicit Aug. xij de trinitate ... temptatio a carne non potest esse sine peccato sed quandoque primus motus est temptatio a carne ergo primus motus non potest esse sine peccato. Sed contra est quod dicitur ad Romanos vi. ne ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore dicit glossa non prohibet concupiscentiam quam vitari non potest. Sed id quod vitari non potest non est peccatum. Ergo concupiscentia que est primus motus non est peccatum. Responsio. Dicendum quod motus importat inclinationem quandam actionum que quidem inclinatio pertinet ad appetitum. Et a primis actibus. Et est autem triplex appetitus unus quidem naturalis sed talis appetitus movetur ad duas res vel res quasi est ... appetitus repulsiva et retentiva. 2us appetitus est sensualis qui movetur secundum apprehensionem sensus. Tertius appetitus est voluntatis qui movetur secundum iudicium rationis. Peccatum autem quod importat rationem culpe de quo loquimur non potest esse nisi in actu voluntatis sed aliquando in potentia peccatis. Actus autem appetitus naturalis non subiacet imperio rationis sicut nec actus aliarum potentiarum vegetabilium. Unde et tales appetitus non potest consistere culpa sic quod homo esuriat vel sciat absque culpa est et ideo motus est in alio hominis. Sed actus appetitus sensitivi subiacet imperio rationis quam ratio potest ei imperare vel etiam eum impedire. Et ideo talis motus potest habere rationem culpe

Premium — Essentiale — Est quod consistit in visione et fruitione dei et dicitur stole quia est fundatum et consummatum virtutis nostre. Premium et dicitur et a illo peccatis beato perfecte ... duobus bonis et hinc dicitur

Aurea Ingenua nulli stola (?) ... ostendunt est vincenti vires et ad istis

Accidentale — Est quod consistit in gaudio quod habetur de bono creato vel de liberatione ab aliquo malo hinc datur

Aureola — Virgini propter puritatem mentis ... Martiri propter strenuitatem passionis ... Confessori propter claritatem intellectus — palma est quod datur voluntati

Absolute
Sed paratus ai

et si non sequatur iudicium rationis potest esse peccatum mortale. Sed motus exteriorum membrorum imperatur a ratione. Si ergo ad pertineat iudicium rationis et quando peccatum si tendit ad aliquid illicitum. Damnabile in potestate hominis sunt quam habere. Est tamen veniale peccatum et levissimum ut patet per Augustinum xii de trinitate. Et sic dicitur primus motus peccatum. Motum autem superioris appetitus et voluntatis consequens iudicium rationis bene potest esse peccatum mortale. Primum ergo concedo. Ad secundum dico quod concupiscentia non potest vinci sic quod illi concupiscentiae motus insurgat quia dum resistitur uni insurgit alius, posset tamen vinci singulis. Et ex hoc licet quilibet de ratione peccati licet non habeat rationem perfecti peccati quod est peccatum mortale.

ad 2m

De secundo sic proceditur. Videtur XXII

Quod primi motus in infidelibus sunt peccata mortalia. Contra sicut Anselmus dicit in libro de gratia et libero arbitrio: Illos qui non sunt in Christo Ihesu sequitur damnatio. Si sentiunt concupiscentiam carnis, si non sentiant. Sed sentire concupiscentiam est peccatum concupiscentiae et motus. Ergo infideles qui non sunt in Christo Ihesu peccant mortaliter secundum primos motus, quia damnatio non debetur nisi peccato mortali. Praeterea quamvis homo de genere originalem iustitiam secundum quam concupiscentia reprimatur. Sed contra hoc debitum est contrahitur concupiscentiae motus. Ergo quilibet concupiscentiae motus est peccatum mortale. Dicendum quod est contra debitum hoc tamen peccatum mortale rationem. Sed contra: quanto est gradus altior tanto casus est gravior. Sed altior est casus gradus fidelis quam infidelis. Cum ergo primi motus fidelium non sint peccata mortalia multo minus primi motus infidelium. Respondeo dicendum quod primus motus sic dictus est motus sensualitatis praeveniens deliberationem rationis. Radicalis est naturae sensualitatis et est in fidelibus et in infidelibus. Adiunctum est sensualitati et est quia motus sensualitatis qui est absque deliberatione rationis non potest esse peccatum mortale quod consistit in aversione a deo ad quem quis non potest nisi per rationem. Et per consequens aversio a deo quae constituit peccatum mortale non potest esse nisi in ratione ut patet per Augustinum xii de trinitate. Et ideo dico quod primi motus infidelium non sunt peccata mortalia sed venialia.

ad primum

Ad primum ergo dico quod dictum Anselmi dependet ex dicto apostoli quod concludit ad Romanos viii quod nihil est damnationis hiis qui sunt in Christo Ihesu et non secundum carnem ambulant. Videtur ergo hiis qui non sunt in Christo Ihesu sit aliquid damnationis etsi non secundum carnem ambulent motibus carnis consentiendo. Aliqui mihi plus placent hiis qui sunt in Christo Ihesu quam alii. Est ergo aliquid damnationis hiis qui non sunt in Christo Ihesu si sentiunt motus carnis quibus non consentiunt. Sed quando qualiter sit intelligendum ex processu apostoli apparet. Praemiserat enim reparationem gratiae inchoatam esse in hiis qui sunt in Christo Ihesu quantum ad mentem licet non quantum ad carnem. Praemiserat enim apostolus: ego ipse quantum mente servio legi dei, carne autem legi peccati, scilicet per legem fomitis quae adhuc manet in carne vel membris. Hoc igitur hiis qui sunt in Christo Ihesu videtur esse adhuc proprie damnationi subiacere per fomitem peccati. Concludit apostolus quod nihil est damnationis qui sunt in Christo Ihesu si non secundum carnem ambulant. Contra damnatio originalis peccati sublata est per gratiam Christi quamvis actu remaneat fomes peccati. Damnatio vero actualis peccati non incurritur quia non ambulant secundum carnem. Sed in infidelibus vero manet peccatum originale non solum actu sed etiam reatu et ideo est eis aliquid damnationis ex parte originalis peccati, non autem ex parte actualis si concupiscentiae non consentiant. Et hoc ergo non sequitur quod in infidelibus primi motus inducant peccatum mortale damnationem. Sed sequitur quod habeat annexam damnationem originalis peccati. Ad secundum dico quod debitum originalis iustitiae per tunc ad ipsam personam

ad 2m

infidelibus vero huiusmodi carentia quam
a primo parente traxit cui collata
est originalis iustitia. Et ideo quod peccatum
ad effectum ~~originale~~ naturae se habet ad peccatum
originale non autem ad peccatum actuale
est peccatum mortale. nichil deficit

xxiii

Questio utrum pueri non
obligati in preceptis sint
recipiendi vel obligandi
voto vel iuramento vel beneficiis alliciendi
ad ingressum religionis. Et videtur quod non.
Perfectio enim consiliorum ad quam ordinatur
religio a Christo exordium sumpsit.
Sed Christus primo perfectionis consilium dedit
adolescenti qui precepta servaverat Matth.
xix. Ergo soli illi qui sunt obligati
in preceptis sunt ad religionem obligandi
vel recipiendi. Praeterea Gregorius dicit super
Ezechielem: Nemo repente fit summus
sed in bona conversatione a minimis quis
inchoat ut ad magna perveniat. Sed
magna sunt consilia quae pertinent ad per-
fectionem vitae, minima autem precepta quae
pertinent ad communem iustitiam. Ergo prius pueri
debent obligari in preceptis quam ad consilia
inducantur. Praeterea Exodi xxi dicitur: Si
quis aperuerit cisternam cecideritque
bos vel asinus in eam, dominus cisternae red-
det pretium iumentorum. Sed ille qui aliquem
puerum non doctum in preceptis obligatum
ad religionem inducit quandam aperit
ei cisternam quia plures tales religionem
ingredientes egrediuntur et in desperationem
incidunt quae est spiritualis cisterna.
Ergo videtur quod ei qui inducit eum hoc
ei in peccatum imputetur. Praeterea illud quod
est expediens communi utilitati non est
tollendum. Sed expedit communi utilitati quod
homines propria libertate utantur ad bonum
faciendum. Ergo non est aliquibus auferenda
talis libertas per obligationem voti vel
iuramenti. Praeterea Beatus Benedictus monachorum
institutor [illegible] in sua regula
statuit quod venientibus ad religionem
non sit facilis prebendus ingressus
sed probandum an spiritus a deo sit. Ergo
multo magis non est aliquis muneribus
vel beneficiis alliciendus. Praeterea Gregorius
dicit et habetur in decreto distinctione
xlviii Sicut enim aedificantes pa-
rietes non prius lignorum pondus
accipiunt nisi a novitatis suae
humore siccentur. Nisi autem ponderis
se solidatos acceperint citius se
ad terram subruunt deponunt. Sed
pueri qui nondum confirmati sunt in preceptis
sunt sicut parietes non desiccati.
Ergo non sunt imponenda ligna
in gravia religionis instituta. Praeterea
status religionis est status peni-
tentiae. Sed pueri excipiuntur ab onere
penitentiae coercionis ut habetur
de penitentia distinctione i[illegible]. Ergo non sunt ad
religionem inducendi. Praeterea sicut dicitur
extra [illegible] quod eligit non optat
non eligit, effectu non diligit.
Sed aetas non diligit sequi [illegible]
Sed pueri antequam sint confirmati non habent
firma electione. Ergo non firmam
delectionem sequi in religionem quae respon-
sio[illegible] aetate ad religionem inducuntur.
Praeterea per contrarium dicitur [illegible] sermo (?) festinata
minuetur. Sed videtur esse in festinatione
quod aliquis ad consilia advolet non
doctus in preceptis confirmatus. Ergo videtur
quod hoc sua spiritualis minuetur.
Non ergo sunt faciles ad religionem
inducendi. Praeterea non minor cura ad
habenda est ad ingressum religionis
quam ad susceptionem ordinis. Sed in ordinationibus
prohibetur ad aliquid accedere
qui mores non acceperit. Ergo etiam non
debet aliquis ad observandam consilia
in religionem transire nisi prius precepta
observaverit. Praeterea Damascenus dicit hominem uti
sed intellectu vivere et operari bonum. Sed
intelligendo bonum simul reputat
quod se primus ad difficilia sufficit
quam minor levioris intelligit. Ergo
[illegible] est in operatione boni quam aliquis

primus tenseat ad consilia que i prie
cepti continetur Primo Cuius i reli-
gionem conuite coniungit curam agere
aliorum uel saltem sui ipsius Sed i hiis
qui eliguntur ad aliquam curam eccle-
siasticam oportet eligere meliores Ergo et
eos qui ad religionem assumuntur eligere
meliores hiis qui sunt contenti
i preceptis Sed tales ergo sunt ad religionem
inducendi Primo illud quod est in se
bonum si occasio fiat peccati occasio
est abiciendum sicut serpens eneus quem
moyses fecit ex mandato domini
ad sanandum filios israel ut habetur
numeri xxi Et hunc ezechias confregit
quia eo fruebantur ydolatrie
occasione Set cum continens bonum
sit sed se bonum tamen reprehendi si bonum
non bene fiat Ergo aliqui contenti
i preceptis sumant occasionem
peccati ex ingressu religionis ab ea
recedentes continens religio sit per
se bona tamen videtur quod in contentos
ad religionem inducere sit vitandum
Preterea Gregorius dicit et habetur in decreto dis.
xlviij Qui Casu appetit ad summi loci
vestigia per preruptis gradibus prerupta
querit ascensum procedere at ad
consilia non obseruantes precepta est
huius ergo et Preterea Damascenus
dicit i iijo libro quod non est utile
i exemplo gentium et probatum et cor-
ruptum fuit ut non i superbiam
mandat et inducuntur dij ali ergo pari
ratione non est utile in probatos et im-
peritos seu in expertos in preceptis
ad statum contemplacionis assumi ad quem
religio ordinatur Preterea Gregorius dicit
i vi moralium quod lyhe amplexus
iacob ad rachaelem preuenit Quia
perfectus quisque ad active vite fecun-
ditatem ingreditur et post contemplacionem ad
requiem copulatur Sed activa vita con-
sistit i obseruancia preceptorum status
at religionis pertinet ad vitam contem-
plativam ergo non sunt aliqui ad religionem

inducendi aliquando sed i preceptis con-
tentati Preterea nulla promissio est facienda
cuius solucio non est licita Soluere
at aliquid aliquam per ingressum religionis
non est licitum ut in qua questione v. Ita que le-
gimus deum dedisse leges ut eos inuitaret
promissis Sed precipua ad dei cultum aliquos
inuenies inuitatum prouocasse ergo non
sunt aliqui promissionibus ad religionem
alliciendi Preterea nullus qui non est continetur
i armis sicut leges est admittendus
ad miliciam corporalem Sed religio est
status milicie spiritualis ergo non sunt
aliqui recipiendi ad religionem nisi prius
continentiati i preceptis qui a quibusdam spiritua-
libus armis Preterea qui non potest se ob-
ligare admirio ad dei continetur
quod numquam est ergo nullus nunquam ad
religionem Preterea i marco legitur quod dum
demoniacum curatum non promisit
secum intrare nauem qui secum remanere
et religionem per demoniacum curatum
curatum significatur homines a peccatis con-
uersi ergo non sunt ad religionem acci-
piendi peccatores statim conuersi antequam
i preceptis continentur Preterea bonorum operum
fructus debemus habere qui de egipto
eximus ut in glosa exodi xij Sed
exire de egipto est exire de mundo
religionem intrando ergo illi qui volunt
religionem intrare debent prius fructus
bonorum operum habere per obseruanciam
mandatorum Preterea Augustinus dicit i libro de sermone
domini i monte quod omnis presumpcio est
compescenda Sed magna presumpcio videtur esse
quod velit aliquis ascendere ad apicem
consiliorum non dum obseruatis preceptis
ergo tales non sunt compescendi et alli-
ciendi ad religionis ingressum Preterea
Augustinus dicit i eodem libro quod a caritate dubijs
bonorum moribus sit exhibenda Sed
consilia sunt a caritate ergo non sunt pueris
in contentatis adhibenda Sed contra pueri
non dum contentati i preceptis non sunt
ad religionem alliciendi Sed contra est
quod dicitur xx questione j Si i qualibet
et infra continentibus sancti filios suos
religionem tradere nouimus quin

Prudencie spiritualis j cor. 1 Certe sine vxore est que dei sunt
laudabilis quo placeat deo et ista competit et perfectis j pet. 5o
Omnem sollicitudinem vestram proiectes in eum
possideo. Respondeo dicendum quod sicut plures doctores in hoc concordant, medium iustitie non solum accipitur quo ad nos sicut in ceteris virtutibus, sed etiam secundum rem quia sicut in aliis virtutibus attenditur dominus secundum concordes proportionem secundum quam medium diversificatur sicut enim alius quod est unum nimium alicui moderatum vel moderatum. Sed in iustitia non variatur medium secundum diversas personas, sed attenditur solum adequatio rei. Nam cum emit rem aliquam debet tantum solvere quantum valet sive a paupere sive a divite emat. Reddere autem debitum est actus iustitie. Et ideo adhuc quod alicui reddatur quod ei debetur non refert utrum sit dives vel pauper. Decime enim debentur sacerdotibus in quantum quidam sunt eius naturale. Naturalis enim ratio dictat ut ille qui propter proximorum commodum laborat a proximo stipendia sustentationis accipiat. Et secundum hoc in novo testamento est de iure divino. Sacerdotium Nam ut dicitur i Corinthiorum ix Dominus ordinavit his qui evangelium annunciant ut de evangelio vivant. Sed in lege veteri iudiciale preceptum taxata est quantitas quam ministris dei a populo solvendum est decima. Et hoc similiter ecclesia statuit in populo christiano solvendum. Unde ad sacerdotibus decime debeantur tam ex iure naturali tam ex iure divino tam etiam ex statuto ecclesie quamvis sacerdos sit dives nichilominus pauper tenetur ei solvere decimas. Ad primum ergo dicendum quod consuetudo dupliciter ut dictum quod decimarum solutio est instituta non solum ad sustentationem ministrorum ecclesie sed etiam ad sustentationem pauperum quorum dicitur de domo dei providere. Unde dicitur Malachie iii Inferte omnes decimas ut sit cibus in domo mea etc. sacerdoti qui non solum sibi sed pauperibus providere debet quantumcumque dives decime sunt naturales. Ad secundum potest dici quod necessitas sustentationis ministrorum fuit ratio causalis institutionis decimarum solvende. Sed ex quo effectum est aliquid debitum per statutum ecclesie nichilominus ei debetur quamvis sit dives. Ad tertium dicendum quod sicut paulus non exigebat laudem sumptus quia sicut predicatores evangelii debebant ne quod impedimentum fieret evangelio

aut scandalum apud fideles non tamen illi peccabant non ministrantes sumptus quos apostolus sibi debitos remittebat. Eodem ita prelati ecclesie laudantur faciunt non exigendo decimas in terris illis in quibus propter consuetudinem timent scandalum generari. Nec peccant illi qui decimas non solvunt in terris in quibus non est consuetudo. Peccarent autem si obstinate exigentibus dare recusarent. Et ideo ut huiusmodi periculo obvietur sacerdotes in terris illis non exigunt decimas.

Decimo quinto est de eo quod scilicet de obedientia. Et primo de obedientia utrum sit magis meritorium obedire prelato vel facere aliquid ad dictum fratris. Secundo de elemosina.

Ad primum sic proceditur videtur quod sit magis meritorium obedire prelato quam facere aliquid ad dictum fratris. Maior enim meritum magis de merito apponitur sed magis demeretur qui est inobediens prelato quam ille qui dissentit dicto fratris. Ergo et magis meretur obediendo prelato quam assentiendo dicto fratris. Contra quoniam ubi est maior humilitas ibi videtur esse magis meritum quia humilibus deus dat gratiam ut dicitur Iacobi iiii. Sed maioris humilitatis videtur esse quod aliquis equalem se subiciat faciendo aliquid ad dictum eius quam quod aliquis subiciat se superiori obediendo prelato. Ergo magis videtur esse meritorium quod aliquis faciat ad dictum fratris quam quod obediat prelato. Respondeo dicendum quod aliquis actus potest magis meritorius dici dupliciter. Uno modo ex genere operis et sic actus est magis meritorius qui est excellentioris virtutis. Manifestum est autem quod latria per quam aliquis servit deo est excellentior virtus quam beneficentia qua quis satisfacit proximo. Sed et diligere deum est magis meritorium quam diligere proximum. Unde cum aliquis facit ad dictum fratris pertinet ad amicitiam vel beneficentiam qua quis diligit proximum. Cum autem obediat prelato inquantum est dei minister pertinet ad religionem qua quis colit et diligit deum. Et ideo magis est meritorium quod aliquis faciat aliquid obediens prelato vel superiori quam si faciat aliquid aliud ad dictum fratris. Alio modo potest dici aliquis actus magis meritorius ex eo quod procedit ex ma-

caritate lege sit unum in suo genere
Item inter prelatos illum iungit mereri
qui facit aliquid ad debitum fraternitatis. Et idem
quod quaedam Idem cum dicit quod ille qui
facit aliquid ad debitum fraternitatis faciat
contra sponte vel in maiori humilitate
est videre ergo quod aliquis obediat
prelato tamquam superiori
Deinde questio est de elemosina
Et primo de elemosina clericorum
2o de elemosinis que fiunt pro mortuis
Quo ad primum sic proceditur
XII Utrum clericus peccat mortaliter si
eis que superfluunt in elemosinas non lar-
giantur quod superfluit id est licet usque Item habens
duas tunicas det unam non habenti
dicit glosa de duabus tunicis dicentibus
datur preceptum quod si una denuda-
ros vestitur in diuidenda tunica et
nudus vivat qui accipit et qui
dedit Sed pro largitione unius tunice
intelligitur largitio eorum que superfluunt ad
necessitatem vite ut per eam quod in eadem
glosa continetur quod dare superflua
est in precepto Sed qui transgreditur pre-
ceptum peccat mortaliter Preterea prep-
tus plus obligat quam consilium Sed dare
omnia que quis possidet est consilium et
tamen ad hoc non obligatur in casu extreme
necessitatis quod extra casum extreme
necessitatis tenetur superflua dare pauperibus
ad hoc sit in precepto Item etiam qui
non largitur peccat mortaliter Preterea qui
aliquid consumit quod est alterius tenetur ad
restitutionem Sed bona clericorum sunt
pauperum ut per glosam Commune
sit id est consumere in usus pauperum
in donum vestrum quod si clerici inutiliter
bona ecclesie consumunt tenentur restituere
pauperibus aliunde si habuerit Preterea
quicumque facit se impotentem ad id quod
facere tenetur peccat mortaliter Sed clerici
faciendo superfluas expensas fa-
ciunt se impotentes ad subveniendum
pauperibus ad quod tenentur quod videtur
quod peccant mortaliter Item contra videtur
de consuetudine que apud multos preva-
luit Respondeo dicendum quod aliter videtur se habe-
re circa bona patrimonialia et circa bona
ecclesiastica Circa bona patrimonialia
vel licite acquisitorum hoc verum est
dominus Unde quantum ad dominium ipsorum re-
rum pertinet ut sive utatur sicut voluerit et ex hac
parte non accidet peccatum potest tamen peccare
accidere ex immoderato modo utendi
vel propter superhabundantiam dum scilicet inutiliter
consumit bona que sunt ecclesiastica pauperibus quod non sunt
vel sunt deserviens ministerio sed non
erogat ea in quo modo Circa vero ea
non committitur vitium ut Circa 2o extremum
Dicendum vero est quod clerici
non sunt veri domini sed dispensato-
res sunt Primo Corinthiorum 4 Hic iam queritur inter dispe-
satores ut fidelis quis inveniatur Ad corinthios
non credita est pertinet
autem ad dispensatorem ut fideliter
distribuant ea que sue dispensa-
tioni committuntur Primo Corinthiorum 4
4o Hic iam queritur inter dispen-
satores ut fidelis quis inveniatur
Unde si ipse quod potest per se dispensari de ali-
quo Circa 2o ex additione ipsius re-
dundat scilicet usurpat sibi vel quod contra
et in suos usus convertit vel quod
cedit aliis erogando Aliud est
inordinato usu eorum que in proprium
sua cedunt Sed circa de aliis debitum
est unum quod in eorum dispensatione fide
dispensationis committitur ut debitum est
Si quis bona fide dispenset ec-
clesiastica bona unde accipiet
quod sibi quantum secundum conditionem status
et persone et aliis largitur secundum quod
sibi videtur bona fide expedire sibi
non peccat mortaliter Item si forte
plus in suos usus convertat quam oportet
alia eius que in singularibus est
eorum iudicium non potest pro commoda
certitudine diffiniri Unde si non sit
multum excessus potest comparari fidem
bona dispensatoris Si vero
multum excessus fiat non potest latere
Et ita non potest cum bona fide dispen-
satoris hoc agi Si autem non fiat
bona fide in dispensando peccat
mortaliter Ad primum ergo dicendum quod sicut Augustinus
dicit Illa precepta que dominus tradidit
Matthei vel Item Item qui te percusserit in
unam maxillam prebe ei et alteram
et alia que ibi sequuntur Quod multa
secundum preparationem animi ut scilicet paratus sit
homo facere cum necessitas hoc requirit
Unde per hoc non est peccatum quod homo hoc
non facit Sed cum videt necessitatem
imminere si non facit tunc peccat
mortaliter Et eadem ratio est de hoc
precepto Qui habet duas tunicas det
unam non habenti et de aliis consimilibus
Unde non propter peccat mortaliter quod
aliquando non dat pauperi quod
superfluum habet Sed cum necessitas imminet
Item autem sic habens necessitas que obligat

ad petitum mortale non potest tamen
continuari sed committitur fidei et pru-
dentie dispensantis. Unde si bona
fide det quod sibi videtur expedire
in munus a petente est alioquin pec-
cat mortaliter. Ad 2um dicendum quod in casu
in quo sunt consilia cadunt sub precepto
sicut ait Richardus. Multum enim consilium
est perfectionis quod quis tradat animam
suam pro fratribus suis et tamen hoc cadit
sub precepto sicut ait Richardus. Sicut dicitur
1 Johannis 3. Et nos debemus pro fratribus
animas ponere. Et sic omnia sua
dare pauperibus cadit sub precepto
sicut ait Richardus ut sic hoc sit para-
tus facere si necessitas immineat. Maior
tamen necessitas requiritur superflua ero-
gando quam ad omnia exhibenda. Tamen hoc
tempore [illegible] continuari non potest sed
committitur prudentie dispensatoris ut
dictum est. Ad 3um dicendum quod bona ecclesias-
tica non solum sunt dispensanda
pauperibus sed etiam ecclesie ministris unde
sicut canones dicunt dividi hec non
[illegible] alia pro [illegible] in usum pauperum
et alia in usum ministrorum in cultu
ecclesie. Aliud est quod dicitur de illis eccle-
siasticis bonis que sunt principaliter attri-
buta necessitatibus pauperum et ex consequenti
necessitatibus ministrorum. Talia sunt bona
hospitalium et aliorum huiusmodi. Tamen
in omnibus bonis peccatum committitur non
solum ex abusu usu sed etiam ex appro-
priando contra [illegible] aliquis in suos
usus assumit quod est alienum et ideo
tenetur ad restitutionem tamquam defrauda-
tor rei aliene. In 2is vero bonis non
committitur peccatum nisi per abusum [illegible]
et de bonis patrimonialibus dictum
est. Unde non tenetur quis ad restitutionem
sed solum ad penitentiam [illegible].
Ad 4um dicendum quod neque moderatus usus
divitiarum neque bona fide dispen-
satio [illegible] salvari videtur in eo quod super-
fluas facit expensas in volup-
tuosis conviviis et aliis huiusmodi super-
fluis superfluitatibus. Et non est
dubium quin in talibus peccat morta-
liter. Unde dicitur Mathei 24. Si dixerit
malus servus in corde suo moram
facit dominus meus venire et ceperit
percutere conservos suos quod pertinet
ad superbiam et crudelitatem, manduca-
verit et biberit cum ebriis quod per-
tinet ad superflua et voluptuo-
sa convivia, veniet dominus servi illius
in die qua non sperat et hora qua ig-
norat et dividet eum sed a societate
sanctorum partem eius ponet cum ypocritis
sed in inferno. Unde ibi subditur: Ibi
erit fletus et stridor dentium. Si autem
aliquis in talibus non multum excedit
ut bona fide sit ab aliquo qui vult
secundum decentiam sui status moram gerere
cum his quibus convivit.

Deinde consideratur de elemosinis
que fiunt pro mortuis. Et circa
hoc quesita sunt duo. Primo utrum mor-
tuus patiatur aliquod detrimentum si ex-
ecutor eius differat dare elemosinas
quas ipse in testamento dari mandavit.
2o utrum executor licite possit dif-
ferre distributionem elemosinarum ad hoc
ut res defuncti melius vendatur
in posterum.

XIII

Ad primum sic proceditur: videtur quod
mortuus nullum detrimentum
sentiat ex hoc quod elemosine quas
mandavit dari retardantur. Huiusmodi
enim retardatio provenit ex negligentia
executoris sed negligentia unius non
imputatur alteri ergo nullum detrimentum
mortuus patitur ex huiusmodi tarditate.
Sed contra est quod per huiusmodi tarditatem
retardantur orationes et suffragia que
fierent pro anima defuncti ex quibus plurimum
iuvaretur ergo ex huiusmodi tarditate
patitur defunctus. Respondeo dicendum quod hic
est opus duplici distinctione primo quidem
ex parte operis defuncti distinguendo
enim duplex detrimentum. Unum quoddam
detrimentum est quod pertinet ad tolle-
rantiam pene sicut illud [illegible]
[illegible]. Sed cum opus [illegible] detine-
tur patiatur. Aliud autem est quod pertinet
ad subtractionem remedii et hoc etiam est
distinguendum ex parte elemosine etiam
qua potest esse [illegible] detrimentum [illegible]
elemosine et effectus operis. Tantum
igitur ad meritum elemosine nullum det-
rimentum patitur defunctus ex opere tar-
ditatis maxime si quantum in ipso fuit
causam adhibuit ut huiusmodi elemo-
sine cito darentur quod meritum privat
ex voluntate et intentione dependet.
Sed quantum ad effectum elemosine patitur
detrimentum non quidem ut per huiusmodi
tarditatem puniatur sed quia [illegible]
ei non adhibentur debita suffragia
differuntur ex quibus plurimum iuvaretur.
Ad primum ergo dicendum quod negligentia unius
non imputatur alteri ad penam potest tamen
redundare in alterum quantum ad effectum

remedy sm̃ q' unus homo ab alio
iuuari potest

XIIII Ad 2m sic procedit videtur q' executor
de caritate distribuendo eleo
sinas ad hoc ut rebus defuncti melius
vendatur Contra quia ex hoc sequitur q' plures
eleosinas poterit facere pro defuncto
ex quibus defunctus magis iuvabitur
ergo si differat videtur q' laudabitur et si
debet hoc faciat Sed contra est q' ex tar
ditate eleosinarum sequitur retardacio
remedy quo forte defunctus indiget
ergo videtur q' est magis tarditate cum
defunctus potius quam iuvetur Respondeo dicendum
q' modica mora modici temporis non videtur esse
magni periculi Unde si executor per
modicum tempus eleosinas differat
ut rebus defuncti melius venditis
ampliores eleosinas faciat non videtur
esse absque culpa q' forte defunctus
a purgatorio liberaretur Tamen quanto re
medium suffragiorum maius necessarium
est hoc attendunt prudentes execu
tores examine ut scilicet considerent dilacionem
temporis et condicionem persone que creditur
magis vel tardius liberanda Et ex
quantitate augmenti eleosinarum faciat
quod videbitur expediens defuncto

Deinde considerandum est de peccato et
circa hoc consideranda sunt tria
Primo de peccato originali utrum scilicet
qui baptisatus est transmittat peccatum
originale in prolem Secundo de peccato actuali
veniali quod scilicet sit prius utrum aversio
a deo vel conversio ad commutabile bonum
Tercio sciendum de mediato quod mediatum sit
primo utrum illud quod sit verbo vel illud
quod sit facto

XV Ad primum sic procedit videtur q' ille
qui est baptisatus non transmit
tat peccatum originale in prolem Ille
q' nascitur terra prius considerari scilicet
corpus anime et unio utriusque Sed non
contrahit originale peccatum simul corpus
eo q' a parentibus contrahit q' parentes
etiam contrahit mundati Patet non simul
anima quia hoc creatur a deo et quia
peccatum non tradit et per quod nec simul
unionem utriusque Ergo ille qui nascitur
ex baptisatis nullo modo contrahit peccatum
originale Sed contra est q' remedium
non adhibetur nisi vulnere Sed bap
tismus qui est medicinale remedium con
vulnus originalis peccati filiis parentibus
baptisatorum adhibetur Sed hanc consuetudinem con
suetudine ecclesie ergo originale

peccato nascitur Respondeo dicendum q' peccatum
quod est transgressio primorum parentum
in omnes posteros originaliter deriva
tur nec per Christi gratiam aboletur
q' de peccato dampnatur peccatum in carne
ut dicitur ad Romanos viij Sed hec quedam
ordine per augustinum Nam in primo parentum
perfecte vite per sacramenta gratie Christi
removetur originale peccatum quantum
ad maculam anime ut scilicet non im
putetur homini ad culpam remanet tamen
mentem quantum ad corrupcionem
fomitem in carne Unde apostolus di
cebat ad Romanos vij Ego ipse
mente servio legi dei carne
autem legi peccati nequaquam scilicet corru
pisset adversus spiritum Unde homo
baptisatus secundum mentem vivit in
novitate spiritus Sed secundum carnem
ad huc retinet vetustatem ade
Et ideo sicut per spirituale generacionem
que scilicet per conversionem et sacramenta
aliquos generat et producit filios
in Christo absque peccato Ita et secundum
carnalem generacionem producit filios
in vetustate ade cum originali
peccato Et per hoc patet responsio ad obiecta

XVI Ad 2m sic procedit videtur q'
in peccato actuali prius sit aver
sio quam conversio Aversio enim importat
recessum a termino quo sicut ad accessum
ad terminum Sed in motu corporali prius
est recessus a termino quam accessus ad
terminum ergo et in motu spirituali peccati
prius est aversio quam conversio Sed contra
est quod dyonisius dicit in iiij capitulo de
divinis nominibus Nemo intendens ad malum
operatur sed intendens ad bonum ergo
prius aliquis peccando intendit per appetitum
ad quodlibet bonum quam avertatur a deo
Respondeo dicendum q' peccatum principaliter in voluntate
consistit ut dicit Augustinus Quantum
autem est ad voluntatem id est prius quod
principaliter intenditur et ideo in peccatis
in quibus principaliter intenditur fruendo
bono quam mutabile Sicut in luxuria aua
ricia et similibus prius naturaliter est conversio
quam aversio quia non principaliter est intenta
sed preter intencionem consequitur Sed in aliquibus
conversionibus peccatis aut in quibus directe
intenditur aversio a deo sicut est in unde
litatis desperacione et alia huiusmodi
prius est aversio a termino bono et
postea est conversio ad quodlibet bonum
Sed per hec illi qui desperantes se ipsos
tradiderunt impudicicie ut ad ephesios

De consiera di l

Iterum sic non reicitur inter
dictum inter peccatum actuale
et originale quia

Actuale transit actu remanet reatu donec plenius
vel primum totaliter deleatur

Originale transit reatu remanet actu Remanet
in penalitates omnibus quibus homo pugnat

mo Ad 3m ergo dicendum quod quamvis in
corporalibus motibus transgressio a
tanto peior sit in executione actus sic
tum ad tantum peior est in intentione
in qua peccatum consistit principaliter

xvii Ad xiiii sic proceditur videtur quod magis
peccatum sit cum aliquis mentitur
facto quam cum aliquis mentitur verbo
maius enim peccatum est videtur cum aliquis
mentiendo abutitur facto quam cum eo
cui magis creditur Sed sicut ambrosius
dicit in libro de virtute magis
creditur factis quam verbis Contra
est quod sicut beatus Augustinus dicit in libro
de doctrina christiana inter omnia signa
verba principatum tenent verba enim homines
abutuntur ille qui verbo mentitur ergo videtur
quod magis peccat qui verbo mentitur
quam qui facto mentitur Dicendum quod sicut
beatus Ambrosius dicit in quadam sermone
Non solum in verbis sed etiam in
simulatis operibus mendacium peccatum
est mendacii peccatum consistit in intentione
fallendi Unde qui dicit falsum
quod putat esse verum non mentitur
magis est verus mendacium ille qui
dicit verum et putat esse falsum ut
probat beatus Augustinus in libro de mendacio
Unde cum eadem intentio fallendi sit
in eo qui mentitur verbo et in eo qui mentitur
facto utrique equaliter peccat Verbum
enim ad factum assumitur ut instrumentum
fallendi Unde non refert quantum
ad peccatum mendacii an aliquis verbo
vel scripto vel nutu vel quocumque
facto mentiatur Sicut non refert
quantum ad peccatum homicidii utrum
quis gladio vel securi interficiat
hominem Et per hoc patet responsio ad obiecta

xviii Ad xv sic proceditur videtur quod
hoc verum est aliquis
possit naturaliter esse miraculose simul virgo et pater
et videtur quod hoc possit esse miraculose
quod mulier et pater simul sint generationis
principia Sed aliqua mulier fuit simul virgo
et mater ergo pari ratione videtur quod aliquis
miraculose possit esse simul virgo et
pater Item videtur quod hoc possit esse absque
miraculo quia demon incubus possit
furari semen viri virginis in sompno
polluti et transfundere in matricem
mulieris ex quo quidem semine potest
generari proles cuius quidem pater non est
demon sed ille ex cuius semine generatur
quod in virtute eius a quo resolutum
est agit ergo videtur quod etiam absque miraculo

aliquis possit esse virgo et pater Contra
mulier absque miraculo non potest simul
esse virgo et mater ergo pari ratione nec vir
absque miraculo potest esse virgo et pater
Item videtur quod nec per miraculum quia sicut filius
dei qui est natus miraculose de virgine
ex alia parte corporis virginalis extra
non suppleret quam ex illa Unde mulier
natura concipit puer dum manu aut pede
non diceretur filius virginis sicut nec Eva
dicta est filia Ade quamvis sit for
mata de costa eius Sed non possit
contingere salva virginitate videtur quod ex
eadem parte corporis et ex eodem loco proles
generaretur sicut naturaliter generatur ergo nec mira
culose fieri potest quod aliquis sit etiam
pater et virgo Dicendum quod ad huius
evidentiam oportet videre quid ad virginitatem
requiratur Requiruntur autem tria de eius
perfectione quorum primum est principale et formale
scilicet electio sive intentio voluntatis
sic etiam in omnibus moralibus Unde aliud
ex parte ad virginitatem requiritur quod absit
alienum assidua voluntas magis ex
perciendi delectatione venerea Tertium
autem est materiale scilicet passio appetitus
sensitivi scilicet delectatio quam quis experi
tur in actu venereo Tunc primum
requiritur ad perfectam virginitatem materialiter
Nam passiones sensitive sunt materia
virtutis moralis sicut tamen potest electio
per voluntatem hoc desit puta cum quis
in sompno polluitur vel cum mulier per
violentiam ab hoste opprimitur non
perdit virginitatem ut probat beatus
Augustinus primo de civitate dei Tertium autem
est quod per actum et consuetudinem ad
virginitatem se habet scilicet integritas
corporalis Unde si claustrum pudoris
corrumpatur aliter quam per venereum actum
puta si obstetrix vel medicus fecerit ad
sanandum infirmitatem nihil virginitati deperit
sicut Augustinus dicit primo de civitate dei Sic
ergo virginitas accipiatur formaliter sicut esse
perfectum quod ad virginitatem pertinet
tria requiruntur multum quod salva virgi
nitate non potest esse mulier quod concipiat
et pariat nisi miraculose quia proles
egredi non potest eo hoc quod perimeat
integrum claustrum pudoris nisi per mira
culum sic accidit in matre dei possit
tamen forte mulier salva quomodo virgi
nitate concipere sicut dicitur accidisse de
quadam pubescente puella quam

Cape de thoma in scripto xl distinctio 33

Virginitas secundum completam rationem sui
tria importat

Essentiam virtutis quo ad voluntatem abstinendi ab omni contra illicito
Statum perfectionis quo ad voluntatem abstinendi ab omni contra etiam licito
Materiam perfecte virtutis scilicet carnis integritatem que quedam decorem

pt' pudoris custodiam pr. i lecto
suo habebat hui' sed i sompnis
pollueret^z semen ad matricem descenderet
et puella conciperet. Ver^um at absq^z
seminis resolucione no pt ee pater
n. nat. neq^z miraculose q^r si de
eius corpore plus miraculose fieret
no posset dici pr. Si vo virginitas
carnis accipiat^r put solum integritatem
clearum requirit integritatem. Sic pz d'mul
iere q^d qp nat. pt ee vir illa virgi
nitate manente sic si aliq^a p vio
lenciam opprimeret^r ab hoste et inde
conciperet. Et multo magis pt fieri mira
culose. Ver^um at salua illa virginitate
posset nat. ee pr. propter pollucionem
nocturnam q^a quocunq^z casu ad matricem
pueniret mulieris no at ista integritate
et q miraculose vir fieret pr. sic
q virgo fieret mr. tn q^r virgo fecunda
e miraculose mr. ppo solo spiritu
corpus ex purissimo sanguine eius ut
damascenus. Resolucio autem seminis
sine qua vir ee no pt no concurrit
operacione ppo solo tn q^r vir in genera
cione e sic agens mr. at sicut
paciens. Deo at competit agere et no
pati. Vnde magis congruit ut deus
miraculose suppleat / illud q^d deest
ex parte viri q^z id q^d deest ex parte
mulieris. Et p h^c pz responsio ad obiecta

xix D

eind ultro questio
est dubitacio pure corporalis
utrum s; celum empireum habeat
influenciam sup alia corpa. Et vr
q no q^r oe corpus q^d alia influit
i alia corpa p prius influit i propinq
q^a i remota. S; go celum empireum
influeret i corpa inferiora p prius in
flueret i celum aqueum q^r i celum sidereum
q^d e sibi propinquius q^d vr cum sub q^r
celum sidereum silicet e celo empir
reo tn neutru^z fit d'nat. maior ele
mentorum q^m celum aqueum q^d e d'nat.
ra elementorum q^r ille aq dicuntur
ibi esse posite ad temperandum calorem
q' pueniret ex motu celi vnde cum sa
turnus q' e alcior int' planetas di
citur frigiditate. Non go celum em
pireum influit i corpa inferiora.
Contra e q^d i libro d'intelligenciis
dicit^r q^d oe q^d influit i alia est
lux vel lucem habens. Et i commento
dicit^r q^d influencia dicit^r ee p virtute
lucis. S; celum empireum maxime

est lucidum int' alia corpa ergo
maxime influit i alia corpa.
Reo q quidam ponunt celum em
pireum influenciam no habere i
alia corpa. Cum no e insti
tutum ad tales effectus s; ad hoc
ut sit beatorum locus. Et h^c michi
aliquando visum e s; diligencius co
siderans i eo [illegible] q^d in
fluit i ista corpa inferiora q^r
totum vniuersum e vnum vnitate
ordinis ut^z p ph^m i xij me^te
h^ at vnitas ordinis attenditur s^m
q quodam ordine reguntur corporalia
p spiritualia et inferiora corpa p
superiora ut dicit Aug^s iij^o
d'trinitate. Vn si celum em
pireum no influeret i corpora
inferiora no contineretur sub vnitate
vniuersi q^d e i conveniens. Vide^r aut
eius proprius effectus ee perpetuitas
et p manencia inferiorum corporum. Na
s^m ph^m i xij^o me^te in celo
sunt duo motus primarius quorum
vnus e ab oriente i occidente
q' vocat^r diurnus et e sup polos
equinoctiales. Et q^r iste est uni
formis causat vnitatem seu perpetuitatem
i inferioribus motibus. Alius aut
motus e ab occidente i oriente
quo mouet^r sol et alii planete
q motus e sup polos zodiaci p
que planete accedunt et recedunt
a nobis. Vn iste motus causat diuersi
tatem generacionis et corrupcionis
et ceterorum motuum i istis inferioribus
et q^a causat^r generacio et corrupcio
istorum inferiorum quousq^z deus
velit. Sicut quidam continuitas ad conti
nuitatem causatur a primo motu continuitas
ad [illegible] a 2^o. Sicut at vniformi
tas motus perdet difformitatem
ita et vnitas quietis pdt
vniformitatem motus q^r moue
[illegible] se habet no et primus
[illegible] at e eod mo se habe
nunc et prius et^r quies habet
puram vnitatem. Vniformius aut
motus l^z vnitatem et diuisiue. Et
iterum primum celum s; empireum
semp^r p suam quietem influit.
Secundum at celum q^d di^r aqueum p suum
motum vniformem. Tercium at celum
s; sidereum p suum motum difformem.
Et hoc aut est proprium corpi

hinc quod influit absque motu
mutatio est superius attingens quodam
ordine sperarum, specialiter patet per
beatum dyonisium 2o capitulo de divinis
nominibus divina sapientia coniungit principia
secundorum finibus primorum. Ad primum ergo
dicendum quod celum empireum magis
influit in celum aqueum quam in corpora
inferiora mutatio sed celum aqueum
plus recipit de influencia celi
empirei ut uniformitatem mo
tus eius ostendit. Unde celum magis
convenit cum celo empireo racione
sue uniformitatis quam celum sidereum.
Est autem de celestibus corporibus
duplex opinio. Una quod sunt de natura
elementorum secundum quam celum empir
reum est de natura ignis. Et aliqui
de natura aeris vel aque. Sidereum
autem quando est de utraque natura quod in parte
lucidum et in parte dyaphonum. Et
ad hanc opinionem quod dicitur aqueum esse
ubi infrigidacio. Alia autem est opinio
quod corpora celestia non sunt de natura
quatuor elementorum sed de quinta essencia
secundum quam celum aliquid non est de natura
quatuor elementorum. Sed dicitur aqueum
propter dyaphonitatem sicut dicitur celum
empireum id est igneum propter luminositatem.
Communiter quod concedimus communis liber
de intelligentiis non sit alicuius auctoritatis.
Nec tamen est verum quod omnis influencia
sit racione lucis nisi lux metaphorice
capiatur pro omni actu. Patet quod omne agens
agit inquantum est eius actu. Ideo
hoc potest esse verum in solis corporalibus
in quibus forma dicitur lux. Unde substantia sed
corporalibus est forma primi corporis autem
sed celi in cuius virtute omnia cor
poralia agunt. Et hec ad presens dicta
sufficiant. Sequuntur autem nunc
due questiones de opere manuali
que solent poni circa finem
septimi propter questionem de quadruplici
sensu sacre scripture. Hic
autem ponuntur circa finem vnde
cimi quotlibeti.

ponitur circa finem septimi quodlibeti [illegible] [illegible] et [illegible] (marginal note)

Questio est de opere manuali.
Circa quod duo queruntur. Primo
utrum operari manibus sit in precepto.
Secundo utrum ab hoc precepto excusentur
illi qui spiritualibus operibus vacant.

Ad primum sic proceditur. Videtur
quod operari manibus sit in pre
cepto. Ut enim dicitur ad thessalonicenses 3. Si quis
non vult operari non manducet.
Audiuimus enim, glosa quod contra preposito
quia audiuimus ergo etc. Augustinus in libro
de opere monachorum. Audiamus ergo quibus
hoc precipit quod non habent hanc potestatem
per nullum id est communicationem nisi per mortale
ut ira dicunt. Sed nullus peccat mortaliter
nisi quia preceptum frangit. Ergo ille
qui cessat ab opere manuali non
possit excusari. Item etc. ad quod dicitur
ad thessalonicenses 3o. Si quis non obe
dicit verbo nostro per epistolam hunc no
tate et ne commisceamini cum illo
ut confundatur. Ergo videtur quod operari ma
nibus sit in precepto. Preterea ille qui
peccat tenetur penam debitam precepto
subire. Ex merito precepti. Sed debes
in adam peccavimus ad romanos
5to. Pena autem peccati ade est labor
manualis. Genesis 3. In sudore
vultus tui vesceris pane tuo. Ergo
omnibus est preceptum non laborare. Preterea ad
ephesios 4o dicitur. Qui furabatur
iam non furetur magis autem laboret
operando manibus suis. Laboret non
solum operando per furtum sed etiam manibus
propriis. Illud autem quod adiungit precepto
est preceptum et non consilium. Preterea labor
manualis necessarius est ad sustentacionem
vite corporalis sicut actus virtutis
sunt necessarii ad sustentacionem
vite spiritualis. Sed actus virtutis
sunt in precepto ergo laborare manibus.
Preterea illud ad quod sequitur peccatum mortale
est sicut peccato mortali fieri. Sed ad
non laborare sequitur non manducare
quod quidem est peccatum mortale ergo eius
oppositum est in precepto. Sed quod non est
contra preceptum vel consilium preceptum
dicendum vel consilium. Sed dominus persuadendo
vel consiliando dicit Matthei 6. Nolite
solliciti esse anime vestre etc. Sed hinc autem
convenitur labor manuum quod qui labo
rant manibus solliciti sunt de necessariis
corporis. Ergo labor manuum non
est in precepto. Preterea lex vetus quantum
ad precepta moralia sufficienter contine
bat quod necessaria sunt ad salutem. Unde dicitur

dicitur Matth. xix. Si vis ad vitam
ingredi serva mandata et loquitur de
mandatis decalogi ut patet ex sequentibus non
homicidium facies. Sed in preceptis veteris
testamenti nihil continetur de labore ma-
nuum ergo labor manuum non est in
precepto. Praeterea ad preceptum servanda omnes
tenentur. Sed ad laborem manuum non
omnes tenentur alioquin sunt divites qui
manibus non laborarent mortaliter peccarent
ergo labor manuum non est in
precepto. Praeterea ad preceptum non magis te-
nentur religiosi quam seculares. Unde
Augustinus in libro de operibus monachorum
reprehendit monachos qui non labo-
rant non autem alios ergo etc. Praeterea usus li-
beralium artium nobilior est quam mecha-
nicarum que in opere manuali consistit.
Sed usus liberalium artium non est in
precepto ergo multo minus labor ma-
nuum. Respondeo dicendum quod iudicium de unoquoque
re sumendum est secundum finem ad quem
ordinatur. Labor autem manuum ad
tria est utilis invenitur. Primo ad ocium tol-
lendum. Unde Ieronimus ad Rusticum
monachum. Semper aliquid operis facito
ut te dyabolus occupatum inveniat.
Secundo quod mactat de opere manuali per quod
hoc quod frangit vel maceracio reparando
In desideriis est ocio occasio. Secundo ad
corpus domandum. Unde II Corinth. vi.o
aliis carnis maceracionibus coniungit
ubi dicitur In laboribus scilicet operum quia
manibus suis operabatur. Et subdit
in vigiliis et ieiuniis etc. Tercio
ordinatur ad acquirendum victum. Unde Actuum
xx. Ad ea que michi opus
erant et hiis qui mecum erant mini-
straverunt manus iste. Si igitur consideretur
labor manuum secundum quod ordinatur ad
tollendum ocium vel corpus domandum
sic idem iudicium est de labore manuum
et de aliis exerciciis ordinatis. Unde
cum est in precepto quod nolit ocium tol-
li et tali occupacione. Sed sufficit ad ocium
tollendum quecumque licita occupacio
ut ab ocio quis desistat. Et occu-
pacio seu labor manuum non est in
precepto considerata hoc sic. Et similis
est racio de labore manuum secundum quod or-
dinatur ad corpus domandum quod nullum
exercicium corporis domandi preter sic vigi-
lias ieiunia etc. et nullum aliud tali
in nullo eorum in quantum ordinatur ad

victum sive est in precepto in speciali
continetur in generali sicut in precepto corporis
domandi per quascumque exercicia quod
mortificare concupiscencie refrenentur
continetur. Secundum vero quod ordinatur
ad victum querendum sic videtur esse
in precepto. Unde dicitur Ps. ad Thessa-
lonicenses iiii.o operamini manibus vestris sicut
precepimus vobis nec solum in precepto
iuris positivi sed etiam iuris natu-
ralis cuius sunt de lege naturali ad
que homo est finis naturalibus inclinatur.
Sed autem exigitur disposicio corporis
hominis naturalis disposicionem ad opus
corporale et manuale propter quod dicitur
Iob v. Homo ad laborem nascitur
et avis ad volandum. Cum enim aliis
animalibus natura sufficienter providerit
in hiis que ad sustentacionem sue vite
pertinent in cibis armis et tegi-
mentis homini in hiis non providit
quia ipse est preditus racione per quam posset
sibi providere in omnibus supradictis. Unde
et sibi dedit loco omnium predictorum
manus que sunt ad diversa opera quibus
conceptiones racionis diversas exequuntur
exequantur ut dicitur iii de animalibus. Sciendum
tamen quod duplex est preceptum legis nature.
Unum quod ordinatur ad tollendum
defectum unius sive persone vel singula-
ris sive in actibus virtutum vel corporale
sic preceptum quod deus dedit homini
Genesis ii. De omni ligno quod est in
paradiso comede etc. Aliud vero
quod ordinatur ad tollendum defectum
totius speciei sicut hoc quod datur Gene-
sis i. Crescite et multiplicamini
et replete terram. In hoc enim preceptum
actus generativi in quo natura salvatur
et multiplicatur. Hoc autem est inter hec
duo genera preceptorum quod primum preceptum
legis nature quilibet tenetur sigillatim
observare. Sed ad secundum preceptum non
tenetur quilibet semper. In hiis que pertinent
ad speciem omnes homines computantur sicut
est unus homo. Participacione enim
speciei plures homines sunt unus homo
sicut dicit Porphyrius. Sicut autem unus ho-
mo habet diversa membra que occupantur in
diversis officiis ordinatis ad tollen-
dum defectum quem non potest eius per unum
membrum exequi sicut oculus videt toti
corpori et pes totum corpus portat
Ita etiam est in hiis que ad totam speciem
pertinent. Unde cum sufficiat unus ho-

ad exercendum diversa opera quibus humana
vita indiget et societas. Et ideo
diversis officiis et occupationibus diversos
ut dicitur ad Ro. xii. Sicut in uno corpore
multa membra habemus. Hec autem
diversificatio hominum in diversis officiis
contingit primo quidem ex divina providentia
que ita hominum status
distribuit ut nichil unquam deesse
videatur de necessariis ad vitam. Secundo etiam
ex causis naturalibus ex quibus contingit
quod in diversis hominibus sunt
diverse inclinationes ad diversos modos
vivendi. Cum ergo labore manuum
aliquis potest subvenire et proprio
defectui et alieno ad non possit
vivere his in quibus illis sibi sufficere
si indiget alieno amplius. Patet
quod preceptum de labore manuum est
datum sub utroque que preceptorum
predictorum continetur. Augustinus enim labore
manuum vivit [illegible] convenit in
naturalibus aliorum sicut patet ad tertium [illegible]
naturalium preceptorum. Augustinus autem aliquos
[illegible] sunt naturaliter [illegible]
ad primum [illegible] preceptum de comedendo.
Preceptum autem quod ordinatur
ad tollendum defectum corporalem
non obligat nisi defectu existente.
Unde si aliquis est qui possit vivere
sine hoc non obligatur precepto
comedendi. Sic ergo preceptum de
labore manuum non obligat aliquem
simpliciter sicut quod ordinatur ad tollendum
defectum quemque. Alio modo neque sicut
quod ordinatur ad tollendum otium nisi defectu
existente. Et ideo ille qui habet
unde licite vivere possit non tenetur
manibus operari. Qui autem non habet
unde licite vivere possit aliter vel nisi
aliquo illicito opere et negocio
victum acquirat tenetur manibus laborare.
Et hoc patet per apostolum in tribus locis ubi
de manuum operatione preceptum dat. Primo
ad Ephe. iiii. ubi prohibendo furtum
iniungit manuum operationem dicens. Qui
furabatur iam non furetur. Magis autem
laboret manibus suis. Secundo ad Thess.
iiii. ubi precepit laborem manuum
prohibens cupiditatem rerum alienarum.
Operamini inquit manibus vestris sicut
precepimus vobis ut honeste ambuletis
ad eos qui foris sunt et nullius aliquid

desideretis. Tertio ad Thessa. iii. ubi precepit
operationem manuum prohibens
turpia negocia quibus aliqui victum
querebant. Audivimus inquit inter vos
quosdam ambulare inquiete nichil
operantes sed curiose agentes. Glossa.
qui feda cura necessaria sibi provident.
Et subdit. Hiis autem qui huiusmodi
denunciamus et obsecramus in domino
Ihesu Christo ut cum silencio operantes
panem suum manducent. Hieronymus
est sic vivens cum pluribus inter alios
[illegible] cum omnibus aliis [illegible]
sorantur ut Augustinus dicit. Ita manus
que ad plurima opera necessaria ex dictis
dicitur [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. Et ideo per operationem manualem
intelligitur non solum que manibus fit sed
quocumque corporali instrumento. Et breviter
quocumque officio hic agitur de
quo possit licite victum acquirere
sub labore manuum comprehenditur. Non
enim videtur rationabile quod magister artium
[illegible] possit vivere de arte sua
et magister liberalium artium possit
vivere de arte sua. Similiter et advocati
possunt vivere de patrocinio quod prestant
in causis et similiter est de omnibus aliis licitis
occupationibus. Cum ergo preceptum
est sed non omnes obligat. Ideo quia ad
utrumque idem videndum. Ad primum
ergo et ad secundum patet solutio ex dictis
quod quidem laborare manibus est
in precepto. Non tamen ad hoc omnes semper
obligantur. Ad tertium dicendum quod sicut ex dictis
patet apostolus loquitur in eum ille quando
prius labore manuum de vero (?)
negocio sibi victum acquirebat
in quo etiam obligabatur ad preceptum
suggendum. Et ideo digni erant ex
quo enim. Ad quartum dicendum quod ea vero dicuntur
iniungit sunt penitentialis pena est per
apostolum satisfactionis. Unde promisit
maledicta terra in opere tuo spinas
et tribulos etc. Similiter mulieri dixit
in dolore paries filios. Et ideo non
sequitur quod ad laborandum quilibet
teneatur continue preceptum alio sequitur
quod quilibet tenetur ad agriculturam
de qua illud dictum fuerat membrum.
Ad quintum dicendum quod vita spiritualis a
nullo potest esse nisi per actum virtutum

Et ideo quilibet tenetur ad observandum praecepta
quae sunt de actibus virtutum. Sed vita
corporalis a multis potest conservari sine hoc
quod manibus operentur. Et ideo quamvis sit
generaliter in praecepto, non tamen quilibet
ad operationem vel observationem eius tenetur.
Ad primum ergo dicendum quod manducare non est
praeceptum morale nisi quia sine manduca-
tione vita non potest observari, tamen cum
aliquis non manducando seipsum occi-
deret. Et similiter non oportet quod aliquis peccet
non laborando manibus nisi quando aliter
vitam servare non potest nisi illicite acquirendo.
Et tamen illicite acquirere sunt diversis
modis fugienda. Sub eadem disparitate [?]
posuit apostolus non manducare et non
laborare dicens: qui non vult operari
non manducet. Ad primum autem eorum quae
in contrarium obiciuntur dicendum quod non prohibet
dominus apostolis omnem sollicitudinem, sed in
his quae pertinent ad victum corpor-
alem: ipse loculos non habuisset.
Sed prohibebat sollicitudinem superfluam,
quae multis dupliciter sufficit [?]. Uno modo ut
in rebus temporalibus finem ponat vel recte
operantes. Hoc prohibet dominus, unde Augustinus
dicit in libro de operibus monachorum, ex-
ponens illud: Nolite solliciti esse:
Non ut ista non procurent quantum
necessarium est quod honeste poterunt, sed
ut ista non intueantur et videantur
et propter ista faciant quidquid in praedicatione
evangelii facere iubentur. Et habetur
in glossa. Ad Thimotheum iiii. Secundo sufficiat [?]
nimis praecisa sollicitudine quod fiduciam
ad deum amittit. Et hoc dominus
prohibere intendit, ut dicit glossa super
illud Matthaei vi, hoc exemplo non
prohibens providentiam et laborem, scilicet de
avibus et liliis, sed sollicitudinem, ut
tota nostra fiducia sit in deo, per quem
et aves sine cura vivunt. Ad secundum
dicendum quod non omnia quae sunt in praecepto continentur
explicite in praeceptis decalogi. Sed
ad ea possunt reduci in eis implici-
te continentur. Et hoc praeceptum de labore
manuum per quod vita corporalis conservatur
reducitur ad hoc praeceptum non occides,
sicut et praeceptum de manducando; vel
ad hoc praeceptum Non furtum facias, quod
omne illicitum lucrum quod per laborem
manuum vitatur prohibet. Ad tertium dicendum

quod in quolibet praecepto duo sunt con-
sideranda, scilicet finis praecepti et
possibilitas observandi. Quia omnia praecepta
cuiuslibet legis sunt ordinata ad
aliquod bonum inducendum vel malum
tollendum. Nec aliquid impossibile homo
ordinatur praecipi, propter quod Hieronymus:
Qui dicit deum aliquid praecepisse
impossibile anathema sit. Si ergo
sit aliquod praeceptum quod nullo modo reddi
possit impossibile observandum et sine
eo finis intentus haberi non posset,
obligatio eius praecepti semper manet,
sicut est in praeceptis de actibus virtutum,
quia sine actibus virtutum nullus actus meritorius
sit in homine possibilis [?] et sine eis vita
spiritualis conservari non potest, ut dictum
est. Duobus ergo modis praeceptum
de operatione manuum obligationem
manuum amittit. Uno modo quando aliquis
redditur impotens ad laborandum propter
corporis imbecillitatem. Alio modo quando
finem huius praecepti, scilicet conservationem
corporalis vitae, consequi potest sine labore
manuum, ut dictum est. Ad decimum [?] dicendum
quod ad laborem manuum, per se loquendo,
aequaliter religiosi et saeculares tenentur.
Quod patet ex duobus. Primo ex verbis apostoli
ad Thessalonicenses iiii, ubi ponit de operatione
manuum praeceptum dicens: Ut operemini
vos manibus vestris, sicut praecepimus
vobis. Non enim tunc temporis aliqui
religiosi inveniebantur ut dicitur in
[?]. Secundo patet ex hoc quod religiosi non
tenentur ad alia quam saeculares nisi
ad ea quibus se ex voto obligaverunt.
Sed per accidens contingit quod hoc praeceptum
magis tangit religiosos quam alios,
et hoc dupliciter. Primo quia religiosi vivunt
in paupertate, unde facilius potest eos
accidere quod non habent unde vivant quam
saecularibus. Secundo ex statutis regulae
in aliquibus ordinibus, unde dicit Hieronymus
in epistola ad Rusticum monachum: Aegyptiorum
monasteria hunc tenent morem ut nullum
absque operis et laboris suscipiant,
non tam propter victus necessitatem quam propter animae sa-
lutem, ne vagetur per noxias cogita-
tiones. Sic etiam ad vigilias et alia
quibus domatur corpus tenentur quidam
religiosi ex statutis suis, ad quae
saeculares non tenentur. Ad quintum dicendum
quod quamvis usus liberalium artium sit
nobilior, non tamen ita necessarius est ad

vitam corporalem sustentandam. Et propterea sub opere manuum non comprehenduntur sicut patet ex dictis.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod illi qui spiritualibus vacant non excusentur a labore manuum. Primo ad Thessa. iii°. Super illud: Si quis non vult operari non manducet dicit glossa Augustini: Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc apostolum praecepisse. Et postea subdit: Sed superflue conantur et sibi et ceteris caliginem abducere ut quod caritas utiliter monet non solum facere nolunt sed nec intelligere. Et ita videtur quod per spiritualia opera a labore manuum non excusentur. Praeterea inter omnia maxime spiritualia sunt oratio, lectio et praedicatio. Sed per ista opera non excusentur aliqui a labore manuali, quod probatur mediante Augustino dicente in libro de operibus monachorum: Quid agant qui corporaliter operari nolunt scire desidero. Et cum vero vacent orationibus inquit et lectionibus et verbo dei. Et postea subdit: Sed si ab hiis avocandi non sumus nec manducandum est nec esse parandum. Si autem ad ista vocare servos dei tempus infirmitatis necessitas cogit, cur non et praecepti apostolici observandi aliquas partes temporis deputamus? Et quantum ad orationes ut citius exaudiatur una obedientis oratio quam decem milia contemptoris. Quantum vero ad psallentes subdit: Cantica divina cantare etiam manibus operantes facile possunt et ipsum laborem divino tanquam consolari. Quantum vero ad legentes subdit: Qui autem dicunt se lectioni vacare, nonne illic inveniunt quod praecipit dominus? Quae est ergo ista perversitas se nolle lectioni obtemperare dum vult ei vacare? Quis enim nesciat tanto citius quemque proficere cum bona legit quanto citius facit quod legit. Quantum vero ad praedicantes subiungit: Si autem est aliqui sermo erogandus et ita se occupat ut manibus operari non vacat, numquid non possunt hoc omnes in monasterio venientibus ad se vel divinas lectiones exponere vel de aliquibus disputationibus salubriter vacare? Cum ergo non omnes possunt, cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt? Quinque quod ecclesia praecipit insistere facere debet. Et non solum est ecclesia a necessariis actibus occupatur. Sed quod sufficiat ut pluribus audientibus unus loquatur. Praeterea clericis maxime spiritualibus operibus insistunt. Sed si ad laborem manuum tenentur ab ipsis impediuntur, quod probatur mediante lege sexti, distinctione xcj. Clericus victum aut vestitum sibi artificio vel agricultura absque officii sui detrimento paret. Item in alio capitulo: Clericus quamvis verbo dei eruditus est artificio victum quaerat. Item omnes clerici qui ad operandum validi sunt et artificia et litteras discant. Praeterea religiosi qui omnia reliquerunt maxime operationibus vacant. Sed illi tenentur ad manuum laborem, probatio mediante lege: Pauperibus dare vendere quod possidetis. Ille non tunc videbis vivere quantitate pauperibus. Sed cum vendere possessiones magis ut omnia vivere sit credendum supplere per laborem manuum oportunum. Unde vivatis et eleemosynas faciatis. Praeterea decretum distinctione xciii dicitur quod ille est haereticus qui facit contra statutum romanae ecclesiae. Sed illi qui manducant non laborantes propriis manibus faciunt contra statutum Calisti papae per quod firma videntur summum sacerdotem romanum ubi dicitur quod ecclesia statuit quod omnes qui quam vitam degere volunt nullus egentes inveniantur. Ergo religiosi propter opera spiritualia non excusantur a labore manuum, ymmo si manducant sunt haeretici. Praeterea qui exponit se periculo mortis peccat quia temptatur deum sicut si aliquis vadit versus venientem furiam et deponeret arma quibus posset se defendere temptaret deum. Sed ille qui relinquit omnia et non laborat manibus abiciat a se omnia victum quibus resistitur consumptioni quod fit per calorem naturalem in corpore. Ergo talis peccat quia temptatur deum. Praeterea ad Philippenses iii° dicit apostolus: Imitatores mei estote fratres. Sed constat ipse praedicaret et operibus spiritualibus vaccaret nihilominus manibus victum quaerebat. Et ad Thessa. iii° ipse scribit: Quemadmodum et nos oportet imitari nos quoniam non inquieti fuimus apud vos neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte ac die operantes

ne quis virum continuerit. pro Gregorius
super i° confirmatur quod ait ut dicat
Glossa quod perfectus predicator alas suas
abscondit si textum bone operationis
et contemplationis regimine. Et sic falsi
illi qui operibus spiritualibus insistunt pro
contemplatione dicantur esse operibus exteri-
oribus vacare pro aliorum. Et opera
spiritualia non excusant a labore manuum.
Sed contra Luce ix: Sine ut mortui
sepeliant mortuos suos. Glossa: docet
docet minora bona pro maioribus esse
dimittenda. Sed opera spiritualia sunt
maiora bona quam opera manualia, ergo
licet dimittere propter illa. Preterea opera
pietatis sunt potiora quam exercitia
corporalia. Prima ad Thimotheum iiii: Cor-
poralis exercitatio ad modicum utilis
est, pietas autem ad omnia valet. Sed opera
pietatis et misericordie sunt dimittenda
ut vacetur predicationi. Actuum vi°: Non
est equum nos derelinquere verbum dei et
ministrare mensis. Luce ix: Sine mortuos
sepelire mortuos suos, tu autem vade annuncia
regnum dei. Ergo multo fortius propter predi-
cationem et alia opera spiritualia est
dimittendum opus manuale et alia que
pertinent ad exercitationem corporalem. Preterea ij°
ad Thimotheum ij°: Nemo militans deo im-
plicat se negotiis secularibus. Glossa:
Illa sunt secularia negotia quibus
animus occupatur colligendo pecunias.
Sed qui operatur manibus habet curam de col-
ligendo pecuniam, ergo implicatur
secularibus negotiis. Et ita isti
qui militant deo in spiritualibus operibus
non debent operibus manuum occupari.
Responsio dicendum quod veritas huius questionis
apparet ex hiis que in superiori questione
dicta sunt. Ita dictum est supra quod illi
tantum obligantur ad observantiam huius precepti
scilicet de opere manuum qui non habent aliud
unde licite vivere possent. Et ideo
qui spiritualia opera exercent et aliunde possi-
bilitatem vivendi habent de labore manuum
21 Utrum corpus gloriosum naturaliter possit esse cum alio corpore non glorioso in eodem loco
22 Utrum hoc fieri possit aliquo modo miraculose

2m
1 Utrum Christus in triduo mortis fuit homo unus
2 Utrum quaelibet passio Christi sufficiens fuisset ad redemptionem humani generis sine morte
3 Utrum in angelo idem sit suppositum et natura
4 Utrum angelus substantialiter sit compositus ex materia et esse
5 Utrum tempus per quod deus movet creaturam spiritualem secundum Augustinum sit idem cum tempore quod mensurat motum rerum corporalium
6 Utrum aliquis teneatur credere Christo visibilia miracula non facienti
7 Utrum pueri Iudaeorum sint baptizandi invitis parentibus eorum
8 Utrum aliquis propter consuetudinem possit excusari ne decimas solvat
9 Utrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantum ad omnia
10 Utrum venditor teneatur dicere vitium rei vendendae emptori
11 Utrum appetere praelationem sit peccatum
12 Utrum peccatum sit praelato consideratori habere oculum ad temporalia
13 Utrum anima possit pati ab igne corporeo
14 Utrum duorum qui eadem poena digni sunt unus possit citius liberari altero
15 Utrum peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile
16 Utrum crucesignatus qui moritur antequam iter arripuerit habeat plenam indulgentiam peccatorum

3m
1 Utrum deus possit facere subsistere materiam sine forma
2 Utrum deus possit facere quod unum corpus sit simul localiter in duobus locis
3 Utrum anima Christi sciat infinita
4 Utrum oculus Christi post mortem dicatur oculus aequivoce vel univoce
5 Utrum post resurrectionem Christus vere comedit cibum sibi incorporando
6 Utrum angelus aliquo modo sit causa animae rationalis
7 Utrum angelus influat in animam humanam
8 Utrum diabolus inhabitet substantialiter hominem in quolibet peccato mortali
9 Utrum liceat quod aliquis petat pro se licentiam docendi in theologia
10 Utrum auditores diversorum magistrorum theologiae habentium diversas opiniones excusantur a peccato si sequantur opiniones falsas magistrorum suorum
11 Utrum liceat iuvenes inducere ad religionis ingressum voto vel iuramento
12 Utrum idem sit obligatum voto vel iuramento possit in saeculo manere sine peccato

13 Utrum liceat pueros ad religionem inducere
14 Utrum peccat qui aliquem inducat ut ne intret religionem
15 Utrum religiosus qui nil de iure habere in proprio vel communi possit elemosinas facere de his que sibi in elemosinam dantur
16 Utrum aliquis in religione existens [illegible] possit exire absque licentia sui prelati ad subveniendum patri
17 Utrum status religionis sit perfectior quam status sacerdotum parochialium et archidiaconorum
18 Utrum mulier que per vim [illegible] emissum [illegible] possit absque peccato viro suo carnaliter commisceri
19 Utrum aliquis possit licite retinere illud quod acquisivit licite matrimonio (?) de pecunia usuraria
20 Utrum anima sit composita ex materia et forma
21 Utrum anima separata a corpore cognoscit aliam animam hominis quam non in hac vita
22 Utrum liceat ab aliquo moriente requirere ut revelet statum suum post mortem
23 Utrum anima separata possit pati ab igne corporeo
24 Utrum dampnati in inferno gaudebunt de penis inimicorum suorum quos videbunt secum puniri
25 Utrum si primus homo non peccasset tot fuissent nati mares quot femine
26 Utrum ecclesia possit errare
27 Utrum ecclesia Romana [illegible]
28 Utrum cum aliquis sacerdos [illegible] sit in remissione peccatorum sit satisfactio sacramentalis
29 Utrum ei qui promisit dicere officium [illegible] possit iniungi aliqua pena [illegible] vel ei sit imponendum ut [illegible] quod obmisit
30 Utrum [illegible] sit signum [illegible] non futurum
31 Utrum demonstrative possit probari quod mundus non sit eternus

IIIm

1 Utrum in deo sint plures ydee
2 Utrum in deo sit virtus
3 Utrum aque elementares sint super celum
4 Utrum deus possit aliquid in nichilum redigere
5 Utrum deus id quod in nichilum redactum est possit idem numero reparare
6 Utrum pater eodem verbo dicat se et creaturam
7 Utrum filius sua filiatione distinguatur a spiritu sancto
8 Utrum sit idem numero corpus Christi affixum cruci et iacens in sepulcro
9 Utrum deus faciat [illegible]
10 Utrum absolutione sacerdotis remittatur culpa
11 Utrum vir possit [illegible] si teneatur de incontinentia uxoris non valentis [illegible]
12 Utrum subditus teneatur obedire prelato precipienti revelationem criminis occulti
13 Utrum papa possit dispensare in bigamie irregularitate
14 Utrum teneatur vitari excommunicatus contra quem [illegible]
15 Utrum prelatus ecclesie licite possit conferre beneficium suo consanguineo [illegible] digniori
16 Utrum homo sine peccato possit appetere [illegible] magistratus
17 Utrum [illegible] quod semel [illegible] sit [illegible]
18 Utrum magister determinans questiones theologicas magis debeat uti ratione vel auctoritatibus
19 Utrum homo absque caritate [illegible] possit se martirio offerre
20 Utrum pati martirium pro Christo sit in precepto
21 Utrum primus motus semper sit peccatum
22 Utrum primi motus in infidelibus sint peccata mortalia
23 Utrum pueri non [illegible] in precepto sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento vel beneficiis alliciendi ad ingressum religionis
24 Utrum consilia ordinentur ad precepta

IIIIm

1 Utrum deus [illegible] instans in quo potuit creare mundum
2 Utrum [illegible] a deo possit [illegible]
3 Utrum deus possit virginem corruptam reparare
4 Utrum deus possit peccare si velit
5 Utrum totus sanguis Christi qui est in passione effusus in [illegible] eius ad [illegible] rediret

6 Vtrum Xpistus magis fecerit nobis dilectionis ostendit tradendo se in cibum quam paciendo pro nobis
7 Vtrum lucifer sit subiectus cui
8 Vtrum si adam non peccasset omnes homines modo salventur qui modo salvantur
9 Vtrum cibus celestis sit spes in celestibus
10 Vtrum ea que fiunt ex timore sint voluntaria
11 Vtrum forma panis in sacramento eukaristie annichiletur
12 Vtrum liceat sacerdoti dare hostiam non consecratam peccatori occulto non penitenti
13 Vtrum prelatus subditum amissione removere propter ea que sibi confessus
14 Vtrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in via eundi ultra mare quam ille qui moritur redeundo
15 Vtrum si aliquis alicui verba de futuro et post ea carnaliter cognoscat non tamen consentiens in matrimonium sed solum volens fraudulenter subripere copulam talem, si post ea contrahit cum alia per verba de presenti secunda sit uxor eius vel prima
16 Vtrum mulier accusata de adulterio teneatur in iudicio peccatum suum confiteri
17 Vtrum si abbas monachum in laicis permittat eius peccatum per suam libertatem si monachus ea accipiat restituere teneatur
18 Vtrum abbas possit peccare nimis ieiunando vel vigilando
19 Vtrum precepta ordine non precedunt consilia
20 Vtrum peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que sunt contra precepta prime tabule
21 Vtrum beatus Matheus fuit vocatus de theolonio statim ad statum apostolatus et perfectionis
22 Vtrum ille qui eligitur in episcopum canonice melius faciat consentiendo electioni vel recusando electionem de se factam
23 Vtrum prelatus qui dat beneficium ecclesiasticum suo consanguineo propter hoc quod serviat altari committat symoniam

24 Vtrum ille qui sine propria manu glaciem ... possit per premia possit ancillam recuperare
25 Vtrum si doctrina alicuius aliquis recesserit a meliori bono ille teneatur suam doctrinam revocare
26 Vtrum religiosi teneantur parentibus tollere iniurias sibi factas
27 Vtrum ille qui iuravit se non intrare religionem possit licite intrare
28 Vtrum clericus qui teneatur ad horas canonicas liceat matutinas sequentis diei in sero dicere

Vtrum [illegible]

1 Vtrum unitas essencie dei ponat in numerum cum unitate persone
2 Vtrum quodlibet agat aut homo agat propter finem voluntatis
3 Vtrum angeli possint esse in quo loco celi empirei
4 Vtrum puer qui nascitur in deserto ubi non est aqua si moriatur sine baptismo possit in fide matris salvari
5 Vtrum si parvus qui baptizat iudeam cui non dederit fidem de contrahendo, in eodem si baptizatur cognoscens eam post ea carnaliter consumet matrimonium
6 Vtrum dato ad hostium in heretico vel in malo catholico sit actus fidei vel virtutis
7 Vtrum liceat celebrare festum conceptionis domine nostre
8 Vtrum clericus beneficiatus existens in studio teneatur dicere officium mortuorum
9 Vtrum episcopus dans beneficium bono pretermisso meliore peccet
10 Vtrum parvus teneatur decimas solvere suo sacerdoti
11 Vtrum magis meritorium sit obedire prelato vel facere que addem sibi
12 Vtrum mortuus pariatur ad decimas tamen si executor eius differt dare elemosinas quas ipse in testamento dari mandavit
13 Vtrum clerici peccent mortaliter si ea que eis superfluunt in elemosinas non largiuntur

25 Vtrum executor licite tardare possit distributionem elemosinarum ad hoc quod res defuncti melius vendentur

27 Vtrum qui non baptizatus transmittat peccatum originale in plenum

26 Vtrum prius sit auditio adeo ut auditio ad genitale ad bonum

27 Vtrum meditatio sit ... utrum et quod sit in verbo vel quod sit in facto

28 Vtrum aliquis possit esse nec non miraculose simul virgo et pater

29 Vtrum celum empireum habeat influenciam super inferiora corpora

Am

1 Vtrum aliquis intellectus creatus possit videre divinam essenciam immediate

2 Vtrum intellectus creatus possit simul intelligere plura

3 Vtrum intellectus angelicus possit cognoscere futura

4 Vtrum noticia quam Augustinus dicit plenam mentis sit accidens vel non

5 Vtrum fuerit anima Christi in passione perveniens usque ad centrum anime

6 Vtrum immensitas divina excludat pluralitatem personarum

7 Vtrum angelica simplicitas patiatur compositionem ex esse et actu

8 Vtrum corpus Christi sub sua quantitate contineatur sub speciebus panis

9 Vtrum in eodem instanti sit panis et corpus Christi sub illis speciebus

10 Vtrum deus possit facere ut albedo et alia qualitas sit sine subiecto sicut fecit quantitas altaris est sine subiecto

11 Vtrum corpora dampnatorum sint incorrupta

12 Vtrum resurgent dampnati cum suis defectibus

13 Vtrum dampnati in inferno permanent cum anima et carne corporali

14 Vtrum preter sensum tractus in orbis sacre scripture alii sensus lateant

15 Vtrum debeat distingui quod sensus sacre scripture

16 Vtrum isti sensus inveniantur in aliis scripturis

17 Vtrum operari manibus sit in precepto

18 Vtrum ab hoc precepto excusentur illi qui spiritualiter vacant

8m

1 Vtrum senarius numerus quo omnia creature dicuntur esse perfecta sit creator vel creatura

2 Vtrum ydee in mente dei prius respiciant res quantum ad naturam suam vel quantum ad naturam speciem

3 Vtrum anima accipiat species glorie consistat actibus que sunt circa eam

4 Vtrum in quo caritas vel quilibet alius habitus augmentatur habitus augmentari

5 Vtrum alimentum quantum ... in veritatem humane nature

6 Vtrum necesse sit semper eligere melius vel sufficiat eligere bonum

7 Vtrum mali prelati sint honorandi

8 Vtrum oratio tantum in tribus temporibus facta sit perfecta

9 Vtrum suffragia magis prosint pauperi magis digno vel diviti parum operis

10 Vtrum votum simplex dimittat matrimonium contractum

11 Vtrum peccet qui ad ecclesiam vadit propter distributiones qui alias non iret quod nisi acciperet beneficium ut deo serviret

12 Vtrum ab hoc dicto de superfluo peccet si non det pauperi hoc petenti

13 Vtrum qui sequitur diversas opiniones de aliquo facto quod sequitur in contraria peccet sed pluralitatem offendatur

14 Vtrum meditatio sit semper peccatum

15 Vtrum quod non ab meditatur peccatum peccet

16 Vtrum dampnati videant sanctos et post diem iudicii

17 Vtrum dampnati vellent suos proximos dampnatos esse

18 Vtrum in inferno sit tantum pena ignis vel eciam pena aque

19 Vtrum beatitudo prius consistat in intellectu quam in affectu vel econverso

20 Vtrum beati in gloria prius fruuntur ad contemplandum Christum divinitatem vel humanitatem

9m

1 Vtrum deus possit facere infinita esse in actu

2 Vtrum in Christo sit una ypostasis tantum

3 Vtrum in Christo sit tantum unum esse

4 Vtrum in deo sit tantum una filiacio

5 Vtrum in sacro altaris sit accidens sine subiecto

6 Vtrum anima sit composita ex materia et forma

7 Vtrum angelus simul possit esse in cognitione matutina et vespertina
idem est vtrum simul cognoscat res in propria natura et verbo
8 Vtrum angeli eodem actu caritatis potuerunt mereri fruicionem et frui
9 Vtrum angelus moueatur in instanti
10 Vtrum angeli possunt agere in hec inferiora corpora
11 Vtrum anima vegetatiua et sensitiua sit a creatione
12 Vtrum imperare sit actus rationis vel voluntatis
13 Vtrum caritas secundum essentiam augeatur
14 Vtrum petrus negando xpm peccauit mortaliter
15 Vtrum omnes sancti qui sunt in ecclesia canonizati sunt in gloria vel aliqui eorum sunt in inferno
16 Vtrum tres plures prebendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale

10m

1 Vtrum vnitas in diuinis debeat poni dicat vel remocionem tantum i. e. trinitatem
2 Vtrum xpc sit descensurus ad iudicium
3 Vtrum species que remanent in sacramento altaris aliquid ligari que consecrari possit per consecrationem
4 Vtrum dilatatio angeli habeat post et prius
5 Vtrum anima sit sue potentie
6 Vtrum anima secundum statum suum sit incorruptibilis
7 Vtrum anima in patria omnia que cognoscit cognoscat in propria natura
8 Vtrum anima separata a corpore habeat actus sensitiuarum potentiarum
9 Vtrum ille cui propter non potest sustentari sine habendo incidit animam ad eum dotem uel propter nutriri posset teneatur ut habendo prius substitit
10 Vtrum religiosus qui emisit votum obedientie teneatur in omnibus prelato obedire etiam in licitis
11 Vtrum post votum simplex castitatis ad matrimonium habens bene possit reddere debitum
12 Vtrum qui horat diuitias et diuicias peccat
13 Vtrum peccat qui non repellit infamiam
14 Vtrum vti vestibus preciosis sit peccatum

11 Vtrum heretici sit vitandus
Vtrum heretici redeuntes ad fidem ab ecclesia sint recipiendi
16 Vtrum ab intellectu creatus possit videre deum per essentiam

11m

1 Vtrum solius dei sit esse proprie ubique
2 Vtrum deus cognoscat malitiam hominum
3 Vtrum predestinatio imponat necessitatem
4 Vtrum motus angeli sit in instanti
5 Vtrum anima sensitiua et intellectiua sit eadem substantia
6 Vtrum corpus idem numero resurgat
7 Vtrum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis
8 Vtrum quis possit audire missam sacerdotis fornicatoris quod peccat mortaliter
9 Vtrum quis loquendo mentiendo vel stando cum excommunicato peccat mortaliter
10 Vtrum maleficium impediat matrimonium
11 Vtrum frigiditas impediat matrimonium
12 Vtrum quis debeat in publico et in priuato corripere prelatum vel fratrem suum

12m

1 Vtrum in deo sit tantum vnum esse scilicet essentiale vel preter illud sit in eo esse personale
2 Vtrum deus possit facere duo contraria simul esse
3 Vtrum deus possit facere infinita esse in actu
4 Vtrum predestinatio sit certa
5 Vtrum omnia subsunt fato
6 Vtrum in angelis sit aeuum
7 Vtrum dyabolus cognoscat cogitationes hominum
8 Vtrum celum et mundus sit eternus
9 Vtrum celum sit animatum
10 Vtrum anima perficiat corpus immediate vel mediante corporeitate
11 Vtrum anima sit ex traduce
12 Vtrum in intellectu humano consistat scientia
13 Vtrum habitus scientie acquisite remaneat post hanc vitam
14 Vtrum verba humana habeant virtutem ad mouendum bruta puta serpentes
15 Vtrum aqua baptismi habeat virtutem ad emundandum in virtute propria virtute vel virtute concomitante vnde
16 Vtrum non habens curam animarum possit absoluere in foro confessionis
17 Vtrum licet in aliquo casu reuelare confessionem

524.

18 Utrum liceat appetere episcopatum
19 Utrum compromissio causetur ex parvulis ad sacramenta
20 Utrum sit una ecclesia que fuit in primo tempore apostolorum et que est modo
21 Utrum virtus sit fortior inter virum et mulierem
22 Utrum accipiens dotem alicuius complementi sub iuramento non contrahendi teneatur servare iuramentum
23 Utrum virtutes morales sint connexe
24 Utrum compulsus propter preces possit repetere bona sua ab illis qui sunt in civitate inquietes
25 Utrum ille qui male fide construit teneatur ad restitutionem
26 Utrum ille qui rem alienam consumat teneatur ad restitutionem
27 Utrum omnia que doctores sancti dixerunt sint a spiritu sancto
28 Utrum abbas possit predicare sine licentia prelati sui
29 Utrum aliquis prohibitus a papa vel potestate debeat committere predicationem
30 Utrum liceat predicatoribus accipere elemosinas ab usurariis
31 Utrum aliquis possit confessiones audire de indulgentia domini pape sine auctoritate proprii prelati
32 Utrum aliquis possit vices suas committere alicui alteri
33 Utrum peccatum originale traducatur per traductionem seminis
34 Utrum consensus in delectationem sit peccatum mortale
35 Utrum suspicio sit peccatum mortale
Utrum liceat sortilegiis uti maxime
36 in aperitionibus librorum
37 Utrum ille qui dat sacerdoti filium quod licet peccat
38 Utrum aliquis religiosus expelli debeat propter peccatum de religione si sit paratus corrigi et sustinere penam

Receptus xxix July Anno 1402

Incipit prologus libri de statu Cardinalium et virtutibus status eiusdem editi et compilati a domino Io. nunc Augusten. tunc vero Culmen. Ecclesiarum episcopo ordinis fratrum predicatorum

Rex virtutum progressurus ad plurimorum adversus principes tenebrarum veste nostre mortalitatis se induit et commisse sibi paterne legationis in regione peccatorum exercens officium discipulos elegit quorum ministerio errantium corda ad viam reduceret veritatis. In hoc facto vicarium suum instruens ut eius exemplo in partem sollicitudinis viros fortes bellatores et pugiles eligeret Cardinales qui cum in ardescentis spiritus apostatici nequicias quibus spiritus sancti mollimina demolliri satagit consilia prestarent oportuna inter quos felix ille pater ac singulare decus collegii dominus Petrus presulsit episcopus Penestrinus qui sollicitudinis partem vicarii Christi et Petri successoris in vicecancellariatus officio non modicam est sortitus. Vir iste mens est pater singularissimus dominus et promotor. Cuiusdam codicelli per me editi seu potius compilati super hiis que statum Christi et prelatorum concernere videbantur accepta noticia dulci et leni sermone sicut mos sibi erat loqui aliqua etiam conscribi iussit que Cardinalium statum describere viderentur. Cuius verba recipiens pro precepto cum iam scribere cogitarem bella mihi vidi undique preparata. Viam enim declinare scribere scrutator cordium contemplator contemptum et honorum spiritualium inspirator ad scribendum non desiit inspirando et perstolantis movebat verba ut manum a calamo vacuam non tenerem. Econverso vero difficultas materie virtutis odium retrahebat ne diffusius manus exprimeret presertim cognoscens quod describens elementorum mixturas corporum figuras colorum pictorum picturas innumeras pluralia sonorum modulamina angelorum distincta volumina conscripsit. Quomodo describens celestium motorum influencias mobilium controversias motuum symphonias clericorum recapitaciones vaporum impressiones mineralium mixtiones vires herbarum mores animalium originis amicorum. Quomodo describens complexionum distancias humorum repugnancias sanitatum armonias egritudinum distasias unius cumulacionis haberet quam describens varietates actuum qualitates habituum extremitates viciorum et medietates virtutum et illa potissime applicans ad certum statum. Hec quod ad me metaciam et retrahecia animi mei quod eligeret fluctuaret cepi quasi inspirate inspirata de ipsius pii pietate fiducia quod non in incertum currerem non inassum aera verberarem nec super spinas detractionis aut petram abstinacionis semen sermonis seminarem. Sed tamen seminator censeri deberem et non accommodacione copiosi seminantis. Cuius apprehenderunt digiti mei apprehenderunt non fusum sed scindentem calamum attramento ut statum ipsum sub descripcione quatuor virtutum cardinalium describerem et sic se res nomini conformaret et rei proprietas virtutis perpetuam videret. Verum ad iam scribere paratus apis sine dare tristis relacio et lugubris audicio percussit aures meas et precordiorum intima vulneravit dum singularis dominus meus et patronus pater benivolus fidelis amicus veritatis amator iusticie cultor dominus Penestrinus in quo hec omnia conveniebant subtractus de medio decederet. Dura mors et dura subtractio que nec relicte familie nec orbatis filiis nec desolatis amicis pepercit nec totali pepercit ecclesie et hoc quibus dolor deflendus esset ab omnibus a me tamen amplius et qui meam senciunt indigenciam. In ipso enim sensi patrem et dominum providum et amicum quasi hic ergo sanaciatus de doloribus ampliatis inviscera an opus vellem perficere quod incepi diu ob merore manum tenui in suspenso et tandem meo spiritum consolacionis accepi quem sumpsi commemoracionem consolator rememorans etiam quod magnus ille David filium flevit egrotum sed mortuum non ploravit ne divine videretur contrarius voluntati. Quare et incepta volens perficere et perfacta conscribere in eo pedem fixi qui mutatorum labia recessit et longiorum dissentificat indissercias sicque preter duas adicta duabus huic labori sine imponens. Et quia status dominorum Cardinalium culmen dici potest a culmine dignitatis et virtutis cardinales culmen dici possunt a virtutum principatu et scribens sunt culmen ecclesie libellum culmen vidi non immerito nominandum

Intencio et eius divisio principalis ad omnia inferius sequentia

Conscriptum igitur illa que cardinalatum non immerito possunt attribui de quatuor cardinalibus virtutibus ut a re nomen accipiat. Videbatur primordialiter dissertendum omnibus rescecatis superfluis. Etiam si virtutibus predictis eveniunt possent attribui que statum et condiciones cardinalatus non concernunt. Unde et supponendo ad presens super ponentibus quatuor esse virtutes cardinales de sufficiencia ipsarum et numero virtutum predictarum disceptare nolentes ea que specialius intencionem deservire videntur hinc operi asscribenda duximus quas virtutes et distinctionem earundem hoc opus ut principaliter quadrifarie est distinctum. Quarum prima tractabit de prudencia, secunda de temperancia, tercia de fortitudine, quarta de iusticia. Nam primo de ipsa prudencia que celsis lumine prestat cum locum obtineat inter ceteras virtutes principalem primordiali tractatui aliqua annotabimus. Conscripta descripcione ipsius continuum ad nostrum propositum pertinet tractatui ponentes. Variis igitur descripcionibus ipsius pretermissis hoc pro conclusione intenta tenemus quod nullus est prudens prudencia virtute de qua loquimur solo actu intellectus, sed immo oportet quod sit prudens intellectu affectu et opere. Dicimus operandi facultas asserit. Unde et usus scripture et communiter loquencium habet illos magis imprudentes dicere et reputare qui imprudenter operantur licet eciam acute intelligant quid et qualiter et quid agendum. Unde describendo prudenciam superficialiter dico quod prudencia virtus est ex consuetudine bene operandi inducta. Et dico ex consuetudine quod unus actus aut tempus parvum virtutem non inducunt sed in multo tempore prudencia Job xii. Et dico bene operandi i. discrete quia quandoque bonum cum discrecione fecerit virtus est ~~ex consuetudine bene operandi inducta~~ quandoque mali vel boni indiscrete fecerit vicium est secundum ipsum in bono. Et dico operandi iuxta dictum philosophi vi^o ethicorum ubi dicit quod prudencia est recta racio agibilium. Agibilia vero pertinet ad racionem practicam unde prudencia maxime consistit in agibilibus operacionibus.

Premissa igitur descripcione prudencie ad eius species accedamus se restringendo magis ac aptando ad ea que prius speculacionis existunt. Nam Tullius in ii^o Rethorice tres ponit species prudencie scilicet memoriam intelligenciam et providenciam. Aristoteles vero vi^o ethicorum dicit ad prudenciam pertinere eubuliam synesim et gnomen. Assignat eciam mencionem circa prudenciam de custodia et solercia sensu et intellectu. Aliqui eciam philosophi grecorum nacionum ponit x et hiis in premissis assignacionem macrobii que magis videtur ad nostrum propositum pertinere magis inmanibus. Nam sex ponit species ipse macrobius secundum sententiam plotini scilicet racionem intellectum circumspectionem providenciam cautelam et docilitatem et has species per ordinem prosequamur.

Prima enim species prudencie est racio de qua primo loquimur proponimus qualiter deinde ad statum de quo loquimur intendimus applicare consimilem modum eciam in aliis observando. Racio est vis discretiva boni et mali licati et illicati honesti et inhonesti ad electionem boni et fuga mali. Unde eciam raciocinacio dicitur racionis inquisicio. que racio est ab omnibus est diligenda et in singulis negociis prosequenda. quia quod racione caret diuturnum esse non potest. Totum enim mundum vincat quem racio in singulis comitatur. Unde illud pro lege tenetur quod racio constat i. d. Consuetudo et racio est proponenda exemplis q. d. sane. Et quod racione caret extirpare necesse est lxviii dis. corepiscopi. hec autem racio est quadruplex

Est enim
- investigativa
- iudicativa
- memorativa
- interpretativa

Investigativa triplex
- ignoti mali
- ignoti boni
- ignoti indiviti

Et hec satis diminuitur per Senecam tractatu de quatuor virtutibus qui dicit quod aliqui inquirunt ut sciant et turpis curiositas est vel ut sciantur ab aliis et turpis vanitas est, vel ut sciam vendant et turpis questus est, vel ut edificent et prudencia est. Dimittimus ergo racio que non est investigativa veri ad emendacionem non est pars prudencie sed pocius vanitatis cupiditatis et insipiencie. Circa vero racionem investigativam ignoti est advertendum quod ignorancia est mater errorum cunctorum. Et ideo maxime in sacerdotibus dei evitanda est xxxviii dis. ignorancia sicut patet dis. xxxviii quamvis in fine. Ex illius que dei est si quis enim nescit

ea que dicta sunt a domino nesciret et hoc ignorans ignorabitur dist. xxxviii q̄ ea
Unde racio investigativa prudencie vel prudencia eius est investigativa necessariorum que
sunt ad salutem et non ad pompam Unde apostolus ad Ro. xii. persuadet non plus
sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem Et beatus Jeronimus ab angelo corre-
ptus fuit et verberatus eo quod legebat libros ciceronis et origenes similiter repre-
hensus quod delectabatur in garrulitatibus dyalecticorum sicut patet ex historiis
et satis habetur expressius xxxvii dist. legimus. ubi eciam post premissa statim
subiungitur quod non est ab ecclesiasticis secularium literarum querenda pericia. sed quae-
renda est et investiganda pericia scripturarum sacrarum scilicet sacrorum canonum sancti
ewangelii et divini apostoli libri xxxviii dist. omnes psallentes

Est eciam racio iudicativa et hanc prudencia dirigit ne iudicet de civitate de
hiis que bene et male fieri possunt nec scitur quo animo fiant et quibus ex eis
futuris eventus hoc enim iudicium temerarium prohibet salvator luce vi.° Nolite
iudicare et non iudicabimini v. glo. duo predicta iudicia dicit temeraria scilicet illorum que
bene et male possunt fieri et que nesciuntur quo animo fiant vel quibus ex eis
sequatur eventus vide et apostolus i Cor. iiii.° dicit Nolite ante tempus iudicare Item
prudencia prohibet et cohibet racionem a iudicio usurpativo ne scilicet aliquis
personam iudicet sibi non subiectam de quo iudicio dicit apostolus ad Ro. xiiii.°
Tu quis es qui iudicas alienum servum Item prudencia cohibet racionem iudicantem
ne nimia levitate vel eciam tarditate credatur. Quibus enim credere et nulli
credere vicium est ut ait Seneca Et eciam xxx dicitur Qui cito credit levis
est corde. Unde et beatus Gregorius scribit Johanni episcopo Corinthiorum Si quid vero
ad tuas aures de quocumque clerico pervenit quod te iuste possit offendere facile
non credas xcv dist. Si quid vero et ii. q. iii. et c. qualiter sic dicitur
Qualiter vera sint quedam tamen iudicia non credenda nisi certis indiciis demonstretur
Et caveas summope et c. grave xv. q. vii Si quis

Racionem eciam memorativam prudencia dirigit dum salubria facit reminisci scilicet
beneficia dei et propria oblivisci scilicet iniurie xxxiiii De quibus que ad
primam partem dicit sapiens Eccli. ulo. Memento creatoris tui. Et beatus Bernardus
ad fratres de monte dei dicit sic quantum ad sensum Christi Christianum proprie pietati
expediat. quantum servum redemptoris deceat eciam eciam ut utile ei sit una sal-
tem aut aliqua hora diei passionis ipsius et redemptoris attencius colligere
beneficia ad confruendum suaviter in consciencia et ad recolendum fideliter in memoria
Non sit memor
beneficiorum acceptorum quo ad secundam partem dicitur levitici xix Non sis memor
iniurie civium tuorum. Nam cum hominis oblivioso beneficiorum et tenax in-
iuriarum velud colatorum quod fecem retinet et subducit nobilem et nobilem liquorem per-
mittit quod certe esse non debet. quia secundum Senecam sapientes lex accepti be-
neficii inter duos talis esse debet ut alter scilicet dans statim oblivioni tradet
alter scilicet recipiens in memoria semper retinet Ingratitudo enim est maximum vicium
quia ex ipsa alia multa consurgunt. quare vitanda est summopere et eciam pu-
nienda prout dicitur xxiii. q. v. de forma in fi. et accipiens beneficium propter ingratitudinem
eo privari potest

Est eciam racio quam dirigit prudencia sermonis interpretativa quo ad duas partes
quia aliqui ab aliquibus dubia pro certis interpretantur et verisimilia pro veris
affirmantur que certe prudenti non conveniunt Sed prudenti hoc convenit
ut interpretando sermonem dubium interpretetur ut dubium et verisimile ut certum non
affirmet prout Seneca satis docet li. de forma honeste vite dicens de qui-
bus non diffinias sed suspensam tene sentenciam nichil affirmes. quia non
omne quod verisimile est statim verum est. sicut et sepius quod incre-
dibile videtur non continuo falsum est. Crebro enim mendacium faciem veritatis
tenet. et crebro veritas faciem mendacii occultatur Nam sicut aliquis frontem
tristem amicus et blandam adulator ostendit. Sic quod est verisimile dimer-

simonie coloratur. Unde et qui moderatur labia sua certa pro dubiis et verisimilia
pro veris non affirmans prudentissimus est. Prov. 1. Talis est qui interpretatur symoneos
ut sunt dubia ut dubia et certa ut certa relinquens. Maledicit enim Ysa. propheta
hiis qui interpretabantur symoneos dicens secundum Ysa. v. c. dicens Ve qui sa-
pientes estis in oculis vestris et coram vobis ipsis prudentes. Tales autem sunt
qui dimittunt sue prudencie et sensui suo primum decretis anteponunt de consti-
tutione inniterer. Cum enim sacram scripturam aliter interpretatur quam sensus sanctus effla-
gitat hereticus est censendus xxiiii q. iii. heresis. hoc tamen generaliter est tenendum
quod si de sacris scripturis agitur et earum si dubitatio emergat indicetur se
quibus potius non intelligere quod scribitur quam non intellectum tenere diffinire et in-
terpretare. Ita enim beatus Augustinus scribit beato Jeronimo ut ix dis. ego solis eis.
Si vero de factis humanis agitur cum quo animo fiant ignoratur in meliorem
partem interpretentur de v. iiii. estote. Unde satis grave est et indecens ut
in re dubia certa detur sententia xi. q. iii. grave.

Nunc ad propositum aliqualiter descendendo videtur quod in pluribus locis sacri canonis
invenitur sub nomine cardinalis episcopus proprius designari ut satis patet
xxiiii dis. presbiteri et lxxi dis. fraternitatem et vii q. i. pastoralis. Aliquando
vero sub nomine cardinalis intelligitur sacerdos summus ecclesie alicuius vel quasi
parochialis ut patet xxi q. i. relatum in glo. et de offi. archipres. ministerium in glo.
et in hoc sensu de cardinalatu loquimur non proprie ea voce. Sed tamen loquimur
proprie de episcopis presbiteris et dyaconis qui domino nostro pape quottidiano
misteriis obsecundant quos beatus Silvester primum cardinales appellavit ut
apparet ii q. iiii. presul. Istis enim quo ad officium et quo ad statum seu dignitatem cardinala-
tus competere tria comperio. Primo enim competit quod ipsi sunt domini nostri pape consiliarii
unde et cardinales merito possunt dici. Nam sicut in cardine vertitur hostium
clauditur et aperitur ut notatur in glo. de offi. archipres. ministerium. Ita dominus noster
papa hostium universalis ecclesie et claviger celi consiliis dominorum cardinalium dirigitur
et eorum persuasionibus inclinatur et movetur portas maiorum dignitatum ecclesiarum
aperit atque claudit. quod si quis dubitat an sit verum decretales epistolas et litteras
promissionum prelatorum ecclesie inspiciat et inveniet dominum papam communiter unum quod dominus
noster papa scribit se deliberationem habuisse cum fratribus suis scilicet dominis cardinalibus. Aliud
est quod post deliberationem ipsam de eorum fratrum suorum consilio statuerit aut de certa
persona providerit etc. ex quo patet quod ipsi sunt vere et realiter consiliarii domini nostri pape
et ad hoc deputati specialiter et vocati patet lib. vi. de electione fundamenta.
Secundo dominis cardinalibus quo ad eorum convenit dignitatem et statum quod sunt romani
pontificis electores patet xxiii dis. In nomine domini et lxxix dis. Apostolice cathedre dis.
quasi per totum. Item de electione lic. §. li. vi. ubi periculum. Tercio eis convenit officium
legationis a latere patet de sen. ex. ad eminentiam patet in glo. de offi. lega. cum non
ignores ubi dominus querit an archiepiscopus Cantuariensis virtute legationis possit episcopum de-
ponere. Respondetur quod non. Et subinfertur ymmo legatus missus a latere pape puta cardi-
nalis hoc non posset ex quo patet quod per legatum a latere cardinalis intelligitur.
Et licet beatus in glo. super c. ex parte eo. ti. et forte alii sentire videantur
quod alii etiam possunt mitti a latere quam domini cardinales. hoc tamen novo iure
declaratum esse videtur prout vult Jo. An. eo. ti. c. officii li. vi. quia eis ubi illa
conceduntur que legatis aliis quam missis a latere minime sunt concessa prout patet
in fine dicti decretalis quod in fratribus nostris legatione fungentibus etc. possit tamen
dominus noster papa alii quam cardinali committere concedere sive committere potestatem sicut
cardinali ymmo ampliorem. sed indiget de hoc huiusmodi potestatis speciali ubi cardina-
lis in pluribus minime indigeret. Quarto ipsi pape dicuntur laterales quia lateri
domini nostri pape assistunt in consistorio et in oratorio cum divinorum faciat officia.

Ad propositum ergo nunc redeuntes dicimus quod dominis cardinalibus summe competit necessaria
vocatio investigativa in consiliis iudicativa in electionibus interpretativa

in inveniendis investigativa in consiliis. Necesse enim ut prudentia in consiliis ratio-
-nem investigantem dirigat. Nam dicit philosophus vi ethicorum quod prudentis est esse
bene consiliativum. Consilium autem est inquisitio quedam ex quibusdam ad alia
procedens. Hoc autem est opus rationis proprie. Unde ad prudentiam necessarium est
etiam quod homo sit bene ratiocinativus ut satis declarat sanctus Thomas ii ii q.
xlix ar. v. Certe et si opus prudentie et opus rationis cuilibet expediat
precipue tamen dominis cardinalibus qui suo consilio regunt totam ecclesiam. Hec sunt
necessaria quia qui bonum dat consilium premium vite est subsidium et eterne re-
-munerationis premium certius expectare xi q. iii bone rei. Qui vero malum
dat consilium ab eventu male rei non potest excusari unde et penam meretur
xi vi dis. ... in fine de pe. dis. i. periculose. Ubi dantes consilium super
homicidio eadem dampnatur pena. Cum ergo in maximis habeant consiliari
et consulere et in multis maiorem premium et maxima culpa eis exinde po-
terit provenire. Cuilibet in dandis consiliis expedit eis omnem diligentiam
impendere ut bonum et verum purissime et sincerissime persuadeant omni affectione
semota.

Circa quod est advertendum quod in dandis consiliis aliqua sunt vitanda
ex parte consiliantis vel consilium dantis. Alia prosequenda ex parte consiliabilis
vel consiliati. Ex parte consiliantis vel dantis consilium est cavendum
Ne sit iratus ne sit cupidus ne sit festinus. Ne sit iratus propter tria que re-
pugnant bono consilio. Nam iratus decipitur in sua potentia, deicitur in sua elo-
quentia, confunditur in sua intelligentia. Dico primo quod iratus decipitur in sua
potentia. Quia cum iratus semper putet se plus posse quam potest ipse posse suum su-
perat et superatur ab ira. Contra quod loquitur sanctus Job xxxvi dicens Non te
superet ira ut aliquem opprimas. Ira enim viri cum superat rationem recte consilium
non permittit. quia ex quo putat se plus posse quam potest rem sibi impossibilem
ut possibilem persuadet. Sic quod hoc aggrediendo seipsum destruit. Propter dicit me-
trificator: Cum plus posse putat sua quam natura ministrat posse suum superans
se minus esse potest. Nam de Platone scribit Seneca libro iii° de ira ad Novatum
servo suo iussit tunicam deponere et scapulas prebere verberibus sua manu ipse ca-
surus. Postquam autem intellexit se irasci manum suspensam tenebat in alto
et inquirenti quid ageret, respondit iratus ab homine exigo penas propter quod non
cecidi eum timens ne plus facerem quam deberem quia dum in propria potestate non sum
non decet ut alius in mea sit potestate. Unde et beatus Gregorius in moralibus dicit
plus semper ira in vindicta exigit quam accepit iniuria.

Secundo vitanda est ira a consiliariis quia deicitur in eloquentia. Iratus
enim nil loquitur nisi crimina ut dicit Seneca et ita alios consiliarios posset
consimiliter provocare et turbare et seipsum dehonestare propter quod provocati
ad consiliandum et consulendum minus essent apti. Nam lex videt iratum
iratus non videt illam. Ira enim viri iustitiam dei non operatur Jacobi primo capitulo.
Et ibidem dicitur: Sit autem omnis homo velox ad audiendum tardus
ad loquendum et tardus ad iram. Quasi diceret quod loquutio inordi-
nata et incauta generatur ira et ex ira incauta loquuntur et ideo ami-
citia iracundi hominis est vitanda quia diu stare non potest.

Tertio vitanda est ira in consiliis quia confundit intelligentiam. Intellec-
tus enim hominis irati sic confunditur quod discernere nescit. Unde et Catho
dixit: Ira impedit animum ne possit cernere verum. In consiliis enim et in aliis
rebus cohiberi debent motus animi turbati et appetitus inobedientes rationi.
Quia ut dicit Tullius ira procul absit cum qua nihil recte fieri nihil quod
consiliari potest. Que enim aliqua perturbatione fiunt ea nec constanter fieri
possunt neque ab aliis qui assunt probari. Iratus enim cecus est nec bene iudicare.
Unde et David propheta dicebat: Turbatus est a furore oculus meus

Et alibi succendit ignis scilicet ire et non videmus solem scilicet iusticie. Unde
multum iratus non potest esse bonus iudex. Prohibet enim apostolus in epistola ad Romanos
ne iratus seipsum vindicet dicens Non vos defendentes karissimi sed date locum ire
quod satis apte opponitur xxiii q. i cum sua ad R. Unde aliud prohibemur
quam ipse persone iniuriam repellere. Nec certe iratus aliud vindicte licet competentis
Unde cum excesserit imperator Theodosius ex furore quo ferebatur contra
thessalonicos cives quos ex impetuoso obtruncari iubebat volens satisfa-
cere in occisione sui militis non exaltans crimen sed furori paruit xi q. iii. Cum
apud Ambrosium periculosum est etiam homini irato ferre iudicium patet ibidem episcopus
presbiter in fine. Unde et in consiliis ubi iudicia singulorum proferuntur in medium redeat
ira vera iudicet universa. Nam commotionis tempore iustum putatur omne quod fit xi q. iii
Illa ubi in[illegible] nobilis dicit in hec verba. Illa est cautela laudabilis in qua tota
racio agit et furor nil sibi vendicet. Restringenda est sub racione potestas nec est
agendum quod furens animus concitata ad tranquillitatem mens redeat. Et si verba [illegible]
Greg. Crisostomi ergo a consiliario ira est vitanda est ex quibus omnibus sic infero
Si cuilibet consiliario ira vitanda est et ab ipso procul esse debet multo magis a dominis car-
dinalibus qui suo salubri consilio totam regunt sanctam ecclesiam. quos ex immensa dei
[illegible] [illegible] et animi turbacio quia corporis fetido vel verba a multis estimantur
inordinata. Nec certe est passio periculosior prius
in exemplari sine edificatorio sine periculosum. Nec certe est passio periculosior prius
autem ira deordinans sicut ira patet satis apte declarat beatus Gregorius dicens v. moralium
ire sue stimulis accensum cor palpitat corpus tremit lingua se impedit. facies ig-
nescit et exasperantur oculi et nequaquam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem
format. sed sensus quod loquitur ignorat. que omnia procul sint a tantis viris
et dominis tanta dignitate preditis et discrecione vigentibus. Omnia ergo ira na-
scuntur ex filie que sunt rixa timor [illegible] contumelia clamor indignacio blas-
phemia. que si intrarent sanctum consistorium utique ab ipso procul omne bonum consilium

Secundo dico quod bonus consiliarius vitare debet cupiditatem. Ista autem cupiditas ma-
xime notatur et apparet in recepcione munerum que ultra modum est vitanda
et maxime a maioribus columpnis ecclesie quibus innititur et manebit fundamentum
et caput ipsius. Recepcio enim munerum multa mala facit inducit et parat in recipiente
Nam recipiens excecatur. eius os obstruitur. fit multum obligatus. male sonat [illegible]
plicatur et multis peccatis vetitis laqueatur. Dico primo quod ex recepcione munerum
recipiens excecatur. Experiencia docet quod alicuius munus accipiens malum si scivit
ante munus oblatum nescire se simulat cum accepit. Primo hoc quod contra dan-
tem opponitur a recipiente excusatur. Contra quos loquitur ysa. propheta dicens
Ve qui iustificatis impium pro muneribus. tales enim negant [illegible]. Omnia qui vitat
pro pecunia negat deum negat x q. iii. absit ut dicatur. Et contingit si contra dantem
[illegible] infamia infamati non creduntur. quamvis talis ut infamator et criminator ac
falsarius reputatur. Et si presenserunt volens probare quod dixit statim estimatur
et vocatur. nec eius sermo aliquatenus acceptatur. quia nec intellectus sibi datur
Unde Exodi xxiii dicitur Non accipias munera. quia excecant prudentes et deuteronomio xvi
Non accipias munera quia excecant oculos sapientium. Facit enim dyabolus ad nonnullos
viros illustribus qui vigent racione et intellectu sicut facit aquila volens venari
cervum. Narrat plinius lectisque pulveribus sedet inter cornua cervi quo ex tenore
currente velocius aquila collectos pulveres a se excutit et in eius oculos
alis suis vehementer impellit. Sic ergo fit ut cum cervus propter excecantes pul-
veres videre non potest cursus sui periculum non attendens seipsum cursu rapido de rupe
precipitat. sicque precipitatus cecus fit avis preda. Sic facit quamplurimum sepius nequam
cum displicent nimia iudicia et platorum. Nam plati seu iudices quantum ad suos cor-
iuria. Iustitiam sed ad discernendum et potestatem ad iudicandum. quibus dyabolus plurimum
insidet collectis pulveribus i. muneribus congregatis quas alis suis dyabolus i. persua-
sionibus temptacionibus et impugnacionibus multis immittit oculis i. affectionibus
prelatorum ipsos excecans interim ut non videant iusta dei consilia sed magis
rapido cursu suarum affectionum et cupiditatum agitati et excecati currunt

in dampnabile precipicium culparum in presenti ut fiat inter escam dyaboli ignis infernalis in futurum. De quibus loquitur beatus Ambrosius dicens quod gracius auro in nummo ...um solem iusticie et veritatis intuentur dis. xlviii. sunt hii

Ex quo sequitur interius oris obstructio ut dum de pinguedine offerentis aut valenciis persone tractatur offerentis culpa non perstitur in medium nec valenciis merita que offerenti posset obesse recommendantur sunt quod muti ora habentes ut de talibus vere possit dici illud quod scribitur ecclesiastici xx. Xenia et dona excecant oculos iudicum et quasi mutum in ore avertit correctionem. Assimilantur enim isti canibus mutis de quibus loquitur ysaias propheta lvi. c. dicens Canes muti non valentes latrare. et habetur xliii. dis. sit rector. Nam canis cum esurit sepe latrat usque dum os recipiat ad rodendum. Extunc enim se abscondit sub bancos et a latratu desistit. Revera sic faciunt multi fame lici plurimum sed munerum acceptores latrant sepe contra promovendum ad mensam dispensacionis divine. sed accepto osse unius porcionis tacent ore sed sub bancos silencii accepti pretextus non essent absconditos. De quibus prophetavit beata Anna primi regum ii.º c. ubi dicebat pedes sanctorum suorum servabit et fortis iusticia amplexi ... et impii in tenebris i. in occultis conticescent. i. silebunt ... i. apparencia actionum et impii in tenebris i. in occultis ... dis. xlix. Nunc etenim ... contingit quod pauper dum non habet quod offerat non solum audire contempnitur. sed eciam contra veritatem opprimitur ... pauper

Ex quo est satis apte concluditur quod ex recepcione munerum sequitur servitus. Obligacionis ex hoc enim quod aliquis offerentis accepit munus obligatur eidem ad serviendum. nec audet loqui quod verum est casi constrictus enim ... ad loquendum. Et hec maxima est servitus quod homo natus liber et vigeat ad loquendum. Et hec maxima est servitus quod homo natus liber ... libertatem amittit simul et ... vilissima libertatem admittit ... quod bene attendit apostolus ubi dicebat ad ephesios v. Avaricia est ydolorum servitus. Cum enim nummus nisi metallum aut es ydolatrum et figuratum ... servitus ... dicit sanctus Bern. nisi terra rubea vel alba. quod enim est aurum vel argentum ... amatores eorum ... servire oportet ... errorum hominum fecit cara ... servitus amatores ... sponderunt in baptismo tunc acceptores ipsorum fidelitate et servitute que spoponderunt in baptismo ... cum omnis a... piter violantes. prout dicit beatus Gregorius in registro in hec verba. cum omnis avaricia ydolorum sit servitus. quisquis hac maxime in dandis ecclesiasticis honoribus vigilanter non precavet infidelitatis perdicioni subicitur casi tenere fidem quam negligit videatur. i. q. i. Cum omnis. Unde apostolus ne in servitute redigeretur ministrancium sibi stipendia noluit ipsa recipere. sed potius propriis manibus acquisivit ea. licet tamen quod predicacionis officio ac spirituali pabulo quod ministrabat temporale pabulum ei debetur. Unde dicit i. Cor. vii.º Omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate. voluit innuere quod stipendia sibi licebat recipere sed noluit ne sub illorum esset servitute a quibus sibi stipendia ministrarentur.

Ex quibus ulterius apparet quod ex recepcione munerum sequitur male societatis implicacio. quia cum talia fieri oporteat in occulto nec dum sint tam pure intencionis in suscipiente ut talia velint per se tractare oportet quod habeat baratoris ... Et exinde sequitur duo ... res qui sciant huiusmodi negocia perficere. Et exinde sequitur duo ... secretum. Secundum est diffamacio. Prima quod tercius est notum raro solet esse secretum. Secundum est ... eiusdem baratoris exaltacio. quia ex quo facta sua placere et occulta sunt timetur ne revelet vel detegere a peticione sua tali ... desistat et per consequens ex timore et eciam ex utilitate pre aliis promovetur et exaltatur. Et sepe contingit quod idem barator sub pallio sui domini multa nephanda committit ex quibus dominus infamatur et ... leditur in honore et quinde ... tales fuerunt et non compererint ut tenetur. quia non ... scrupulo societatis ...

qui manifesto facinori desinit obviare dis. lxxxiii. error. qui enim potest obvi-
are et perturbare pravos et non facit nichil est aliud quam impietati fave-
re xxiiii. q. iii. qui potest. Nam qui desinit obviare cum potest consentit. ibidem consi-
milis fi. Ymo tenera tales a familiaritate et societate sunt utique repellendi. quia
non potest diu incorruptus permanere qui talibus sociatur prout scribit beatus Augustinus
li. ii. confessionum premeniam sic loquens. Quo inquit premeniam incorruptus potest
permanere qui corruptis sociatur xxxiiii. q. iii. quisquis tercia si. ca.

Et si forte videatur ab aliquo quid ad me si alius perverse agit potest
enim malus tollerari dummodo non consenciatur eidem Nam christus Iudam cum
sciret tolleravit et ad predicandum misit. cui et cum aliis eukaristiam dedit prout
habetur xxiii. q. iiii. Tu bonus. Huic respondet beatus Augustinus sic loquens Ita plane
quis sociatur malis si male aliquod cum eis committit aut committentibus favet
si autem neutrum facit nullomodo sociatur et sequitur Porro si addat tantum ut non
sit in iudicando piger glo. in marpande et detundande sed vel corripiat iniusti
in iuria et arguat eos si eam personam gerit scilicet superioris et racio conservande pacis
admittit ut coram omnibus peccantes arguat ut ceteri timeant. removeat eos
vel ab aliquo gradu honoris vel ab ipsa communione sacrorum hec beatus Augustinus ibidem
vel ab aliquo gradu honoris vel ab ipsa communione sacrorum. hec beatus Augustinus ibidem
xxiii. q. iiii. Ita plane. Et infra a malis semper dissugiamus corde ad tempus
caute corpore copulamur Nota quod dicit caute ne quis inficiatur mala societate
Et dicit ad tempus videlicet cum emendari creditur Alioquin a malis nullo tempore est
sociandum maxime prelatis et similiter rectoribus ecclesie sancte dei

Ex ista enim causa requiritur in prelato ut bene presit domui sue et familie
sue et fundatur in racione duplici. una quia prelatus non habet frontem
reprehendendi vel puniendi alios qui suos corrigere negligit et emendare. Item
presumitur vehementer contra eum de crimine negligencie quod adeo magnum est ut
causa deposicionis inducat lxxxi. dis. dein quod nobis. Tum si sine culpa prelati
familia mala esset et postquam scivit sufficienter corripit et emendavit quantum
potuit ei non imputatur nec esset impugnandum licet prima facie sit presumendum
quod prelatus cum stetit donec probet contrarium ii. q. vii. Puenit et in glo. Et sic Ray.
iudicium ii. quod ordinandus sit domui sue bene propositus

Unde si post ammonicionem et sufficientem correctionem familiaris prelato se non
emendavit est procul dubio a familiaritate de cetero excludendus et abi-
ciendus sicut satis precedens capitulum innuit Puenit Et racio redditur xxviii.
q. ii. ubi dicitur quod sepe malorum consortia eciam bonos corrumpunt quanto
magis ad vicia inclinatos c. sepe.

Qualia autem et quod mala pariat cupiditas et maxime munerum recepcio facile
est volenti advertere Nam secundum beatum Gregorium xxxi. moralium filie avaricie sunt
prodicio fraus fallacia periuria inquietudo violencia et contra misericordiam obdura-
cio. que omnia recepcionem munerum consequuntur. unde et ipsa a dominis Cardinali-
bus maxime est vitanda et eo amplius quo amplius de bonis ihesu christi
ipsis est commissum. quod quidem ne ipsi oculi ecclesie ceteros simplices in depravacionem indu-
cant et se multis peccatis involvant quia in psalmo scribitur. In quorum manibus iniquita-
tes sunt dextera eorum repleta est muneribus. Unde et dominus salvator innuens
quod munera non docuit diuicias aut munera diligenda sed dixit
querenti salutis consilium. Vade et vende omnia que habes et da pauperibus etc.

Tercio ut dixi a bono consiliario est vitanda voluptas Nam racio et di-
screcio vacancium voluptati et libidini ita absorbentur ab ipsa voluptate
quod iusta consilia dare nequeunt neque recta. Dicit namque b. Gregorius in dyalogo
Carnalis delectacio mentem quam inficit obcecat. ut videre claritatem veri
luminis non valeat etc. unde inferius delectatur inde caligine ad superna patia-
tur Et Tullius de senectute dicit. nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis
hominibus datam a natura. cuius avide libidines et temere et effrenate exci-
tant ad peccandum. hinc patrie prodiciones. hinc rerum publicarum eversiones.
hinc cum hostibus secreta colloquia nasci debent. Nullum denique scelus. nullum

malum facinus ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellit Stupra
et adulteria et ad omne malum flagicium nullis quis illecebris excitari nisi voluptatis
Cumque nihil homini sine quibus deus mente prestabilius dedisset huic divino muneri
ac dono nichil tam esse inimicum quam voluptatem. Nec enim libidine dominante locum
tyrannie esse neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quo circa
nichil tam detestabile tamque pestiferum quam voluptatem. Siquidem si ea maior
sit atque longinquior omne animi lumen extinguit Et certe voluptas tam
pessima est ut nequaquam oriatur nisi precesserit dolor. Ait enim petrus alphonsius
Nullam quippe oriri voluptatem quam dolor non precesserit. Nullus enim bibendo
quis delectatur nisi primo doluerit siciendo Nemo delectatur in comestione nisi
precesserit dolor famis. Aut etiam in requie delectatur nisi ante doluerit
in labore. Et sic in omnibus affectionibus cito advertere potest dolor quam delectacionem
antecedit. quare nullus voluptuosus vias tenere potest. Hec enim sapientem
decepit Salomonem xxxii q iiii. Salomon hec fortem decepit Sampsonem
xxxiii q v. Si non hec sanctum infecit David de pe. dis. ii. David electus est
ergo tutus erit a ruina voluptatis. Quod ergo bonum poterunt dare consilium
qui vicinis dominantur reguntur fetidissima vincuntur voluptate. Hec ergo et si procul
sint a rectoribus, maxime tamen procul sint a rectoribus et consiliariis sancte ecclesie dei
quia non est verisimile ex aliorum consiliis bene regi posse etiam quum omni careat
consilio ad regendum salubriter semetipsum. cuiusmodi sunt omnes dediti voluptati
Et quia de hac materia diffusius dicetur in tractatu de tyrannia ideo hec premissa
dicta sufficiant

Quarto principali debet bonus consiliarius festinationem vitare studeat, alioquin suum consilium
ipse ruine cito causam ostendet Est enim festinatio contraria omnibus bonis con-
siliis sic et in iudiciis contraria est celeritas quia ad penitendum properat qui cito
iudicat. Optimus enim iudex cito intelligit et tarde iudicat Ita et de consiliis scri-
ptum est quidam extraneis id puta rectissimum esse. Et etiam dici consuevit velocem
solum sequitur penitentia cito Non igitur consilium est dandum vel recipiendum subito
et festinanter sed cum deliberatione et mora competenti. Ait enim Seneca de forma
honeste vite nichil tibi subitum sit sed totum prospice ante. Nam qui prudens
est non dicat non putavi hoc vel sic fieri Non enim est putandum et cavendum
Quare in rebus maxime arduis deliberatio et mora competens est laudanda
et accelleratio reprobanda Nam licet mora sit odiosa facit tamen sapientem. Discretus
ergo consiliarius in omnibus suis consiliis principia debet attendere simul et fines. Nam
cuiuslibet rei potissima pars est principium Et idem est in contractibus observandum Contractus
enim nisi in capite inspiciantur intelligi non possunt unde dicunt leges Initia enim
rerum diligentissime sunt attendenda Nam scriptum est De principiis obsta sero me-
dicina paratur Cum mala per longas convaluere moras. Omnia enim mala ex-
empla bonis initiis sunt exorta ut dicit Salustius Nam si in omnibus bonis dupli-
cia mala invenies ut dicit Jhesus filius Syrach. Multomagis in rebus male inceptis
quia vix bono peraguntur exitu que malo sunt inchoata principio dist. li. miramur
Expedit ergo in cunctis consiliis principia et rerum exitus attendere diligenter Ait enim
pamphilus in metro principium finemque simul prudentia spectat Rerum finis habet
crimen et omne decus Ubi ergo consilia in finem circumspice verbi ut melius possis pre-
meditata loqui. Premeditata loqui bene convenit sapienti Unde et Seneca
in epistola dicit facilius est prohibere viciorum initia quam impetum regere passionum
Et alibi dicit facilius est vicia excludere quam admissa comprimere Initia enim facere
in nostra sunt potestate de eventu aut fortuna iudicabit Prudenter igitur et cum
magna discretione consilia sunt prius examinanda antequam in executione
ponantur. quia prudentis est examinare consilia nec cito credulitate ad falsa pro-
labi Et hec quidem si cunctis sunt necessaria multomagis in dominis cardinalibus
qui circa supprema difficilia magis ardua consiliari habent et consulere. Unde eis
expedit atque eorum convenit honore et cum deliberatione cuncta loquantur nec
ex affectione aut ex abrupto in medium consilii aliqua proferant. Nos enim dicit

Calixtus ipsa loquens scribas sinus tunc indigemus ut aliquid maturius agatur ne pre-
cipitemus consilia et opera nostra dist. l. pondere vini sis similiter et mores suos delibera-
tio enim omnibus est necessaria que per indiscussos hominum refrenare calores ii q. vi
antiquorum tunc si ille est cautela laudabilis in qua totum racio delibera-
tionis agit et furor sibi nichil vendicat xi q. iii Illa propositio Et si delibera-
tio in cunctis est necessaria maxime circa negocia ecclesie circa que versantur
consilia dominorum Cardinalium Sic enim scribit beatus Gregorius primus episcopis per
Galliam Europam et Germaniam loquens in hec verba Necesse est quatenus nego-
cia ecclesiastica post multorum experimenta curarum sollicitantis aspicere et diligencius
pertractare quatenus per spiritum caritatis et pacis omnis materia scandalorum et invidorum
presumptio atque oppressio simplicium fratrum de castris domini auferatur dist. plu-
lium plerumque

Sunt enim domini Cardinales iudices maiorum negociorum et causarum in quibus
sententia ferri non sine deliberatione permaxima xi q. iii Summopere cavendum
est precedente Cum apud Et beatus Gregorius super Job i dicit Consilium in die
suo pascit dum ratione actio implet prohibens esse precipitem Nam qui festinus
est pedibus offendit prover. xix. Ex premissis ergo patet quod ex parte consiliantis
active vel passive necesse est vitare iram cupiditatem voluptatem et festina-
cionem pro sanis salubribus consiliis ad que danda domini Cardinales sunt specialiter
vocati et electi

Sic igitur enumeratis et expeditis que sunt necessaria ex parte consiliantis quia aliqua
sunt dicenda de hiis que sunt necessaria ex parte rei vel operis consiliabilis
Ad cuius evidenciam est notandum quod ceteris paribus semper proponi debet expediens damp-
noso certum incerto tutum periculoso facile difficili Unde et in consiliis attendendum
est ut illud quod consiliatur sit expediens sit certum sit tutum sit facile

Primo quidem attendendum est quod sit expediens ubi est advertendum quod in consiliis
tria sunt expediencia scilicet veritas utilitas et honestas A falsitate enim ducere con-
silium bonum non debet eventus unde est colenda est veritas quia ipsa sola deo homines propi-
nquos facit eo quod ipse deus sit veritas ipso testante qui dicit Ego sum via veritas
et vita Jo. xiiii Et Tullius dicit quod in omni re hec considerabis quod in unaquaque
rerum sinceritas sit Sincera enim et pura veritas spectanda est mendacio doloso
penitus effugato. Unde et Cass. dicit bonum est verum si in eo nichil admisceatur
adversum [?] quia nec humilitatis causa mentiendum est xxii q. ii Cum humilitatis
ymo potius diligendus est fur quam assiduus in mendacio Eccli. xx. Unde ibidem
xxxviii hortatur ad verbum verax dicens Ante omnia verbum verax precedat
te et ante omnem actum consilium stabile quasi dicat quod consilium nullum sit stabile
sine veritate Primum enim et falsi consiliarii multa mala faciunt cum tamen nil
fecisse videantur Ipsi enim dant alapas in faciem Christo id est membris eius cum
in faciem pretendunt bonum consilium miseris ante omni malicia plenum Et con-
tingit aliquando quod tales falsi consiliarii ymo pessimi proditores quia decipiunt
in se confidentes incidunt in foveam quam foderunt sicut habetur Hest. iiii De
Aman qui pravo consilio et iniquo omni cupiditate plenum patibulum paravit
Mardocheo In quo tandem iusto dei iudicio est suspensus Unde tali optime
potest dici illud quod scribitur Eccli. xxvii Facienti nequissimum consilium super
ipsum devolvetur et non agnoscet unde adveniat illi Quod si forte dicatur
Nunquid impedire potero conclusionem totius consilii vel consilium partis sanioris vel
partis maioris Cum ergo impedire non possim eidem consenciam Eciam si non
verum existat ne forte contradiccio nulla sequatur utilitas sed tamen rancor et e-
mulacio Certe hec responsio est nulla quia sic dicentem non excusat quoquo-
modo Nam si quilibet decem hominum ad solucionem florenorum auri obligatur ex hac
quod loco novem florenorum auri solvunt ix florenos cupri decimus a solucione floreni auri
minime excusatur et [?] Eciam si impedire non possit quominus loco
auri solvatur cuprum ipse nichilominus ad solucionem auri obligatur nec in solucione

cupiunt cum alijs a peto excusatur Tenentur enim consiliarij maxime qui ppter
sumptus recipiunt et expensas sicut faciunt dni Cardinales ad bonum et verum
consilium prestandum in solidum. Nec falsitas vnius alterius excusat falsitatem
put optime dicitur Ecci xxxvij° in hec vba Anima viri sancti enunciat aliquando
vera quam vij circumspectores sedentes in excelso ad speculandum Et in hijs
omnibus deprecare altissimum vt dirigat in veritate viam tuam Ecce vba plena
misterio Certe ad litteram clare vr̄ quod anima viri sancti i. iusti enunciat i. predicat
vel profert aliquando i. plus vera quam vij circumspectores i. astuciores inter alios
reputati sedentes in excelso ad speculandum i. in throno iudicij in consilio
Consistorij ad iudicandum et consiliandum Et quia istud est rarum et difficile
et vt in paucioribus fit quod aliquis in consilio maioribus contradicat maxime
vbi sua contradictio parum vtilitatis conducit et perturbat Ideo hortatur quater
vt in hijs omnibus deprecetur altissimum vt dirigat in veritate viam suam Exo
xxiij. Ne non sequeris turbam ad faciendum malum Nec in iudicio plurimorum
acquiescens sine vt a vero devies Ex quo patet quod propter multitudinem non est a
sano consilio recedendum

Sed adhuc triplex posset moueri questio Nunquid enim cum consilium malum
quod per potenciores et antiquiores et partem maiorem datur per vnum
imitari non potest An ille vnus ad vitandum scandalum maiorum ex eo quod ipse dissenci-
ente ipsum presumptuosum iudicant et arrogantem alijs possit licite consentire Secundo
dubitatur an saltem licite possit tacere 3° an saltem licite possit predicando
non defendere veritatem.

Ad quas questiones potest in summa responderi quod iudicium veritas est tacenda
sine predicando sine defendendo. quia nulli constat an verbum suum sit tante
persuasionis tante efficacie et virtutis vt aliorum animum ad verum inclinare non possit
Nec timenda est nota arrogancie quo ad primam questionem dicente beato Augustino
Non ita sup̄ Non ita caueatur arrogancia vt veritas relinquatur xxiij q. ij. Non ita
Quo ad secundam questionem Respondet Jo. Crisostomus in hec verba
Quo ad id vero quod secundo vel tercio est quesitum Respondet Jo. Crisostomus in hec verba
Nolite timere eos qui occidunt corpus ne forte propter timorem mortis non libere
dicatis quod audistis nec fiducialiter predicetis omnibus quod in aure soli auditis
Et sequitur versio ad eandem questionem Dic ergo ex hijs verbis ostenditur non solum
ille proditor est veritatis qui transgrediens veritatem pro veritate palam men-
dacium loquitur sed etiam ille qui non libere veritatem predicat quam libere predicare
oportet aut qui non libere veritatem defendit quam libere defendere conuenit prodi-
tor est veritatis xj q. iij. Nolite timere Ecce responsio ad vtramque questionem Adula-
tores enim et complacere volentes consenciunt sepe falsitati et aliquando ipsis in
consilijs fauetur vel ne incurrant offensam licet tamen melius esset pro veritate
pati supplicium quam pro adulacione beneficium optinere xj q. iij. Nemo perituram

Secundo dixi expediens est vtile Circa quod est aduertendum quod licet multa
sint vtilia quo ad presentem statum et futurum i. ipsam beatitudinem. De hijs
tamen loqui non intendo que concernunt statum beatitudinis quia plane de quo ad ipsam
inchoat vtilius est inherere virtutibus et abstinere a peccatis Circa que vtiliora non sunt
consilia quam tria consilia ewangelica de quibus loqui non propono de presenti sed tantum de illis
que concernunt mediocrem perticiam et bonam prudenciam regiminis et policiam que esse
sunt summopere necessaria generalibus rectoribus ecclesie dei Circa que aliqua annotabo
breuiter et generaliter Nam inter alia vtilia huiusmodi vtile videtur consignare tria scilicet
res temporales amicos et pacem parua enim sine rebus temporalibus habetur
vtilitas et pauce habentur res temporales sine amicis et pauca habentur circa a non
pacificis seu rixosis Ergo primo omnium vtiles sunt res temporales que circa distingun-
tur contra bonum honestum et delectabile licet bonum honestum et delectabile sepe
sequantur bonum vtile Circa ergo res temporales habendas sunt aduertenda tria primo
quod res temporales sunt in se bone et necessarie Secundo quod vtiles sunt si possideantur
Tercio quod inutiles sunt si homines possideant nisi bene dispensantur ab homine.

Primo dico quod res temporales sunt in se vtiles et bone. quia omnis creatura

dei bona est nec est malicia in ipsis nisi respectu finis vel quia per ipsas enim an-
aufertur et tollitur maxime omnimoda necessitas et indigencia seu mendicitas unde petrus
alphonsus dixit. magna necessitate cogitur etiam honestus homo lacrimas adire et
ab inimicis auxilium postulare. Est enim indigencia seu necessitas rerum temporalium una
de adversitatibus maioribus huius seculi homo liber quia necessitate cogitur ut sibi
subveniat requirere inimicum. Et hoc ideo quia quandoque ipsius adversarii antiqui
insidias tunc subimus cum eius bona suscepimus. Et enim mala scilicet quia indige-
ncia semper compatitur. Unde antiquo proverbio dicitur quia necessitas non habet legem ut notatur
c. de ope. libe. l. et revera sic est Nam necessitas et indigencia multa cunctis
vetat hinc mendacia periuria predictiones furta latrocinia taxillorum ludi et singula
mala nascuntur unde optime dicit Seneca quia necessitas sive indigencia rerum temporalium
omnia mala compiri facit. De quo Innocentius li. de contemptu mundi loquitur in hec verba
O miserabilis mendicantis condicio Nam si petit rubore confunditur si non petit
egestate consumitur. sed ut mendicet necessitate compellitur indignatur murmurat
et imprecatur. hinc quia causa petebat Salomon. mendicitatem et divicias ne dederis
nobis michi domine. patet igitur quia opes temporales per quas tot mala fugimus et evadimus
bone sunt in se. licet respectu malorum hominum possint dici male. quia nichil est homini
bonum sine se bono. licet enim opes temporales sint per se bone malis tamen hominibus male
dicuntur esse

Et licet res temporales cunctis hominibus sint necessarie et utiles presertim tamen clericis
quia illis mendicitas est interdicta propter multa Primo ad vitandum obpro-
brium paupertatis Secundo ad vitandum obprobrium illius per quem assumptus est si eget ex quo as-
sumptus est in sortem suam Tercio ex quo assumptus est ad divinis misteriis vacare
non debet. Quarto ne videantur illaqueati ut ad opera similia redire non possit
quibus victum sibi acquirebat et ultimo ne permissis vigiis ante expressatum de
quibus victum sibi acquirat et ultimo ne promissis vigiis ante expressatum dei
ordo Unde et episcopus ordinans sine titulo beneficii vel patrimonii sibi providere tenetur
ne mendicet ut extra de preben. c. non licet et c. episcopus si aliquem et c. cum secundum apostolum
Mendicitas enim clericorum est ignominia episcoporum xc. iii dis. diaconi qui mendicant
infelix civitas mendicum Ex qua etiam causa summa diligencia res ecclesie conservari pre-
cipitur et earum alienacio strictissime inhibetur sicut patet xxii q. ii Non
in multis c. ex li. iii. de re. ec. non alie.

Secundo dico quia res temporales sunt utiles si possideantur ab homine. et hoc
sic patet dico enim distinctiva hominis ab aliis animalibus est racio vel discre-
cio secundum quam si res temporales acquirantur et dispensentur ab homine possidentur
aliter nequaquam. Opes igitur et res temporales sunt acquirende et possidende sed non est
illis cum amore cor apponendum iuxta dictum prophete Ps. Divicie si affluant no-
lite cor apponere. quod fit cum amor earum racionem et discrecionem preponitur Nam licet
deus dicente propheta omnia temporalia subiecerit pedibus hominis divicie tamen
si racionem et discrecionem absorbeant non sunt sub pedibus hominis sed super caput col-
locate Et ideo impie dicuntur hic divicias quia pocius veritate et realiter
tenetur ab ipsis primo ipsum in ipsum detinet alligatum ut divicias ipsis gaudere non
possit nec habere fructum quia ipsis ut dicit Salomon Qui in amat divicias fru-
ctum non capiet ex eis Et crisostomus dicit Ego divites habere mundum sed non habere ipsum
Recte avarus homo est sicut febricitans qui licet dicitur habere febres magis
tamen proprie loquendo febres habent ipsum quia ipsum detinet captivum vinculatum et alli-
gatum graviter affligendo Sic avarus utitur sua cupiditate qua detinetur
etiam vinculatus est et alligatus interim quia vigente et vivente ipsa cupiditate
in diversa ruit genera peccatorum Contra quos loquitur ipse propheta. O. Michelis et mo
dicium iusto super divicias peccatorum multas Nam summope est advertendum ne o-
pes alieno incomodo acquirantur seu iactura quia huiusmodi opes tali acquisite par-
pes vulitatis perpetuare cum quibus dissensiones et guerre oriri consueverunt que
tandem sunt causa magni dampni Tullius enim de officiis sic loquitur. neque dolor neque tior
neque mors neque aliquid quod homini extrinsecus accidere potest tam est contra naturam quam de
alieno incomodo suum augeri comodum maxime de exiguitate mendici Et

Cassiodorus dicit quod ultra omnes crudelitates est divitem fieri velle de exiguitate
mendici Choiter enim avari suas divicias cumulant. Crorum aliene paupertatis divicias
enim non recipit aliqua ad usuras dives enim et potens de facili opprimi non potest
sed divicie avarorum et cupidorum congregantur ex facultatibus pauperum qui pecunias
mutuant ad usuras. nec defendere se possunt ab oppressione potencium Est enim de di-
vitibus et pauperibus sicut de telis aranearum quibus leges optime comparavit
anacarsus venit enim musca parva vel aliud minutum animal cupiens querere vi-
ctum suum. et ex improviso araneetelam contingit et tangit. quod cito perpendens ara-
nea de suo latibulo prodit in medium muscam volueat et totum humorem ipsius
sugit in escam sibi Sed forte animal telam araneae cum contingit non sistit in ea
nec cooperitur advectum ipsius. sed propria fortitudine telam cito penetrans ipsam
cum velocitate sit transitum in rumpendo quam aranea sit in persequendo Sic
revera est de legibus divitibus et mendicis Nam pauper homo ignorans
sepe delinquit in legem quam iudex cito perpendens ipsum capit criminalis
nec dimittit donec totum sugat substanciam in escam sibi Sed dives legem
frangit et rumpendo transit et evadit penam ipsius cum non audeat iudex
punire divitem propter eius potenciam et fortitudinem eius resistenciam quam formi-
dat Non igitur sunt commoda propria acquirenda alterius cum iactura. quia commodum
si mensuram equalitatis excessit vim sui nominis non habebit. quia commodum di-
citur et modo et si modum excesserit commodi nomen amittet Unde optime dicit
Seneca in quadam epistola in hec verba Turpe lucrum ut dispendium fugite
pecunias enim illas nolumus quibus libra iusticie non suffragatur alium significat
per bella querere nephas est per maria periculum per falsitates obprobrium In sua
natura iusta et honesta sunt lucra per que nemo leditur bene acquiruntur eadem
a nullis omnino abrogantur Illa enim vera lucra reputamus que integritate suffra-
gante percipimus Acquirenda ergo sunt temporalia cum honestate et socii utilitate et
possidenda ab aliis non amanda

Et licet istam cupiditatem et diviciarum amorem omnis homo vitare debeat potissime
tamen clerici et religiosi cupiditatem. et cupidi ordinari prohibentur per ipsum dis.
Cupidi autem ab apostolo ordinari prohibentur .i. ad Thy. iii. Et assignat racionem
ibidem quia facile tales a iusto deviaret et ibi c. viii sic dicit vocavit autho-
ritatem et precipue divinum sacerdotem sicut nullo errore implicari ita nulla cupi-
ditate violari dicente sacra scriptura post concupiscencias tuas non eas et hoc
cupiditate violari dicente sacra scriptura post concupiscencias tuas non eas et hoc
enim primi post concupiscencias autem suas vadit qui possidetur ab ipsis quia talis circa
res cupiditatis versatur continue et occupatur. ipsum enim sic occupante sua cupiditas
alligatum detinet et captivum dicente beato Ambrosio super illo verbo oportet primo hominis cingendo
fine eius ubertas agri attulit in hec verba Nemo avari semel criminalis cupiditatis
aspectu semper aurum sed argentum videt semper redditus computat omnibus aurum
semper aurum sed argentum ibidem c. sicut hii et causa quare gravius aurum quam sole
quam solem .i. deum intuetur ibidem c. sicut hii et causa quare gravius aurum quam sole
iusticie .i. deum intueatur assignatur ~~ibidem capitulo~~ in precedenti capitulo dicente beato Gregorio
quod bonorum auctori inherere alii non valemus nisi cupiditate a nobis que omnium malorum
radix est abscidamus ibidem bonorum quia nec sanctitas virginum nec finem adeunt
cupiditati ibidem Sicut circa principium quare plane apparet quod cupidi non possident
res temporales sed pocius possidentur ab ipsis quare nec eis sunt utiles in presenti
nec in futuro dicente beato Ambrosio li. de misteriis in hec verba Omnes ergo cupidi
omnes avari giezi lepram cum diviciis suis possident et male quesita mercede
non tam premium facultatis quam thezaurum criminum congregaverunt eterno suppliciis
et brevi fructu .i. q. i. Cito circa medium Et utilitas brevis in presenti et suppli-
cium eternum in futurum Et quia de temporalibus acquirendis beneficiis et cum moderamine
abutendis et elemosinis largiendis diffusius dicitur in tractatu de temperancia ideo
hic tusco suspendens applicacionem predictorum ad duos cardinales usque ad illum
locum Considerandum sunt igitur temporalia quia bona sunt in se et hoc quo ad primum
possidenda sunt quo ad secundum .i. cum racione et discrecione acquirenda et tenenda
alias non possident sed possidentur. dispensanda sunt quo ad tercium pauperibus et evan-
gelizantibus verbum dei aliorum possidet possessorum quibus est indigne abstinentes

utiles non sunt patet per premissis quod est contra istius articuli secundi membrum
Secundo dixi amiciciam inter utilia computari. Circa quod est advertendum quod in
habendis amicis acquirendis et retinendis magna et multiplex consuevit esse
utilitas pervenire. homo enim sine amicicia pro mortuo reputatur. Nam sicut corpus
carens societate anime pro mortuo reputatur. talis est sine societate amici homo
quia per amicos vita hominis iocundatur. et sine amicis vita non potest esse iocunda
Nullius enim rei sine socio iocunda potest esse possessio. Unde Tulius dicit et si
ea permaneat que dicuntur dona fortune vita tamen inculta et ab amicis deserta non
potest esse iocunda. Tanta enim est amicorum utilitas ut auro vel argento bonitas
fidelis amici nullatenus comparetur. unde Ecclesiastici vi c. Amicus fidelis
protectio fortis qui autem invenit illum invenit thezaurum. Amico fideli nulla
est comparacio et non est digna ponderacio auri et argenti contra bonitatem
fidei eius et plura alia dicuntur ibidem de bonitate et utilitate amicorum
Unde et Catho dixit Auxilium a notis petito si forte laboras nec quisquam
medicus melior quam fidus amicus. Unde certe utilimus est meritis
habere amicos. Unde Tulius de amicicia hortatur ad amiciciam in hec verba
Ego vos hortari tantum possum ut amiciciam anteponatis omnibus rebus hu-
manis Nichil enim tam vere aptum tamque conveniens ad res secundas vel adver-
sas Sed hoc primum sencio nisi in bonis amiciciam esse non posse. quare
subiungit Solem de mundo tollere videntur qui amiciciam a vita tollunt quia
nichil a diis immortalibus melius habemus nichil quod iocundius Et item dicit
Quoniam res humane fragiles caduceque sunt semper aliqui acquirendi sunt
quos vere diligamus quia alias sublata est omnis vite iocunditas nec credendum
quod vera amicicia possit metu acquiri unde metrificator dixit Invitus nemo
nemo coactus amat. Vaga quidem thaurum sed et ipsa leena leones ira-
tos fugiunt sed cupiunt placidos Et iterum Dilige sic omnes et amicis ab omnibus
primus Unde et Tulius alibi dixit nulla vis imperii tanta est que premente
metu possit esse diuturna et econtra quia quem multi timent debet quod multos timere unde
et Seneca in quadam epistola dicit Nemo terribilis potest esse securus diligatur enim et non
metuatur est necessaria inter amicos alias amicia nulla erit. Circa amicicia aliud non est
nisi quedam complacencia que in dilectione consistit Et sicut supra dictum est vera
amicicia in bonis habetur tantum est sic vera dilectio in bonis est Nam apostolus dicit
Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum Qui enim aliud dicit se diligere con-
senciendo malo non eum diligit sed pocius odit et seipsum dampnat duplicia peccata
Nam bis peccat qui peccato obsequium prestat Quia peccat in se et peccat in alium
unde propheta dicit Sunt dilecti homines ut eorum non diligantur errores vnde beatus
Augustinus dicit quod sic diligere debemus caritatis affectu ut omnes velimus salvos fieri
xxiii q. iiii. cum quidam. Sunt enim falsi amici qui aliis in peccato consenciunt. sed
ille qui peccato resistit et contradicit est verus amicus. Unde et beatus Augustinus dicit
scribens ad Vincencium donatistam et rogatistam dicit Non omnis qui parcit amicus est
nec omnis qui verberat inimicus Meliora enim sunt vulnera amici quam voluntaria oscu-
la inimici v q. v. Et subdit beatus Augustinus Melius est enim cum severitate diligere
quam cum lenitate decipere v q. v. Non omnis enim adulator cum lenitate de-
cipit Amor enim verus est plagas suas que dulcissime sunt cum amarissime
inferuntur. Ibidem non osculatur. Bonus enim homo ab illis sustinere debet quos
vellet fieri bonos et semper hoc facere quod illis prodesse videtur. quibus bene
velle debet Et illi sunt amici xxiii q. i Paratus est. Et sunt verba beati
Augustini in sermone de puero centurionis unde et super epistolam beati Johannis scribens
sic inquit Non putes tunc amare servum tuum cum non cedis aut tunc amare
filium quando non das disciplinam ei aut tunc amare vicinum tuum quando non corri-
pis eum. non est ista caritas sed languor fervet. caritas ad emendandum
et corrigendum si sunt boni mores delectentur scilicet amici. si autem sunt mali emen-
dentur ibidem q. v. Non putes

Ex istis et preter ista apparet quod multi qui videntur amici amici non sunt. Nam
apud Chaldeos vix aut nullus reputatur amicus qui arguit obsecrat increpat

et qui dissuadet amico suo vel socio rem amatam rem dilectam rem concupitam. Sed ille reputatur amicus qui ad rem desideratam et concupitam eundem et prosequendam astute novit consulere celanda celare et secrete tenere ad mediam eundem renovare sermones delectabiles recitare facta talia ad memoriam conservare approbare apud alios excusare et palliare et si necesse fuerit quod factum est iustificare et breviter qui studet in omnibus delectabilibus complacere hic reputatur amicus. Sed in veris et indubitatis amicis debeat reputari. Tamen quia amoris quidem delectabilibus vel concupitis sine sint res temporales aut honores vel lascivie voluptates statim amicitia finiatur. Quapropter et si in acquirendis amicis et habendis sit magna utilitas maxime est attendendum ut amicitia sit talis que te non deserat in tempore malo unde antequam assumatur amicus in veram et secretam amicitiam est probandus. Sic enim Marcus scribit Crispo amico suo Antequam amicos cupisse proba sed amare probatum. Et Ovidius de amore sic dicit Quale sit quod amas celeri circumspice mente et tua lesura subtrahe colla iugo. Et Eccli. vi° dicit Si possides amicum in temptacione posside illum et non facile credas ei. Est enim amicus secundum tempus suum et permanebit in tempore temptacionis et tribulacionis. Nam propheta David sciens probatos amicos diligendos orabat ad dominum dicens proba me domine et tempta me et renes meos et cor meum. Et beatus Jo. in canonica sua c. iiii dicit karissimi noli te credere omni spiritui sed probate spiritus si ex deo sunt. Et ad Thess. ultimo c. dicit Omnia probate quod bonum est tenete ab omni specie mala abstinete vos. Unde et quidam philosophus dicit Non laudes amicum donec probaveris ipsum. Et alius dicit Quis amicus efficiet providet tibi semel de inimicis et milesies de amicis. Et quis amicus efficiet inimicus et cognoverit secreta tua infamare te potest. Et Seneca in quadam epistola dicit Omnia cum amico delibera sed cum tempore prius. Eligendi ergo sunt amici probati et qui fideles esse possunt sicuti sunt boni et virtutes diligentes nemini facientes quod sibi nollent fieri.

Secundo sicut in acquirendis amicis est maxima adhibenda cautela. Sic in retinendis amicis enim facilius acquiritur sed difficulter retinetur. Unde multum est commendabile quod homo sciat retinere amicos et non consentire malis ipsorum. In retinendis vero amicis tales est adhibenda cautela ut non timeatur fieri inimicus. Nec amico quocumque modo est prestanda occasio recedendi. Unde est cavendum ut negocia amicorum sic insimul tractentur ne alter eorum ledatur ex eis. Quia bonus amicus lesus eo plus turbatur quominus meruit et sic duplicatur ipsius dolor tam ex parte illate iniurie quam ex parte inferentis iniuriam. Unde etiam dicit Seneca tanto magis iniuria est affectior quanto propinquior est qui ledit. Et Cassiodorus dicit Maioris dum probatur supplicium unde de iuncta surripere unde credebantur auxilia. Premium et alius philosophus dicit Quanto in proximo plus quisque confidit tanto frustrata spes confidentis animum magis arcebat. Valet etiam ad retinendum amicum ut ab ipso aliquid invite dante nichil penitus exigatur. Nam dicit regula amoris Non est sapidum quod amans ab invito sumit amante. Et Seneca in epistola quadam dicit Nichil honestum quod ab invito fit aut coacto quia omne honestum voluntarium est. Et bene potest adverti quod multi preter crimen si tertium amicum iuxta dictum Senece dicentis Sapiens appetitum ubi tacet habere negat. Certe pro regula est habendum quod quoniam est libenter faciens aliquid cito facere tarde velle nolentis est. Quare non est cum precibus insistendum. Quia pro certo hoc tenendum est quod non est dignum rogari invitum ad subveniendum amico. Et si super hoc quis eum rogaverit ledet ingenuitatem suam. Unde dicit Seneca Ingenuitatem suam ledit qui indignum rogat. Valet ultimo ad retinendum amicos et amicorum archana secreta habeas. Sic loquitur est Salomon prov. xi cum dicit Qui ambulat fraudulenter revelat archana. Qui autem fidelis est amici secretum celat. Et xxvii° Qui denudat archana perdit fidem et non inveniet amicum ad animum suum. Et alibi dicit Qui despicit amicum indigentem corde est vir

prudens tacebit verbum et quod philosophus dicebat Sepultum apud te sit sermo quem in
solus audieris nec despicias amicum Ulterius sicut valet ad retinendum amicum
non petere ab invito ita valet ad retinendum amicum ut amicus quod dare vel pro
eo facere voluit cito faciat. et non dicatur amico vade et revertere quia cras
dabo tibi cum statim possis dare Nam ut ait quidam philosophus [illegible]
supplicanti calliditatis negandi est unde et dicit idem honestius est negare
quam tempus longum assignare. Ulterius valet ne homo promittat quod imple-
re non proponit unde cavendum est ut si forte non placet amico dare vel promittere
ne propter verecundiam homo cadat in necessitatem promittendi quod non potest vel non
proponit solvere. Unde quidam philosophus dixit verecundiam negandi caveas ne
forte tibi inferat necessitatem mentiendi quamquam enim decipitur cum celeriter ne-
gatur Est ergo cum consideratione promittendum Et si fieri potest verius est tribuendum
amico quam promittendum. Nec tamen propter promissiones sunt aliqua turpia facienda.
nec promissa sunt servanda secundum Tullium que sunt hiis quibus promittuntur inu-
tilia Aut si promittenti plus nocent quam profuerint promissa petenti. Nec mirum
quia promissa commutat in melius Ulterius valet ne inter amicos grande
fiat mutuum ne dum repetitur amicicia dissolvatur. Nam Seneca dicit in quadam
epistola. Leve es alienum facit debitorem grave inimicum Et ob eandem causam
pergrave est non expedit amicus fideiubere Si tamen amicus fideiubet pro amico
Salomonis consilium cum sollicitudine est observandum et implendum dicentis Prover-
biorum vi c. fili mi si spoponderis pro amico defixisti apud extraneum manum tuam
illaqueatus es verbis oris tui et captus propriis sermonibus tuis Fac ergo quod
tibi dico fili mi et temetipsum libera quia incidisti in manus proximi
tui discurre festina suscita amicum tuum ne dederis sompnum oculis tuis nec
dormitent palpebre tue Eruere quasi damula de manu et quasi avis de
insidiis aucupis. Unde summopere valet ad amiciciam conservandam unum dictum
plus facere dum deliberare. cito imple promissa. quia celeritas beneficium gratum
facit. et ingratum est beneficium quia diu in manibus dantis adhesit Unde et
Seneca de beneficiis dicit Gratissima sunt beneficia parata facile occurrencia
ubi nulla mora fuerit nisi quanta est recipientis verecundia Et in epistola
dicit. Beneficium diu petitum vilescit acceptum Et Cathon dicit. Care sumptum
peris cum res desiderat ipsum Et aliquid dandum dum tempus postulat aut res
Nulla enim res carius constat quam que precibus empta est Multaque sunt
alia que exigentur quottidiana docentur quibus retinetur amicicia facilius et perduntur quia
omnia longum esset scribere et enarrare

Et licet iam enarrata sint quedam generalia amiciciam retinencia et conservancia
Et eius contraria scilicet contrariam inducencia loquendo tamen particulariter de ami-
cicia dominorum Cardinalium inter se et ad amiciciam aliorum procurandam plura
salubria consilia oportet plura notare Nam licet in omni collegio et communi-
tate sit necessaria amicicia plus tamen est necessaria in Collegio dominorum Cardinalium
Cum eorum divisio posset esse occasio divisionis tocius ecclesie quia vix inter se
possunt esse divisi nisi etiam sint divisi quo ad caput ecclesie. sicque oriretur scan-
dalum et malum exemplum non solum apud fideles verumeciam apud paganos
et infideles quia tantarum personarum divisio vix apud aliquos posset occul-
tari divisis etiam ipsis dominis Cardinalibus. quia cum singuli singulorum prelatorum et
cleri diversarum nacionum sint promotores et dum inter eos statim erit
divisio aliquibus commendantibus unum et vituperantibus alium prout tunc affectione
feruntur que tandem plebem latere non poterunt. Sicque layci qui oppido
clericis sunt infesti vituperant columpnas ecclesie aut per malum exemplum
quod sua divisione demonstrant aut non bene affectorum infamia clerum du-
cunt in contemptum temporalia decimas et honores quam divini cultus et perpetuit
nostros populus gestare induunt An etiam spem sedes negatur solum dum unum
prosperam una cum dominorum Cardinalium cetu clarissimo eorumque reputacione ipsisque et

corum mandatis ut mandatis celestis obedientes humiliter et devote quia divi-
sio si prevaleret ultimus ad inimicos catholice veritatis fides vertitur indecisa
et tunica Christi sit deludibrium perfidorum Attendat igitur dominus perclarissimum quod
sit speculum in alto positum cunctorum obiectorum clare videntibus puras
et maculatas pandit ymagines · ita et in ipsis qui in alto statu sunt
positi hominum mores speculantes exemplares ymagines bonorum morum de-
bent utique relucere que in vix turbatis et discordantibus animis familia
res existunt

Ad vitandum igitur inimicicias et discordias que tantis periculis fo-
menta ministrant oportet consequenter aliqua annotare que ad vitandum
huiusmodi credo oportuna · Nam aliqui oriuntur dissensiones ex propria reputa-
cione aliqui ex inordinata affectione aliqui ex incauta loquacitate aliqui de
ex dura responsione et aliqui ex singulari conversacione · Et licet ab istis omnibus
homo cavere debeat · illi tamen potissime ab hiis debent abstinere et cavere
qui sedule intrant consilium auditorium et consistorium · Revera si predicta
a consiliariis seu consiliatoribus excludantur vix bonum consilium habetur ab
eisdem Et dico primo quod in consiliis precul abicienda est propria reputacio et hec
dupliciter Nam aliqui nimis presumunt de suo genere aliqui de sua discrecione
De suo genere ut qui a nobilibus traxerunt originem vel qui sunt pontifici
propinqui qui certe nichil operantur ad ostensionem veritatis Christus enim licet inter
apostolos plures habebat consanguineos propinquos eis tamen non commisit ecclesiam sed
petro qui in confessione veritatis ceteros alios antecessit Nam sic veritatis
protestacio ex carne et sanguine non habetur prout dicebat ihesus petro dicens
Caro et sanguis non revelavit tibi · ita bonum consilium quod in protestacione et con-
fessione seu narracione veritatis consistit ut supponitur dixi in carne et sanguine
non fundatur quia nec caro et sanguis revelat ministerium veritatis sed pater celestis
qui bona dat naturalia et gratuita quibus mediantibus veritas revelatur et e-
lucescit · Absit ergo a luminaribus mundi dominis Cardinalibus ut aliqui nimium in generis
reputacione confidentes inter se velint sua consilia aliis discrecionibus anteferre
Datur quidem quod hec satis sunt familiaria consiliariis qui ex carnis et
sanguinis propinquitate intrant consulatum · ut propinquiorum consilia aliorum con-
siliis preponantur immo eciam ut vix aliquis a talium consiliis dissenciens audeat
discrepare Datur eciam quod tales propinquiores vel alii ex carne et sanguine
gloriantes sunt nolunt deferri consiliis et sua consilia aliorum consiliis an-
teferri · que certe locum non habent ubi quis consulatum non intrat ex carnis
nobilitate aut sanguinis propinquitate sed ex eleccione spiritus sancti qui non est
personarum acceptor nec apud quem est distinctio iudei et greci qui facit
voluntatem dei acceptus est illi · Non est igitur presumendum de nobilitate generis
aut propinquitate pontificis · quia ex omni genere hominum nascuntur boni et ma-
li sicut dicit Augustinus super Io. Et certe cottidie videmus quod per malos nascuntur
boni et per bonos nascuntur mali · et per bonos boni et per malos mali xxxii
q. iiii. Recurrat inde animus nec certe commendandus est aut vituperandus
aliquis ex generis origine · sed ex voluntatis qualitate prout scribit beatus Ieronimus
in epistola contra Ruffinum ubi dicit in hec verba non in seminibus sed in voluntate
nascentis causa viciorum est atque virtutum lvi. dis. Nasci. Consilium ergo
si bonum debet esse oportet quod regatur racione non nacione non originis claritate
sed sermonis veritate non ancte narrantis sed legalitate narrati unde et
spiritus quantumcumque eciam polleat generis nobilitate si quod est utilitatis aut
salutis a parvulis eciam minimis debet diligenter inquirere · Alioquin si propter
despectum senectutis vel nobilitatis generis negligit premissa inquirere magis
diaboli membrum quam Christi esse ostenditur xxxviii dis. Nullus quoniam Nullus
ergo magis diaboli membrum ostenditur quam qui nec veritatem curat inquirere

vno sensum suum ostense vitati propter suum genus excellencia satagit anteferre que
omnia licet esse non credamus in Collegio doctorum prima contingunt tamen sunt periculosa
videbantur minime subticenda

Ulterius dico quod nimia reputacio proprie discrecionis dissensionem facit in consiliis
Nam sepe contingit quod aliqui de suo sensu plurimum gloriantes aliorum dicta
derident omnes illos qui eis non consenciunt fatuos reputantes Contra quos lo-
quitur apostolus Non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem Ista
enim nimia reputacio proprii sensus multos facit cadere in errores quia nimia re-
putacio incipiens superbia est que secundum beatum Augustinum meretur illudi Unde et super
illud Jeremie xlix Arrogancia tua et superbia cordis tui te decepit dicit
glossa omnis hereticus arrogans Nam superbia facit hereticum non ignorancia Ex
ista eciam nimia reputacione sequitur peccatum irreverencie peccatum inobediencie pec-
catum vane glorie peccatum presumpcionis que omnia prosequendo longum esset descen-
dere Sed certe in consiliis non expedit ut aliquis intellectum suum et sensum
aliis anteponat Sufficit enim dicere consilium suum et sensum suum quod credit
saniorem sed habere pertinaciter defendere aliorum sensum contempnere arrogancia
est Tales enim garrulitate qua suum sensum defendunt auctores putant ne
scilicet inferre quod docet que vilissima est arrogancia prout satis aperte
dicit beatus Gregorius xxiii de moralibus parte v c ix lvi dis. hoc habetur et
paruum ante Certe non sine causa dixit sapiens Salomon ubi fuerit su-
perbia ibi et contumelia ubi autem humilitas ibi sapiencia cum gloria non igitur
mirandum est presumendum de proprio intellectu quia in intelligentibus ubi cum sint
ad utrumque quilibet potest decipi Nam presumpcio proprii ingenii facit iurgia
presumens enim de sua sciencia semper vult habere pro se ius et racionem Unde
et iurgium dicitur quasi iuris garrulum de ver. sig. fo. Revera nimis de
intellectu suo sensu sciencia confidens et presumens cito contenciones et iurgia susci-
tabit Expedit igitur valde ut in consiliis consiliatores sint modesti et mo-
dum ponant et mensuram intellectui suo reputacioni sue verbo suo Mode-
stia enim vestra nota sit omnibus hominibus dicit apostolus et beatus Gregorius in
Registro sic dicit Dicta age blande et dulciter ut et accio tua discreta
sit et lingwa mitis Et quia cetera dicerentur amplius circa hec ad presens non
lo. immorare

Secundo dixi quod inordinata affectio sepe est causa iniurie et tur-
bacionis Unde enim dissensiones divisiones rixe odia brige
iurgia vituperia perpetrantur et cetera quottidiana mala declarant Hinc
eciam invidia rapine furta proditiones periuria decepciones et fraudes
non sunt procul Quare ipsa ab omni bono consiliario et consilio sunt mito
excludenda Scitur quidem quod in nostris consiliis privata affectio
complurimum dominatur quia licet videatur non bonum quod in consilio proponitur
et super quo consiliari petitur quidam tamen huic rei favent alios sub delibe-
racione consilii minime ponetur Huic autem faventi rei consiliabili eciam minus
bene aliqui consenciunt propter amiciciam aliqui propter cognacionem aliqui propter consilii
favoris vel compensam aliqui propter promocionem acceptam aliquam ob spem promocionis
accipiende

Et certe modo consilium a contrario sepe contingit quod licet consiliabile sit hone-
stum et optimum quidam tamen huius contradicunt in tedium alterius huic opponen-
tes sic faventi vel quia sibi non recipiunt de honore vel quia eum gravare conatur ex
invidia vel quia eum non admittit tante esse discrecionis vel tante auctoritatis
ut quodcumque eciam sibi gratum possit habere processum que omnia licet sepe vi-
derim accidere quia radice affeccionis inordinate credo tamen hec ab illo sacro
consistorio procul esse

Porro ob hanc cam ne aliquis in favore cuiusque consentiret rei non bone et
pre modum alicuius bone rei aliqualiter dissentiret lacedemonorum lege
statutum fuit ut propositio consilii in tabulis conformiter scriberetur. et convenientibus consulibus ad locum consistorii quilibet propositum consilii in tabula
deportaret scripto responsumque in crastinum. nullus interim consulum communicato
consilio super eo quibus ad locum consistorii tunc reversis scriptumque in medio tabularum aperto nullus tabula dissonabatur ab alia propter conformitatem
maximam earumdem. Cum igitur inter se legerent omnes singulorum nullus
differentiam que esset alicuius deliberata responsio nisi sua quare nullus in aliquo
favorem aut iniuriam aliquid poterat respondisse. Quod enim summe et principali intendebant ut quilibet responderet secundum rationem dictantem et non secundum
affectionem instigantem. que si tanta sagacitate a paganis ignorantibus re
numeratione aliqua post incolatum vite presentis sit inventa et tenta multo magis
a christianorum quolibet debent huiusmodi observari ut relegatis affinibus singulis
consilii timore et cupiditate odio ut amore solum verum iustum et
rationabile suadeatur quacumque affectione non obstante. quia sicut predicta
quatuor pervertunt omne iudicium sic et omne consilium. quia ipsa ex privata et
inordinata procedunt affectione et voluntate prout satis innuit beatus
augustinus xi q. iii. Quatuor privata ergo et inordinata affectio est excludenda et
fuganda ab omni bono consiliario quia ipsa regnante et durante consilio
impossibile est rempublicam proficere Romani enim quamdiu veritas et discretio ac
amor seu affectio reipublice durabatur apud eos toti preparabant orbi
Sed ad privata intravit inter eos affectio seu inordinata qualis est omnis deserviens recte rationi propria fuerunt prelata omnibus et optime omnis virtus eius incepit deficere et penitus infirmari Quod est optime advertens Carthaginenses secundum valerium hoc observabant quod duces missi a senatu si quando gerebant
pravo consilio etiam si prospera sequerentur quod eis cruci tunc affigebantur pro
reatu mali consilii ab eventu rei prospero non metiendum sed ab intentione sinistra consilii dampnationem statuentes. Dicebant enim illud deorum adiutorio tribuendum
quod bene acciderat malum vero eis Et ideo summe intendebant utilitati consilii acerbitatem saltem pene formidantes utinam consiliarii seu consules
moderni temporis saltem pene formidine in consilio rei utilitate intenderent cum
sentientes tum tamen par pena constringat agentes et consentientes xvii q. iiii omnes circa

Tertio dixi quod inconsulta loquendi saepe est dissensionum orta et circa istud sed quod
experientia quotidiana demonstrat Nam quia indicat bonis modum dicendi dissplicabilis potest esse. Cauta enim loquendi debet habere non solum mensuram verbi
vincere aptitudine temporis aptitudine loci aptitudine personarum mensuram
ubi et a vero non recedat unde dictum tamen pondus iurisiurandi habeat
et nichil intersit inter iusiurandum et tuam simplicem affirmationem Et secundum Senecam dein
cum non sit iusiurandi pondus vile est. Ideo ut verbum tuum efficacia non careat
aut perpiciat aut moneat volo dicere quod verba consilii. Ait enim Seneca de formula honeste vite sermo tuus non sit inanis sed aut consuletur aut doceat
aut percipiat aut moneat volo dicere quod verba consilii debent pro fine habere unum horum
aliquos ut consilium reddat vel ad consolationem oppressi vel ad informationem et doctrinam ignari aut ad percipiendum inobedienti aut ad monendum super expedienti
Sic enim apostolus scribit ad Thimoteum Argue obsecra increpa videlicet secundum aptitudinem
temporis et personarum Et iterum prophana autem et inania devita loqui Tercio
pone mensuram ut irrationabile non loquaris maxime in consiliis Nam consilium
quod ratione caret firmitate non subsistit Cum enim rationem secum portat vincit
totum mundum Ratio enim vincit adolescentiam vincit ira vincit vana gloria
vincitur cupiditas vincitur voluptas et breviter omnia rationi subduntur unde
et scribitur Si totum mundum vincere vis te subice rationi Quarto pone mensuram

ne incepcionem sermonis glisando ambigua proferas vel obscura Dicit enim lex nil
interest an neget an taceat an obscure respondeat quantum ad hoc ut incertum
dimittat interrogantem quod hoc ad consilium non pertinet ut quis obscure loquatur
sed consilium debet esse clarissimum Scriptum est enim Securius est mutum esse
quam proferre que nemo intelligit Quinto pone mensuram ut nichil zophi-
sticum dicas dicitur enim in ecclesiastico qui zophistice loquitur odibilis est et
in omni re defraudabitur Non enim est illi a deo data gracia Sexto pone men-
suram ne quid irrisorium dicas neque de amico aut inimico Verbis enim
derisoriis aut minuitur amicicia cum amico aut dura verba cum inimico con-
surgunt et ex verbis venitur ad factum Unde Salomon dicit Qui aliena vicia
temere manifestat sua intempestive audiet Et moralis doctor dicit deri-
dens alios non inderisus abibit

Quarta cauda loquendi observat aptitudinem loci et temporis Et istud debet maxime
observari in consiliis et nullus loquatur nisi requisitus vel cum eum locus
seu ordo tetigerit Incaute enim loquitur qui ante tempus loquitur Ecclesiastici xx
scribitur Homo sapiens tacebit usque ad tempus lasciuus autem et imprudens
non servabit tempus Unde et in primo capitulo dicitur Est tempus dicendi et tempus tacendi.
Servandum est ergo silencium donec loqui sit necessarium Expectandum autem tempus
loquendi donec detur auditus Qui enim loquitur in consilio antequam tangat
eum tempus et locus ei loquendi conveniat presumptuosus reputatur ab aliis
Et sic data ei repulsa loquendi cum sibi non conveniat prorumpit in contumeliam
ex qua sequitur turbacio et iniuria quia qui plus respondet quam audiat
scilicet semolens se in consilio vel alios prius requisitos per presidentem stultum se
esse demonstrat et confusione dignum

Ulterius dico quod cauta loquendi respiciat aptitudinem personarum Expedit enim videat
quis loquitur quanta verborum mansuetudinem non vincat lene tamen provocat iracundiam Unde
in proverbiis dicitur sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem sic homo iracundus suscitat
rixas Sinceritas verbum quantumcumque sinceritate fundetur provocat iram si ab eius
discrepat voluntate vapor enim odii semper latet in pectore inimici ut Seneca ait
quia magnum ubi diu fuit ignis desinat vapor Utile consilium qualecumque detur
si ei non conveniat fatuo displicebit Ecclesiastici xxi dicitur Cum fatuus consilium non habeat
Non enim poterunt diligere que ipsis non placent pari modo superbus non approbabit
consilium preter ipsum non inventum Ecclesiastici xxxii Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea
et qui communicat superbo induet superbiam Similiter nec linguosus vult vinci sed
suum semper vult consilium approbari Ecclesiastici ix Terribilis est in civitate sua homo
linguosus et temerarius in verbo suo odibilis erit Unde et Catho dixit Contra
verbosos noli contendere verbis Sermo datur cunctis animi sapiencia paucis Est ergo
attendendum ut in consiliis similia cuilibet proferatur in medium non ut tanta velo-
citate ne arguatur presumpcionis nec cum tanta tarditate ne contempnere videatur
sine alterius improbacione aut irrisione aut contradictione aut verborum involucione
aut obrupcione nisi audiens tante cognoscatur discrecionis existere quod singula
eciam sibi dictis contraria sciat audire paciencter et illud quod hiis eligere et
eligere sine affectione cuiusque quod sunt racionis Tales enim homines non sunt
iracundi nec affectionati nec insensati nec superbi nec linguosi Nullus enim
talium tua dicta paciencter audiret aut a suo dato consilio mullatenus
resiliret. quare talibus non est in consilio multum resistendum a paribus sed a pre-
sidente vel maioribus Omnia ista tenere salvo optime figurare consuluit
cum dixit discipulis habete sal in vobis Et pacem habete inter vos Marci ix
quasi diceret Si sale discrecionis conditus fuerit sermo vester tunc habebitis pacem inter
vos alias nullatenus Sermo vero discrecione conditus quis potest esse alius nisi
sermo cum cautela veritatis aptitudine temporis et loci fundatus ad personas
quas emendare poterat aut debebat Ad verbum mala preterita bene virgas

xii c. sm pastoralis sic ait. psal quippe ubi sapiens designatur. Cum igo loqui
sapienter nititur magnopere metuat ne eius alloquio audientium unitas con-
fundatur. hinc paulus ad Roman ait xii c. Non plus sapere quam oportet sapere sed
sapere ad sobrietatem et infra providendum quoque est sollicita intentione re-
ctoribus ut ab eis non solum prava nullomodo sed nec recta quidem nimie et inor-
dinate i. non debito tempore debito loco debitis personis proferantur. quia sepe
dictorum virtus perditur cum apud corda audientium loquacitatis incauta op-
tunitate levigatur i. leviter profertur et auctorem suum hec eadem loquacitas
inquinat que servire auditoribus ad usum profectus ignoratur et infra unde
et paulus quoque ad disciplinam de mysterio predicationis admonet dicit ad Thy.
Epla ii. Testificor coram deo et xpo ihesu qui iudicaturus est vivos et
mortuos et adventum ipsius et regnum eius predica verbum insta oportune
et importune dicturus importune premisit oportune q. s. apud auditoris
mentem ipse sua vilitate se destruit si habere importunitas oportunitatem
nescit hec ille xlii di. Sit rector. Oportunitas ergo a rectore a consule
a doctore est habenda et expectanda i. temporis et loci et personarum congru-
encia attendenda alioquin si premissorum unum defuerit opportunitas verbo
defecit nec tanta potest esse loquendo

Quarto dixi quod etiam durum responso sepe est amicicie destructivum. quia sicut verbum
dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos eccl. vi. Sic econtra durum
verbum et asperum multiplicat inimicos et irritat amicos. Unde et pamphilus
dixit. excitat et nutrit facundia dulcis amorem. In pro. dicitur. Responsio
mollis frangit iram. sermo quoque durus suscitat furorem. Unde cavendum est
in consiliis ne dura dentur verba aut responsa. quia licet prudens homo
ad suam honestatem forte talia dissimulet ad tempus ut verba dura duris non
reddat. non tamen eo minus monentur in mente. Sunt ergo sunt dura verba ca-
venda ita potissime ab iniuriosis et contumeliosis est maxime abstinendum
Scriptum est enim multorum iniuria qui unum facit iniuriam quia secundum Cassiodorum
unius iniuria compago dicitur tota conteritur et tota societas conturbatur
Et licet quelibet iniuria et contumelia sit excludenda et abicienda illa tamen ma-
xime que potest fieri sub simulacione boni. Ait enim Tulius Nulla capi-
talior est iniuria quam eorum qui tunc maxime fallunt cum agunt et boni esse
videantur. Propter enim iniurias et contumelias regna sunt subversa ut dicitur
in ca. Tulius enim suadet ne homo multum loquatur cum iratis. dicat enim
racio temporum penitus adhibenda est. Et dicuntur tymos grece ramus latine
aliqui enim dulce semper relatant ad aliquid eis dicitur vel exigitur. et tales
sunt mores ramorum et porcorum unde et tymici dicuntur. Perversus enim homo
quantomagis verba audierit semper in maiorem maliciam excitatur. Unde et
bernardus dicit. sicut ignis quantomagis ligna susceperit in maiorem flammam
exurgit. Ita et homo perversus quantomagis racionem audierit tanto magis dure
respondebit et exinde parum amicicie et dilectionis reportabit. Contra
quos loquitur beatus Greg. xii c. pastoralis per liii. Sit rector circa medium
sic dicens. cum ad loquendum se preparat cum tanto cautele studio quis
loquatur attendat ne si inordinate ad loquendum rapiatur erroris vulnere
audiencium corda feriantur. quod plerumque contingit cum dura datur responso
humiliter postulanti. Cavenda ergo et abicienda est dura responsio quia non
dum pacis unione copulatur. quinymo est ipsa discordiarum semina instituitur

Quinto et ultimo dixi quod amicicia sepe frangitur ex singulari conversacione
utpote quod aliquis se meliorem reputat et singularia quedam assumit
que magis sunt ostentacionis quam devocionis. Nulla enim singularitas sunt bona
inter homines equalis status. Nam tales sunt ab ecclesia suspecti quia a communi
conversacione fidelium sunt vita et moribus dissidentes. sicut apparet c. excommunicamus
de hereticis. quinymo contra tales mandatur fieri inquisicio sicut contra suspectos

de heresi vehementer ut patet ibidem Cultus enim diversitas et operum seu
morum singularitas maxime contentiones et emulationes inducit sicut patet
xc. dist. prelatum. Non enim sunt dimittenda que scandalum apud alios gene-
rent unde et singularitas operandi que alios potest scandalizare, vel re-
deretur scandalizare sicut verisimile credi potest quod inter paucos singularitas
sine scandalo non potest esse dimittenda est quod debitum precepti dilectionis proximi
Et si forte dicatur quid ad me de proximo si scandalizatur de bono
opere meo numquid teneor dimittere bonum opus et postponere animam meam
post scandalum proximi Respondetur quod si materiam scandali amovere potes
teneris si vero non poteris aut tu illa per que scandalizaris potes sine peccato
dimittere vel non. Si potes sine peccato dimittere teneris ne proximo sit ruine
occasio maxime si talia sunt que ad statum tuum non sunt pertinentia
Si vero ea dimittere non posses nisi peccares tue potius debes saluti consule-
re quam proximi. Unde si quis de communitate aliquam singularitatem assumit ma-
nifestam ad statum illum minime pertinentem verisimiliter arrogans aut va-
nus reputatur. Quia multa potest opera meritoria facere in occulto per que et
deo poterit multipliciter complacere et proximo non nocere consultum igitur
est advertendum quod sicut bona opera que absque peccato dimitti possunt propter sa-
lutem proximi conservandam dimittantur multomagis dimittenda sunt que
sine peccato fieri non possunt. Quia per illa homo cadit in peccatum seu occasionem et proximo
peccati ruinam prestat Quam periculosa igitur sit singularitas in equitaturis
nimiis et in ornatu ipsorum de multitudine capellanorum et aliis multis
que non expedit enarrare potestis advertere. Planum est enim et experientia
docet quod singularitas maxime in hiis que sunt ad apparentiam multis
est occasio peccati et ruine Ego enim in tumultu civitatis existens sepe
audivi cum dolore equorum multitudinem excessivam aliquorum precedentium
scutiferorum et subsequentium capellanorum a circumstantibus cum scandalo ob-
servari et murmur insurrexisse nonnullis armatis precedentibus et prelatis
magnis subsequentibus capellanis nec finis aut causa istorum cernitur
nisi pompa falleratis equis sumptuose et descendentibus insessoribus equi a-
liquorum remanserunt sine aliqua necessitate cooperti nec potest esse sine nota
vanitatis ut aliquis habeat equos coopertos et precedentes cum massa ad armatos
ad curias dominorum cardinalium ista non habeant nec fieri pacientur et maxime
pociores et antiquiores inter ipsos

Epilogando ergo et concludendo quod sic dominus cardinalis est summe necessaria amicicia inter
se. Sic et in consiliis suis debent attendere ad illa que sunt pacis et amici-
cie. Quot enim mala ex gwerris et inimiciis generantur patet in capitulo subsequenti

Tercio principaliter inter utilia pax per opposita inimicitur et computatur. Pax enim est
eo utilior quo gwerra nocivior Si utilis est amicicia et utiles sunt
res temporales ut sumus certe utilis est pax. Quia nulle opes vel divicie in gwerris
sunt sufficientes Nam quidam philosophorum dixit Nemo in gwerra constitutus satis di-
ves potest esse. Quantumcumque enim sit homo dives oportet si in gwerra diu per-
manserit aut divicias aut gwerram perdere. Aut utrumque forte simul et pariter
Si enim quis pauper est gwerram diu sustinere non valet. Si autem dives de sumptibus
et expensis amplius habundabit. Et si dives ~~et si~~ stipendia habunde
non ministrat aut fautores non inveniet aut infideles. Et sicut homo qui peccat
quanto maior est famosius crimen habet secundum metaphoricum dicentem Omne animi vicium tanto
crimine tanto famosius in se quanto qui peccat maior habetur Ita dives et po-
tens si in gwerra succumbat maiori casui subiacet Unde et idem metaphoricus
dixit Alcior assurgens gravior plerumque ruina venerandi non solum divicie
perduntur per gwerram sed etiam amor dei et anima et noti et fideliores
quos homo habet quia illi in maiori periculo se submittunt Ad vitandum ergo

Ad vitandam ergo gwerram vtilium est vitandi aliene vel communis rei vsurpacio
Dicit enim Seneca principium discordie est commune suum facere vnde dicitur amicissimi
vitam ducerent homines in tribus sic hec duo pronomina meum et tuum de medio
tollerentur Quod homo facere poterit si nemini fecerit quod fieri sibi nollet
vnde et saluator consulit in cuius dictis omnia quecumque vultis vt faciant vobis
homines et vos facite illis Simile et hoc est lex naturalis quam qui re-
pugnaverit contra omnes agit dicente cassiodoro Qui sine lege vult agere
auctorum disponit regnum cassare Et si forte aliquis fuerit invite turbatus
excusacione vtendum est secundum Tullium qui dicit vtendum est excusacione adversus
offensas dicite Sed ad vitandum gwerram expedit fugere lites et contenciones
Nam contendere ad potenciorem periculosum est Cum pari dubium cum minore verecundum
Credo ergo vtile contenciones fugere et qui non potest potencioribus resistere parum
sollicitare vt eisdem saltem valeat complacere et non solum contendere vel
resistere violenter potenciori est periculosum sed eciam irasci potenti est
periculosum Dicit enim Seneca potenti irasci periculosum est quare si potencior
aliquem leserit tucius est leso pati quam irascendo resistere Ad consilio
voluisse videtur cum dicit Cede loco lesus fortune cede potenti ledere qui potuit
aliquando prodesse valebit Si ergo potens irascitur non ad vindictam non ad
vindictam sed ad pacem ponimus est recurrendum De qua in tractatu de tem-
perancia amplius est dicendum Si ergo repentine vel propter illatam iniuriam gwer-
re contenciones et emulaciones suborte fuerit ad reconciliacionem ac concordiam
est vtique recurrendum que si oblata fuerit aut petita nullatenus denegetur
Si autem oblata non fuerit nullus illa offerre nocebit cum sepe illis nocet fortune
adversitates prospera fortune qui recusant vnde metrificator dicit Cum ergo
fortuna si starem forte sub vna et ne mutarer nunquam fortuna vocaver
Offerenda est ergo pax et concordia etiam ab ipso leso vel saltim per familiares
Semper enim incipiet dissensio ab alijs a te autem reconciliacio Nam et
propheta suasit reconciliacionem et pacem non solum ab alijs expectari sed eciam
inquiri et persequi dicens diuerte a malo et fac bonum inquire pacem et per-
sequere eam Et apostolus ad Romanos dixit nulli malum pro malo reddentes pro-
videntes bona non tamen coram deo sed eciam coram hominibus et si fieri potest
quantum ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes Scriptum namque est quam spe-
ciosi pedes ewangelizancium pacem Et si forte dicatur inquirendo pacem
et in primo petendo reconciliacionem hostis superbit et in maiorem prorumpit iniuriam
timere nos dicit in nimiam verecundiam nec ei posse resistere Certe hec verba nulla
sunt maxime quo ad personas catholicas Numquid enim honor est hoc velle
hoc petere quod racionis est quod pietatis est quod mansuetudinis quod iu-
sticie est Si ergo timet superbia suo furore insensato decipitur hec ve-
recundiam et timorem vocans non ideo viri discreti et sensati debent consilia
credere et opinari ne talibus similes effecti decipiantur vt ipsi propter eorum
insipiencium verba nec propter pacem oblatam nullus infirmior efficiatur aut
potencior quam prius fuerat pax enim si potest haberi omnibus modis est inquirenda an-
tequam procedatur ad bella ut bellum geritur vt pax habeatur nec pax
queritur vt bellum habeatur [illegible] xxiij q i Noli Qui enim ergo vult bellare
antequam de pace temptauerint maioris discordie ac belli causam prestat
Christus enim veniens in hunc mundum pacem docuit pacem dedit pacem
reliquit eidem nisi bella Illi ergo qui sunt prelati ecclesie Christi defensores et
protectores crucis Christi nomine Christi diuisorum Christi pacem Christi quam alijs predicant
in se debent obseruare xxiij q vi hec quippe in fine ymmo mali sunt tollerandi
pro tempore pro pace seruanda xxiiij q iiij tollerandi et c. etc. Quare et prelati
ecclesie [illegible] vt discordantes concordent et ad pacem mutuam firmiter
tenendam consilium impendant auxilium et fauorem nec amore vel odio hoc
facere aliquatenus pretermittant xc dis. studeant et c. Pappinus

Et licet pugnare et gwerram facere sit licitum in multis casibus non tamen usquequaque
expediens ecclesie nisi pro fide catholica conservanda pro qua utique decertandum
est usque ad mortem sicut bene patet xxiii q. iiii et viii et in pluribus capitulis

An vero liceat ecclesie gwerram facere pro rebus temporalibus propriis stipendiis et militibus
adeptis et destinatis aliud videtur non video nisi quibusdam supponere et credere
dicere ac indubitanter hesitare cum hoc quod facit dominus papa cum tam digesto con-
silio dominorum cardinalium qui ista cuncta et similia plenissime cognoverunt licite
faciat percipiat et demandet

Verum licet multa sint licita que non sunt expedienda ut dicit apostolus bene
dubitabile an expediat ecclesie tenere gwerras pro rebus temporalibus vel pro
quibuscumque aliis conservandis vel recuperandis. Quia formidandum est de scandalo
de dampno de homicidii periculo. Formidandum est scandalum ne ecclesia indicetur
cupida et avara arrogans et superba. Dominus enim Ihesus mittens ad evan-
gelizandum discipulos suos misit eos sine auro sine argento sine pecunia sine
virga et maxima lite et iniuria recipere ultionis xi q. iii. Ita sepe vero
et beatus petrus dixit claudo Act. iii Aurum et argentum non est mihi quod autem
habeo hoc tibi do Act. iii. Sunt pusilli layci et clerici trahentes ad modicum
statum ecclesie ei super possessione temporalium et gwerrarum motarum desuper
acutissime detrahentes contra eam quod indampnabiles heretici sicut pauperes dicen-
tes clavicarios petri a romana ecclesia recepisse postquam temporalia sunt adepta et
pro illis contendit gladio corporali allegantes pro se ewangelicam legem qua
dicitur Si quis te percusserit in una maxilla prebe ei alteram Item qui rece-
pit tibi prebe ei et pallium et dicit apostolus Non vos defendentes karissimi sed date
locum ire et illud quod dictum fuit petro Converte gladium tuum in vaginam et
illud xpi An putas quod non possum rogare patrem meum et exhibebit michi
plus quam xii milia legiones angelorum xxiii q. i quod militare. Ex quibus
acute et maliciose concludunt quod postquam ecclesia romana habuit temporalia
et pro ipsis conservandis gwerras tenuit et movebat ab imitacione christi et beati
petri recessit et propterea eius rector et caput perdidit suam spiritualem potestatem
prout in de talibus constat clare. Qui cum essent de inquisicionis officio consti-
tutis nonnulli ex eis per me traditi iudicio seculari fuerunt ignis incendio
concremati Non attendentes decreta sanctorum patrum quod aliud est nunc status ecclesie
quam fuit tempore apostolorum tunc enim temporalia recipiebat et vendebat nunc autem
ut cultus xpi et ecclesie possit amplius conservari et dilatari temporalia ipsa re-
tinebat prout satis apte ostenditur xii q. i Futuram ecclesiam et c. sequenti
et xxiii q. iiii nec invenit ubi beatus augustinus satis apte scribens ad bonifacium
ostendit aliud tunc fuisse statum ecclesie a moderno. Quod enim ecclesia licite pos-
sit possidere temporalia declarat ibidem beatus augustinus q. i exemplum et c. sequenti
et xxi q. i habebat dominus

Quod autem sit licitum rebus ecclesie defendere gladio materiali patet xvi q. vi
auctoritate vero archiepiscopo treveren. datur ei in mandatis ut spirituali gladio
et temporali rerum ecclesie distractores revocet ad ecclesiam treveren. Bella enim per ecclesiam
sancta et contra excommunicatos et infideles meritoria sunt xxiii q. v. Omnium et
duobus capitulis sequentibus. Immo nec tales occidentes homicide reputantur
Item viii q. i igitur et per multa alia capitula sequentia

Premissis tamen non obstantibus si presumptuosum est scribere quod apud maiores sepe
pertractantur sancte Romane ecclesie utique non expedit corporali gladio di-
micare propter plura. Tum quia expenduntur quam recuperata valent. sicque ex-
hausta camera apostolica sumptibus coacta querit aliunde que quia clerus non
libenter administrat murmurat et impingit contra matrem suam ecclesiam. a qua
res et honores accepit et ubi se defendere non potest a contribuendo subsidiis

pt metu gladii spiritualis inuocat dolose et occulte auxilium brachii seclaris
minatis prouinciis colligi si perseuerauerint corrigendo. Sicque pusilli layci de sua
malicia cleri maliciam excusant et heretici tunicam xpi inconsutilem dis-
suere cupientes in animas simplicium virus effundunt hec atque prauitatis
dicentes. caput vero ecclesie et dominos eius cupidos et auaros superbos et elatos
ac plenos omni fastu et mundi deliciis habundantes quibus ut dicunt xpus
non commisit suam sponsam ecclesiam. sed veris pauperibus et humilibus ac despectis
abscondit modo apud se fingentes tamen ecclesiam et eius potestatem residere
prout ex eorum confessionibus in iudicio tempori manifeste Et vltra si ecclesia
mittit legatum qui stipendiarios conducat qui guerram tenet plures ex
eis non solum remunerationem beneficii corporalis expectant verum spiritualis
et eterni beneficii remuneracionem exigunt ad quod indigni sunt digni pro
quibus forsitan supplicatur. Sicque ecclesia hic exhauritur sumptibus hic fati-
gatur laboribus. hic delamatur et diffamatur et a perfidissimis hominibus
ducatur in contemptum nec vtilitas est tanta prouenire que posset incommo-
moda recompensare.

Quid ergo dimittende sunt res ecclesie tyrannis primo omnium beati petri et eius
in mole sepultum manibus voluntarie committenda absit. sed eripienda est a
manibus tyrannorum si fieri potest gladio spirituali prout satis innuitur xxiii. q. viii.
in fine et per plura capitula Et si non sufficit non sunt milites conducendi nec
congregandi nec conuocandi nec stipendiandi. sed inuocandum est imperatoris
auxilium per cuius predecessores ipsi ecclesie temporalia bona sunt largita. et non
solum ipsius verum aliorum dominorum temporalium vel saltem sine retinsione predi-
ctorum ipsis militibus guerre per ecclesiam nullatenus sunt mouende. Ista satis
tangit beatus Ambrosius in c. conuenior ibidem xxiii q. viii. Et istud videtur
ab antiquo a Romanis pontificibus obseruatum Scribit enim Bonifacius
papa Honorio augusto in hec verba Ecclesie mee cui dominus noster meum sacer-
dotium nobis res humanas regentibus deputauit vos cura constringit ne eius
eius statum adhuc corporis incommoditate detineatur. Propter contentionem qui a sacer-
dotibus vrbis ecclesie clericis et xpiane plebis perturbationibus agitantur apud
aures christianissimi principis existimemus deesse Sic enim decens quod optime
eueniat non vos id facere qui ecclesie cepta moderatione componitis. sed nos per
maiorem tacentem desidiam videbimur qui tranquillitatis quiete et ecclesie pacem
preterire valeat admisisse Cum enim humanis rebus diuine cultor religionis
domino fauente prudens in culpa erit si non id sub vestra gloria quod certum
est omnibus rebus semper animo promptiorem fuisse firmo et stabili iure cu-
stodiatur xc vii. dis. Ecclesie mee Ad quem scilicet etiam satis apte rescribit
Honorius augustus consequenter ibidem victor Honorius et cetera Vnde et Augustinus scri-
bit ad Bonifacium sic dicens Maximianus episcopus vagiensis auxilium petiuit
ab imperatore xpiano contra hostes ecclesie non tamen sui vlciscendi causa
quam tuende ecclesie sibi credite quod si pretermisisset non eius fuisset laudanda
pacientia sed negligentia merito culpanda xxiii q iii. Maximianus Et infra
ab imperatoribus vrbis ii. q. v. Regum officium est proprium facere iudicium atque
iusticiam et liberare de manu calumpniatium in oppressos Et infra c. admini-
stratores plane secularium dignitatum qui ad ecclesiarum tuicionem pupillorum
et viduarum ac pecatorum rapacitatesque refrenatores constituti esse procul dubio debent
quotiens vbi ~~necessitas expoposcerit~~ absque negligencia examinet et diligenti studio
corrigant ab episcopis et ecclesiasticis viris conuenti fuerint i. moniti eorum querimo-
nias attente audiant et quod necessitas expoposcerit absque negligentia examinet
et diligenti studio corrigat

Quod si dicatur dominus imperator et alii domini temporales non assument di-
ctam defensionem ecclesie vel non sufficient ad expensas saltem sunt mo-
nendi et requirendi sollicite et si expense non sufficiunt dominus noster

potest in aliquo subvenire et istud etiam est licitum ut patet xxiii q. i Quid culpatur
ubi tributa ab ecclesia dare iubentur propter stipendia militum et infra c. q.
viii tributum Tributum dari iubetur pro pace et quiete conservanda. Primo preter
istum modum decime in almania ad laycorum manus pervenerunt quod etiam
imperatoribus concessit papa decimas pro tuicione iuris sui. Nec hoc malum
aut inconveniens reputarem ut aliquis legatus eisdem assisteret tamen gladio
spirituali qui homagia et sacramenta fidelitatis reciperet nomine ecclesie et videret
etiam de negociorum disposicione et actione et super hoc dominum nostrum papam
debite informaret

Quod si michi dicatur tu dedisti consilium minime requisitus multe pre-
sumpcionis est quod tantis et talibus principibus et dominis consulere attemptas
Sed cum tam prudenti non conveniat offerre consilium minime postulatum.
Tu non ergo imprudens presumpsisti consulere tantis viris non de prudencia
convenit alios actualiter informare

Certe cum omni reverencia et humilitate respondeo quod verbum fidelitatis quod
audiverunt aures mee et quod cum fidelioribus etiam contractaverunt la-
bia mea etiam non ut personam consilium dantis accipiam sed ut narrantis
assumunt formam dicentem secundum philosophum philosophi doctrinam actus activorum sunt in pa-
ciente disposito et unumquodque quod recipitur per modum et mensuram
recipientis recipitur secundum capacitatem eiusdem. Hec scripta legentes accipi
poterunt intelligi et glozari. Ego enim pro nichilo habeo ut a quocumque
iudicer aut ab humano die dummodo interius me vanitas non accuset
Sive enim legantur aut respuantur aut igni tradantur per me scripta michi
in opinione turbacionis assumo dummodo nichil erroris scienter admisceam
annotatis. Nichilominus credo illos dominos propter quos speciali presentem oc-
cupacionem assumo tante caritatis tante mansuetudinis tanteque humilitatis
et si absque adulacionis nota proferre valeo tantarum virtutum existere
quod ubi meum habundavit delictum inscribendo in eis superhabundabit gracia
incorrigendo apponendo emendando aut certe cautissime supprimendo vel
ipsa forsitan minus circumspecte conscripta paciencius sufferendo

Nunc veniendum ad tertium expediens superius expressatum. Dixi enim supra
quod in consiliis tria sunt ut expediencia attendenda quorum primum est utilitas. Secundum
utilitas et de hiis duobus scripsi competenter. Tercium est honestas de qua
modo aliqua annotabo subsequenter. Verum ne attedat prolixa narracio
non omnia que honestatis sunt hic videntur assumenda ne forte excedendo materias pre-
concepti operis legentibus fastidium generetur. Scitur quidem omnia illa honestatis
existere que virtutis sunt de quibus non est ad presens per singulis disserendum
verumtamen quia ex actibus virtuosis debet consurgere bona fama que honestatis signa
gerit de ea etiam non videtur parciali subticendum. Magni enim precii et valoris
est bona fama et ideo non immerito inter utilia poterit numerari. Igitur loquendo
de honestate sunt duo principaliter attendenda. Primum est ut homo sit in se virtuosus
secundo ut de talibus sit famosus. Hec enim ad honestatem pertinet ut homo non ca-
reat testimonio bone fame. Ysidorus enim dicit quod honestas dicitur quasi honoris
status. Unde ex hoc aliquid debet dici honestum quod est honore dignum
honor autem est premium virtutis ut dicitur i ethicorum. Ergo homo honestus debet
esse in se virtuosus et tunc non caret testimonio bone sue consciencie. Et secundo quod
ad alios esse famosus id est bone fame quod tunc non caret testimonio aliorum et ista
certe sunt maxime utilia et etiam delectabilia quia homo naturaliter delectatur
in honestis sicut in virtuosis sicut patet 2 ethicorum. Primo Tullius libro 2 de officiis et
2 rethorice dicit quod virtus et honestas nomina diversa sunt res autem subiecta
prorsus eadem. Honestum enim est ut dicit quod sua vi ad se nos alliciat
et sua dignitate trahit. Honestus vero aliquis dicitur eo quod nil habeat
turpitudinis ut ysidorus in ethimologiis dicit vel hominibus virtuosis id est honestis

homor maxime exhibendus est. De ista virtute dicit tulius quod nomen virtutis
fuit antiquitus solius fortitudinis Et ratio est quia non statim devotum hominibus effi-
cacia virtutum alia eorum. sed illi dicebantur tamen virtuosi qui laboribus et doloribus
de facili vinci non poterant. Sed post tempora tunc docuit experiencia hominis
animum habere multa certamina contra delicias divicias et honores mundi quorum
victorie quia pauci instabant cum esset difficilis inter virtutes non ponebatur
non advertentes quod opus virtuosum circa difficile maxime versatur. Et quia
hec victoria maxima virtus est et ipsius victores ut virtuosi sunt plurimum
commendandi. Ista enim habet testimonium consciencie sue in se. ad quod hortatur nos
apostolus ij ad Cor primo c. Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre. Et quidam
philosophus dicit consciencia potius quam famam attende. falli enim poterit fama
consciencia nequaquam. Unde Seneca in epistola dicit Si honesta sunt que facis
omnes sciant quia turpia quid refert neminem scire. cum tu cognoscas et con-
sciencia tua. Unde idem in libro de forma honeste vite. dicit Nichil hominem
timidum facit nisi reprehensibilis consciencia. certe pena magna est lesa consciencia
Et Cassiodorus dicit Nimis enim acrius puniatur ubi consciencia perditur.
Mala enim consciencia semper torquet bona numquam sine spe premij manet

Consimiliter dico quod fama bona pertinet ad honestatem Nam si malus re-
putaris a nullo honestus haberis. Unde ordinibus diviciis et deliciis meliora est
preponenda bona fama Est enim fama illese dignitatis status legibus et mori-
bus approbatus et nullo diminutus. Non ergo postponenda est propter quodcumque lucrum
aut comodum temporale Nam lucrum cum mala fama dampnum horrendum est
et principium. Unde Salomon dicit Melius est nomen bonum quam divicie multe
Et Seneca. bona opinio hominum tucior est pecunia. et iterum bona fama in tenebris
bonum splendorem facit Et Cassiodorus. Est enim ingeniosi animi signum fame
diligere comoda Et apostolus ad philippenses iiij^o Modestia vestra nota sit omnibus ho-
minibus Et Ieronimus. Quecumque bone fame sunt hec cogitate Et in ecclesiastico legitur
odor eorum letificat amarum. et bona fama impinguat ossa. Virtus enim quantumcumque
in se nobilis sit tacet nisi fama diffundatur. et quantumcumque aliquis sit virtuo-
sus si tamen fuit infamis obtenebrescit nomen eius. Hanc enim quis custodire
non poterit si deditus fuit voluptati. Unde quidam philosophorum dicit lascivia
et laudem nulla cotidie impedit Et Catho dicit. Si famam servare cupis
dum vivis honeste. Fac fugias animo que sunt mala gaudia vite. cuius-
modi sunt voluptates et iterum luxuriam fugito simul et vitare memento
Crimen avaricie nam sunt contraria fame Et revera sicut est de bona fama
sic de navi in flumine Nam nisi continue trahatur contra aque impetum
nec sistit nec ascendit sed descendit sic fama bona nisi crescat continue
nova laude vetus perdunt. Sed gloria est frequens fama cum laude Quare
gloriam adipiscuntur qui talia conantur efficere ut quales videri velint
tales sint Si quis enim simulacione et animi ostentacione et ficto sermone famam
querunt vehementer errat

Certe si omnis homo obligatur ad vitam virtuosam multo magis clerici
et cardinales et eo magis quanto amplius pre ceteris premium virtutis maiorem debet esse
virtuosi accepit ipse enim habet principales honores post caput ecclesie
ergo cui honor sit premium virtutis maxime debet esse virtuosus. quia quod agitur
a prelatis facile trahitur a subditis in exemplum unde quod dominus ait ad
moysen in levitico Si sacerdos qui est unctus peccaverit faciet delinquere
populum suum. li^o iij de voto magne. Unde eis expedit vacare virtutibus
et abstinere penitus a vicijs. quia prelati tot mortibus digni sunt quot perditionis
exempla ad subditos transmittunt xj q iij. precipue Nam superiores inferioribus
ad bona tenentur exempla viij q i Qualis Nam sermo dissertatus sine ex-
pericione ferendus est si in membris exemplum prebet ad incertum ij q viij
Paulus dicit Renunciandum igitur vicijs et virtutibus insistendum est. quia egressus
malicie ingressus est virtutis xxxij q i cum renunciatur Et quia sit virtus

in homine prosperitatis tempore ignorat ad sola aduersa examinetur que sit
virtus latens in animo vij. q. i. Aduersitas et c. sequitur

Parum modo sicut dicit Cato necessaria est vita virtuosa ita et bona fama Neque si ipse
dominus viuerit viciose et caueret exinde bona fama certe tota ecclesia lederetur
tamquam sint columpne principales et per quas vilesceret corpus status et ipse se ipsos de-
strueret Amplius ergo eis est attendendum vt si forte carnis infirmitas o-
pera magne exactionis peccatoris spiritualis non admittit saltem id quod peccatum
est alijs occultetur Nam vt dicit beatus Augustinus nobis est necessaria vita nostra alijs
fama nostra xij q. ij. Non sunt audiendi xij. q. i. Nolo de conse. dis. i. Iubemus
Nam in c. non sunt audiendi dicit qui custodit famam suam alijs est misericors
et in c. nolo dicit Qui ipsam negligit crudelis est Debet tamen cauere dominus ne
forsan non appetat bonam famam sed vanam famam. Bona fama acquiritur
que operibus virtuosis insistitur. vana fama queritur qui aliud foris ostendit
quam in corde geritur. Nam diuina iudicia sunt in talibus formidanda. et plerumque
contingit vt talium vita simulancium se bonos cum non sint finaliter cognoscatur
et tunc eis duplicatur confusio ex hijs eciam que bene facere videbantur
Ut inuere vi. b. Grego. loquens in hec verba plerumque enim sic dixerimus la-
tet superbia castitas diutescat atque ideo ostensa diu castitas circa finem
vite perditur. quia coopta superbia vsque ad finem incorrecta tenetur. alij
elemosinis vacant propria distribuunt. sed tamen multis contumelijs feriunt vel fortassis
linguam in detractionibus exercent. Et fit plerumque ut isti qui misericors fuat
vita vite sue tunc rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat Quod
valde iusto dei iudicio agitur ut perdat et tam hominibus vnum hominibus pla-
cuit quia hec vnum deo displicuit corrigere curauit Alius pacem studet
sed molestie alijs et furare malicia in corde non timet. fit quamquam impaciens
quia diu latuit dolens lingua itaque et per aliquid aurum suum. et per aliud
lutum. atque hic aurum quasi lutum sternitur qui occultis peccatis exigen-
tibus eciam virtus que publice claruerat dissipatur de pe. dis. ij. non
autem Amanda est igitur bona fama. que ex iusticie operibus consurgit et
fugienda vana fama que iusticia operis non intendit. sed adulatoris
laudem cupit. Hec ergo quia ciuitatem sunt si singulorum dominorum consilia
ad ea respiciant proculdubio finis eorum vtilitati multiplici habundabit et
hec ad presens capitulum ad expediens dicta sufficiant

Nunc consequenter postquam dictum est de expedienti aliquid dicendum videtur
de certo ad quod ceteris paribus consilia dominorum semper debent tendere et a
dubijs quantum poterunt declinare Nam si ad habendam fidem et certitu-
dinem in re dubia est auctoritas certe requirenda vt habetur dis. xx. pala
ad quem possit haberi recursus si dicitur in prima et dominus Cato in suo con-
sistorio seu consilio super dubijs se fundaret tunc ex dubijs non sequitur
nisi dubia conclusio. nec ex falsis nisi falsa vt dicunt logici vnde
certe in rebus dubijs nunquam certa ferenda est sententia dis. xxxiiij habuisse

Circa ergo dubiorum certitudinem est recurrendum ad tria scilicet ad verborum
vel iuris rectam intelligenciam. ad factorum claram euidenciam ad com-
muniorem experienciam. hec enim tria consueuerunt dubia destruere detrare et declarare
Primo enim est recurrendum ad verborum rectam intelligenciam ecclesiastici v. c. scribitur
Esto mansuetus ad audiendum verbum vt intelligas et cum sapiencia proferas
responsum verum si est tibi intellectus responde proximo. sin autem sit manus tua
super os tuum ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris Nemo enim
potest bene respondere ad questionem si intellectum questionis non habetur
vnde si conclusio est dubia que petitur sine intellectu tuo que est ne responde
quia quasi diffinire habeat ergo verborum eciam inexpressa intelligenciam aureus aliquando
feratur sententia est ad ipsam in dubijs principaliter est recurrendum de sponsa. et ma-
ex literis i.

Secundo in dubiis est recurrendum ad factorum evidenciam certiorem. Via in dubiis est tenenda ubi dem invenies de pe. dis. i. ubi dicitur tene certum et dimitte incertum de homine ad audienciam xi. q. iii. Que omnia enim que constat per se evidencia sive aliis certiora. quia talia reputo notoria que rei evidencia aliqua tergiversacione celari non possunt ut de coha. cle. et mu. c. ult. circa fine et de ver. sig. Cum olim unde nec in talibus est testis necessarius ut patet in c. tua de coha. cle. et mu. nec eciam examinacione indiget de elec. bone me. magis. Quare in dubiis ad talia est currendum ut certe talia prosequimur et secundum illa consilia ministrentur. Summo eciam studio cavendum ne reputetur dubium quod est certum aut certum quod est dubium. Quod enim utrumque circa hoc sit peccata asserere multis est notum

Tercium quia aliquando agitur de aliquibus ubi non est regula iuris que specialiter de iure forte placitum est quod fieri potest nec facti evidencia requiritur quia forte agitur de fiendis et nondum factis. sed agitur de modo aggrediendi vel perficiendi negocium quod intenditur quia modus super modum attendendus in singulis maxime in rebus insolitis et arduis vel aliis ubi scandalum aut scisma timetur. In talibus ergo recurrendum est ad certam experienciam que circa consilia preterita temporibus contigerunt Et quia senes plus habent de preterito quam iuvenes eorum consiliis ceteris paribus est magis inherendum Iuvenes enim gloriantur et letantur de futuris que sperant vel ad que anhelant. senes vero letantur et gloriantur de preteritis que in suo tempore contigerunt Unde est quod iuvenes vigent ingenio sed senes prudencia et arte que generantur ex experiencia ut patet ii. pol. Unde et antiqui prohibebant iuvenes fieri duces exercitus aut consiliarios quia propter sanguinem adhuc in eis calidum cito fervet spiritus ad temptandum celeriter que iudicat esse bona Secum ergo consilium si compos mentis fuit et liberum non captum sed non est aliquatenus preponendum In omni enim civitate ubi iunioris senioribus preparantur periculum est timendum circa quod sciren multa exempla recitare que experiens audivi et vidi in pluribus regnis. Verum quia sic sicut dixi iuvenes vigent ingenio bene expedit eos audire et attendere eorum dictis quia ex quo spiritus eorum prumcious ad fingendum imaginatione in actu vacantes cito discernunt et facilius inveniunt media aggrediendi negocia vel resistendi periculis quam senes. verum et potissime expedit. Unde in arduis consiliis unus tamen nullatenus credulus habeatur sed plures. Postquam enim singuli sunt loquuti tunc senes excitentur ad cogitandum de motivis iuvenum. et iuvenes informantur experiencia senum. Quare in secundo articulo communiter nunquam propter videtur propter motiva diversa ad partes seu conclusiones contrarias. Sepe enim contingit quod ex unius verbo. quod tamen proferens nunquam ponderat alius magnum valde advertit periculum vel profectum hoc tanto ut seniorum sine ceteris paribus semper stetur Non enim sine causa dicat symmotericus ipsa specialius natura iure quod a pluribus senioribus constituitur xx. dis. de quibus ad fi. Et illud prout ad inesanam ex prima quomensuram in gestis conciliorum discernit sinam inveniret illius concilii magis tenerentur sinodum. tunc antiquior extat actoritas. divid. eum sed. presumitur enim pro sene prioritas maiorem dis. lix. si officia. sapiencia agendorum dis. lxxxiiii. porro gravitas morum xii. q. i. c. i. Vitas dictorum xxxv. q. vi. consanguineos

Ulterius videndum est quod semper tutum in consiliis periculoso est preponendum Quid autem sit tutum satis patet ex premissis Nam certe tutum persuaderi potest quod expediens est quod verum est quod utile est quod amicabile est quod honestum est quod certum est. Que autem sint ista predicta declarantur

Nichilominus quia plura possunt esse tua consilia que premissa singula non continent nunc minime comprehendunt pro eo tutum consilium sub quadam generalitate vidi describendum nam omne id tutum reputo et securum quod caritate ac dilectione informatur quod in racione fundatur quod debita circumstancia regulatur. Dico hoc tutum et securum quod caritate et dilectione informatur Istud patet quia non sunt contraria et nullus credit tutum et securum ac bonum esse consilium quod ex odio et invidia datur Quod enim incommoda talia sunt subsequuta consilia quottidiana mala declarant Item ubi caritas non est non potest esse iusticia xxiiij q i ubi Et ubi iusticia non est ibi nec tutum nec securum potest esse consilium Sed dilectio dei et dilectio proximi que sunt caritatis precepta viij q i In scripturis malum non operatur xxiiij q i ubi et in eo enim caritatis iussa spernunt Dominum utique quia caritas est perdunt xi q iij absit illud Et prosper in li. de contemplativa vita dicit Caritas est ut michi videtur recta voluntas ab omnibus terrenis ac presentibus prorsus aversa iuncta deo inseparabiliter de pe. dis. ij. Caritas est non dicit a prin. Cum ergo nullum sit tutum consilium quod a deo separat nullum est tutum quod contra caritatem est.

Consimiliter dico quod nullum consilium tutum est quod in racione non fundatur Irracionabilia enim consilia et facta non possunt diu subsistere cum homo sit naturaliter animal racionale nec diu ipse contra suam naturam potest militare. Unde sic dicit quod racioni est contrarium necesse est extirpare dis. lxxxviij. corrupta Sic omne quod contra racionem est necesse est deficere. quia divine leges natura consistunt leges autem divine in lumine naturali consistunt ix. dis. Sane ubi etiam dicitur racio exemplo esse preponenda. quare consilium quod in racione consistit tutum est etiam si perversi hominis contra racionem sequatur offensa Nec certe bonus homo et virtuosus turbari potest cum deliberatione de facto quomodolibet quod in racione consistit Et dico cum deliberacione. quia primi motus non sunt in nostra potestate Sensitiva enim hominis turbatur de displicibilibus sensu antequam racio discernat quod cum discernit si voluntas obedit et discreta presumitur utique homo bonus est si resistit omnino perversus est Racio ergo in singulis est attendenda. quia de omni hic irracionabili facto vel omisso deo summo redditur racio prout dicit beatus Augustinus de penit. ad petrum diaconum xv. q. i. Merito circa finem Merita enim nostra et demerita nisi racionem concordantem. quia si racio desunt nec etiam nostra meriti aut demeriti causam habebit Unde etiam etiam humana que racione etiam caret actualis culpe macula minime obfuscatur. quare et de brutis animalibus eadem racio redditur xv. q. i. ij. Merito Si enim racionem a beato Augustino sicut hec expressius recitantur. que ambo vitari non possunt racio filio duo mala vitanda proponuntur: que ambo vitari non possunt racio inter illa minus malum admittat dis. xiij. Duo mala Ubi enim dominatur racio cuncta bene ordinatur et disponuntur Quare beatus Gregorius scribit Mauricio imperatori in hec verba Illa prepositorum sollicitudo est utilis illa cautela est laudabilis in qua totum racio agit et furor nichil sibi vendicat Restingenda est sub racionis potestate nec est quid agendum prius quam conatarum ad tranquillitatem mentis redeat xi q iij Illa

Tercio dico quod ad hoc ut consilium sit tutum expedit ut debita circumstancia reguletur quod dico propter opera de quibus bonorum que tam bona et mala intencione regulantur Nam plura sunt que ex caritate possent fieri et tamen racione cum aliqua circumstancia et que etiam ex caritate vel racione dimitti possunt cum certa circumstancia Sicut mali sunt cum tempore corrigendi et castigandi si ex eis speratur emenda et pro tempore sunt tollerandi si maiora mala timentur Item tolerandi sunt quorum facinora non sunt manifesta ne forte eradicando zyzania eradicetur et triticum xi q iij Nolite ij q i multum Item tollerandi sunt ne ex omnibus parte gravis ecclesie conciatur Undecim xxiij q iiij tolerandi et c. quid ergo et c. quisquis Cessantibus ergo dictis circumstanciis certe nullatenus essent tollerandi Caveat ergo quilibet bonus consiliarius ut in consulendo circumstancias debitas

sui actus attendat ne forte dum proficere credet ruine materiam ministraret

Nunc consequenter videndum est quod ceteris paribus illud quod est possibile seu faciliter factibile difficili in consiliis preponatur. Difficilia enim requirunt expensas requirunt labores et incutiunt timores. quare homines plus in talibus timent et formidant. Spes enim victorie seu mercedis multos inducit ad labores. Et equaliter timor adipiscendi seu optinendi predicta multos avertit a fidelitate et labore. quia dum labor in dampno est cessat mortalis egestas. Ad hoc ergo quod est factibile primo est intendendum Et nedum factibile comode seu faciliter factibile ceteris paribus. id est dummodo sit sit conveniens et expediens utile honestum et tutum et certum ut predicit Tullius enim dicit ad rem gerendam qui attendit caveat ne id solum consideret quam illa res honesta sit sed etiam ut habeat efficiendi facultatem In quo ipsum considerandum est ne aut temere desperet propter ignaviam aut nimis confidat propter cupiditatem Cavendum est etiam ne homo nimis capiat. id est ne difficilia conetur perficere quia in quo proverbio et experiencia docetur quod qui nimis capit parum stringit Unde et Catho dicit Quod potes id temptas operis ne pondere pressus Succumbat labor et frustra temptata relinquas Talia enim sunt incipienda que ad finem perduci possunt Prout Seneca dicit Maiora te ne inquesieris id quere quod potes invenire id disce quod potest sciri. id opta quod coram bonis optari potest. nec alicui rei te imponas in qua statim tremedum cavendum quod sit Et alibi dicit providendum est omnibus sub quo in via sue tumbere potes Nam qui volare satagit antequam pennas assumat irremeabiliter ruit Et si contingat quod utilitas delectet vel honor tamen alliciat quod de facilitate aut possibilitate nulla deliberacio habeatur cito contingit supius expressatum Nam qui plus posse putat sua quam natura ministrat Posse suum superans se minus esse potest. hoc autem posse vere et realiter debet se extendere ad possibilia licita et honesta. quia peccare non est aliquid posse. sed est aliquid non posse ut dicit beatus Augustinus de penitentia dis. ii. circa finem

Premissis ergo eminentibus et expedientibus prime parti prime partis principalis finem de presenti impono quia de principalibus ad bonum consilium. que est huius prima pars de presenti non vidi plura annotanda

Et quamvis supius dictum sit. quod racio que prima pars prudencie dicebatur dividebatur in partem investigativam iudicativam [illegible] et imperativam Et ipsam investigativam fuit deputata consiliativa. quia proprium est consilii investigare expediencia Iudicativa vero electiva. quia proprium est eleccionis iudicare de suo eligibili Circa quam partem nunc eciam aliquid et bene breviter intendo consequenter annotare

Circa eleccionem duorum Card. notandum videtur quod ipsum habet eligere personam super se personam iuxta se personam infra se. Supra se dominum nostrum papam iuxta se consociatum dominum Cardinalem infra se prelatos alios

Supra se dominum ~~dnm~~ papam caput ulius ecclesie. Circa cuius eleccionem tamen infinita quam cautela potestatis est procedendum Quot enim sunt necessaria personas ut habeant et quot sunt necessaria vitanda de facili enarrari non possent Unde eciam aliquid annotare de condicionibus tante et talis persone non intendo cum dominus episcopus eleccionibus sint huiusmodi bene nota dominum ad electores ferimus nota eorum ut tenent prout veneracio multum est necessaria. quod si non sunt confirmande electiones aliorum antistitum discuciatur electi condicio ut patet dis. lxi. miramur. i. q. vi. Ego de elec. nichil est. Multo magis de hac electione eligendi condicio est necessaria antequam ad eleccionem procedatur attendenda. quia Romanus pontifex ex ipsa eleccione habet plenitudinem potestatis nec alterius super ipsa electione requiritur confirmacio aut examen sicut patet dis. xxiii. In nomine domini de elec. licet eminenda volterius consilium dico quod sit in eleccionibus aliorum prelatorum non est inspicienda fungata utilitas sed conis viii. q. ii. Dilectissimi non est inspicienda muneris oblacio aut

patrocinia amicorum secundum comitis viii q. ii. ibidem Illud Non est inspiciendum quia Bracharum et layacorum dis. lxiii. Nullus laycorum et c. secundum de elec. sunt sic multo magis in electione Romani pontificis ubi maius imminet periculum toti ecclesie quam de elec. li. vi ubi periculum Talia potissime sunt vitanda prout satis bene colliguntur hec innuitur lxxix dis. Si quis pecunia

Ovantum vero ad electiones seu nominationes considerandum sunt secundum duorum Card

O bene est huiusmodi advertendum ne ad tam preclarum collegium aliquis assumatur indignus Nam defectus notabilis unius totum posset collegium maculare. Arguetetur enim ex defectu vel culpa electi magna negligentia aut culpa eligentium opinantibus quibusdam quod favor humanus quibusdam quod munera quibusdam quod magnorum pecunia quibusdam quod carnis propinquitas vel aliquid aliud comodum temporalis huiusmodi promocionis causam prestiterunt cui in ta persone non poterant suffragari Et forsitan a nonnullis presumptuose concipientur electores tali electo esse consiles et conformes Quare multum est attendendum quod humanus favor preter inanis gloriosa persone utriusque talis in electionis negocio tam arduo tam digno tam fructuoso tam periculoso aliquid operetur cum procul dubio virtus aut vicium laus aut vituperium tanti collegii ecclesiam dei multum solidant vel infirment Nec ignorancia condicionis eligende persone hos excusat qui ipsius scire tenentur merita aut defectus

Verum licet supra dixerim a bono consilio ad consulatum iam assumpto quatuor esse vitanda videlicet iracundia voluptate cupiditate et festinancia que etiam vitari possunt et debent in quolibet in Cardinalem eligendo aliqua in premissis videntur addicienda que circa huiusmodi electionibus sunt maxime attendenda Nam in electionibus seu nominationibus talibus semota omni affectione fucata ex parte eligentium et ex parte eligibilis circa preter premissa vitanda est nominatio insipientis adulantis excessive pretatis adolescentis superbientis multa loquentis attinentis et ignorantis

tenetur speculacio veri nuncupatur Est ergo intellectus speculacio veri illa
pars prudencie seu species de qua nunc aliquid est dicendum Et quod necessaria sit
speculacio veri dominis Cardinalibus patet eorum officium et statum considerantibus
verum enim dici non potest nisi a casu dicatur ubi speculacio ipsius vel intel-
lectu non precedit. quantum autem vitas sit necessaria in consiliis super diuinis ubi de
expedientibus fecimus mencionem Et certe sic est quod domini Card sunt consiliarii
et iudices ubis et orbis qui si verum non specularentur nec verum scirent dare
consilium aut proferre iudicium quod tanto periculosiora existerent in ipsis quanto
ipsorum consilia recta et bona ac iusta iudicia urbi et orbi sunt magis uti-
lia et necessaria. unde quia hoc docet experiencia quod mens humana dum nimium distra-
hitur dum nimis afficitur dum nimis decipitur ad speculandum verum est
minus ydonea Ideo domini Card multum vitare debent nimiam distractionem
nimiam affectionem nimiam turbacionem. quia ista hec intellectum obnubilat nec
sinunt certe verum hiis qui verum volunt speculari

Ideo quod vitanda est nimia distraccio Antiqui vero philosophi ob veri specula-
cionem renunciabant omnibus terrenis rebus et honoribus secessum posuerunt in
montibus locis solitariis ubi nulla inquietudo perimit eos a veri speculacione

poterat impedire Nam narratur quod in villa quadam ubi philosophi antiquitus
philosophie intendebant tria observabantur Nam ad eorum societatem non admit-
tebantur cupidus aut lascivus aut impaciens Unde et quilibet volens ad eos
accedere in tribus portis per quas ad ipsos patebat accessus super hiis tribus
pateb temptabatur Nam in prima porta sedebat quidam nummularius et ingre-
dientem ad se vocabat nummos sibi ostendendo et magnas divicias pro-
mittebat si secum mutacioni et commutacioni pecuniarum vellet intende-
re si consenciebat eiciebatur extra portam tamquam ad philosophandum minus ydoneus
Si vero dissensit consilio nummularii ad secundam portam sibi licebat accede-
re ubi iuvenes puelle sedebant que operi textus serici intendebant que
eciam vocabant intrantem ipsumque ad lasciviam invitabant quibus consenciente
eisdem extra illam portam repente fuit eiectus Si vero puellis nullatenus
consenciebat ad portam terciam sibi patebat accessus ubi quidam sedentes
obiurgabant eum Nam quidam calve clamabant quidam claude quidam
claude scabiose et sic eum obiurgando vituperia ei multa dabant qui-
bus si respondebat impaciens progressus sibi non dabatur ulterius Impa-
cientem enim ad philosophandum non reputabant ydoneum Si vero obiurgancium verba
equanimiter sustinebat ad consorcium philosophorum extunc fuit admissus
tamquam a predictis viciis tribus immunis Sic ergo patet quod ad veri speculacionem
non valet nimia distraccio per avariciam nimia affeccio per lasciviam nimia
turbacio per impacienciam Et si predicta ab hominibus observabantur qui ultra
nature lumen lumine gracie non noverunt multo magis ab illustratis viris qui
tocius ecclesie sunt lumina et rectores debet observari Et licet sic domini cardinales
Nam certe multum debent attendere ne nimiis distraccionibus invol-
vantur quia tria studium impediunt et speculacionem veritatis quia pluribus
intentus minor ad singula sensus unde et non expedit dominis cardinalibus ne-
gocia multa assumere quia magna distraccio mentis exinde consurgit
Nulli enim dubium est quin generosa mens semper vellet perficere
quod assumit unde et separatur mens interius ad perficiendum quod assump-
sit et cum negocia perfici non possunt aliquando propter dominum nostrum ipse indispo-
situm aliquando propter negocii in se difficultatem amplius vexantur interius
ne negligencia aut decepcio aut forte impotencia apud dominum nostrum im-
pingatur nec certe sine formidine esse debent multa negocia assu-
mentes hinc enim time ne dominum nostrum nimis vexent hinc time ne
ab aliis dominis cardinalibus presumptuosi reputentur dum pre aliis
assumunt plurima que alii formidant assumere Et hinc veraciter formidare
ne receptores munerum et per consequens symoniaci reputentur Et hinc summope-
re formidare dum coram patribus aliquis insufficiens et minus ydoneus promove-
tur quem beneficium destituere non potest ne peccatum illius ipsius petentis animam refle-
ctatur Dominus enim noster papa non semper novit personas pro quibus petitur et
non libenter negat dominis cardinalibus quia ipsis plene credit ut decet
Unde si dominus noster ad peticionem domini cardinalis beneficium confert indigno
magis ipse petens est culpandus quam concedens unde non expedit multa ne-
gocia assumere quovis modo Et non est ad honorem assumentis quia cum
multum assumptorum non perficit de facili a petente deceptor reputatur
Nec vere est utile quia dum non potest perficere quod assumpsit alii percipientes
sibi posse accidere possent merito formidare et dominum nostrum videns se
amplius vexari per eum sibi durior efficitur et minus graciosus quod cum
videt mente gravatur et turbatur et licet cetera mente distrahuntur et per consequens con-
templacioni et speculacioni veritatis intendere non permittitur Et istud bene
scribit beatus petrus in epistola ad beatum clementem scribens in hec verba
te quidem oportet irreprehensibiliter vivere et summo studio niti ut omnes
huius vite occupaciones abicias et cetera nec fideiussor existas nec advocatus litium fias neque in aliqua occupacione secularis negocii prorsus inveniaris ... perhibeas homini curis posse
dei verbo et studio verbi dei vacare et cetera Te nemo occupet ab hiis

studiis sollicitudines suscipe xi q i Te quid et in sequenti ca. Sic caveat ergo
dominus cardinalis ut abstineat a negociis pluribus que mentem vexant et
in fine speculacionem veritatis ipsam consistere non permittunt. Si vero casu offerente
negocium dimittere non possit cum assumat semper tamen attendat ut hoc negocium
liceat secundum equitatem deceat secundum honestatem expediat secundum utilitatem prout
innuitur in c. magne de voto ubi hec tria negocio perlibili tribuuntur

Secundo dixi quod a speculacione veritatis impedit nimia affectio. quia
nimia affectio non admittit non discretionem in agendis utrum sit racio-
nabilis vel irracionabilis. Sicut enim hoc pulcherrimum reputatur quod
diligitur. ita hoc iustum creditur quod ab amicis et consanguineis seu a
dilectis vel ab amato petitur. Quod enim impedit verum iudicium hoc eciam impe-
dit speculacionem veritatis quia non potest esse verum iudicium sine speculacione veritatis
sed constat quod affectio ad commodum temporale seu amicum pervertunt iudicium xi.
q. iii. quatuor modis ergo affectio nimia impedit a speculacione veritatis
Caveat ergo dominus cardinalis quod non nimis suos propinquos quod tamen non
puto si ipsos nimis diligat. Attendat si placet dominum ps. dd. dicentes Si mei
non fuerint dominati tunc immaculatus ero. Quotiens enim prelati qui suos nimium
aut nobiles non per modum pauperum ipsos honorant et ditant de patrimonio
ihesu christi et non propter utilitatem ecclesie sed magis causa favoris carnalis
aut pompe ut forte quia a nobilibus promoti sunt eorum consanguinei
et amici tenentur ad restitucionem secundum Ray. de raptoribus § de incendiariis ac
quia eos raptores dicit utpote qui contrectant rem alienam invito domino et
infideliter agunt in re eis commissa xii q ii gloria episcopi. Aut enim Jeronimus fur-
tum est ecclesie fraudare sacrilegium accepisse pauperibus erogandum et iusta
parum aut quod apertissimi sceleris est exinde aliquid subtrahere omnium pre-
donum crudelitatem superat. Ex ista eciam radice prohibetur quod prelati vi-
ces suas propinquis suis non committant quia prelati ad hoc sunt multum proni
et presumitur quod per tales res ecclesie plus leduntur cum prelatus ex nimia affe-
ctione plura dissimulat de propinquo et consanguineo quam extraneo sic patet
lxxxix di. decernimus et in glo. ymmo nimia affectio sic excecat quod illud ma-
lum quod a propinquo committitur non solum tolerat verum eciam excusatur et glosatur
Multum ergo cavere debet dominus card. ne nimia affectio ad propinquos eciam
vel amicicia eos excecet et eos impediat a speculacione veritatis. quia
eorum fere trahuntur ab aliis in ... | a speculacione veritatis et quia de

Tercio ut dixi turbacio mentis impedit | ista satis supra locuti fuimus
ubi tangebantur illa que a bono consiliario erant vitanda quorum
primum erat ira que animum commovet licet sint eciam alia. ideo nunc amplius
de hac materia loqui non indicamus opportunum | ... ideo de hac nunc

Et quia tria supra promisi scilicet circumspeccio dicenda | aliquid et breviter di-
cemus. Nam circumspeccio describitur quod sit viciorum cautela. ... no
nit advertere viciorum actus et circumstancias. Scitur enim quod circumstancia
actum reddit aliquem culpabilem alicui intorum sic elemosinam dare est
actum ... ex superbia culpa est. hec circumstancias docet circumspeccio advertere
in genere morum utrum sit actus virtuosus vel viciosus. Optime ergo dicitur
quod circumspeccio est cautela viciorum in viciosus actus caute advertens sub
figura virtutis latitantis et recte qui viciosos actus caute novit advertere
merito poterit prudens reputari. quia iam ita fraus malicia dolus
et decepcio invaluerunt in orbe et continue plus succrescunt quod vix est
aliquis qui deceptores et decepciones possit excludere et ideo nova
iura condiuntur et leges nove dantur contra fraudes novas et varia
licet omnibus hominibus sit necessaria circumspeccio multum tamen est necessaria domino Card. quia
sepe decipimur in personis et frequenter in beneficiis in actibus aut iudiciis

ipsos non credo aliquos velle decipere vel decipi si sint circumspecti et e contra
supponendum Circumspectio autem ut premisi debet advertere circumstantias
actus per quas patitur variari actus vicissitudo et iste circumstantie sunt advertende
in iudiciis quia si per carentiam inadvertentiam sequeretur iniqua sententia non possent
aliqualiter excusari a culpa sicut bene excusari possent si deciperentur in
personis utpote quos credunt esse bonos ad beneficia promoverent qui in
esse mali sunt Omnia enim sunt advertenda in iudiciis que ad cognitionem
veritatis possunt facere et videmus ii q. i in primis et xxx q. v. Iudicantem +
c ut prudenter inquirant de causis personis loco et tempore auditu visu
scientia credulitate fama et certitudine De testibus cum ea + Optime enim debet a
b advertere iudex quinque circumstantias singulares in testium examinatione
Debent ergo domini Card. circumspecti esse in omnibus suis actibus ut nichil
reprehensibile de eis dici possit iuxta dictum Augustini in regula ubi dicitur
in incessu statu habitu et in omnibus motibus vestris nichil fiat quod cuiusquam
offendat aspectum Oportet enim episcopum in suis actibus irreprehensibilem
esse ut scribit apostolus ad Thi. iii et i et ad Tit. i capitulo. Ceciam dicit
quod oportet eum sine crimine esse irreprehensibilem i non obnoxium i
subiectum reprehensioni xxv di. Nunc autem multo magis domini Card.
qui episcopos statuunt habent eligere et ordinare oportet irreprehensibiles
esse i reprehensioni non esse subiectos i ordini vel mini ipsi reprehensioni
minime prestitisse quod vix et nullus vitare unquam poterit nisi in suis
actibus fuit circumspectus Et ista maxime decent dominos Cardinales
quorum actus a singulis observantur et considerantur Ipsi enim sunt angeli
cherubin qui sicut assistunt altissimo Ezechiel x ca. et ipsi assistunt
altissimo hic in terris Unde sicut illi sunt pleni scientia dei sic et ipsi debent
esse Et sicut illi pleni sunt oculis ante et retro Apoc. iiii ca. ita et
ipsi debent esse circumspecti quo ad omnes circumstantias actus et eius
contingentia ante et retro i preteritam presentem et futurum Et ista circumspe-
ctio non solum est necessaria dominis Cardinalibus in factis verum eciam in verbis quia
sicut in multiloquio non deest peccatum sic nec in tantiloquio varius peccatum
deest quod domini Cardinales eo amplius vitare debent quo magis ex eorum
verbis incaute prolatis plura mala contingunt Nam debet experiens quod
verbum incaute prolatum a prelato magis scandalizat quam a subdito verbum
turbatum prelati magis sauciat et vulnerat audientium corda quam subditi quanto
magis domini Card. quorum status veneratur ultra omnium prelatorum summi
pontificis duntaxat excepto a verbis incautis amplius debent abstinere
Si enim dominus Cardinalis in consistorio loquatur incaute omnium audientium cor-
da turbabit et sic turbati nunquam sciunt consulere quia turbati nunquam vi-
dent Iterum si loquatur incaute multos scandalizabit Et sic iterum
culpam habet Certe novi nonnullum qui singularis meriti et devotionis
pre aliis communiter credebatur et qui procul dubio plura exercebat opera ca-
ritatis quem et ego credo singularis meriti existere apud deum qui tamen
una imparente visione tot scandalizavit audientes quod eius edificatorii actus
et meritorii qui multos ante presciterant exemplar vite singulorum
nullatenus [illegible] Sicque devotionem quam procurabat in uno destrue-
bat in alio. verba enim tanti viri et domini multum debent esse compassiva
non vituperatoria multum solida non dubia mitium edificativa non scan-
dalosa que omnia vitari non possunt nisi ab homine circumspecto. et ideo hic
homo merito prudens reputatur et dicitur

& Providencia

Quarta vero species seu pars prudencie est providencia que sic generaliter descri-
bitur Providencia est per quam notitia futurorum preteritis convenientium Et ista
certe ad dominum Cardinalem spectat ut per se vel alium disponat de eventibus

futurum et sic omne per actus reducitur ad ipse sic et hic Nam indiget aliis
per aliud propter domini sue providere nisi ipse primo providat de illo qui sue domus
provisor existat et ordinator. Et in hoc magna apparet prudentia quod
talis de talibus disponit hominibus qui domum eius utiliter noverint dis-
ponere et ordinare. [Tria pericula sunt multo formidare scilicet egestatis con-]
Et quia quilibet homo | fusionis et dampnationis. ita contra hec tria pericula
Et tria sunt remedia observanda ut contra egestatem provideatur de rebus
temporalibus. Contra confusionem provideatur de bonis familiaribus. Contra dam-
pnationem provideatur de personis irreprehensibilibus. Primo ut dixi debet fieri provi-
dentia contra egestatem de rebus temporalibus. Et ista sunt duplicia. quia quedam
respiciunt personam hominis immediate cuiusmodi sunt victus et vestitus. Sine
quibus homo persistere non valet. Quedam autem non immediate personam
respiciunt sed magis victum ipsius. ita quod ista non sunt necessaria per se homini
nisi pro tanto cum eisdem necessaria victus comparantur. Et licet de
utrisque sit multo rationabilis providentia commendanda tamen dominum Cardi-
nalem non decet de temporalibus primo modo sumptis immediate providere
sed sufficiat ipsum istius discretum habere provisorem qui de necessariis sibi et
aliis pro quotidiano victu sciat providere utiliter disponere et or-
dinare. De temporalibus vero sumptis secundo modo quia talia ex beneficiis ecclesiasticis
habentur conditor licet domini Cardinales providere non possint quia ad dominum
nostrum papam huiusmodi spectat provisio ipsi tamen debent advertere quod be-
neficia eis data debite disponantur et regantur ut ex ipsis quod congru-
biliter haberi potest utilitas habeatur. Et dico quod rationabiliter habi-
poterit utilitas habeatur. Certe rationabilis a beneficio non recipitur
quod beneficio neglecto et eius onere incurato habetur unde multum debent
advertere domini Cardinales quod homini indiscreto et cupido curam suorum be-
neficiorum non committant. quia pro constanti dico quod multa exinde scandala
ac pericula et defectus multiplices committuntur. Nam certe sepe interfui diver-
sis colloquiis ubi ita non paruit contra aliquos dominos Cardinales quorum
fiebat impetratio. quia dum Cardinalis obtinebat preposituram nullos
pauperes clericos et vicarios recipiebat ad mensam prout hoc de con-
suetudine pertinebat ad prepositum. habet etiam prepositus in multis ecclesiis
vasallos multos et multa iura que procul dubio perduntur et alienantur
ex mala administratione mali procuratoris. quia talia iura prius permittit
propter immensitatem aut alias ex affectione vel timore potentum dum
erat decanus nullus corrigebat nec eos precedebat prout de iure et
consuetudine ad decanum pertinebat primo in plerisque ecclesiis et consue-
tum ut presente decano in choro nullus Canonicorum sub incarceratione pe-
ne se audebat a choro absentare. quare decano absente chorum parum
alii curabant intrare sicque divinum officium tradebatur neglectui nec
fuit qui reprehenderet negligentes. Pari modo scolastrie officium nullus
assumpsit dum dominus Cardinalis illud optinebat sicque scole non
fuerunt nec iuvenes docebantur nec carte scribebantur de rebus ecclesie
que omnia ad scolastriam pertinebant. Si cantorie officium Cardinalis optine-
bat nullus incipiebat in choro. Et si aliquis intonavit locum suum quia ve-
rus cantor non erat. Alii qui antiphonas debebant incipere lectiones le-
gere et versus cantare tali cantori vigore obedientie non curabant. Si the-
saurarie tenebat officium deficiebant luminaria lampades cappe stole ca-
sule corrupte et licet sepe thezaurarius vero tenebat distictus a provisione
talium illi tamen ad quos pertinebat de talibus providere totum deponebant absentem nec
erat qui respondebat pro preposito decano scolastico thezaurario et cantore

Sed dum seculares mirarentur quare nullus Canonicorum erat in choro quare
non fiebat divinum officium quare non erant luminaria ante sacramentum quare non observa-
batur clericalis disciplina cito respondebatur ab aliquo Cardinales totum
negligunt ipsi recipiunt pecunias prebende nec de cultu divino quantumcumque curant
ipsi residere deberent. et quomodo suo mittendo officio pauperes clericos et
et vicarios qui chorum frequentant nutrire de scolasticis et clerica-
libus observanciis ac luminaribus providere. sed non curant predicta dummodo
sibi imbursent pecunias quas fastuose expendunt de aliis non curantes

fastuose

predicta pro sui dicti assercione callide inferentes videtis edificia pre-
sentis degnatatis(?) que ruunt inseabiliter et dampnose. et licet omnia
mala fiant per pauratores(?) beneficiorum tales quales. Nec est aliquis qui
ista audeat aut velit dicere dominis Cardinalibus quod sic beneficia edificia
et alia pertinencia ad ipsa tam inseabiliter destruuntur quia statim credit
pauratori pecunias presentanti nec alteri referenti datur auris cum
tamen talis pauratores saltem propter grande lucrum tacent de amore sui
dominorum Cardinalium omnia talia pretereunt debent imbursant enim si in ma-
nu Cardinales omnia talia dicere debent. immo cavent ne talia
iura per aurat(?) heu de scandalo Cardinalium. immo cavent ne talia
ad ipsorum noticiam deducatur. Et si comparet referre volens repelle-
ab audiencia. Et si promoveri debet forsitan exinde postergatur. No-
vit ille qui nichil ignorat quod propter premissa cor amaritudine plenum
et dolore sauciatum ad statum meum sepe deduxi cum gravi iurgio
et verborum contencione recedens ab hiis qui talia referebant sicut heu
talia sedule in senectatibus referunt. et cum laycalium personarum multitudo
et divinorum utilitas domini Cardinales impensionum sua beneficia minime
arrendarent sed deductis necessariis expensis pro beneficio residuum reciperent
Sine hoc nichilominus quod aut exile. Cum enim fructus beneficii per certa pe-
cunie locantur iam sciat arrendans quod totum excrescens sibi debetur
sione locantur iam sciat arrendans quod totum excrescens sibi debetur
quere nec deum curat nec homines reveretur sed extorquet exaccione arren-
dacionis quod quid potest. Ex ista enim radice prohibet iura ne prelati sive
cum anno censu committat vices suas sicut patet co. ti. in 3° li. c. et in glo.
anno censu committat vices suas sicut patet per impositas falsi
Quot enim mala et peccamina fiunt extorsiones mine per impositam falsi
criminis mine per dissimulacionem veri criminis clare scitur. Ex quo enim vices
sunt commisse sub certo censu prelatus contendere non audet extorquentem
timens perdere vel anno sequenti minuere censum suum Nam et ego vi-
di ad villam quandam magnam ubi scultetus ville michi narrabat quod reperit
clericos de cellario ad plateam exeuntes anallas(?) cimiterio rapientes secum
ad cellam reducentes et pecunias et amphoras vini quas portabat
auferebat ab eis et inexplorans quod verumque narrare stupebat eos
deum. et sic vituperatas permiserunt abire quos tamen iudices lege ecclesie re-
pisset archipresbiter qui vices episcopi sub anno censu acceperat locum in-
dixit propter quod cum iudices ipsos simul in curru locasset volens eos
episcopo transmittere puniendos archipresbiter foris villam solvebat eos contra
de quolibet sceleratos duos accipiens nec episcopus contempsit sed hoc sepe
fieri permisit per censu suo immo in coniunctione erat quod Episcopus de talibus
se intromittere non debebat quia in iudice admisisset si pactum que-
rentis non finxisset. Nec tacendum video quod cum venissem ad quandam villam
reperi illic questuarios qui plenam indulgenciam singulis personis pro
singulis denariis parisiensibus vendebat. et hoc publice predicabant
et quotiens offerebantur pro mortuis tot animas de purgatorio
solvebantur. Quos ad effectum inquisitam sepissime tradens eos custodie
carcerali usque dum legittime examine dorct(?) veritate. Tandem contra in dicta
coram me et multis personis ecclesiasticis per ipsorum confessiones singula
comperi que predixi verumque predicta revocari et abiurare nolebat
ego eos feci episcopo assignari qui eis dederat licenciam questandi contra sua

dioc sub suo sigillo quod inveni in litteris desuper eis datis ut et ipse de
collectis pecuniis restituendis eas deceptis hominibus vel aliis tractabili or-
dinaret et demum cum eisdem sine auctoritate sedis apostolicae sanctae fecit quod
debet episcopus eos libere abire permisit nulla facta revocatione errorum
aut abiuratione in maximum scandalum populi recipiens ab eis sexa-
ginta octoginta Et cum super hoc admirando diligenter inquirerem
dicebatur quod sigillum suum locaverat sub censu annuo quare sigillifer
ipsis questoribus litteras sigillaverat ut ipsorum indulgentiis crederetur sicque
cum populum gravissime deceperat in pluribus diocesibus nulla revocatione subse-
quuta abibant libere quo volebant postquam assignaverat in pena
ipsa scilicet [illegible] octoginta quae nullatenus admisisset episcopus si eius sigillum
sub annuo censu non locasset quinymo ut firmiter credere debeo ipsis
ad revocationem errorum publice eadem pro magna pecunia libertate captivitatis
non donasset Queritur ergo domini mei Cardinales qui sunt Archidia-
coni praepositi decani etc quibus iurisdictio est annexa si est tutum pro
annuo censu locare omnes proventus archidiaconatus Cum revera ultra
mala superius recitata isto contingat quod iurisdictio mensuratur utilitate
iudicantis non cleri aut populi quod debet corrigere aut emendare Et
certe inter praemissa et subscripta iam diu fluctuavi timens ulterius
ad calamum manum apponere ex parte ne forte arrogans et praesump-
tuosus reputarer sicque nichil utilitatis ex meo sequeretur labore
nec etiam ex parte altera libenter resilii ab incepto sperans dominos
meos tante caritatis existere ut si quid praesumptuosum per me videtur
forte conscriptum magis in eo affectionem arguere et amorem quem saepe
dicendi mensura non admittitur quam ex animi altitudine quomodoque ex
platum hoc pro constanti affirmans si scirent domini mei Cardinales
quod revera beneficia quae obtinent non sine scandalo simplicium negligunt
forte diceretur sit dignus est operarius mercede sua et domini Cardinales
pro bono statu universalis ecclesiae laboriosissimam vitam ducunt ut tempore domini
Sixti [illegible] ubi de attinentiis electione ad sacrum Collegium dominorum
Cardinalium evitanda plura notasti quare ipsi cum clerici sint be-
neficiis ecclesiasticis non gaudent Certe timorate videor quod vere mer-
cede digni sunt et a beneficiis ecclesiae sunt nullatenus excludendi sed
alio modo expediret eis gaudere beneficiis quam hactenus observato Et
ad hoc meo videtur concludere videlicet quod sicut una ecclesia sic et alia
ecclesia sustentetur expediret ergo ipsis de singulis ecclesiis aut diocesibus
in necessitatibus subveniri et non de uni tantum vel paucis quia ita similiter
uni ecclesiae sicut alteri Et ideo de omnibus debent sustentari modo
clare apparet quod in una ecclesia sunt sex vel plures domini Cardinales
beneficiati et in alia nullus Et modus conveniens circa hoc posset ut
credo bene inveniri per quem de facili eis possit subveniri Et si
dicatur quae est novitatem incipere quae a iure praemissa non est Certe
videtur quod novitas quae caritati dei non contrariatur nec proximi ymmo
per quam scandala sopiuntur non est evitanda nec timenda et si modi
non sunt expressi in iure ad usum tamen observantiam reducuntur Nec certe
est res insolita formidanda quae ad dei laudem ac proximi edifica-
tionem ordinatur In principio enim ecclesiae et diu post domini Cardinales
beneficia minime habuerunt ultra beneficia suorum titulorum et noviter in
alamania beneficia habuerunt solum a tempore Johannis pape xxii dato enim
certo modo per quem dominis Cardinalibus posset provideri sic quod beneficia va-
cua non manerent cessarent detractiones multe barratarie Novi hominem
procuratorem cuiusdam Cardinalis qui Cardinalis plura obtinuerat beneficia
in alamania quam ipsemet habebat et videntes probi viri quod unus
barratator sic profecit et exaltabatur ultra sua merita ipsum et dominum

despiciebant et totam Curiam Romanam ducebant quasi in contemptum Et utinam
tales saltem fideles essent suis dominis a quibus tanta beneficia acceperunt
et quia de hac materia aliquid diffusius dicetur infra ubi de hac parte
continentie vel temperantie dicetur que respicit modum in habendo
precedens enim dicit de continentia que modum respicit in delectando
ideo nunc est ad alia transeundum.

Secundo ad bonam prudentiam pertinere videtur ut boni familiares
habeantur quia est patrisfamilias certe familia indisciplinata con-
fusio est patrisfamilias presumitur enim prima facie quod et ipse talis exi-
stit sicut patet lxxxi dis. clericus ii q. vii pervenit Ex ista enim ra-
tione voluit apostolus ut episcopus domui sue bene esset prepositus vel vi-
delicet ubi dicitur circa finem quod de re minima de qua sibi familia-
rior debet esse cura fidelis non est quomodo in ecclesia dei ubi tot sunt
et alienis sollicitam diligentiam exhibebit quod posset ergo presumi
contra dominum Cardinalem quod parva sibi cura esse de bono ubi circa
eum de propria familia non esset cura Expedit ergo dominis Cardinalibus
habere bonam familiam et honestam et discretam quia talis familia
utique est ad honorem suum et econtra mala familia ad suam confusi-
onem Et licet familiares dominorum Cardinalium debeant esse moribus ornati
et bonis conditionibus dotati et ditati expedit tamen eis innocentiam resistentiam dif-
ferentiam pariter diligenter si aliquid predictorum abesset eis non essent admittendi
assumendi ymo assumpti essent omnino dimittendi Nam innocentiam debet habere
a crimine quia si talibus esset involutus notorie nota participationis vel saltem
negligentie argueretur in Cardinali sicut habetur patet c. supradicto pervenit ii q. vii
ubi culpatur episcopus massiliensis quod presbiterum familiarem habuit notatum
de lapsu carnis quia non caret scrupulo societatis occulte qui manifesto fa-
cinori desinit obviare xxiii q. iii qui potest quod inquit permanere
incorruptus poterit permanere cum corruptis sociatus xxiiii q. iiii quisquis
Resistentia est eis necessaria in viciosis ut si quod absit eis mandaretur vel
preciperetur quod esset viciosum plus expediret resistentia quam obedientia quia si huic
precepto obediret iam recederet a primo scilicet ab innocentia quia non est innocentis
nemini malum inferre primum et cohibere a peccato xxiii q. v Non est quia qui
desinit obviare cum potest consentit xxiii q. iii c. Ostendit Unde etiam si superior
aliquid suo subdito preciperet vel mandaret illicitum non est eius mandato obe-
diendum sed similiter resistendum et si queratur posset subditus appellare
Bona non aliqua ex obedientia possunt permitti sed malum ex obedientia debet fi-
eri mala xi q. iii Quid ergo si dicatur Nullus dominum Cardinalem corripiet ymo
certe subditus prelatum a cuius etiam subiectione recedere non potest corripere posset
certo modo et forma ymo quod amplius est aliquando tanta potest esse vesania
ut etiam docti ab indoctis clerici a laicis merito redarguantur ii q. vii sciunt sunt
ymo persona superioris amittitur cum peccato se similem faciat cum omnis persona
criminaliter peccans alteratur et ut ita dicam capite legibus minor sentiatur
ibidem quia ergo nec est amicitie lex ut amicus de inhonestis amico con-
sentiat dicit enim Tullius de amicitia si omnia facienda sint etiam inhonesta
pro amicis non amicitie tales sed coniurationes putande sunt Tertio debet habere
differentiam in furiosis dico discretionem temporis non rei id est differre scilicet sibi preceptam
iniuriam vel mandatum Et istud est eque necessarium sicut resistentia in criminosis
Nam sepe domini turbantur et turbati precipiunt iniusta que si fierent etiam
sapientibus ad discretionem reductis utique displicerent Unde prudens [illegible]
tar diligenter scilicet advertere ne in ira vel furia sibi precepta statim adim-
pleat sed differat curialiter simulando nolle percipere quod mandatum nec
dure respondeat aut neget facturum sibi imperatum ne forsitan fiat
alteri commissio qui precepto illicito obediret vel nimis quam perficeret sibi nec domino
ad honorem Nec enim si milites Theodosii imperatoris obstinassent cives

thessolonice interfecti non fuisset tam atrociter ob quam causam idem et impera-
tor auctor et preceptor prefati zelus leges sanxit in posterum ut sine principum
in die primum ab executoribus differentur. Ecce quam utilis ira imperatori zelus
tunc fuisset xx quintum cum apud thessalonicam. Benigne ergo respondeat fa-
miliaris domino suo maxime durante furore nec furori impio obediat
repentine. Sepe enim displicet primo impulsum et noviam ut que contur-
bant perperam exequimur in teneris repentino. Et ubi aliquid predictorum
defecerit a quocumque familiari domini cardinalis esset procul dubio dominus dimit-
tendus. Circa familiaribus dominorum cardinalium expedit paucam et adiungit
hominis enim sunt domini cardinales et non angeli. Quare et ipsi sepe moventur pas-
sionibus et affectionibus prout ceteri homines. Et quia magnis intendunt et ar-
duis contingit eis aliquando mente vexari atque turbari circa occurrencia
que alteri aperire non possunt nec debent quibus sic motis aliquod minimum
bene factis per suos familiares amplius et acrius turbantur. Et ideo eo de-
pacientius audiunt in eosdem verbis forsitan turbatis que verba eorum
subditi debent cum omni paciencia recipere et tolerare apud se cogitantes
neminem tam perfectum qui omnia equo animo valeat sustinere. Unde sicut ipsi
familiares dominorum verbis se senciunt irritatos ita et suos dominos ex verbis
eorum cunctis timeant irritatos nullum verbum durum rudentes eis-
dem aut quodcumque eorum huiusmodi obsequium recusantes. Unde non expe-
dit domino cardinali habere familiarem impacientem quia cito totam domum
conturbaret et dominum amplius irritaret et in defectionem domum suam sua
impaciencia dehonestaret. Quia ut supra dixi indiscrecio familie in pre-
familiares confusionem et dedecus sepe redundat. Quapropter vitanda est fami-
liaritas hominis multa loquentis. Quia certe talis sepe offenditur et offendit.
Multiloquium decet prelatum aut dominum cubicularius mansuetus et taciturnus.
Vir enim linguosus non dirigetur in terra. Quare multa loquens nulli expe-
dit viro magno quia in multiloquio non deest peccatum. Qui enim multa loquitur
plures offendit et cito rudet. Quare nec dominus suo paciencia deferret sed
potius ipsum ad ampliorem turbacionem commovet et contraret. Unde domini car-
dinales multum debent attendere antequam aliquem in familiarem assumant
ut sit paciens et taciturnus et si contrarium sentiret de assumpto. Item non
diu tollerare deberet quia secreta domini si qua sciret vel perciperet quia
multa loquitur et impaciens est ulterius propalaret. Quare est abiciendus
ne provocatus secreta revelet quia omnis talis aut est vigorosus aut est fatuus
aut est fraudulentus. Impaciencia enim contenti sunt vigorosi et iracundi. Proverbiorum
vir iracundus provocat rixas aut sunt fatui Ibidem [illegible] xii fatuus statim
indicat iram suam aut sunt fraudulenti. xi. qui ambulat fraudulenter
revelat secreta archana, qui autem fidelis est zelat amici commissum. Proverbiorum
circa [illegible] ambulat. Circa et ultra familiares domini card. debent habere
diligenciam in commissis. Et quia supponendum est quod [illegible] illicitam quantita-
tem quia illi obtemperandum non esset nec diligentia sed magis obviandum
et resistendum. Ideo circa personam domini est pocior et maior diligencia adhibe-
da. Deinde circa illa que eius honorem respiciunt est et diligencia atten-
dendum. Et consequenter circa utilia diligencia est habenda. Semper quod hic ordo
servetur sicut ut honestum utilitati preferatur. Et per omnibus persona domini
diligatur. Unde circa ista certa domini debent advertere vel saltem observa-
tores. Quare quod si fuerit negligens in premissis domino suo non posset utiliter
deservire. Modus autem sive modi debite diligencie in premissis optime videtur
expremi per incolumitatem tutum honestum utile facile possibile. Incolume videlicet
ne sit in dampnum domino suo de corpore aut persona. Tutum ne sit ei in
dampnum de secreta suo vel in minacionibus suis per quas tutus potest esse. Ho-
nestum ne sit ei in dampnum de sua iusticia aut aliis causis que ad hone-
statem eius pertinere videntur. Utile ne sit ei in dampnum de rebus suis
et possessionibus. Facile et possibile ne id fiat quod dominus leviter facere potest

faciat ei difficile. Nec id quod possibile erat reddat ei impossibile ut fidel
homo hec documenta teneat iustum est Sed quia non sufficit abstinere a malo
nisi fiat quod bonum est expedit ut in eisdem sex predictis consilium et
auxilium domino fideliter prestetur si beneficio dignus videri vult. Hec sex
observans poterit merito de diligencia commendari et ipsorum alterum
pretermittens de negligencia argui et merito obiurgari. Hec enim sex fideli ser-
vitori quemvis qui debet beneficio premiari que eciam habetur expresse
xxij q v de forma Et quia nullus est homo quin aliquo indigeat.
cui aliquid cor suum aperiat et revelet magna est adhibenda cautela
in eleccione vel assumpcione talis hominis Expedit enim talem hominem esse
naturaliter virtuosum veracem castitatem fidelem taciturnum et solertem
ut si aliquid dominus loquatur aliqua que forsitan sint ad turbacionem
alterius vel commisso aliqua referentur domino ex quibus turbatur quod illa
ad miciorem partem et ad bonum finem esse dicta sciat exponere Talis
enim homo est vita et honor hominis quandoque de eo contingat maxime
enim est solacium hominis si confidenter audet loqui

Quinta vero pars prudencie seu species cauteio dicitur. que docet a virtutibus **Caucio 7.**
discernere vicia speciem virtutum preferencia que vero multum est necessaria domino
Card. ut ipse huiusmodi discrecionem habeat tam in se quam in aliis In se
quidem decipi non possunt. quod actum suum sciant discernere. si in eis
affectio non absorbeat racionem Nam sepe contingit sic homines excecari a
more ut id optima reputent ad que affectione feruntur vel quos amari
quemeos estimaverint. Pari modo sepe iustum creditur et rectum videri
quod furor imperat et turbata mens exequendum demandat Sed certe
talis persona esse debet a tantis patribus tot principes et virtutibus decoratus
Et sicut in se ipsis est talis cautela laudabilis. ita et aliorum actus
discernere eis est oportunum. ne et ipsi propter privatam affectionem eos forsi-
tan excecantem hunc solum reputent virtuosum que credunt amicum
illum vero reputant viciosum quem reputant inimicum Nullus enim est tam perfectus
quin decipi possit in alio et se ipso hoc reputaverit racionabile quod nullo
convenit racioni Nam ego homines novi quos credidi et credo firmissime ex
proposito in actum viciosum nullatenus consentire. quos tamen reduxi a proposito minus
bono et irracionabili actu et inviртuoso ut et ipsi postmodum sunt experti. nec ob
hoc me estimo commendatum. quia et ego aliqua sepe proposui que si fecissem pe-
nituissem utique esse factum et utinam talia infinita quasi non fecissem que do-
minante furore aut affectione pacta postea irracionabilia iudicavi. hec cau-
cio habuisset locum ut affectionis aut turbacionis regimine non obstante scivisse
discernere racionabiliter precipienda aut vicia totaliter postponenda vel saltem inter
mala duo minus malum eligendum. hec enim pertinet ad cauciorem seu cautelam prout habetur
xiij dist. Duo mala sepe vicia se ingerunt et se esse virtutes mentiuntur ut
tenacia parsimonia effusio largitas crudelitas zelus iusticie remissio
pietas velit videri xli dist. sepe. In quibus omnibus caucio est necessaria et maxime
domino Card. quia si sub specie religionis excecat opera viciosa eo amplior sunt
ruine occasio quo magis huiusmodi indecent statum eorum

Sexta vero et ultima pars seu species prudencie est docilitas. que est virtus **Docilitas 6.**
~~disponendi vel inclinandi ad doctrinam~~ erudiendi imperitos. Alii au-
tem dicunt quod est virtus disponendi vel inclinandi ad doctrinam erudiendos sine tamen
dicatur primo modo aut secundo planum hoc est et innegabile quod alios quis
erudire non potest qui eruditus nunquam fuit Unde dicitur vir docili-
tas passivum hic et activum. Passivum ut primo quis erudiatur. Acti-
vum ut quis erudiat alium et informet, passivum hic precedit activum
ut dicitur di. Qualis antequam doceat xvi q i Sic vive / et c. sequenti si-
/ clericatus

Sed est notand quod est tripp modus addiscendi Nam homo discit studio et
lectione doctore et informatore devota oratione et inspiratione Quantum
vero pertinet ad studium seu lectionem tria sunt notanda primo quod sit studend
seu legendum maxime dno Cardinali / 2° quali sit studend vel
legendum / 3° ad quem fine sit studendum vel legendum. Nam primo
est sciendum quod dns Cardinal in illis libris studere debet et legere quod
quibus promovendum examinare habet et probare. Examen enim episcoporum
dnis Card committi consuevit. et ipse coram relatione examinatum promo-
veri consuevit aut repelli / Si autem dns Cardinal ignorat illa de
quibus promovendus est examinandus et per eius quis promoveretur indignus
aut ignarus. utique hoc cedet non solum in incommodum et dampnum
ecclesie et populi cui promovendus preficitur promovendi ac ipsius
Cardinalis promoventis salutis dispendium et scandalum plurimorum. Ac
etiam sunt in quibus promovendus est examinandus satis apte docetur xxx
viij dis omnes psallentes. ubi post pauca scribitur in hec verba diffi-
nimus omnes qui ad episcopatus promovendus est quodammodo omni psalterium
nosse ut eo hoc etiam omnis clerus qui sub eo fuit ita moneat et imbu-
atur, Inquiratur autem diligenter a metropolitano si in ipso cum haberet
confirmare et provisio illius ecclesie non fuit dno pape reservata Si vero fuit
reservata loco metropolitani subaudi et sic intellige dnum Card Inquiratur
ergo diligenter a dno Cardinali si in promptu habet legem non certe
Justiniani sed moysi et non transitorie sed scrutabiliter sed ut intelligat que
legit coram Cardinali et pari modo sacros Canones et scrm Evangelium quod
etiam divini apli i. pauli librum i. epistolas et omnem divinam scripturam
in hiis examinandus est promovendus Nec oportet eum omnia ista scire me-
moriter et actualiter de singulis ex librum recordari sed sufficit ut
sciat verborum significatum sed requiritur ut sensum et intellectum habeat
verborum que importat Apparet ergo eius esse necessarium notitiam
sacrarum scripturarum et Canonum Sacerdotes enim i. epi lege sacras
scripturas amonentur paulo aplo dicente ad Thimoth iiij° attende
lectioni et exhortationi doctrine Sciat ergo sacerdotes sciatis scripturas
et Canones ibidem xxxviij dis Ignorantia Sed quia de hac materia plura
scripsi supra ubi dixi de vitanda ignorantis electione ideo hic transeo unum solum
addendo premissis ut si forte dni Cardinales propter occupationes minutias se
immergentes studio predictorum non possint intendere saltem viros literatos et prudentes
ad consulendum de singulis studeant apud se habere qui in sacra scriptura
sint eruditi et canonum non ignari Nam ergo cum essem vicarius generalis
magri ordinis mei in Regno anglie vidi et audivi quod archiepus Cantuarien
vere beatissime vite et discretionis singularis habuit continue in mensa sua pre
dicatorem sacre Theologie magrum legentem in biblia coram eo quod non in-
telligebat statim dicebat magr quid est intelligendus ille textus et ille brevibus
verbis sicut in mensa pauca verba expediunt aperit sibi in litteralem Consilio
modo continue faciebat eum aliud sibi dubium legebatur magr etiam idem
michi retulit quod semper ante prandium cum dno legebat duo capitula biblie
et ubi dns dubitabat ipsum informabat et postea iterum dno legebat
sicque singulis diebus vi capitula audiebat si poterat vel saltem duo de mensa
sua habuit etiam sermonem doctorem iuris utriusque cum quo etiam singulis
diebus super textibus Canonibus conferebat nec relatio illa fuit longa sicut nec
debebat nisi iuxta legentis intellectum Notandum dni Cardinales huius tempore
ad legendum sacram scripturam et canones cum suis postillis et scriptis
apparatibus et glo et ideo isti doctores duo scilicet theologus et Jurista loco
duorum huiusmodi postillas scripta apparatus et glo debent studiosius pre-
videre. antequam veniat hora audiendi dno Card. ut ubi dimittit
loco in crastino reincipiatur continue sine saltu tunc eo possunt perfectius

intelligere quia sepe materie ad seinvicem dependent quod sine se mutuo intelligi non
possunt et confunderet intellectum si hodie legeretur unum capitulum libri et cras al-
terius libri ubi materie essent totaliter diverse et disparate. Istis eciam
doctoribus domini cardinales debent de honesto victu et tranquillo pro-
videre ne propter eorum necessitatem aut occupacionem extraneorum cogantur desistere
ab incepto et incepta linquere secundum eciam loquitur videlicet decretalis de officio ordi-
narii inter cetera et quia ut premisimus de hac materia supra locuti sumus
hic ad presens transeamus. Secundo est notandum quod modus studendi sacram scri-
pturam et canones non debet esse perfunctorius aut transitorius quia nullus
habetur bonus intellectus si perfunctorie tantum legentur quia singula verba
sacre scripture plena sunt sensibus secundum beatum Jeronimum in prologo galeato
unde et in c. alleluia c. omnes psallentes xxxviii dis. competenter dicitur in promptu
habeat legem non transitorie sed scrutabiliter id est intelligibiliter. Unde et singula
verba sacre scripture et sacrorum canonum studere volentibus sunt ponde-
randa examinanda et attendenda et ex verbis semper excipiendus est sen-
sus quem legislator intendit in sacra scriptura ille quem spiritus sanctus
et in canonibus quem legislator et inspiracione spiritus sancti scripserunt. Et si quid dubium e-
merserit non est in crastinum reservandum sed super eo statim querendum aut
in libris vel a doctore quia sepe contingit dum desidio prestandi pla-
cida studens a salone dubii pro preteriti retrahitur ad tempus vacacionis
magis aptum quod ipsius textus et dubii immemor existens labsu temporis
solucionem dubii non inquirit. Unde intellectus tamen sacre scripture quam canonum est
in sensu non in verbo in medulla non in superficie in radice racionis non in
folio inquirendus sine mora id est c. marchion et basilides unde et beatus Augustinus
in libro de cathezizandis rudibus dicit: sic animus est corpori preponendus ita
utile est verbis sententias preponere xxxviii dis. sedulo. Intelligencia enim dictorum
ex causis est assumenda dicendi. quia non sermoni res sed rei est sermo subiectus
de ver. sig. intelligencia item non verbum ex verbo sed sensus ex sensu intelligi
consuevit et transferri quia plerumque dum proprietas verborum attenditur sensus non
vitatis amittitur ibidem c. preterea. Tamen non est verendum si sensum eorundem
habeat quia non est querendus sensus alienus et extraneus sed in ipsis et ex
ipsis scripturis veritatis est sensus capiendus xxxviii dis. relatum. Tercio est
notandum de fine studii ubi sciendum quod quintuplex finis studio deputatur. Na-
aliqui student ut sciant hic finis est superbia aliqui student ut sciantur et
hic finis est vana gloria aliqui student ut lucrentur et hic finis avaricia
aliqui ut edificentur et hic prudencia aliqui ut edificent et hic caritas. Stu-
dendo ergo dominorum cardinalium debet habere hos duos ultimos fines videlicet ut edi-
ficentur et edificent. Tunc enim edificantur cum lectio studium et tota occupacio
ipsorum interius sunt pro fundamento dilectionem dei et proximi. Tunc enim
totum ipsorum studium est et interius ne per eos aliqua facienda negligantur
aut ne scienda ignorentur aut ut non facienda evitentur. Ad hec enim tria
quilibet clericus et maxime domini cardinales suum debet studium et lectionem ordinare
testante beato Ambrosio super lucam hec xxxviii dis. legimus aliqua. Si enim studium
dominorum cardinalium esset ad appetitum vanitatis et ut quilibet sine necessitate aut sal-
tem pro quadam ostentacione et apparencia se amplius coram hominibus implica-
ret iam desiderium complacendi deo non haberent. quia sic eorum studium et lectio
ad finem edificacionis aut emendacionis essent minime ordinata sed magis carna-
libus aut mundanis affectionibus in mensa. Unde enim Gregorius super Ezechiele
scribens sic loquitur: Cum quidam in sacro eloquio ea que dignitatis sunt
contemplantur ut per hoc quod intelligunt occupari ad questiones possit omnia
non dulcedine quesite beatitudinis saciari appetit sed doctus videri. Iste mi-
nimum intellectus sui penas desuper non extendit id est ad contemplacionem divine
bonitatis et dulcedinis non attingit. Circa non dicit in verbis sacri eloquii iste
debet studii nostri ordo servari ut hec ideo cognoscamus quatenus de iniquitate nostra
compuncti cognoscentes mala que fecimus vitemus ne alia faciamus. Et cum iam

ex magno usu lacrimarum de peccatorum remissione cepit esse fiducia per verba dei
que intelligimus ad vitam quoque et alios trahamus Nam pro certo si ex
studio aut lectione certitudinem quemque dubia discernere seu distinguere
ac deceptionem vitare de hiis quibus edificari possimus non curantes decepti
sumus. loquitur enim beatus Gregorius in Registro in hec verba dum hiis quibus
edificamur innitimur. locum sine dubio deceptionis excludimus ergo a contrario
sensu si hiis innitimur utique decipimur et decepti sumus. Edificatio enim propria
ex studio et lectione sacrarum scripturarum pariter carnis amore vicia non per-
mittit. Scribit enim beatus Jeronimus ad rusticum monachum. Ama sacram scripturam
et carnis vicia non amabis de conse. dis. v. Nulla vera autem sciencia
est scire ihesum christum et hunc crucifixum Beatus enim Ambrosius scribens super
epistolam ad Colossenses sic dicit omnis causa superne scientie aut terrene creature
in eo est qui est caput eorum et auctor ut qui hunc novit nichil ultra
querat qui hic est perfecta virtus et sapientia quidquid et auctor alibi dicitur hic
perfecte invenitur et ipsa qui autem christum novit thezaurum sapientie invenit quia
illud novit quod utile est xxxviii dis. legimus hoc autem utile est quod
ad edificationem seu emendacionem est Et ideo dicebat apostolus i Cor. ii. Non
iudicavi me scire aliquid inter vos nisi christum ihesum et hunc crucifixum. Quid
autem est scire christum nisi fugere carnis vicia non amare bona temporalia
non vitare contumeliam contraria ista enim christus docuit et ostendit Sic enim christus
scitur hec custodiuntur. Si vero hec non custodiantur christus proculdubio ignoratur
Nemini enim prodest legere scripturas christi evangelia epistolas vel doctorum dicta et
scripta nisi ea vivantur secundum ea. Sic enim loquitur beatus Jeronimus super aggeum prophetam
dicens. Non estimes te in eo placere deo si sermones et scripturas illius
legis Tunc enim scripture prosunt legenti si quod legitur opere compleatur
Unde et beatus Augustinus dicit in quodam sermone Multos reperimus negligentissimos
iusticie et avidissimos sapientie. hos docet scriptura divina pervenire non posse
ad id quod appetunt nisi servando quod negligunt. fili inquit sapiens con-
cupiscens sapientiam conserva iusticiam et dominus prebebit illam tibi Sap. i. c. Sapientia
enim et disciplina timor domini ibidem ultimus dicimus non solum studendum
est pro edificatione sed etiam proximi que est per caritatem. quia vita dominorum
est activa iusticie et debet esse sicut et credendum est Sepe enim sunt iudices
in negociis magnis et arduis in quibus si eorum non apparet iusticia non edi-
ficarent proximos sed dedificarent non solum se sed et alios vita ergo dominorum
Cardinalium debet esse magne perfectionis et eo maioris quo eorum status est maior
et honorabilior quam ut alii viderint digne edificantur in ipsis Si vero
contrarium videtur in eis certe multum possunt non solum esse occasio lapsus
vincere in sede posito conscitus possunt auferre ab eodem xvi. q. i. Cum bona
Studeant ergo domini Card. sacram doctrinam et Canones non ad vanam gloriam
aut mundanam apparenciam sed ad dei laudem et suorum et proximi edificacionem
quod fit quando studio sacra et lectura pauperi sit iusticia. tam equalis tam
pia tam maioris tam plena tam festina sicut negocii qualitas hoc exigit
et admittit nec dentur pauperi tot suspensiones ne pretextu suspensionis
et protractionis iusticie tam cogatur dimittere indefensam que si videntur
ab aliis certe sibi talis edificant ad pietatem et alios invitant ad eadem. quia
illa sunt tamen digniora imitacione quanto sunt excellenciora pietate ix. dis.
Sane voluntas enim dei et scripture Canonice sunt conformes. et quia
contrariatur uni et alteri ibidem Sane unde et in eis est studendum et le-
gendum. lecta vero sunt observanda et adimplenda. et tunc proximum edifi-
cant et seipsos.

Secundo dixi quod homo addiscit doctore et informacione. et istud tenendum expe-
dit dominis Cardinalibus. ut quilibet habeat unum seu aliquem cum quo salte

conferat super hiis que studuit. Aliqui enim sunt qui in suo ingenio confidentes
sine perse seu doctore et informatore vellent scire. Sed certe nullius hominis
ingenium tantum est quin alterius ingenium ipsi copulatum quodlibet ingenium
per se sumptum excedat. Unde videat unus prudens homo et literatus omnia
que potest si conferre voluerit cum alio plura videbit. Frequenter enim unus alteri
movet dubium quod decem sapientes solvere non possunt. Audiat ergo dominus Cardinalis
lectionem a doctore vel lectiones sicut in precedenti dixi capitulo ubi de studendo
per dominum Cardinalem agebatur. Quod si facere non potest propter occupaciones nimias
et eciam quia forte vires corporis non sufficerent ad tot occupaciones et repa-
raciones seriosas. quia dum mane surgit et horas legendo perficit, missam
audivit, in consistorio sedet, continue in negociis seriosis intenti ita ve-
xantur humana fragilitas quod post ingressum ad hospicium vix spiritus
animales redeuntur ad quietem que sumpcioni alimentorum esset conveniens.
Ita quod post hec lectiones audire non valet saltem conferat cum suis docto-
ribus et inquirant de dubiis textuum tunc legendorum quibus eis expressatis
et eorum responsionibus auditis perfuncto post sompnum brevi tempore
illa perlegere et intelligere. Et si iuxta informacionis precedentis eis eciam proprio
ingenio suffragante textus ipsos intelligit. Et solucionibus dubiorum amplius
circa illos textus immorari non oportet. Si autem doctorum verba et proprium in-
genium non sufficit ad dubia intelligenda seu eciam evadenda vel si for-
sitan ex proprio ingenio aliqua dubia invenimus circa textus eius a suis
doctoribus indine tracta vel mota advocentur iterato doctores et de dubio vi-
deatur iterato donec ut possibile est fuit discussum. In conferendo autem
seu disputando attendendum est illud quod dicit ysidorus in synonimis sic loquens.
In disputacione tolle certamen, tolle pertinaciam vincendi defensionis, cede cito veritati,
non contradicas iusticie. Disputare stude non superare. Plus dilige audire quam
dicere, plus auscultare quam loqui. Et licet sit mos apud aliquos dominos
post prandium disputare questionem aliquam non tamen est conveniens quia vexacio spiritum
digestionem impedit, caput accendit et cum homo movetur ad verba que
possent forsitan minus expedire et maioris turbacionis esse occasio que
omnino repugnat virtuti et studere volenti quia turbat nimis. Ymmo si sine
scandalo esse posset plus valet post prandium ad secretum locum cum paucis
familiaribus secedere et ibidem audire figellam vel psalterium aut cytharam
aut aliud musicum instrumentum non sonorum. Talis enim armonia et concordancia
sonorum multum reducit et recreat spiritus animales ipsosque ad recipiendum ydola
et species rerum reddit pronitos quia ipsos spiritus congregat in organo fanta-
stico et adunit ex dulcedine armonie. Et ut dicitur ex tali armonia dulci
melancolici et flegmatici moventur ad devocionem, colerici et sanguinei
ad leticiam mundialem. Qualiscumque tamen motus fuit audientis istud est planum
quod spiritus animales in capite seu organo fantastico existentes multum ex predicta
dulcedine sonorum recreantur et reformantur. Caveat tamen dominus si utantur
talibus instrumentis in audiendo quod nullus extraneus ymmo nec tota familia per-
cipiat sed pre aliis familiares singulariter. Valde bonus enim archiepiscopus Tre-
verensis frater Henrici Imperatoris habebat organa ante cameram suam que
nondum sunt submota et cum flebotomiatus fuerat solus ludebat in eis vel am-
motis singulis ipse solus audiebat in camera uno tamen remanente ante
cameram qui ludebat in eisdem. Unde disputacio non valet cibo pleno ventre
cibo vel mero sed audiatur doctor tempore sobrio et cum eo super singulis conferatur.
Cavendum tamen est ne plures audiantur lectiones quam intellectus capere possit.
Sequitur enim exinde confusio intellectus. Nec est inconveniens opponere doctori iuxta
illud. Da sapienti occasionem et fiet sapiencior. Caveatur tamen de tumultu et contencione
quia hec non decet dominum sacerdotem ar. v. q. viii. in loco. Si tamen in aliis intratur
disputacio sine clamorositate vocibus ac tumultu per racionem aut auctoritatem

pt opponi ad mansuetudinem ne videatur quis ex penuria sensus declinare cer-
tamen xliii dist. in mandatis. credendum tamen quod magistro et doctori taciturnitate
sed non sequela falsitatis. nec pudeat dominum Cardinalem sepe inquirere quia inqui-
rendo fit prudens et intelligens. Beatus enim Augustinus dicit quod ipse senex a
iuvene et episcopus tot annorum a collega nondum anniculo paratus esset doceri
quod possit deo vel hominibus iustam reddere racionem xxiiii. q. iii. Si habes.
habeat ergo dominus Cardinalis doctorem quem audiat et a quo adiscat. quia certe
nemo repente fit summus de pe. dist. ii. hec que in sacri nec esset promoven-
dus ad sacerdotalem honorem. qui non habuit experienciam discipline. quare
nec dominus Cardinalis carere debet magistro discipline et doctrine. et erga istum
devotus debet esse et sobrius in respondendo xxi. dist. Nolite. quia est tempus
loquendi et tempus tacendi Eccl. iii°. Et salvator in sinu audiebat
doctores et postea interrogabat Luc. ii°. Unde et apostolus scribit Thymo-
theo iiii°. Attende lectioni et exhortacioni et doctrine. et hec omnia habentur
dist. xxxvi. Ecce. ex quibus patet liquide quod homo omnis volens addiscere
et proficere debet tacere et audire doctorem. Ulterius videtur quod domini
Cardinales ad docendum alios sint obligati. quia planum est quod domini
Cardinales triplici ordine distinguuntur Quidam enim sunt episcopi quidam
presbiteri. et quidam dyaconi. et ad omnes hos ordines spectat alios
docere et informare Nam episcoporum officium hoc requirit. sicut patet dist. xliii.
Sit rector et lxxxviii dist. episcopus nullam. unde et episcopo omnis occupacio
huius vite interdicitur per quam a predicacione sibi possit retrahi et impediri
xxi. q. iii. Cum quidam. Ad sacerdotem autem seu presbiterum similiter pertinet predicare
verbum dei patet xcv. dist. ecce ergo. ad ipsum pertinet erudire subditos su-
os de simbolo et oracione dominica ut patet de vi. et ho. cleri. ut quisque. Etiam
etiam ordinari prohibentur in presbiteros qui in ipsorum lege non sunt edocti
lxxxviii dist. presbiteri Unde et sacerdotes dicuntur sal terre. et mundi lumina per
doctrinam et bonam vitam dist. xc. iii. sacerdotes. Ad dyaconem autem similiter
pertinet populum docere patet xciii dist. Dyaconi sunt Sil. ad ipsum pertinet predicare
ewangelium et apostolum xxv dist. perlectis Sed certe hec facere non possunt domini Cardinales.
dum dominus noster papa extra romanam urbem existit. In urbe enim existente domino nostro
papa domini Cardinales suas diocesis vel ecclesias aliquando possent accedere. et subditis
suis monita salutis impendere que nullatenus modo possunt. Quid ergo excu-
santur ne a negligencia subditorum si non comparatur qui monita salutis
impendat. certe hic auctoritate et dispensacione legislatoris vicarii ihesu christi
cuius ministerio insistentes non solum suis ecclesiis aut subditis verum eciam omnibus
ecclesiis et Christi fidelibus salubriter assistendo et quanto magis sollicite maiori
labore maiori utilitate. Cum si quilibet sue ecclesie personali et presencia presideret
viventi quia eis de domino ihesu Christi copiose est provisum. Predicatoribus si tamen verbi
dei suas debent elemosinas copiosius elargiri ut eorum ministerio suppleant
que per eos negliguntur Beatus enim Jeronimus dicit apostolus viris et ewangelizato-
ribus Christi in necessariis usibus nolle tribuere seipsum eo depravare est xvi. q. i.
apostolicis. multomagis illis tenentur subvenire qui eorum vices supplent ma-
xime quia in temporalibus habundant et certe plus illis predicatoribus qui sunt
Rome vel in ostia aut penestris cum in aliis quam illis prelibati ad doctrinam
amplius obligantur. hec etiam licet locum decretalis infra de offi. ordinarii
Tercio et ultimo dixi quod homo adiscit devota oracione Unde hugo de
studio sacre scripture parte v. sic dicit Studens in sacra doctrina
non confidat in acumine ingenii de subtilitate scrutinii de sedulitate studii sed
confidat de bonitate dei et pietati oraculi et humilitate cordis intimi Bern. de
sermone sic dicit falleris fili falleris si te putas invenire apud magistros magistros
sciencia quam soli Christi discipuli assequuntur Non enim hanc lectio docet sed unctio
non litera sed spiritus non erudicio sed exercitacio in mandatis dei Et id beatus Johannes
in Canonica sua p. ii. ca. dicit quod unctio docet de omnibus id est devotus spiritus Beatus enim

Thomas doctor de Aquino confessus est se plus oracione didicisse quam studio quia deus
revelat veritatem dicit ut patet [illegible] Et in hoc tractatur prima pars principalis istius operis
que est prudencia

Secunda pars principalis que est de temperancia et eius speciebus hic incipit et continuatur per infra sequencia

Postquam dictum est de prudencia que virtutum cardinalium maxime competit congruenter dicendum
videtur de temperancia que post prudenciam inter virtutes cardinales quem[admodum]
secundum locum obtinet quia per temperanciam homo rector sui efficitur per fortitu-
dinem vero et iusticiam aliorum rector declaratur Et quia omne bonum regimen
incipit a seipso Ideo de temperancia erit cura prior Seneca dicit Si vis omnia
tibi subicere subice te racioni Multos enim reges si racio te rexerit te vero
neglecto paucos reges bene poteris Ista temperancia a Tullio in libro suo Rethorice
sic describitur Temperancia est racionis in libidinem atque alios non rectos animi
impetus firma et moderata dominatio per libidinem intelligo concupiscenciam
carnalis delectacionis per alios animi impetus non rectos intelligo cupidi-
tatem habendi vel proximo nocendi Et secundum istum intellectum dicit idem de
scripcionis Tullius ca. li. ponit tres species temperantie quarum prima est continencia
secunda clemencia et tercia modestia et prima resistit carnali delectacioni secunda proximi
persecucioni 3a immoderate ostentacioni Et quia carnalis delectacio est in aliquo
sensu aliorum carnalis nomine dicitur quia delectacio est secundum apprehensionem
apprehensio vero omnis vel est intellectualis vel sensualis et delectacio sequens
intellectum carnalis dici non debet sed que sequitur solum sensum Ideo de singulis
sensibus et eorum delectacionibus inordinata vitanda dicendum est ad primum
Nam delectaciones que sunt secundum gustum et tactum satis sunt note quia ille que
sunt secundum gustum ut gustus contra tactum distinguitur sunt in cibis et potibus
Que autem secundum tactum sunt precise sunt in venereis venereis Gustus enim licet non sit sine
tactu aliud tamen per obiectum est gustus in re tacta et aliud tactus in re gustata
Sicut ergo dixi delectacio que est secundum gustum precise est in cibis et potibus et
huic delectacioni contratur sobrietas et illi que est secundum tactum in veneriis contratur
sobrietas continencia seu castitas delectaciones vero que sunt secundum visum auditum
et olfactum non sunt ita note quare ut huic specialia nomina sicut delectaciones
secundum gustum et tactum Et potest esse racio quia per gustum nutrimentum assumitur et
per quod individuum conservatur per tactum vero generacionis materia ministratur
et sic eciam species conservatur Et quia ista sunt multum utilia et magis usitata
eciam nomina istarum delectacionum antiquiori fuerunt forsitan magis intellecti et po-
tissime etc quia delectaciones que secundum gustum et tactum sunt valde fortiter
movent et longe vehemencius quam alie delectaciones nec ab eis tam leviter potest
quis averti sicut ab aliis Unde de istorum sensuum delectacione et tempe-
rancia in eisdem primo videtur dicendum

Ubi eciam videtur advertendum quod nomine sobrietatis aliquando accipitur pro
sola temperancia potus prout dicitur eccl. xxxi Equa vita omnibus vinum
sobrietate si bibas illud moderate eris sobrius Hec tamen sobrietas accipitur pro
est temperamento utriusque tam cibi quam potus Nam eius ebrietas prohibetur et
voracitas permittitur Utrumque enim inter opera tenebrarum apostolus connumerat
dicens ad Ro. xiii Non in comessacionibus et ebrietatibus dicit xliii in fine debet
ergo esse temperamentum non solum in potu et cibo quia istud temperamentum sua-
det Nam et scriptura et universa creatura Natura suadet in modicitate
oris quod inter ceteras animalia ut dicit Aristoteles li. de na. animalium
brevitas eciam gutturis et per consequens eciam delectacionis in ipso dissuadet sumptuosita-
tem ciborum delectabilium Unde beatus Bernardus dicit in sermone huius tam modice
partis scilicet gutturis tam exigua delectacio [illegible] patitur sollicitudine et infra vo-
luptas gutturis que tanta hodie estimatur vix duorum latitudinem
digitorum nec durat illa delectacio nisi quantum durat ille transitus gutturis
et est mirabile satis quod pro illo solo transitu homo velit habere tantam curam

Et certe naturalis appetitus anime non sufficit declaratur extra xix° Iniquum vite
hominis aqua et panis eandem essentiam assignat dominus homini et brutis
unde Gen. i° dicit Ecce inquit dedi vobis omnem herbam afferentem semen
super terram ut sint vobis in escam et cunctis animantibus terre Scriptura pro
hanc swadet ammonicionibus et exemplis Thessal. v. vigilemus inquit
et sobrii simus Et in eadem nos qui dei sumus sobrii simus Et ij ad Thy
iiij ministerium tuum imple sobrius esto i. pet. iiij. Estote itaque pruden-
tes sobrii et et ibidem v. Sobrii estote et vigilate Exempla vero in(?) illa
tes sobrii patent in sanctis heremitis et Dan. i° dentur nobis legumina ad vescendum
et aque ad bibendum contempto cibo regio et Dan. x° Trium ebdoma-
darum diebus panem desiderabilem non comedi et caro et vinum non
introierunt in os meum. Et de b. Jo. baptista habetur quod esca eius erat
locuste et mel silvestre Mat. iii° et Mat. xi° et Luc. i° vinum et siceram non bibet
unde et brutus unde super canticum dicitur abstinendo a carnibus ne dum minimum nutrimentum
carnis simul et carnis nutriat vicia Omnis enim creatura sobrietatem swadet
quia in omni creatura est modus vel mensura quam non transgreditur illa creatura
quo naturaliter agit unius enim satiatus ad alterius instinctum non plus
comedit nec bibit et omnis res naturaliter ad aliquid inclinata deo modo suam me-
suram nature prosequitur Sap. xi° omnia deus in mensura numero et pondere dis-
posuisti solus homo qui ultra naturalem inclinationem habet liberum arbitrium me-
suram excedit ubi nec esurit neque sitit unde pro aliis naturaliter motis sibiipsi
dimissis tamen(?) pediuntur et abiciat deus suos equum enim et aliud ani-
malia si sibiipsi dimittentur necessitate pura non excederet quoque modum sed
quia homines impio subsunt et sepe nimio fatigantur et vexantur id mensu-
ram convenientie tunc excedunt. Est ergo vitandus excessus in cibis et potibus
per sobrietatem que revera homini multa bona parat et eius opposita inducit
nulla mala. Nam ipsa sobrietas conservat homini sanitatem vite diuturnitatem
iocunditatem honestatem et vivacitatem. Dico primo quod homini conservat
sanitatem Eccl. xxxi sanitas est anime et corporis sobrius est potus. Et
Crisost. super epistolam ad Ebr. Nichil sic saluti nichil sic sensuum acumen
operatur nichil sic egritudinem fugat sicut moderata refectio Et aliqui po-
dagre humoribus et articulari morbo laborantes abstinentia et sobrietate
sunt curati de conse. dis. v. legimus Item valet ad vite diuturnitatem Eccl. xxxi
xxxvij. Qui abstinens est adiciet vitam Item valet ad iocunditatem Eccl. xxxi
Exultatio anime et corporis vinum moderate potatum. Et bene Gregorius moralium
Si a carne hoc quod habet abstinemus mox in spiritu hoc quod delectat invenimus
homo sobrius delectabiliter vivit dormiendo et vigilando Eccl. xxxi° Somnus
sanitatis in homine dormiet usque mane et anima ipsius ad ipsum delectabitur
homo sobrius debet comedere donec esuriat. Et tunc panis et aqua de-
lectabiliter ei sapiunt unde Jo. Crisost. sic dicit hii qui in deliciis et luxuriis
vitam ducunt resoluta quidem corpora et omnem cera molliora circumferunt
atque infirmitatibus repleta quibus ad cumulum malorum podagre tremor
et innumera senectus accedit et eis vita semper in medicis sit et medicamentis
sensus autem tardi et graves et obtusi Idem qui hec iocunda estimet et
grata dicat qui non novit quid sit iocunditas et voluptas que a pru-
dentibus sic diffinitur voluptas est cum quis suis desideriis fruitur ubi vero
desideriis frui non potest vel egritudo non sinit vel saciatas ipsa desiderii facit ea
que onerosa ingrata sine dubio etiam voluptas in eis pariter et iocunditas perit
Idem considera egros qui fastidio purgentur quibus quamvis suaves et lauti
sibi apponantur horrori magis eis sunt quam voluptati sic enim pre habundantia
cupiditatis sunt extincta pariter et voluptas et iocunditas perimuntur quia
non tam ciborum gratia quam desiderii gignit affectio satisfacta voluptatem
unde et anima saciata calcabit favum Prov. xxvij. Item valet ad honestatem
que maxime in racionis libertate consistit Sicut enim decens est homini si sit

brutalis et immundus Ita est honesta seu honorifica si sit racioblis et mundus
Nam sobrietas ornamentu est mense Unde et bg Bern ad fres de monte dei
Si manducas mensam tua sobrietas ornet Sobrietas enim similitem
pessima excutit ab hoie sm b Jeronim in epla Estimans enim vino llez se vinu
bibere putet bibitur tu a vino. qr vinu sic eius ssm et racionem absorbet
et ipm ut brutu pecus immundicia fedat qr racionalis creatura vocari non
meretur et p quns honestate omem pdit Item valet ad intelligenciam seu se-
sualitatem Dan i° di q pueri qui cibos regios contempserunt intelligencios
ceteris sunt inventi Et ysydorus de summo bono sic dicit. qui nimiis cibis utitur
quanto magis ventre pascunt tanto magis ssm in mentis obtundunt Nam greci
phi dixerunt ex ventre crasso subtilem sensum gigni no posse Item valet
ad vivacitatem. quia repletus venter sompnum et pigriciam querit. sobrie-
tas aut vigiliam Unde et eas sociatur coniunctimque se sobrietas et vigilia
i. Thess. iiij vigilemus inqt et sobrij simus ij pet. v. Sobrij estote et vigilate
Ad ppositum aliquat descendendo dico q si sobrietas est necia expe-
diens et utilis omni hoi maxie tn xano et iterum si omi xano maxime
clico. et si omi clico maxime dno Cardinali. Et q omi hoi sit utilis
et quemadmodum patet ex pdentibus qr homo natr diligit vitam sua esse suam sanitatem
et quemadmodum suam commoditate sua etc. Et si ista diligunt naliter ab hijs qui pro ea
sua sobrietate remuneracionem aliam no expectat illi eam maxime debet diligere
et obsuare. qui ex fructibus ipius sobrietatis eternum premium expectant et co-
sequuntur Et si illi eam debent diligere q ex eius fructibus sperant eternali
premiari. illi tn magis tenentur eam habere qui alios ad eam tenendam
et habendam vbo et exemplo tenentur inducere et provocare quales sunt clici
et misti ecclie. qui pre alijs debent magis sobrie vivere. qr pre alijs tenentur
magis castam magis piam magis mundam vitam ducere. que tn sine sobre-
tate obsuari no posset. Debent ergo esse magis sobrij secularibus in sapie-
do tam abis qz scriptum ad Ro. xij. Non plus sape qm oportet sapere sed
sape ad sobrietatem. In conuaco ad Thy ij. Abnegantes impietatem et
secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo In abstine-
do ij ad thy iiij°. Tu vero vigila in omnibus labora opus fac euvangeliste
ministerium tuum imple sobrius esto Ecce qd in fine anectit sobrietatem
tanq eam precedenciam sine qua ipa haberi no posset De ista sobrietate
et vita et honestate cli. et crapula
clericorum hr. dis. xxxv. quasi p totam. et per totum
Et si ista sobrietas ut dixi debz ab omnibus clicis obsuari maxime tn a do-
minis Card. quorum vita et actus multis sunt edificacionis occasio. et eam
scandali seu ruine si no esset boni quod deus avertat Nam si clicis alijs
est necia intelligencia et necia vigilancia est necia iudicia et discrecio multo magis
est necia intelligencia et necia vigilancia quorum status ad
dnos Card. Constat enim q illis est necia intelligencia quorum status
bonum dandum consilium et iustum iudicium noscitur institutus cuiusmodi est status
dominorum Card. qui ad bene consiliandum et iustum iudicium dandum sunt depu-
tati et ordinati pz li vi c fundamenta de electione Eis enim necia est intelligen-
cia patet eorum vitam intuenti. Ipi enim p magna parte temporis quietis ducunt
insompne dum cum aurora surgunt orant missam audiunt deum laudant stu-
dio intendunt consistorium accedunt Si ergo no essent sobrij quo mentem possent
applicare ad intelligenciam scripturarum ad intelligenciam consiliorum ad intelligenciam
agendorum quietis enim incubat statum mentis anectit xxxv. dis. vinole-
tum. Et ideo ministri templi prohibentur vinum et siceram bibere ne ebri-
tate gravarentur corda eorum ut ssa eorum vigeat semper ibidem d pn. ex
Crapula enim et ebrietas ebetat intellectum mortificat memoria et extinguit
qui tn ad dandum bonum consilium necio requiruntur Iterum si in ipis
no esset sobrietas quo meis esse corporis vigilancia quia no possent tam cito
a sompno excitari nisi cito valde adesset grauitas stomachi turbacio sensus
oppressio intellectus qe maxime ex incompleta digestione accidere consueverunt
Constat enim q crapula ventre commovet gustus inducit ventositates

pungentes interius intestina gravat oculos facit lacrimosos catharrum suscitat fetores provocat putredines facit pullulare. Per hanc quoque peccatum incidit(?) luxuria inducitur et omnipotens deus offenditur. hec denique substanciam minuit honorem tollit et finaliter animam simul cum corpore post infirmitates multiplices tradit suppliciis eternis. Et hoc satis innuit beatus Jeronimus scribens super Aggeum(?) in hec verba Erubescant(?) principes qui deliciis affluunt et inter epulas atque lascivias pudicicias se servare credunt. Iheremias(?) sermone describit quod eiciendi sunt de spaciosis domibus lautisque cenaculis et multo labore compulsis conquisitis. Et si vis scire quo eiciendi sunt propter malas cogitaciones et opera sua eorum lege in tenebras scilicet exteriores ubi erit fletus et stridor dencium. An non confusio et ignominia est Jhesum crucifixum pauperem et esurientem fartis predicare corporibus et ieiuniorum doctrinas rubentes buccas tumenciaque ora proferre. Si apostolorum loco sumus non solum sermonem eorum imitemur sed conversacionem et abstinenciam xxxv dist. Erubescant(?) principes. Et licet loquatur de prelatis domini tamen Cardinales inferiores eis non sunt. quare nec eis tepidiores esse debent in eo quod in dignitate est quod meriti quod honoris est. Item est eis necessaria corporis modestia et decencia que reverenciam conservare non possunt vincentes intemperanter. Intemperancia enim fomes est omnium viciorum patet dist. xxxv. Ante omnia suscitat iurgia et maledicta patet ibidem xxxv dist. Sexto est tumultuosa et luxuriosa patet ibidem. luxuriosa spumat cito in libidinem et furorem venerem. Crapula enim et ebrietas mentes inducunt excidium(?) et libidinis provocant incentivum de vi. et ho. cle. a crapula. hinc eructaciones stomachi fetores anhelitus vomitus sudores resoluciones multiplices et omnis corporis provenit immodicia seu indecencia quam eciam cavere non possumus si ebrietati vacaverimus xv q. i. Sane propter hanc intemperanciam episcopi sacerdotes et dyaconi sunt deponendi quales sunt domini Card. Cum in hic triplex ordo sedem Cardinalatus obtinet et occupat. Alii vero eis inferiores communione sunt privandi dist. xxxv. Episcopus. Ecce quod sunt isti deponendi et dampnandi alii communione privandi quia magis est detestabile in episcopo sacerdote et dyacono quam in inferioribus clericis. Cavenda ergo et vitanda sunt carnalia desideria que militant adversus animam que revera caveri non possunt ab hiis qui crapule deserviunt. Debitores enim sumus non carni ut secundum carnem vivamus quia si secundum carnem vixeritis moriemini ad Ro. viii et ecc. xxxvii scribitur propter crapulam multi obierunt qui autem abstinens est adiciet vitam. plures enim occidit crapula quam gladius. Ut ergo vivax intellectum habeas sompno ne torpeas modicia et decencia polleas sobrietatem teneas temperanciam habeas. quia secundum Crisostomum Nichil sic iocundum est sicut cibus bene digestus aut decoctus scilicet in stomacho. quod in stomacho crapuloso fieri et observari non potest. nichil sic salutem intellectus(?) sic sensuum acumine operatur. et nichil sic egritudinem fugat sicut moderata refeccio de conse. dist. v. nichil sic. quanto autem est necessarium acumine intellectus illis quorum status hoc requirit sicut est status Cardinalatus quilibet potest advertere. Sane inter(?) Absolvuntur enim a cura ecclesiarum(?) absolvuntur a discursibus absolvuntur a predicacionibus absolvuntur a cura temporalium et ab omni occupacione potiori propter acumine intellectus ut eo quiecius studio insistant consilia sana prestent et iusticiam suadeant et prosequantur quorum nullum eis possit adesse si intellectum haberent obtusum et confusum excecatum et obtenebratum. merito ergo domini Card. contra gulam gulositatem et ingluviem ut predicta vitare possint incomoda debent sobrietatem et temperanciam habere et tenere summo studio et cautela.

Sed est advertendum quod vera sobrietas non solum ponit mensuram et modum circa quantitatem alimentorum verum eciam ponit modum et mensuram temporis qualitatis sollicitudinis aviditatis. Sic enim beatus Greg. super moral. species gule distinguit de conse. dist. v. quinque modis. Temporis mensuram ponit ipsa sobrietas ut debita

preiectum horam vescendi. nec hora illa pluries repetatur intelligendum est
de sano et non indigenti preueniendo hore. Cauendum est ergo a sobrie ne statutum
prandendi tempus preueniat quoque modo quia preuentio plurimum impedit vim appetitiuam
stomachi et cibus post cibum receptus multum nocet. Stomachus enim super-
recto cibo se claudit et digestioni ipsius intendit. et cum superuenit cibus alius
impeditur in digestione primi ymo ipsum et secundum cibum dimittit indigestum
et emittit ex quibus egritudines multe contingunt. Est enim de stomacho
sicut de caccabo bullienti. cum si aliquid apponitur statim bullire desinit
et sic contentum ipsius in decoctione impeditur. Clarum est quod stomachus
recipiens cibum vel potum actualiter frigida comitatiuis sunt virtualiter
calida circa ipsum habet duas actiones. vna est calefactio. secunda est decoctio
vnde et expedit sumere cibum simul et postea cessare vsque ad completam
digestionem ipsius ab aliis sumptionibus. quia completa digestionis ex tenui-
tate sputi cognoscatur. Ecclesiastes x. scribitur Beata terra cuius rex nobilis est et cuius
principes vescuntur in tempore suo. et ibidem immediate ante premissa scribitur
ve terre cuius rex puer est et cuius principes mane comedunt. Ista terra est
corpus humanum quod de terra est et in terram ibit. Rex eius liberum arbitrium
principes virtutes sensitiue. Istis ve qui mane comedunt vel etiam vices
reiterant pluries comedendi. Sufficeret homini sano bis ad plus in die
sumere cibum. Comedia dicitur quod vim de deterioribus rebus est sepe aliud
addere cibo. Amena et duas causas generales omnium egritudinum prolonga-
rumque. et multiplicationem ferculorum ex prolongacione interpositum sepe di-
gestio. quia comitatiuis mediante additum stomacho post cibi digestionem
impedit. sicut patet de bullienti aqua. cum si addatur alia desinit bullire.
Multiplicatio etiam ferculorum nocet. quia non sunt eiusdem qualitatis et digestionis
aut commixtionis electorum. et si vnum ferculum fuit conueniens et alterum
disconueniens vnum impedit aliud in sua digestione et sepe contingit quod
conueniens vna cum disconuenienti recedunt ambo cruda. quia disconueniens
repelli a natura aliquis venenosa non laxaret. et si vnum ferculum sumeret
si esset conueniens natura exinde reciperet confortacionem et nutrimentum. si disco-
nueniens natura citius et leuius repelleret vel vinceret digerens per se suprà
uenientis. natura citius et leuius repelleret... sic attrahit conuenientes
secundum eum conuenienti quia sic non fugit disconueniens. sic attrahitur
vnum et venena dulcia magis nocent. quia ex dulcedine forcius attrahitur
et imbibitur insiccatur a natura. Est ergo expectanda certa hora prandendi
et in illa sumendus est cibus ad necessitatem non ad
dis. pl. iiij. Non licet. Et in illa sumendus est cibus ad necessitatem non ad
voluptatem. nec iteranda est hora frequencius nisi necessitas racionabilis hoc
exposcat et etiam statutum non obsistat. Dicit enim beatus Iheronimus in hec verba
Sint tibi ieiunia pura continua modesta quia i. quottidie esurire et sitire.
die prandendi de conse. dis. v. Sint tibi. Ecce quod de cenis non loquitur. Ecce quod
dicit continua. non ergo loquitur de statuto ecclesie. quia illa non semper du-
rant. et dicit modesta. contra illos qui pluribus diebus abstinebant et postea
ieiunium se replebant. De ieiunio vero statuto loquitur Eusebius papa Ie-
iunia in ecclesiis a sacerdotibus constituta non soluantur sine necessitate racionabili
de conse. dis. v. Ieiunia. Et si premissa expedit a singulis obseruari multo magis
dominis Card. quia eis superfluitate alimentorum generaliter quod hiis non possent
intendere ad que eorum status est ordinatus pro dominum illum propter non expen-
dent sine culpa. ex quo voluptuosa vita et deliciosa se fecerunt impotentes
ad idem primordium premendum. Securi si sine ipsorum culpa esset ad huiusmodi
potentes. et nichilominus clericos et laycos suis deliciis ad consilia maturanda
vel saltem scandali materia instiarent. in qualitate repugnat sobrietati

Alterius dico quod excessum cibi vel potus. vbi licet multum dicenda videntur
circa predictorum sumptuosam et scandalosam qualitatem transeo tamen
breuiter omnia conueniens estimans vt domini Card. cibos habeant leuiores et
saniores ad digerendum non dico delicatiores sed leuiores et saniores existentes

quod delicatos vi(ctus) ex duobus significatum trahere scilicet ut ex deliciis vel delectationem que certe
attendenda non sunt in cibo vel potu sed magis convenientia digestionem et nature
suppositi. Et quod dominus Cardinalis et totus eorum status magis et principaliter ordinatur ad
bonum prestandum consilium sicut satis expresse innuitur in vi de electione fundata
quod quando consilium intellectum concipitur iamque recta disseritur et debite
tandem executionem mandatur videtur quod dominus Cardinalis rationabiliter possunt
levioribus uti cibariis et potu magis congelante necnon grossis cibariis et po-
tibus a quibus grossi resoluti vapores a stomacho caput conturbant spiritus anima-
les in organo fantastico speculationem fundantes obnubilant sicque eos non
sinerent salutaria instruere consilia ad que ut premissum ordinatur eorum status.
Clarum est quod actus consiliativus requirit spiritus bene nobiles qui cito obedi-
ant ad discursum ad inveniendum et discernendum quid sit prosequibile
vel forsitan fugiendum quem spiritum ex grossis et fumosis cibis et potibus
minime generant. Et si propter premissa cibariis apponantur species vel condime-
nta ad reddendum ipsum saniora et digestionis meliora non video reprobanda.
Possent enim domini Cardinales talibus vesci cibariis que ipsos ad surgendum mane
ad orandum studendum et alia bona faciendum redderent impotentes que
si peraccederent cibariis magis levibus utendo aut conditis forsitan speciebus
non ad cupiditatem sed utilitatem non ad voracitatem sed ad necessitatem culpabiles
non viderentur nisi forte talibus ultra consuetudinem dominorum sibi consilium
aliquis uteretur. Ubi vero consuetudinem obsequatur non cupiditati aut voracitati
sinceri sed utilitati pro re aut necessitati sufficeret quod culpa. Beatus Augustinus de doctrina
christiana sic dicit: Quisquis rebus premittitur et temporalibus refectus et parcus utitur
quam se habeat mores eorum sed sibi similium cum quibus vivunt aut intemperans
aut superstitiosus est. Quisquis vero sic utitur ut metas consuetudinis
bonorum inter quos versatur excedat aliquid significat aut flagitiosus est. Glossa super verbo aut aliquid significat dicit forte
ventrem insaciabilem vel non causa infirmitatis hoc facit vel forte aliud
intendebat beatus Augustinus ut puta venerem vel lasciviam que nolebat exprimere
sed dixit generaliter aliquid significat etc. Et sequitur: In omnibus enim talibus non usus rerum
sed libido in culpa est. Quid ergo locis et temporibus et personis conveniat
diligenter attendendum est ne flagitia temere reprehendamus. Fieri enim potest
ut sine aliquo vicio cupiditatis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur,
insipiens autem fetidissima gule flamma in vilissimum exardescat cibum.
dist. xli. quisquis. Ecce quod dicit attendendum quod personis conveniat ad designandum
quod non conveniunt cibaria quibuscumque personis conveniat sicut satis clare innuit in li(bro)
de verbis domini c. Non cogantur divites pauperum cibis vesci. Utantur consuetu-
dine infirmitatis sue sed doleant se aliter non posse sustentari. Ibidem. Non
cogantur. Sic ergo patet concludendo quod qualitas cibariorum et potuum non est simpliciter
culpabilis sed illis quibus ex statu non competit. Nec etiam est culpabilis si illa
non principaliter intendat propter delectationem sed propter necessitatem non ad usum vel finem ali-
cuius mali in intentione latentis sed ad sustentationem nature labentis. Sed quod domini
excusentur a superfluitate ferculorum pro qua magis conveniri possit non video quomodo sustentari
et per quem ab hiis actibus amplius impediri ad quos ipsorum status est
ordinatus valeant excusari presertim quod illa multiplicitas manifeste apparet
non esse necessitatis sed superfluitatis voracitatis vel cupiditatis vel forte ma-
gis superbie et vanitatis. Certe videntur esse contra caritatem ut expendantur
sine necessitate pauperibus eroganda. Et dico quod illa multiplicitas ferculorum
magis est ad gravamen dominorum quam in relevamen. Beatus enim Jeronimus dicit
quod ypocratis in amphoris opinionis docet crassa et obesa quam crescendi mensuram
impleverint cuiusmodi sunt delicata cibaria et magni incrementi nisi cito abla-
tione sanguinis minuatur in paralisim et pessima morborum genera erumpere
et ideo necessarium esse demptionem ut rursum ut rursum habeat in quo
possint crescere. De conse. dist. v. Ne tales. Et subiungit beatus Jeronimus
ibidem

q Galienus doctissimus ypocratis interpres attestans quorum vita et ars sagina est
dt in exhortacione medicine nec vivere posse diu nec esse sanos amasiis ita immo
sanguine et adipibus involutas nichil tenue nichil celeste sed semper de carnibus
eructuare et ventris ingluviem cogitare Vtantur ergo domini Cardinales cibariis
et potibus eis congruentibus ad racionem et virtutem non ad pompam aut vanam gloriam
et superfluitas eos non decet cum sint viri perfectissimi virtute et racione vigentes
sine quibus eciam vera abstinencia haberi non potest quia sensitivus appetitus ita tendit
ad excessum et noxam et nisi racione regatur et restringatur abstinenciam foris
mittit. signum enim est bestialitatis sequela sensitivum appetitus. et econtra
signum est intellectualitatis racionis sancte et virtutis si homo abstinencia passioni
resistit et hoc satis declarat beatus petrus ii c. d. vos autem omnem curam sub-
inferentes ministrate in fide vestra virtutem in virtute autem scienciam in sciencia autem absti-
nenciam Ecce cura administracionis in virtute. ecce virtus in sciencia. ecce sciencia
in abstinencia Sed quis dubitat quin domini Card pre aliis debeant virtute et
sciencia pollere et vigere. que si sine abstinencia haberi non possunt nulli dubium
quin abstinencia dominis est utique necessaria Cum vero abstinencia maxime exclu-
dat superflua attendant domini quod multiplicacioni ferculorum non intendant
sed sumptis necessariis quod superfluum est pauperibus erogent et distribuant
Alioquin contra caritatem militant et a peccato excusari non possunt Si dicatur conformo
me aliis consuetudine observo. certe conformitas et consuetudo in excessu
non est imitanda sed pocius reprobanda. licet enim conformitas et consuetudo
sint observanda in qualitate alimentorum propter hominum condiciones multipli-
ces. ex eo quod si aliter fieret sequeretur corporis destructio. nec homo tali cibo care-
posset salva sua sanitate et ipsa consistens non in excessu est imitandum eam
que destructio videri non potest. maxime quia superflue expense vel expensarum
pauperibus et ewangelizatoribus verbum dei subtrahunt Idem in ca. allegato
non rogantur quod divitibus indulget cibum aliud a pauperibus manducans sua-
det pauperibus vilia i. grossiora cibaria ministrare Ex quo patet quod si domini
Card. plura habent fercula preciosa et superflua que excrescunt necessitatem suam
et suorum qui superessent mense sue que eciam fierent post mensam pauperibus
erogare non est consilio aut precepto caritatis proximi satisfactum. quia
ex uno ferculo precioso duo vilia possent haberi et comparari que pluribus
pauperibus sufficerent. ubi unum preciosum paucis sufficit ad salutem Non enim
sine causa dicit beatus Augustinus in eodem c. non rogantur de divitibus utatur
preciosis dent pauperibus vilia quia preciosa pauperibus plus obesset forsitan
quam prodesset Sed proh dolor timeo quod fiunt multis expensis ac multiplicantur
fercula preciosa non ad usum sed ad fastum et superbiam quia superflua forte
reservantur et pauperibus non dantur. cum ymmo ex huiusmodi multiplicacione ex-
pensarum et ferculorum preciosorum pauperibus eo magis utiliora subtra-
huntur. que eo detestabiliora sunt quo magis viciosa et contra caritatem sunt
contra quos loquitur beatus Ambrosius in hec verba quis enim tam dives est
avarus quam qui multorum alimenta non sinit usum sed habundanciam et delicias
facit dis. xlvii Sicut hii

Ulterius dico quod sollicitudo preparacionis ciborum et potuum sobrietatem impugnat
quam eciam sollicitudinem salvator noster dissuadet dicens Nolite solliciti esse dicentes
quid manducabimus aut quid bibemus mt. vi Sollicitudo enim importat studium
quoddam vel studiositatem adhibitam ad aliquid consequendum. quod ergo homo
tanquam sollicitudinem et studiositatem impendat circa alimenta preparanda cum
tamen deus ei cibum preparavit necessitatis non voluptatis superfluum est. Deus
enim et natura non defecerunt homini in necessitate victus sui. et qui circa illa
multum occupatur et studet signum ingluviei et gulositatis est signum intem-
perancie est signum carnalis delectacionis est que certe procul debent esse a
dominis Card. tum quia in se viciosa sunt. quia tamen in aliis mala exempla sunt
quia ex studiis suis intelligitur puer Sicut enim ex studiis virtutum virtuosus est

quas intelligitur ut patet de professoribus et studiis sic etiam ex studiis delectabili-
bus sive circa delectabilia carnis carnalis quis professionem et apparet. Non
enim tantam habet circa preparationem ciborum sollicitudinem et studiositatem
nisi qui vehementer delectatur in eis. De isto studiose dicit ysydorus Coti-
die epulas ruminat qui ad explendam gulam vespere delicias parat
talis est quale est animal ruminans in hoc solum differt a ruminantibus
quod illa post cibum iste autem ante susceptionem cibi laborant. Isti enim sunt
qui parari cibos accuratius expetunt ut dicit beatus Gregorius et est una de speciebus
gule de conse. dis. v. Cum ex. | etiam mutat quod auditus est frigidus ystius

Ulterius dico quod sobrietas | aviditas est tremor manuum tenere volu-
tant exquisitum vultus effusio super cibum undique tunc potentem accelera-
cio in cibo sumendo acceleracio in masticando acceleracio in deglutiendo
Et hec licet celerius conveniat ex complexionis condicione vel qualitate tamen
appetitui resistendum propter morum decenciam et honestatem et corporis
proprii sanitatem. Hic enim beatus Ber. loquitur quod predicta ad sanitatem corporis
pertinet dicens ad sanitatem corporis quanto cibus honestius et ordinacius
ingeritur tanto facilius et salubrius digeritur. Ista enim aviditas vili-
tate ciborum minime excusatur et delicie quelibet si sine ipsa aviditate su-
mantur culpa caret unde et beatus Augustinus super epistolam beati Johannis sic dicit delicie
quelibet si absque desiderio percipiuntur non afficiunt et viles cibi appetenter capte
pro impedimento profectui abstinentie dis. xli delicie. Et infra dicitur nec in ab-
stinendo nec in manducando esse iusticiam sed equanimitate tollerandi inopiam
et intemperancia per habundanciam non se corrumpendi atque oportune sumendi
vel non sumendi ea quorum non est usus sed concupiscencia reprehendenda est ibidem
quisquis. Et infra in fine eiusdem capituli sic concluditur. Nam in omnibus huiusmodi rebus
non ex earum rerum natura quibus utimur sed ex causa utendi et modo appetendi
vel probandum est quod facimus vel improbandum. Aviditas ergo culpanda est non
cibus. Unde et Eccli. xxxvii dicitur Noli avidus esse in omni epulacione
neque te effundas super omnem escam. Attendant ergo domini Cardinales ne propter
intemperanciam primogenita sua perdant. Sic Esau qui pro pane modico et
lentis edulio ipsa vendidit Gen. xxv. Ipsi enim sunt primogeniti ecclesie et sub
ipsis alii prelati non generantur et ipsorum consilio alii filii et prelati constituuntur
et creantur. Attendant domini Cardinales ne propter intemperanciam sacerdocio spolientur
sic filii Heli qui propter carnium predam et spolium ante ymolacionem holo-
causti miserabili morte sacerdocium perdiderunt. i Reg. ii°. c. 4 et non auferatur
ab eis regimen ecclesie sicut a filiis Heli sacerdocium cuius filii Israel regi et gu-
bernari consueverunt. Attendant domini Cardinales ne intemperancia sit eis occasio de-
decoris et confusionis ipsorum quos sub figura deplorat apostolus ad Phil.
iii° dicens Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis Nunc autem
et flens dico inimicos crucis Christi quorum finis interitus et quorum deus venter
est et gloria in confusione ipsorum. Ecce quod illorum quorum deus venter est et gloria
in confusione ipsorum finis est interitus quia sepe contingit quod nimis intendentes
deliciis etiam intendunt lascivie carnali quia unum alteri sequitur et ex inde con-
tingit ut delicie quibus gloriantur et festum mundi ostendunt in ipsorum con-
fusionem redundat. Attendant domini Cardinales ne propter intemperanciam plagam divine
ulcionis incurrant sic filii Israel in deserto Num. xi°. et induxit deus super eos
mannam nimiam et persequentes. Attendant ne propter intemperanciam eternaliter dampnentur
sicut dives epulo Luc. xvi°.

Continencia

Postremo dixi de pertinentibus ad temperanciam gustus. Secundum vero de pertinentibus ad tem-
perantiam tactus ubi considerandum videtur quod tactus delectatur in multis. Nam delectatur
in vestimentis delectatur in unguentis delectatur in lectis delectatur in balneis delectatur
in venereis et certe delectatio lectorum vestimentorum pigmentorum sepe ad delectacionem ve-
neris ordinatur. Effugienda est igitur vestimentorum delectatio. Beatus enim Baptista ve-
stimentis utebatur de camelorum pilis Matth. iii°. Super quo verbo dicit glossa Servus dei
non debet habere vestimenta ad decorem vel ad delectacionem sed tantum ad tegendum nuditatem

Vn̄ et btūs greg' dicit Nemo estimet in fluxu atq studio preciosarum vestiū
peccatum deesse · qz si hoc culpa nō esset nullo mō dn̄s Johem̄ de vestimenti sui
asperitate laudasset ⁊ sup vba Luce xvi · vbi dicit' de diuite epulone · qui induc-
batur purpura et bisso · glo sic dicit · Si cultus vestiū culpa nō esset sermo dei
nō tam vigilanter exprimeret qd diues purpura et bisso indutus apud in-
feros torquetur · vnde ⁊ btūs Greg' Nemo preciosa vestimenta nisi ad ina-
nem gloriam querit · vicz vt honorabilior ceteris videatur · quia nemo curat
ibi preciosa induui vbi a nemine vult videri · Et sicut excreditur in qualitate ve-
stimentorum sic et sepe in superfluitate sicut ē in diuersitate vestimentorum qē poci-
9
tolunt destrui a tineis qm̄ pauperibus erogare · Contra quos loquitur Jacobus i canonica
sua v · c · dicens · Agite nunc diuites plorate et vlulate in miseriis que ad-
uenient vobis diuicie vestre putrefacte sunt et vestimenta vestra a tineis come-
sta sunt · Et b · bn̄ loqr' ꝯ cl'os in hijs vbis · clamant nudi clamant famelici ⁊ di-
cunt dicite pontifices dicite sacerdotes ⁊ clerici in freniis quid aurum quid
selle depicte · quid calcaria aurea vel argentea ⁊ tot mutatoria vestiū extensa
in porticis aut plicata in cistis · nrm̄ est qd' consumitis in terra et nris
necessitatibus subtrahitur ⁊c̄ · Et quia ista mediocritas seu intemperancia cul-
pabilior est in vno qm̄ in alio · ideo distinguo ea · vz' de excessu seu intem-
perancia laycorum ⁊ clericorum quantum ad premissa scz ornatu vestiū · Et quia
de ornatu vestiū ⁊ excessu quo ad laycos nō est presentis speculacionis · id
premissa sufficiant quo ad eos / loquendo vō de intēperancia clericorum aliter
est loquendum de platis et aliter de subditis · et aliter de hijs quorum salu-
bri consilio regitur tota sedes ecclesia · Nam sic supra dixi in omnibus rebus ptine-
ribus ad vsus earum si libido in culpa est · Sm̄ btūm Aug' de doctrina xp̄ia-
na · sola libido sine corrupta intencio est culpanda Cuiusquis n · rebus vtitur
sic vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat aut aliqd
significat aut flagiciosus est ⁊ subdit btūs Aug' Quid ergo locis et tpibus
⁊ psonis conueniat diligenter attendendum est · ne temere flagicia repehendam'
Et sequitur · Cuiusquis certe credo qd dn̄i cardinales sine culpa possint vti magis
xl i dis · Cuiusquis certe credo qd dn̄i · iactantia superbia vana gloria a mente sint procul
preciosa veste qm̄ alij dummodo iactancia superbia vana gloria a mente sint procul
qz si in hijs delectatur animus vt maior exinde videatur melior estimetur
plus honoretur amplius reputetur sine culpa nō est · qz omis iactancia et
ornatus corporalis a sacro ordine debz esse alienus xxi · q · iiii · Omis iactancia
⁊ ornatus corporalis · et se' ibim eos ergo epos et cl'icos qui se fulgidis et claris
vestibus exornant supple ad iactanciam aut vanam gl'iam oportz emendari · Et lz
dn̄i Card' licite vtantur vestibus preciosis in serico et in ma pdictis · caueant tn̄ qd
in huiusmodi vestibus nō excedant sicut in ornatu superflua aut colore nimis
mundiali et seculari · parsimonia enim eciā humili veste sic nō ē reprobanda · sic
eciā ornatus propter corporis diligenciam infucatus ē laudandus xl z dis Parsimoniaz
glo · corpus diligenciam vocat voluptate ⁊ ornatu infucatum dicit nimis pa-
ornatum vnde btūs Aug' ad psidium ⁊ fratres qui cum ipso erant sic dicit Na vero
ornatus camorum et ypianarum nō tm̄ ē nullus fucus mendax · r color appositus
dicit glo interlinearis verum · nec auri quidem vestisque pompa sz mores boni
sunt de cōse · dis v · fucare Na ergo licite vtuntur ornatu qui est precise ad oste-
ntacionem aut vanitatem ⁊ dico precise propter exclusionem aliarum causarum qē magis
sunt necessitatis qm̄ ostentacionis · vbi gra Color enim nullum infert comodum corpo-
ris sz bn̄ mollicies vestis · strictitudo vestis · nō infert comodum sz incomodum ⁊ qz
color magis placet videnti vestem qm̄ inducenti · qz color ē obiectum visus nō tactus
in cuius magis attenditur curiositas qm̄ necessitas · Et sic de alijs cir-
cumstancijs vbi nulla mouet corporis necessitas vel comodum · dumtaxat enim tales
circumstancie sunt magis ad ostentacionem qm̄ ad comodum · magis ad vanitatem
ac curiositatem qm̄ ad necessitatem · q̄re expresse in clericis maxime est vitanda
Sufficit ergo videtur bona vestis in suba nec tn̄ nimis preciosa aut fulgi-
da sz media que nō sit conformis omnibus ad consilium psonarum vestem ꝯ valore
aut colore vrs excedat nec sit curiosa in scissura aut alio ornatu pūt
et alia dum ipm̄ nouerim melius qē decent statum vitam ⁊ honestatem clericalem ·

sicut patet de vi. et ho. cle. officiali et lxi. dis. erte in fine. Unde opere credo non expedit multiplicitatem vestimentorum commutatoria enim plurimum esca sunt tinearum unde expedit illa pauperibus erogare que ad usum non sunt necessaria pluralitas enim vestimentorum et preciositas excessiva pauperum sunt nutrimenta et ipsis miserabiliter dum sine necessitate pecuniam in usum talium expendunt que pauperibus erogari deberent Et si domini Card. propter statum suum honestate utuntur pre aliis magis preciosis non ad delectationem non vanitatem non superbiam aut arrogantiam querat eciam michil ostendat in mente sed humilitatis primitivum statum ecclesie Non enim utebantur tam preciosis vestibus aut apparatu tanto domini Card. et prelati sicut modo et tunc sine peccato humilibus uti poterant et debebant sicut et modo possent si periculorum scandalum posset evadi qui forsitan ypocrisim magis arguerent quam humilitatem in veste humili et versa Cum timore tamen dei portet vestes et utantur talibus ut oportet et statui michil addentes omnino sed aliquid sine nota si poterint subtrahentes semper gerentes in animo et habentes humiliori se veste contentos si status admitteret et scandalum non obstaret inmemorantes quod heremita plus delectationis habuit in sua catta quam beatus Gregorius in veste pontificali et apparatu status sui que certe si habentur in mente continue continue nec delectatio aut vanitas vigebit ad apparatum sed magis dolor super tanto apparatu exterius pungeret mentem interius procul dubio non mollia non levia non suavia indumenta corpus immediacius sed sattus asperior et panno durior vestis vilior carnem aspiciet secrecius Sicut enim in publicis utenda sunt conformia in secreto tamen sue corpori contraria exhibenda hiis non quibus vivitur ne quis intemperatus aut superfluosus reputetur Idem tamen canon dicat Episcopus sit vilem supellectilem et mensam et victum pauperem habeat que tamen non sunt conformia statui prelatorum modernorum quod talia de priori a prelatis non habentur nec observantur sed magis preciosa que si publice portentur iuxta statum occulte vilia portentur ad carnem sicut mavult mensa quam ab aliis in camera abstinencia maior cum privatis Et certe hoc de nonnullis dominis clare percepi quorum vitam rigidam novi in occulto tam in victu quam in vestitu Qualem enim vitam duxit dominus Ganzelinus Io. Albanensis episcopus Card. premarinus suus et quali veste seu camisia utebatur ad carnem ego novi ut de aliis taceam qui deo militant de quibus ne videar adulari Quid ergo valeat et operentur calcaria argentea non video tamen nullam exinde sequitur commodum aut relevamen sed magis ostentacionem ruinosa verum quia plura dicentur eciam de modestia dicetur per me de illa conclusione sed ipsa primum attendi per actus in ordine ad conformitatem aliorum eiusdem status et honoris Sexto ideo modo est vitanda suavitas ungentorum que uncturis certe non decet viros castitatis propter delectationem intendentes quamquam decet licet forte expediret in casu homine infirmato multum enim intemperancie carnalis significat ungenta apposita corporibus sanis que corporibus convenientes sanitatis non videntur efficere sed delectacionis effectum Unde eciam postquam canon lacertinam vestis prohibuit apte subiungit Sicut et eos qui ungentis unguntur oportet scilicet emendari alioquin si in hoc perseveraverint vel permanserint epytymio condempnentur i. per epitymium corrigantur xxi. q. iiii. omnis iactancia Epitymium dicitur ab ebdomada et pena suspensionis ebdomadis secundum glo. ibidem Pari modo vitanda sunt balnea nisi que pro corporis necessitate sunt habenda de conse. dis. iii. pervenit perfecti enim viri et sancti balneari possunt ad medicinam corporis seu necessitatem eiusdem sicut patet de bono Jo. cirvitatis xxiiii. q. i. Quod qui recedit Nec et religiosi licite possunt balneari sumpto ad necessitatem patet ex regula beati Aug. quam plerique habent et tenent religiosi in qua dicitur nec eant ad balnea nisi duo vel tres simul sed fratres non autem cum malis hominibus est eundum ad balnea pro immo sunt fugienda patet ibidem xxiiii. q. i. Quod Nec etiam cum mulieribus est hominis essent accedenda seu intranda patet lxxxi. dis. Oportet Et quia ut in pauconibus delinquitur in hiis duobus scilicet ungentis et balneis presertim a curialibus et dominis ideo reputo circa ipsa non amplius immorandum

Quantum ad lecti excessum seu intemperanciam notandum apparet quod tria culpabilia
videntur in lecto scilicet nimia mollicies nimia preciositas et nimia magnitudo
Nimia mollicies fouet carnalem concupiscentiam Nimia preciositas superbiam excellencie
Nimia magnitudo vanam apparenciam. Unde et optime dicit beatus Jo in canonica sua Omne
quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vite
i Jo ii ut concupiscentia carnis referatur ad carnalitatem. superbia vite ad singularem
preciositatem. concupiscencia oculorum ad mundi vanitatem. Dico primo quod mollicies
lecti respicit carnalem concupiscentiam Et revera sic est quod mollicies lecti non
videtur sed tangitur ideo nec ad apparenciam queritur sed ad delectacionem carnis
ut in lecto suaviter et dulcius quis dormiat et repauset Certe si expedit
omni homini vigilancia et diligencia sui operis multomagis prelatis
Et si expedit omni homini a se pellere et fugare carnales delectaciones
multomagis prelatis inter quos sunt maxime domini Cardinales. Ipsi enim assistunt
secundum preceptum seruicio dei in iudicijs et oblacionibus hostiarum pro grege sibi commisso
Unde et ipsi sunt ministri iuste siue in iudicio et ministri oblacionis uenerande
in sacrificio ut optime conueniat cuilibet ipsorum quod dictum fuit moysi solue
calciamentum de pedibus tuis locus enim in quo stas terra sancta est Exo iij.
Terra enim sancta est ecclesia dei. in qua principaliter stare dicuntur domini Cardinales ere-
cti sensibus ad deum verum ipsum solum in iudicijs pre oculis habentes. inclinati
creaturas deos argenteos et aureos i. aurum et argentum que loco dei colunt
et habentur quasi principalis spes consolacio et refugium habetur ad ipsa et in ipsis
et stant discalciati i. affectionibus carnalibus et voluptuosis scilicet exuti et
enarrati quod iste inter alios ultimum trahunt. Sunt enim multi qui in diuersis
temptacionibus viriliter et fortiter agunt et vincunt. qui tamen in mediis fluctuum
carnalium voluptatum sunt submersi non potentes vitare ut eadem contra eos
clare prout etiam satis innuit beatus Gregorius scribens secundino in hec verba. Quid
enim est quasi carnale delictum committere sine quo pena inuenitur. Et
difficile est continere secundum glo. aut dei filius nimium negare dei. i. Et
scitas tua. Quid ergo valet mollis lectus. qui est ocio et incentiua libidi-
num homo tam difficulter resistere possit corpore voluptati. Cui enim
alteri occasionem mali dampnum dedisse videtur de testi. Sic nobis multo
magis a quolibet fugienda est omnis res que sibi ipsi potest esse occasio
delinquendi. Quare et lecti mollicies est vitanda que est sompni et re-
cipiendi nutritiua Attendant ergo domini Cardinales ne lecti mollicies nimium appetentes
tamen sompno sint dediti ut fortitudinem perdant cum sampsone qui dormiens
in sinum dalide abscisis pilis fortitudine est priuatus Judicum xvi. Atten-
dant domini ne lecti mollicies tamen eos sompno afficiat ut hastam veri
iudicij et potestatis perdant cum saule i Re. xxvi. Attendant ne lecti suavitate
allecti tandem dormiant in voluptatibus et delicijs vt patria hereditate et
successione priuentur more Isboseth ij Reg iiij. quod et petri successores electione
non priuentur
Ulterius tamen videtur ne fiat excessus in preciositate lecti. pauperibus enim
rapitur quicquid superflue expenditur unde et domini Cardinales qui precipue
viuunt de patrimonio christi quod pauperum est et multum habent attendere
ne consumant manibus pauperibus erogandum. lecti enim preciositas ut predixi magis
est elacionis et inflacionis quam vtilitatis seu necessitatis. Unde et dominus maledi-
xit hijs qui in preciosis lectis delectantur Amos vi c. Ve vobis qui dormitis
in lectis eburneis et lasciuitis in stratis vestris Si enim domini Cardinales vtuntur
hereditate christi et eius treno patrimonio. quare non vtuntur lecto christi. scandalosum
est semper esse delectacionibus carnium et multis austeritatibus beatus Augustinus dicit. Cum christus
dimisit lectum suum discipulis suis dicens. qui vult cum christo in celo quiescere
in nullo in lecto quiescat crucietur in cruce. si vult cum christo placatum videre

Lyncem aut x' intelligo totum crucia[tum] q[uem] p[er]tulit p[ro] ho[m]i[n]e superb[us] q[uod] e[st] iniust[um] q[uod] de
lecto d[omi]ni iu[m]me co[n]tent[ur]. lectus vero x' am[p]le[x]us eius fuit crux. Bern[ardus] dicat: Cir-
cuire possum celum t[er]ram mare et o[mn]ia que i[n] eis sunt et no[n] i[n]venio te
nisi in cruce. o bone ih[es]u ubi iaces ubi cubas ubi dormis in meridie. Se[cundu]m
q[uo]d d[omi]ni in lectis sicut i[n] indume[n]tis q[uo]d co[n]suetu[m] est a sibi[con]similib[us] obs[er]vari
no[n] delectantes in apparatu lecti ceteris s[ed] mag[is] dolentes q[uod] a p[re]ciositate
lecti p[ro]pter co[n]formitate[m] disced[er]e no[n] p[re]sumunt timentes ab aliis sinistre
iudicari et eis scandali materiam ministrare si novitate quada[m] a co[n]uer-
satis habitu et supellectili se aliquatenus difformare. duriora saltem
in cubilibus suis lintea[mina] et supellectile viliorem adiu[n]gentes. q[uia] de huiusmodi sup[er]b[is]
qui gl[ori]a[m] mundi et delectac[i]o[n]em querunt in lectis dicit[ur] ys[aie] xiiii^o. detracta e[st]
ad inferos superbia tua. concidit cadauer tuu[m] sub[ter] te. sternetur tinea et
operimentu[m] tuu[m] erunt vermes. glo[sa] interl[inearis] dicit: q[uia] pri[m]o pallia auro gemmis
q[ue] distincta satis moleste portabunt. nu[n]c vero et tinea sunt amicti. pari
modo vitandu[m] e[st] lectus nimio magnus q[ui]a c[er]te nullius e[st] utilitatis seu neces[s]itatis
hom[in]i soli s[ed] mag[is] vanitatis ut p[re]dixi. ubi e[n]i[m] lectus ex vanitate ultra [modum]
exte[n]ditur timendu[m] e[st] ne vacuu[m] suppleat malignus sp[iritu]s qui circuit quere[n]s
que[m] devoret. qui expulsus de ho[m]i[n]e ambulat p[er] loca arida sup[er]: s[cilicet] paup[er]
querens requie[m] et no[n] i[n]venit. mt. xii. loca arida sup[er] s[cilicet] paup[er] lectus et
paup[er] domus pauperis ho[m]i[n]is. ibi n[on] dyab[olus] requie[m] no[n] invenit. De quo lecto
seu domo dicit[ur] ysa[ie] xxviii. Coangustatu[m] e[st] stratu[m] ita ut alter decidat
s[cilicet] adversarius huma[n]i ge[ner]is et palliu[m] breve utru[m]q[ue] op[er]ire no[n] potest
S[ed] lectus delicaru[m] locus diuitis locus vanitatis et superbie no[n] est longitudinis
s[ed] bene feruitus vel dilatatus matrassatus et co[m]pinguatus pellibus et variis
sulsuratus et cooptus. hunc locu[m] diligit et querit qui expulsus e[st] sp[iritu]s im[mundus]
et redit ad locum vnd[e] exiuit et inhabitat ip[su]m. et fiu[n]t nouissima ho[m]i[n]is
illius peiora p[ri]oribus. Absit ergo a d[omi]nis Cardinalibus nimia p[re]ciositas
et nimia magnitudo lectorum. que certe eo sunt culpabiliora quo
mag[is] pauperibus sunt nociua et superbe mentis ostensiua. De quibus etiam
beatus Bern[ardus] loq[ui]t[ur] sup[er] Cant[ic]a sic dicens. Timeat clericus timeant ministri eccl[es]iar[um]
que in terris sanctoru[m] quas possident tam iniq[ue] gerunt ut stipendiis que suf-
ficere debeant minime contenti superflua quibus egeni sustentandi essent impie
sacrilegeq[ue] sibi retineant. et in usus sue superbie atq[ue] luxurie victum pauperum
consumere no[n] verentur. duplici profecto iniquitate peccantes q[uia] et aliena di-
ripiunt et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutunt[ur]. Et in quodam
sermone sic loquitur. Conceditur tibi subaudi clerice ut si bene deservis de
altario viuas no[n] aute[m] ut de altario luxurieris ut de altario superbias ut
inde compares tibi frena aurea sellas depictas calcaria deaurata
varia grisea q[ue] pellicea. De quorum similibus etiam loquitur etiam b[ea]t[u]s Joh[ann]es.
Multi edificant parietes et columpnas eccl[es]ie subtrahunt marmora nitent
auro splendent laquearia gemmis altare distinguitur et ministrorum xp[ist]i
nulla est dilectio. xii. q. ii. gloria ep[iscop]i.

Postremo ergo dixi quo ad excessum tertium et intemperanciam q[uia] delectatio
in venereis maxime est vitanda. Et revera si ab o[mn]i ho[m]i[n]e e[st] vitanda p[re]sertim
tamen a clericis et potissime a prelatis vnde necesse est ut tales se caueant a culpa custodiant
quos p[ro] pena q[uam] faciunt no[n] soli moriuntur xi. q. iii. Praecipue. Custodienda d[omi]nis
card[inalibus] e[st] necessaria custodia. q[uia] no[n] solum subditis verum et prelatis possunt sub
bono vel malo exemplo esse o[mn]ium virtutis vel vicii. Non igitur intendo
circa continentiam venereorum quo ad singulos multa narrare s[ed] p[ro] continentia d[omi]norum
card[inalium] aliq[ua] pauca adducere. q[uia] no[n] credo longi sermonis aut narrationis p[ro]lixe
hoc opus esse. Nam plura sunt quare d[omi]ni Card[inales] potissime in hoc casu caue[re]
debent. Habent enim d[omi]ni Card[inales] dei sitinet angeli aptitudine[m] mediatorum

similitudine ministri puritudine Et ideo non decet eos esse immundos et maculatos
ipsi enim domini Cardinales sunt dei similitudine Jo. enim autem vidit similem filio hominis
precinctum ad mamillas zona aurea Apocalypsis i. Filius enim dei est filius
hominis mater domini salvatoris. Quem dicunt homines esse filium hominis Matthaei xvi°.
Respondens petrus dixit Tu es christus filius dei vivi etc. Attende quod hic
traduntur petro et eius successoribus claves regni celorum ut soluta
per eos et ligata in terris soluta essent in celis et ligata Non dixit quem di-
cunt homines esse filium dei. Cum certe hominum venti et mare obediunt quod
eis parum dimittit ad designandum quod hec potestas petro tradita homini non
repugnat sic tenendum dicte potestatis ita et beatus petrus et quilibet successorum
suorum potest dici antonomatice similis filio hominis qui precinctus fuit
zona aurea que est zona continentie zona castitatis et mundicie virgi-
nalis et quilibet dominus Cardinalis per participationem caste et munde vite potest dici
similis filio hominis precincti zona aurea. Si enim pontifices dii appellari
per constantinum magnum meruerunt xcvi di. satis evidenter et virgi-
sacerdotibus multo magis domini Cardinales qui sunt filii et consiliarii pontificis celsioris
ut de ipsis vere possit dici id demum psalmi Ego dixi dii estis et filii excelsi
omnes. Habent etiam domini Cardinales angeli aptitudinem quia ipsi angeli exercent
officium Nam angelorum officium est assistere et ministrare assistere respicit
personam presidentis ministrare respicit personam subditam secundum b. dionisium de
Angelica Jerarchia unum et officium angelorum est ut assistat altissimo
et demum mittitur ad nos ministerii nomine etc. Sic et faciunt domini Cardinales
assistunt enim altissimo in terris ipsi domino nostro pape in consistorio et in oratorio
et mittuntur sepe ad diversas provincias ad corrigendum et emendandum
in quibus sunt capiti ecclesie et membris ipsius ecclesie ad que mittuntur utiliter
ministrantes. Et sic etiam hic patet ultimum i. quintum eius supinus attributum
ministratur. Sic ergo vere dici possunt angeli quia pro aliis
quod hunc ministri promptitudine Sic ergo vere dici possunt angeli quia paliis
hominibus illuminati et gratia informati ut de quolibet ipsorum dicitur illud
Malachie ii°. Angelus domini exercituum est di. xxxvi. ecce pri. q. i. sacerdotibus
Ergo domini Cardinales angeli officium habent decens est ut habeant angelicam
puritatem et mundiciam Ergo enim ministrat coram altissimo decens est ut
mundi appareant coram eo. et hoc optime figuratum est i. Regum ii. ubi dicitur
de samuele quod samuel ministrabat coram domino optime quilibet Cardinalium
per intelligi quia et ipsi ministrant coram domino et iudices sunt populi electi dei
ipsi debent esse puri mundiciam corporis ac ipsius
iustitiam i. ephod. ergo et ipsi debent esse puri mundiciam corporis ac ipsius
integritate et hoc etiam denotat glossa que dicit quod ephod sive superhumerale
lineum quod idem est castitatem et continentiam cum aliis bonis operibus
significat quia qui domino ministrare desiderat necesse est ut in castitate et continentia
vivat. Castitas enim per vestimentum lineum recte describitur. quia sicut linum de terra
nascitur florem tamen habet pulcherrimum et celestem etiam albissime coloratum
sic et castitas licet de terreno homine et mortali corpore conficiatur et producitur
flos tamen eius i. devotio mentis puritas ac integritas laus et honor deo debitus
angelicus est et celestis. Ideo dicit Jeronimus quod in carne vivere preter carnem non est
humanum sed angelicum Unde et virtus castitatis que celestis est et angelica
maxime deo placet et e contrario immunditia multum est displicabilis et adversa
Ministeri quod ps. dicit et castus et immaculatus dominus deus per se. Ambulans in via
immaculata hic mihi ministrabat Certe via immaculata est via castitatis corporis
et mentis. quia nec perfecte haberi potest una sine alia xxxii q. v. non potest et c. se

Habent etiam domini Cardinales mediatoris similitudinem vel saltem hinc debent
ipsi enim et dominum nostrum spem placare iratum habent interceder pro afflicto
humano supplicare pro parvo assumere pro paupere seu oppresso et demum missi ad dis-
cordantes principes ipsos debent accedere et concordare itinere et opere
indefesso. Hec enim omnia sunt mediatoris et reconciliatoris officia et beneficia
ut de quolibet dominorum Cardinalium vere dicatur illud quod scribitur eccli. xliiii quod ipse in tempore

mundi factus est reconciliacio Ad platos enim spectat discordantes reconciliare patet
xc. dis. discordantes ymmo magis hortare debet platos clericos vel laycos dissi-
dentes ad pacem quam ad iudicium ciuidem studendo Pan[illegible] dominus offensus illis
quibus placare debet dominus Card. quia et ipsi pana ipsi coplura comedunt et
super se recipiunt que pro salute tamen beneficia obtinent et quorum fructus in se sumunt
et suorum utilitate colligunt Cum enim ab aliis recipiunt eleemosinam temporalem
eis tenentur reddere spiritualem Ipse ergo dominus Card. interpellare debet pro ipsis
que ipsi pro eo comedunt Quum sint pabulum et oblationibus ea debet atque con-
sumunt in q. i. Nulli dubium Et quis potest interpellare quis potest reconciliare nisi
placens. placere autem non potest carnalis vincens quem dicit apostolus ad Ro. viii. qui
in carne sunt deo placere non possunt Et bene Gre. dicit Ve filiis ire qui nondum
reconciliati reconciliacionis aliene negocium quod gerunt que inutiliter fecerit ap-
pendam. videat ergo dominus Card. qui alios reconciliare debent quod et ipse per
reconciliationem existat. videtur qui alios mundare debet sine intercessionibus a
peccato ut ipse sint mundi ab immundo enim quid mundabitur etc. xxxiiii. quod dicat
inchil [illegible] xxx. dicitur levitici Confiteamur mundare domum domini et quod
peccaverunt patres nostri et fecerunt malum coram ea xii. dicit quia mundati sunt
sacerdotes et levite et mundaverunt populum Non enim mundare poterant ipsi immundi
et unde quod dicitur quod mundus elegit sacerdotes sine macula voluntatem
et [illegible] dicitur quod mundos elegit sacerdotes sine macula voluntatem
tem habentes in lege dei et mundaverunt sed Caveat ergo dominus Card. ne et ipse
immundi alios mundare presumat ne et ipse deo ingrati alios reconciliare pre-
sumat ipsumque placandum amplius provocent et offendant quia cum is[?] lapsus
sit ut qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus procul dubio ad deteriora
provocatur iii. q. vii. In grauibus ¶ Quos Card. quia ipsi sunt precipue columpne
Requiera continentia in domo dei. castitas dei. quibus delectis et infectis seu spiritus
sicalit tota ecclesia dei deicitur mittitur et funditur Quippe enim deus vi-
dens quod filii dei acceperunt filias hominum in uxores totum delevit genus humanum
paucis hominibus superstitibus delictis sicut habetur Gen. vi. Dominus vero Card. per alios tanquam
specialem quidem possunt reputari filii dei ymmo primogeniti et omnes alios prede-
cessores in honore et dignitatis ac patre hereditatis i. primorum ideo per possessionem
Studium ergo iuste deus irascatur si videt filios suos clericos quos tanta do-
tavit honoris preeminentia tanta ditavit rerum affluentia cum filiabus hominum
fornicari. timere enim debet dominus ne ipse ruat et totus eorum status dilabatur
dissipetur et fundatur et per quod tota dei ecclesia cuius sunt columpne precipue
eorum peccato exigentibus pereat Et quia vita casta est via artissima
quod quis difficulter incedit sicut habetur dis. xxviii. de his et xxxiii. q. v.
et ne salvabitur. multum est custodiendum in hac via castitatis ne latens hu-
pudicitie subintret sub colore omnis domestice. quia parva ab hoc viro se
divinis licet non sit valde que ut dicitur l. dis. quia tua. Quare nec tunc
feminas in domo retine. quia non potest cum deo toto corde habitare qui feminas
amplexibus copulatur. femina enim consciam secum habitantis esurit xxxii. q.
hospitalium Cre et bene Aug. non consentit habitare cum sorore sua d. q.
cum sorore mea sunt sorores non sunt lxxxi. dis. legi quod bene Aug. et sunt
verba bene Greg. hec igitur si sunt periculosa inter quibuslibet continentibus vivere
volentibus et debentibus inter dominos sapientes. quia melior est virginitas viri quam mulier
bene faciens glo. ad misericordiam habendum. quod et inferiore bene facere et si in
mali facit vir tunc infamiam et suspicionem mali incurrit a viro non iniquo vir
quod extimum et sui recogitando multo magis periculosa sunt hii domini Card.
super quos singulorum oculi diriguntur et respiciunt et quod ab ipsis fieri cernitur
de facili trahitur ab aliis in exemplum quod sepe contingit quod eadem hora homines pro-
siti et voluntatis videntes maiorum mala vitam et actus resilunt ab
incepto ymmo quod concrepant divinitus penitus in complectis inter Idem bene
Greg. super Ezechielem xxiii. q. i. Cum bonum videatur ergo dominus Card. et persona
si scandalizans homines mala sua vita peccat graviter et delinquit quando
ille delinquit qui totam scandalizat ecclesiam ymmo decorem hominum et universa
fidem minuit destruit et offendit Et sic super dixi credo de hac materia

pauca verba sufficiant quo ad peritos ac prudentes Et si diffusius dixi quam oportuit ad
futuros sed longinquos eventus quos pyssimus deus avertat

Postquam dixi de temptacione delectacionis que sunt secundum gustum et tactum de illa que
est secundum visum videtur aliquid dicendum In libro enim de natura animalium dicitur quod vi-
sus precedit auditum et auditus holofacium et ideo primo videndum est de visu ac eius intem-
perancia. cuius intemperancia eo est periculosior quo in remociora se extendit Unde
et sacra scriptura in multis locis prohibet visum incircumspectum et incustoditum
Ecclesiastici ix scribitur ne respicias mulierem multivolam et in eodem virginem ne conspicias
Item noli circumspicere in vicis civitatis Item non circumspicias speciem alienam et ibidem
xxv ne respicias mulieris speciem Non enim saciatur oculus visu et auris auditu
Qui enim obturat aures suas ne audiat sanguinem et claudit oculos ne videat
malum iste in excelsis habitabit Ysa xxxiii. Oculi enim incustoditi capiuntur
predonibus Trenorum iii oculus meus depredatus est animam meam Et ideo sic predones
multum sunt timendi quia spoliant et occidunt ita et vagi oculi Juxta dictum beati gregorii
super illud Genesis vidit mulier quod esset bonum etc dicentis deprimendi sunt oculi a
lascivia sue voluptatis quasi quidam raptores ad culpam Non enim Eva lignum
vetitum tetigisset nisi prius incaute vidisset et ideo sequitur quod aperti sunt oculi
eorum scilicet concupiscencie maxime ergo est necessaria custodia oculorum per quos
homo capitur ligatur vinculatur occiditur et maculatur Namque quedam est gwerra inter
duo regna locata que sunt in confinijs aut terminibus vel marchijs sunt precipue ob-
servanda et tuenda. et potissime si sunt debilia et infirma est autem talis
gwerra inter regnum anime vobis percepta. et rex est racio racionis et regnum mundi
cuius rex est humani generis persecutor. et inter ipsa regna est bellum continuum
in nostrorum cordibus peccatorum enim non bellant. sed cito se captivos reddunt
et suadebunt sensus vero interiores ad regnum anime pertinent. ea vero que monent
eosdem ad illicitam delectacionem et agunt de regno mundi sunt. et quia ista duo
confinia et tenent ista regna. maxime circa ista est custodia necessaria. quia si delec-
tabilibus sensus resistitur amplius regnum anime non intratur Si autem non resisti-
tur et hec delectabilia sensus regnum regnum anime intrant voluntate alliciunt pro-
vocant consensum appetitum affectionem et intelligenciam secum trahunt. ut tandem
confederentur scilicet senatoribus et consiliarijs omnibus regni anime finali perpetuum
a racione capiunt et secum trahunt que omnia preveniri potuerunt Si in principio
sensuum adhibita custodia optima verum quia inter omnes sensus visus est debilior
quia citius vincitur et attrahitur et eius organum facilius leditur Juxta
dictum aristotelis libro xii de animalibus c. vii dicentis quod quia natura oculi est creata
ex humiditate indiget custodia. quare custodia sibi est tradita et non auri
Auris enim non habet custodiam qua sensus ipsius claudatur et custodiatur sicut o-
culus unde et ex natura homo claudit oculum et non voluntate si aliquid timet
nocivum oculo provenire unde et custodia oculi vel visus maxime est habenda
Beatus enim gregorius loquens in moralibus super illo verbo Job pepigi fedus cum oculis meis
sic dicit ut cogitaciones cordis caste servare potuisset fedus cum oculis pepigit ne
prius incaute aspiceret et postmodum invitus amaret Et alibi dicit Ne ergo quod
lubrica in corde versentur prudendum est nobis quia intueri non debet quod non
licet concupisci Unde et de democrito dicit agellius quod cum ditissimus esset ac prope
summus civibus relinqueret atheniensis perfectus est et ubi oculos sibi eruit ne vegetacionis
totius habet Tertullianus vero dicit quod ideo se excecavit quod mulieres sine concupiscencia
aspicere non poterat. eligens magis vincere oculos eruendo quam per ipsos vinci ad-
senciendo Et ad hoc sonare videtur verbum salvatoris Mathei xviii dicentis Si oculus
tuus scandalizat te erue eum et proice abs te Unde et beatus Augustinus libro de fide christi-
ana dicit quod impudicus oculus impudici cordis est nuncius xxxii q v Nec solo
habetur etiam in regula ubi religiosos instruit in hec verba oculi vero et si
iaciantur in aliquam feminarum in nulla figantur Neque enim cum proceditis
feminas videre prohibemini sed appetere vel ab illis appeti velle criminosum est

⁊ ideo quantum ad visum ac auditum ... dabilis est ... specit ⁊ custodit ... visu ac auditu

Et in li° confessio. sic loquitur Resisto seductionibus oculorum meorum ne implicetur
pedes quibus gradior viam tuam deus meus et erigo ad te invisibiles oculos
et tu evellas de laqueo pedes meos Si ergo est necessaria omni homini custodia oculorum
maxime clericis dis. xxiiij. hijs ergo et si omnibus clericis maxime dominis Card. quorum
maturitas ceteros eo amplius debet precellere quo amplius ceteros precellunt honore et
dignitate ut gravitate et stabilitate oculorum ipsorum gravitatem declarent et ostendant unde nec spectaculis aut pompis interesse debent ubi de hijs ergo

Dicto de temptacione visus de temptacione auditus eadem videtur nunc dicendum
quia ipse diffusius se extendit quam olfactus et gustus et maioris visus et magis discretivus et nobilior quia est disciplinae capax Auditus ergo est a multis temperandus et restringendus a musicorum delectacione a mulierum colloquiorum a proximi
detractione a simi[li]ter commendacione a turpium narracione. Primo dico a musicali
delectacione Job xxj. dicitur Tenent tympanum et cytharam et gaudent ad sonitum
organi. ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt et ysa. v.
Cythara et lira et tympanum et tibia et vinum in conviviis vestris et opus domini non respicitis Antigenus allexandri pedagogus cytharam fregit adiecitque dicens etati tue iam
regnare convenit pudeat quod in corpore regis luxuriae voluptates dominantur Sed forte
dicetur. supra suasisti illam modo dissuades Respondeo quod musicalem modulacionem dissuadeo que
ad lubricam ad carnis saginate et lascivie delectacionem ad voluptatem et ad mulierum
concupiscentiam et que sine scandalo audiri non potest. Non autem dissuadeo illam quae est ad
carnis vexate refocillacionem et spiritus animalis non vitalis ut predicti faciunt sed animalis
dico spirituum recreacionem et fortificacionem apud quos et per quos exercentur apprehensiones et visiones corporales et intellectuales quibus vexatis ultra vires per nimiam exercitacionem vacacionis et investigacionis ac discursus sollicitudinem ad bonum consilium dandum declarandum et remedium predicte occulte adhibere paucis secretarijs
audientibus pariter detur melodie. et in hoc sensu non dissuadeo. Et tamen nec in conviviis

Ulterius dico quod auditus est restringendus a mulierum colloquio quia sermo mulieris
est quasi rethe ad capiendum animas. De mulieris enim fallacia scribitur prover. vij. mentitur enim sermonibus suis audientem Est enim colloquium mulieris sicut ignis cui quanto
quis approximatur amplius magis ardet ecc. ix. scribitur Colloquium illius quasi
ignis cum eo ardet expanditur et exponitur quando amplius quam ignis fovetur et
nutrit Est etiam colloquium mulieris quasi gladius acutus et absinthium amarissimum prover. v.
ne intendas fallacie mulieris favus enim distillans labia meretricis et nitidius oleo
guttur eius novissima autem illius amara quasi absinthium et acuta quasi gladius biceps
Verba enim mulieris mitia sunt hominis audientis ecc. ix. Cum saltatrice ne sis assiduus
nec audias illam ne forte pereas in efficacia illius Et quia nimia est efficacia
sermonis illius ad incitamenta libidinis suspecte est cavendum ne tali sermoni nisi certis de
locis et tempore caveat si totaliter locucio vitari non possit ubi nulla verba incitamenta possit
ruminari sicut patet xxxij. dis. In omnibus Et quinto est prohibetur cohabitacio mulierum maxime clericis sicut patet xxxij. dis. hospiciolum et in multis alijs capitulis eiusdem
est mulierum commensacio et eius colloquium satis accidunt. sic vinum est vitandum et aliud
utrumque est vitandum Conciliabulum autem mulierum prohibetur familiaritas et conversacio patet
xxxij. dis. Interdixit et duobus capitulis sequentibus et dis. xxxiiij. Quorundam
dis. xli. clericum et omnibus que capitula illius distinctionis et xviij. q. ij. Cognoveramus et iiij. capitulis
sequentibus Causa autem quare cum mulieribus conversari non expedit satis tangitur
lxxxi. dis. oportet ubi dicitur sunt enim commoniciones habitacionem inter diaconum et mulierem
antiquus hostis stimuli non desinit Caveat ergo dominus Card. cuius monet apostolus vocem
non vituperetur ministerium eorum Cave enim oportet ab illicitis ut nullus ad dominum
valeant manus levare quia scriptum est. sancti estote quia ego sanctus sum Si quis
vero presumpserit aliter agere sacerdocij honore fruetur unde omnimode caveat
ut ne fallatur pluribus diutius satis precium pretendit locutus hominis et mulieris do...
est familiaritas fovetur mulieris ... oportet et sunt verba b. Gregorij loquentis in secunda
persona. et quia hic est credo non multa esse dicenda dimitto ad alia

Ulterius dico quod auditus est restringendus a proximi detractione Ore enim detractio

sit ad nocendum al' non esset detractio sed esset ad profectum et utilitatem. quia detractio
dicitur quasi de alio trahere sed ipsum audientem vel illud quod sibi convenit honoris
et huiusmodi. Vitanda ergo est detractio non solum in lingwa sed eciam in aure
seu auditu. quia si audiens non esset nec loquens esset. Omnis enim qui loquitur alteri
loquitur. et si alter non audit ipse audit ita quod detractio non est sine auditore
cum nemo ipse non dicatur detractor nisi in alterius auditum. quia nullus alicui
detraxit apud semetipsum. Auditus ergo detractionis inclinus est restringendus. quia ne-
mo invito auditore libenter refert. vi q. i. Ideo merito ubi eadem inter detrahentes
detractionis auditor computatur. Quapropter sapiens multum dissuadet auditum detra-
ctionis ut est illud prouerbiorum iiii. labia detractionis sint procul a te. ibidem xxiiii. cum
detractoribus ne commiscearis. quia repente consurget perdicio eorum. et illud
ecclesiastici xxviii. Sepi aures tuas spinis et noli audire lingwam nequam. Unde
et beatus Bernardus dicit detrahere et detrahentem audire quod eorum dampnabilius sit
non facile dixerim. Renera et si omni homini sit periculosum audire detrahentes
potissime tamen hoc periculosum existit dominis Cardinalibus quia et ipsi intersunt ut supponitur
diversis consiliis promocionum. Et si aliqua audiverint fere nunquam bona de quo-
cumque promovendo vix tacere possunt quin apponant vel saltem non consenciant
et aliquem contra conscienciam aliquem forsitan ex displicencia aliquem in favorem alterius
promovendi aliquem in tedium promotoris et promovendi. Et si tunc illa detractiones sint
nunquam vera vel saltem fuerunt ipsis narrata per detrahentes innocenter quamvis
impeditur vel saltem emendatus dicitur et infamatur. De quo dominus Cardinalis
possit habere preciam conscienciam quod innocentem vel saltem occultum peccatorem for-
sitan emendatum impedivit et tam localiter et coram capite toti curie et tot
illustratis personis tam enormiter diffamavit. Cum enim nocivum est audire de-
tractiones satis declarat beatus Augustinus qui hos in mensa versus descriptos habebat
Quisquis amat dictis absentum rodere vitam hanc mensam indignam noverit
esse sibi. Caveat ergo dominus Cardinalis ne faciliter credant detrahentibus. ymmo nec eis
aurem prestent. Inquantum si sint levis opinionis detrahentes attendentes quod et ipsi
fideles sunt nec malivoli eis parant. ymmo ex eo quod apud ipsos credenciam inve-
niunt detractionis materiam sumunt de eisdem ut verificetur illud quod scribitur
vi q. i. Ideo merito ubi inter alia sic dicitur. sciant subaudi detrahentes quia cuncta
que de aliis loquuntur sua sibi iudicabunt. i. similiter sum iudicii ex ore aliis
aministrant. Attendant ergo domini ne et si audiant saltem de faciliter non credant
conscientes si placet quod et
nec illa producant in palam que in angulis proferunt. Advertentes si placet quod et
manifeste in Consistorio narrata sepe inveniuntur nunquam vera. Quare si oportet
audire expedit condicionem narrantis scire. et quia possibile est quod narrans bone
condicionis cognoscitur. expedit omnino inquirere a qua persona audiverit circa-
stancias ... in honore tam letaliter quibus ledantur. Scio hominem bone opinionis pro dignitate
sua qui per aliquem levissime opinionis apud notos dominos Cardinales fuit graviter infamatus
et non obstante infamia tam levis hominis eadem infamia fuit per aliquos
dominos tamen dilatata. quod infamato tante tristicie causa fuit quod cum ... Romam optaret
inclusum se vidisse licet tamen eodem tempore promocionem bonam recepisset. ymmo credo
quod ex tristicia in viribus defecisset si aliquis de suis primitatibus consolacionis
fomenta ei minime ministrasset. Non ergo sit aures detractoribus prestandi faciliter. quia
non solum reus est qui falsum de aliquo profert. sed eciam is qui aurem cito criminibus
prebet xi q. iii. Non solum. et si prestant aures saltem audita ... leviter non narrent.

Quarto est restringendus auditus quo ad sui ipsius commendacionem quia nichil aliud est
quam auditus adulacionis qui eciam est valde periculosus et nocivus. Nam beatus paulus
i ad Thessalonicenses ii° dicit Neque aliquando fuimus in sermone adulacionis sicut scitis neque in
occasione avaricie deus testis est. adulacio enim quoddam rethe est invisibile ad
capturam animarum per diabolum. Quia blandis fictisque sermonibus loquitur rethe expan-
dit proximo suo. quem ergo expandit et exponit aure adulacionis cito capietur
ab eis. Nec recte permittit adulacio peccatorem converti a sua via prout satis dicit
beatus Augustinus loquens super illud psalmi. Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue etc.

sic dicens hec e ira dei magna ut desit correctio et assit adulacio adulatium lingwe alligat animas in peccatis delectat enim homines ea facere in quibus non solum non metuitur reprehensor sed adulator auditur Et huic concordat glo. super illo verbo luc. xi. ve vobis ad hunc dixerit dicens Magna pars pene est peccatis sua scelera modo non argui sed insuper quasi bene gesta laudari Et super illo v ps. Deus in adiutorium meum intende dicit beatus Aug. plus nocet lingwa adulatoris quam manus persequutoris et eccl. vii. Melius est a sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi et ysa. iiii. popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt Adulator enim dicit adulatum quasi ad suspendium ad precipicium inevitabile ipsum enim assimilant ducentibus xpm ad suspendium montis ad precipitandum eum luc. iiii. Clericus est ergo adulator quia nullus capitalior inimicus. blande enim loquitur nec curat vera sed grata non valencia sed placencia Et ideo necessitatis tempore deserit amicum quia simulator ore decipit amicum suum pro. xi. Quare aures non sunt prestande adulatoribus quia signum est vanitatis et superbie in homine adulacio Et tales maxime erunt boni in quibus sex presidentes. quia communiter superbi sunt et diligunt vanam laudem alterius inbibens laudi et bonitati. et si eis aliquis equaretur eiusdem communiter equaret. Igitur et dominus Card. tales a se debet abicere qui eorum auribus laudes propias nituntur inserere Et quia ipsi proditores existunt falsa simulacione pretendentes decipere tamen et placere qui eos esset degradandi iuxta eccl. xl. xi. Ca. Omnis adulator proditor. proditio enim fit inopinate et ab homine inopinato Sic revera adulator hostis inopinatus si placet adulator tunc inopinato decipit amicum suum Cum ex eo quod placet adulacio credimus amicus. et quia adulacio statim non ferit eum minime creditur adulatio mentem elevat et in superbiam extollit vnde et michi miseris pastore quam qui luporum .i. malignorum laudibus gloriatur Ecc. xxxiii dicitur michi Quod attendens sapiens salomon quod platus diligens adulaciones oportet apud se malignos habere ministros. quia certe ille non sustinet Nam sibi loquentem et dicentem sic Dixit princeps qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habebit impios mediam honoris sui vel quod habet non diu retinebit Effugiat ergo sicut venenum tanti domini prelati adulatores advertentes eorum decepcionem et dolum. sicut Socrates cuidam adulanti vnde inter multos perficit adulator ad te intelligam et si sciret possit vix vtiliorem rem scio quam quod quilibet ipsorum vnum haberet secretarium de quo confideret quod esset homo discretus racionabilis et iustus qui sine timore et absque offensa singulis diebus dicta referret domino suo secretius que audivit oblocucionibus et detractionibus et quod super hoc etiam haberet curam investigandi et audiendi personas quod personas a quibus talia sunt audita nullatenus noscentur. Vix enim est quis tam durus tam elatus tam superbus tam stolidus et vanus qui monet si continue audiret et sciret oblocucionum sibi verba et tales secretarios ut ipsa corda deberent diligere et pro omnibus honorare et etiam promovere

Quinto et ultimo restringendus est auditus a turpilogo. hoc est turpiloquium est multiplex. Nam turpiloquium consistit in blasphemiis in periuriis in maledictis vel maledicciis in quibuscumque dictis contenciosis in scurrilibus et lubricosis. Certe blasphemia est turpiloquium quia turpiter loquitur qui vertit nomen dei turpiter et inverecunde recipit in ore suo membra ipsius nominans que nominare est indecens et verecundum eius corpore vel saltem esse debet. et ista vocatur blasphemia propter ista licet hic dicitur vitentur a domini Card. non tamen sufficit nisi etiam vitentur ab eorum familiaribus et servitoribus. quia valde periculose tales sunt in domibus quibuscumque. maxime ergo in domibus dominorum Card. Deus enim iustus iudex tempestivam et inopinatam de talibus exigit vlcionem levitici xxiiii scribitur Ecce egressus filius mulieris israhelitis quem pepererat de viro egipcio et iurgatus est in castris cum viro israhelita. Cumque blasphemasset nomen domini et maledixisset ei adductus est ad moysen. miserunt eum in carcerem donec nosset quid vellet dominus. Qui locutus est ad moysen dicens Educ blasphemum extra castra et ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius et lapidet

cum pplus punisus et deus promulgauit legem de pena blasphemorum dicens
hs qui maledixerit deo suo portabit pctm suum et qui blasphemauit nomen domini
morte moriatur et lapidibus obruet eum omnis multitudo ppli hinc eciam refert btus
Gregorius in dyalogo quod quidam Rome tenerrime dilexit puerum suum quinque an-
norum qui assuetus erat blasphemare nomen dni quando animo eius aliquid
obstitisset quodam vero cum pater eius teneret eum in brachiis clamauit puer
venisse homines qui eum tollere vellet qui cum hoc dixisset eciam blasphemauit
et blasphemando animam reddidit quam blasphemiam si deus in puero tenero tanta
punire voluit et vlcisci multomagis in adultis multo magis in hiis qui de eius
patrimonio sumunt stipendia copiosa sicuti sunt non solum dni Card verum etiam
eorum familiares et seruitores. omnes enim viuunt et nutriuntur quottidie de pa-
trimonio ihesu xpi. quare multum a dnis est cauendum ne tales in suis domi-
bus commorentur Ista enim est contumelia illata creatori quam deus vindex eciam
tpe non dissimulet. Ideo sic dni Card non dissimularent contumeliam alicuius sui vini
multomagis dei contumeliam dissimulare non debent Certe signum est parue fidei
in blasphemante et blasphemiam audiente vnde et inquisitores in aliquibus par-
tibus procedunt contra tales parum enim credit in deum qui blasphemat parum
in futura vita quam iustus expectat vel penam in sacra scriptura que tales
condempnat vnde mt xii scribitur Qui autem in spm sctum blasphemias dixerit. neque
in hoc seculo remittetur ei neque in futuro dis. xxv. Qualis hinc dominus at
in hoc seculo ... violator sponte sacrorum canonum blasphemiam in spm sctm committit et non solum
violatores sponte sacrorum canonum blasphemiam in spm sctm committit et non solum
presumptores aut actores sed eciam consentientes presumptoribus. talis enim presumpcio
manifeste vnum genus est blasphemantium spm sctum xxv q. iii. violatores Ca-
ueant ergo dni quod talibus blasphemiis eos tenendo consentire minime videantur
ipsos aliquatenus audiendo nec et ipsos vlas dimiserunt actoribus pari pena constringat

Ulterius dico quod piurium satis est turpelogium. quia ipsissimum est fedare deum
et maculare. quod non est fedabile aut maculabile peiores nam Iudei enim
crucifixerunt xpm sibi inferentes malum pene. piurans autem vellet deo in-
ferre malum culpe quia ex eo quod iurat per deum pro sue veritatis testimonio inuocat
et adducit. sicut cum iurat falsum pariter deum pro sue falsitatis et piurii testimonio
inuocat et adducit tamquam pro veri testimonio. Unde enim secundum btum Aug iurare
sit deum in testem adducere et inuocare. ipse qui falsum iurat deum in testem false
inuocat et adducit Non ergo mirum si deus prohibuit exo. xx. sub precepto
dicens Non assumas nomen dei tui in vanum in ob tyrum Non est mirum si deus
maxime odit hoc peccatum zacharie viii vnusquisque malum ne cogitetis in cordibus
vris et iuramentum mendax ne diligatis. hec enim sunt que odi dicit dns. que ibidem
v. cum dixisset zacharias volumine volans. dixit ad eum dns. hec est maledictio
que egreditur sup faciem omnis terre. quia omnis fur sicut scriptum est ibi scilicet de libro
volante iudicabitur et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur educam illud scilicet
volumen dicit dns exercituum et veniet ad domum furis et ad domum iurantis
in nomine meo mendaciter et consumet eam et ligna eius et lapides eius Caueat ergo
dni Card ne multum iurantem teneant in familiare. quia non est sine delicto hic
homo nec est sine plaga vnde et dns Cardinalis punire posset et plagari do-
minus eius iuxta dictum sapientis eccl. xxiii. vir multum iurans replebitur ini-
quitate et non recedet a domo eius plaga Non ergo permittat dni coram se
iurare. quia deum offendunt et piculum sibi parant et infamie occasionem sibi prestant
qui enim infamem audit et tenet satis seipsum suspectum facit. sicut ois piurans est
suspectus et infamis vi q. i. Infames ergo a nullo teneri debet seu audiri Et si de
piurio clare non constat presumendum est contra iurantem facile et sine causa quod cito cadit
et a veritate recedet. quia in multiloquio non deest peccatum. Et si multum loquens
cauere ~~sibi~~ non potest a pecco multo minus multum iurans

Ulterius dico quod tercium maledicciones est turpelogium. maledictionem autem hic intel-
ligo et voco imprecacionem mali. contra quos scribit apostolus ad Ro. xii. benedicite
et nolite maledicere. Et btus petrus i pet iii. Non reddentes malum pro malo
ad hoc habemus exemplum saluatoris. qui cum malediceretur non maledixit i. pet. iii.

Cauede g° sunt maledictiones que plerumque ex irato procedunt animo. quia neque maledici neque raptores regnum dei possidebunt .i. Corinth. vi. Jmmo sepe contingit quod maledictiones veniunt super capita maledicentium prout dicitur prouerbiorum xxvi. sicut auis ad alta transvolans passer quolibet vadens sic maledictum frustra prolatum superueniet in quem missum est illud xi. q. iij. illud Et dicitur maledictum frustra prolatum ad quam illiud quod iniuste et secundum diuinam iusticiam profertur ut est illud Actuum viij. pecunia tua tecum sit in perdicionem. tale enim non reuertitur super maledicentem sed venit super patientem iuste quando vero sine causa profertur iuste in maledicentis caput reuertitur et retorquetur et in hoc sensu loquitur dicens ysaac ad iacob filium suum dicens Qui benedixerit tibi sit ille benedictus et qui maledixerit tibi maledictionibus repleatur Gen. xxvij. Et illud maledicam illi et tu benedices dicit ps. et illud Matth. v. Beati eritis cum vobis maledixerint homines Maledicere ergo quod est mali imprecacio vel mali optacio nulli debet fieri creature. nisi secundum quod dixi supra utpote quod fiat sibi iusticia secundum suam culpam et sua demerita In quo sensu dixit petrus symoni mago pecunia tua tecum sit in perdicionem .i. in eam perdicionis causa ipsa defraudacionem peccatum meruisti. Vitande ergo sunt maledictiones et maxime a superioribus quia et verecundiam est in ore prelati maledictionis verbum. Verba etiam superiorum sunt maioris efficacie sicut et parentum et sepe contingunt. et etiam sepe in maledicentes reuertuntur Tamen precipue dominus Card' multum cauere debet talia verba. que quidam iocose proferunt dicunt non Card' est et debet esse tante maturitatis. quia talia verba ipsum non decet quomodo nisi secundum dei iusticiam et zelum dei non autem ex irato animo aut turbato sicut et ista bene distinguntur xxiiij. q. iij. cum ergo ea fit. quia certe aliud est quod fit ex leuitate vel ira quo quod alibi dicitur maledictum leuiter retractandum de quo dicitur ij. q. iij. Si quis iratus xxv. dist. vnum orarium in fine Ad aliud fit ex consuetudine ioco vel voluptate ubi de xxiiij. q. iij. qui negligunt aliud ex odio. vt videtur ad sancti viri in fine aliud cauendum sic in preteritis casibus non ergo Et illud solum concedit bonis cetera prohibentur | cohibere debet dominus linguam et auditum quia per verbum conuicii

Alterius dico quod conuicium et opprobrium. absit ergo
Uitandum est periculosum et que etiam loquenti et placenti plures enim quamuis portant verbum conuicii quam manum percucientis Multum enim tangit cor lingua conuiciantis iuxta illud Eccli. xxviij. Flagelli plaga liuorem facit plaga autem lingue comminuet ossa et ideo sic est abstinendum a percussione baculi quem liuorem facit sic a percussione lingue que rancorem facit et etiam eo periculosior quia amiciciam veram dissoluit que nunquam tam completa et pura reparari potest vnde et Eccli. xxij. dicit mittens lapidem in volatilia deiciet. sic qui conuiciatur amico dissoluit amiciciam putatur enim multa quod tacito obliuioni tradatur. et quod pristina amicicia clauus resurgat et remoueatur. quod certe non est prout satis apte subditur post premissa in hec verba ad amicum. et si produxeris gladium non desperes est enim regressus ad amicum si aperuerit os triste non timeas. est enim concordacio excepto conuicio et improperio et superbia et misterii reuelacione et plaga dolosa In hiis omnibus effugiet amicus et est eo periculosius quia homo assuescens hiibus sicut sunt nonnulli qui talia faciunt ex consuetudine sunt tantos iocos de facili hinc dimittere non possunt ymmo sepe ex assuefactione verba proferunt in signa solacii que postea multum penitet emisisse et hoc etiam optime sapiens videtur quod tangit c. xxiij. cum dicit homo assuetus verbis improperii omnibus diebus suis non erudietur Et quia homines assuetus non valent a talibus que faciunt ideo nec alii abstinere a consilibus inferendis iuxta illud prouerbiorum xiij. Impius confundit et confundetur Vnde et saluator prohibuit sub pena inflaccionis et afflictionis gehenne dicens Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis Signum enim est impietatis et peruersitatis quod quis linguam a conuicio refrenare non potest Juxta dictum sapientis prouerbiorum x. labia iusti considerant placita et os impiorum peruersa Et certe dominus vel alios talibus sepe non decet. ut sicut nonnulli alios conuiciantur. ita et ipsi viuunt lamentabiliter in pena. quod eius sermo conuicii causam prestat de quo satis dure loquitur sapiens Eccli. viij. dicens Non despicias hominem auertentem se a peccato neque improperes ei memento

quoniam omnes in corrupcionem sunt. Sed quid dicam de quibusdam iniquis qui sub correccionis
specie exorbitant indiscrete obiurgantes suos subditos et comminantes intantum quod plus
tyranni quam corrigentis figuram gerunt. Credunt enim talium oblivisci cum cessat
colera spiritus sedantur. Eciam turbato animo satisfecit. Sed certe lesus et comminatus
non obliviscitur, pari modo proximo sepe talia vicia propter rancorem causam prestant.
Caveant ergo domini Cardinales ut de facili ad convicia non prorumpant, quia multum
dedecet eorum statum qui morum gravitate pollere debent. Neque eciam sub specie corre-
ctionis prorumpant in contumelias et convicia quia mediocris est correctio in ore con-
tumeliosi Ecclesiastici xxxvii. Et sicut dixi propter recordacionem que apud multos con-
viciantis verbum. Quare eciam vehementer frangit amiciciam nec ipsam perfecte reparari
permittit. Ideo convicium maxime est vitandum. Seneca dicit in tractatu de amicicia
moneri et monere est officium vere amicicie, ita tamen quod adulacionem careat admo-
nicio et contumelia obiurgacio. Cui eciam concordat illud Proverbiorum xxvii qui suavem
conviciatur [?] modeste amonicionibus suis relinquit id est dimittit vel postponit
contumelias et certe predicta eo amplius sunt postponenda a tantis patribus quia ex-
plures tanta bona amicicia et armonia mencium per convicia potest dissolui, quia con-
vicium est causa maledictionis et maledictio causa mali vel dure responsionis et dura
vel mala responsio causa iracundie et turbacionis, causa dissensionis et dissensio causa
inimicicie et rancoris. Unde et beatus Augustinus dicit quod tunc maxime humanum iudicium
fit maledictum prosilire ad forte convicium aut iniurias provocatur xxiiii q. iii. Deus
sit maledictus prosilit ad sorte conviciis aut iniuriis provocatur. Et proculdubio vi-
rum maledicit. Et sicut vitandum est convicium in loquela sic et proculdubio vi-
tandum est in auditu quia nullus invito libenter loquitur. Quare sicut domini Cardinales
non decet ad convicia accommodare linguam sic nec decet eos conviciantibus alios dare
aurem iuxta dictum beati Jeronimi in epistola sic loquentis: Semper linguam tuam et bonis
loqui assuesce et audire tuas ad bonorum magis laudem quam ad vituperacionem malorum
accommoda. Et alibi Non licet tibi alterius vituperacionem audire, quia ipsam nec ab
aliis optares aut fieri velles tibi.

Ulterius dico quod vitandum est turpiloquium contencionis. Turpe enim est et confusi-
bile maxime viris bonis et libratis aut in statibus constitutis contendere
verbis. Nam honor est homini qui separat a contencionibus Proverbiorum xx. Contendere vero
ignominiosum est id est turpe et Seneca dicit. Muliebre est. Est enim contencio
signum stulticie iuxta illud Proverbiorum xviii Labia stulti immiscent rixis et illud Proverbiorum xx
Omnes autem stulti miscentur contumeliis. Est eciam signum pravitatis iuxta illud
Proverbiorum xvi homo perversus suscitat lites et illud Proverbiorum xxvi Sicut
qui apprehendit auribus canem sic qui transit impaciens et commiscetur rixe
alterius. Est eciam signum malicie iuxta illud Proverbiorum x Semper iurgia querit malus.
Et econtra pax et dissimulacio aut taciturnitas sunt signa bonitatis et magni
meriti apud Deum. Legitur enim de Machario abbate in Vitis patrum quod ad multos
labores et tempora impendisset in operibus perfectionis et merita sibi tandem fuit
dictum nondum ad mensuram duarum mulierum pervenisti que habitant in hac proxima
civitate. Quas cum quesisset intrans civitatem didicit quod cum essent uxores du-
orum fratrum unius habitacionis per xv annos verbo vel facto inter se non fuerant
conturbate. Animus enim pacem amorans nescit lites. Unde in Vitis patrum legitur quod
duo heremite statuerunt inter se litigare. Nondum enim cognoverant quid esset contencio.
Qui laterem in medio ipsorum collocantes pro eodem discrepare et disceptare conabantur.
Affirmante igitur uno et dicente later est meus respondit alter spero quod sit meus. Cui ille
dixit primus: Non tamen sed utique est meus. Ad quam vocem statim respondit secundus: Si
tuus est tolle eum. Et sic cessaverunt verba nec contencionis materiam habuerunt. Nos
enim quasi gravius intus facimus tam periculosam rem que esse contencionem cotidie
ipsam suscitare et procurare conatur. Nam sic docent imperiales Cronice tempore
Henrici tercii cum idem imperator piissimus ecclesie cultor et dilector Maguncie primo
anno sui imperii solemnitatem penthecostes celebraret orta fuit dissensio inter
missarum solemnia dicentibus cubiculariis Maguntinensis archiepiscopi quod eius cathedra
in imperatoris dextera debet collocari, a cubiculariis abbatis Fuldensis fuit contradictum
et sic contencionis invicem dantes verba tandem ad verbera pervenerunt. Que tamen

sedata fuerunt statim post non sine dampno et scandalo plurimorum et reconciliata fuit ecclesia
gladiorum quoque ictibus tunc sedata. Cum ergo sequencia cantaretur et clerus hunc versum
devocius intonaret: Hunc diem gloriosum fecisti, vox demonis in aere clare
est audita dicentis: Hunc diem contenciosum ego feci. Quod audiens pius imperator
videnseque clerum et populum versum in stuporem, ita ut ex eadem voce timore magis
intenderent quam laudes sequencie decantarent, iussit sequenciam reincipi et versum devo-
cius tonare, ut malignus spiritus de immissione devocionis non proficeret, quam sua pesti-
fera voce efficere conabatur. Certe si a singulis hominibus est contencio fugienda,
maxime tamen a dominis Card. est utique formidanda et fugienda. Ipsi enim sunt
unius collegii, unius congregacionis, unius consilii, ubi nichil periculosius contencione.
Si enim homines dispares in statu et vita et qui se raro vident et rarius lo-
quuntur mutuo contenderent, lapsus temporis contencionis verba abolet. Sed qui homines
unius status, unius quietis, quorum eciam quietis maxime in communi usu consistit,
nec se vitare possunt quin mutuo se videant et mutuo colloquantur, discordant
et contendunt, hoc de facili non obliviscuntur. Per mortem vero visio imperii fit
renovata (?). Quod optime attendens beatus Augustinus in regula dicebat: Lites nullas ha-
beatis aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium et trabem faciat
de festuca et animam faciat homicidam. Sic enim legitur: Qui odit fratrem suum homici-
da est. Proinde vos a verbis durioribus parcite, que si emissa fuerint ex ore
vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta unde facta sunt vulnera. Hec Augustinus
in regula. Et ysidorus in sinonimis: Contencio fratrum odiorum accendit, pacem cordis
contencio extinguit, concordiam contencio rumpit. Quapropter contenciosi eciam prohibentur
ordinari, quia dum adulacionibus animos principum sibi conciliant et fratribus suis detra-
hendo infamie notam ingerunt vel inter fratres discordiam seminando sediciones
facere indesinenter non cessant. Que omnia in prelatis dampnabilia esse probantur. dis. xlvi.
In primis cap. et c. sedicionarius. Et sicut lingua ab huiusmodi contencionibus refre-
nanda sic et procul dubio auditus obturandus, quia vix cum tranquillitate suscipitur
quod contenciose verbo narratur. Otiosus enim dum contencionem non potest nisi contenden-
tem indebite abiurget vel saltem compescere tenetur sibi ipsi contencionis causam
prestat. Hinc multum sunt fugiendi contenciosi et ab eis aures avertende. Sunt
enim nonnulli qui semper ad talia apponunt aures et aliorum contumeliis delectan-
tur, qui certe finaliter propriam contumeliam non evadunt. Vide sub epilogum (?) etc.

Tercius constringendus est auditus a verbis scurrilibus, que decet dominos Card. dicere
vel audire. Unde et apostolus ad Ephes. v. dicit: Fornicacio et omnis immundicia
aut avaricia et turpitudo nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. Ecce quod non dicit
quod non fiat in vobis, sed dicit quod non nominentur in vobis, id est non audiantur a vobis; sic
decet sanctos dominos Card. qui sancto sanctorum continue ministrant et assistunt. Oculte (?)
enim est indecens hoc pati non solum in lingwa sed eciam in auditu. Et certe
signum est lascivie mentis qui talia libenter audiunt vel loquuntur, quia ex
sillabis proveniunt sillabe et ex verbis verba et ex verbis cogitaciones et ex cogitacionibus
nephanda facta. Cum enim assweverit turpia loqui, paulatim pudor ab ipso lo-
quente vel ex audiente recedit, ita quod aliquando quod est verecundia et pudor consuetudine
solacium reputatur. Sunt enim nonnulli qui talia verba libenter loquuntur vel audiunt
ad finem ut solacium et risus sequatur ex eis, quod certe magnus est error et
turpitudo audire turpia propter risum. Unde extra i. dis. Risum repudiate, id est de re pude-
bunda vel pudoris plena, sicut est verbum scurrile. Illud enim verbum plenum erroris
est. Deceat enim risus talis de re turpi hominem de qua tristari debet si pru-
dens, si pudicus, si discretus est. Unde Eccl. xix dicit: Amictus corporis et risus dencium
et ingressus hominis enunciat de illo, scilicet qualis sit in mente et qualis in sua in-
tencione. Talibus enim maledicit illud Luc. vi: Ve vobis qui nunc ridetis
quia lugebitis. Ex quibus patet satis apparenter quam periculosus est homini auditus scurrilitatis
que ad risum provocat. Legitur in vitis patrum de quodam sene quod cum videret quen-
dam ridentem dixit ei: Coram celi et terre domino racionem tocius vite nostre sumus
reddituri et tu rides? Caveat ergo dominus Card. a risu tali qui est occasio
turpium et scurrilium verborum, ymmo graviter reprehendere debent sic loquentes.

Et si risus aliquid erupserit no sit ob turpia sz ex boni rumoris placentis deo pce
ptione cu oi tn moderamine. quia fatuus in risu exaltat vocem suam ecci xxi
vir aut sapiens tacite ridebit vnde z btus Greg' i moral ptractans illud Job
xxix. Si qn ridebam sic dt. plat' se debz taliter here ad subditos vt ridere
timeatur. et vertus amari possit ne nimia leticia vile z inordinata seueritas
reddat odiosum. Vitanda e ergo scurilitas qr ve asiuetus ipa tandem no pu
det verbis opera conformare. Non em sine ca dixit Aplus i. Cor. xv.
Corrumpunt bonos mores colloquia pua. Itez ij ad Thimo ii. sermo eoru ut cancer
serpit. Certe aliquis vltenus ad ficm aliquid retrograde ad pam mo canari nec
contentatur vbum scurile in seipo. sed vlterius serpit ad cor ipm monendo
et alliciendo ad tpia ppetranda. Caueda ergo sunt risus inconditi fabule inanes
cantus indiscreti turpes ioci vl' plura ioca di. xliiij Nullus presbiterorum Et qr tra
vba comiter in mensis narrari assueuerunt Ideo pro reuerencia dei et sacerdotum ib
vniusa constituunt synodus vt qr solet accbis mensis ociose fabule interponi
in oi sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. p hoc et aure e
dificantur ad bonu z fabule no necie phibentur. Vnde pro reuerencia
Aliud eciam est necessariu continencia. glosa ne nimium queratur delectacio in olfactu
sz sufficiat attendere quid no necie habeat no quid delectet. Na vidi aliquos
qui iussu aduc alia odorifera portabat in manu aut tenebat in cubili putantes
ex hoc recreari et a corrupcione pseruari qui aliis ciuius clauserunt dies suos
qr certe dem plus vm est qr ex eisdem viuimus et nutrimur vbi et aer purus
qr certe dem plus vm est qr ex eisdem viuimus et nutrimur vbi et aer purus
omi aere vaporali sanior est z in ipo na amplius gaudet et confortatur qd
delectat ea multi no attendunt hoc prodesse credentes quod delectat Timere em
debent qui delectantur in talibus ne compleatur in ipis illud ysa. iii. Erit pro
suaui odore fetor s. infernalis qui e penalis hiis qui ad inferna descederent
iuxta illud ps. Ignis sulphur spus procellarum ps calicis eorum Sunt em tales
similes inseabilibus muscis qui odorem carnium scientes tam auide ad
bulientibus se ingerunt z immittunt quod in ipis sepulti inguntur z moriuntur
Et qr delectatio olfactiua satis coincidit cu hiis que fm gustum afficiunt Ideo
circa pmissa no vidi diucius immorandum. ~~inordinatum appetitum delectandi~~
Et qr ipa continencia no solum refrenat vim z inordinatum appetitum habendi
Ideo nunc ad restringendum habendi appetitum sunt aliq notanda consequenter
quia de restitucione delectacionum e dictum in pcedentibus et quia delectari respicit
voluptatem habere diuicias respicit vtilitatem Ideo de hac vlterius e dicendum
Sz quia infinita qr sunt pter vtilitatem exercetur vsura. que ad dnos Card
ptinere no videntur no intendo circa superflua occupari Sicut qr pter
vtilitatem exercetur vsura exercetur rapina iniusta talia exiguntur in negocia
cionibus fraus committitur munera recipiuntur aduocatorum consilia corrumpuntur
Sz qd hec ad dnos Card no em intendunt vsuris no exercent rapinas no
talliam exigunt no negociantur. nec eis potest competere aduocatorum officium
de quo a muneribus receptione sunt immunes Et qr de hac satis e dixi vbi de
impedientibus boni consilium agebatur. nec hic de hoc amplius loqui volo Sz
qr vtilitas dnorum Cardinalium consiste vr in bnficiorum multiplicacione in sin
cerum eorumdem dispensacione et amministracione seu coadunacione in causarum et nego
ciorum assumpcione Ideo circa temperanciam seu temperamentum predictorum aliqua
dicenda videntur. Sup em tetigi vbi de cura sue prouidencie agebatur. qr mul
tum expedit dnos Card. bnficia no hre dummo alis fm decenciam status
eis possent puideri persuadendum videtur vt multiplicacionem huius bnficiorum vitent
Sunt vero aliqui quod e pcle. et contra istud loquuntur multi z contra pluralitatem addu
cunt multa dicentes ipam dico esse pctm Nam sonus sic dicunt. Talis multi
plicacio fit aut ex nature necessitate aut grauac inclinacione aut vicii corrupcione
non pmi. qr na paucis contentatur vbi et Seneca. exiguum na desiderat. et pº
ad Thimo. vi. habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus Nec est
ista pluralitas appetitus ex gre inclinacione qr gra paucioribus contentatur qz na
gra ipa est aqua frenorum sitim extinguens sicut dicebat xpus Jo. iiii.
Qui biberit ex aqua quam ego do non sitiet in eternum. sup quo v dt b aug

Cum bibit ex flumine paradisi de quo gutta una maior est quam totus occeanus restat
ut in eo extincta sit sitis mundi. Gracia enim dei inclinat ad amorem dei sine qua
esse non potest. Talis enim temporalia vilipendit quare ad pluralitatem beneficiorum ipsa gracia
non inclinat. Xpus enim deus fons gracie et caritatis non docuit pluralitatem benefi-
ciorum sed summam paupertatem. Quare clarum est quod gracia eius ad contrarium sue do-
ctrine minime inclinat. Huiusmodi autem et confirmat etiam experiencia sepe contingente
videlicet quod multi beneficiati videntes appropinquare finem sue vite illa resignant tempore
quo gracia sunt magis indigentes. Nunquam certe oppositum esset expediens si multipli-
citate beneficiorum gracia posset haberi unde et beatus Augustinus dicit: Cum veram fidem
quis non capit in hiis miseriis fieri dives. Pluralitas autem beneficiorum magis ap-
petitur propter divicias quam propter paupertatem. Ex quibus et multis aliis que addu-
cuntur concludunt quod dicta pluralitas solum procedit ex vicio seu appetitu vicioso.
Item dicunt quod de iure necesse est ut habens beneficium resideat in loco beneficii et deserviat
quia de iure necesse est ut stipendia recipiens deserviat apud illud a quo recipit.
Cum ergo qui habet plura beneficia non potest utrobique in loco beneficii deservire quia non potest
esse simul in pluribus locis et ideo cum plura habens beneficia apud ecclesiam a qua recipit
stipendia illa deservire non possit videtur constare quod inique recipitur sibi et tenetur.
Si dicatur quod absens orat et omnia bona facit que presens faceret. Contra ab aliis quod
sic non est beneficium institutum alioquin pari modo omnes canonici possent recedere et
dimittere ecclesiam desolatam et spoliatam omni servicio et officio divino quia non
est maior racio quare unus possit iuste recedere quam alius si eque sufficit ora-
ciones fieri in alio loco sicut in ecclesia ubi sunt talia beneficia instituta. Item ut
pluralitas beneficiorum competit alicui ex eo quod est sanctior et devocior vel quia
quod ad exequendum illud propter quod est beneficium institutum est habilior. Non primo modo
quia sic devociori homini cuique nunquam si scirentur illa omnia possent beneficia conferri
quia quacumque racione duo vel tria etc. quia si devociori aut sanctiori semper esset bene-
ficium conferendum propter suam eminentem sanctitatem. Nec obstaret illi pluralitas in-
finita beneficiorum aliquod alteri conferri posset quamdiu viveret ille. Quia per casum ipse
est sanctior. Et si talis remanet non esset racio quare plus duo quam decem milia.
Si dicatur quod ideo magis competit alicui beneficium quia melius potest deservire quod
igitur unus habebit plura? Nam certe ambo non posset deservire in utraque ecclesia nec
absentis sermo sufficit ut predicitur. Quare etc. Item instituens talia beneficia illa
instituit ad dei laudem principaliter in tali ecclesia et sui et proximorum salute. Sed
plura habens beneficia non potest deum laudare in utraque ecclesia. Ergo per pluralitatem beneficiorum
laus divina minuitur et donantis seu instituentis voluntas et intencio defraudatur.
Apud plures est dubium an aliquis super illis ad eternum finem ordinatis possit
dispensare ut ad aliud finem deducantur presertim quia non videtur in melius
commutandum quam sit laus dei et proximi utilitas que in primo precepto fundatur.
Si dicatur ita absens quemadmodum laudat deum et orat pro proximo sicut presens. Certe
non sufficit propter plura. Primo quia sic possent dicere omnes canonici et ecclesia
maneret sine ministro. Secundo quia melius est deum laudare in pluribus locis quam in uno.
Alias frustra principes nostri et imperatores sic fundassent ecclesias si ad dei laudem et
honorem plus non esset deum laudare in diversis regnis et locis quam in uno tantum.
Si dicatur iste per suam prudenciam subvenit ecclesie ne bona dilapidentur et per quem
ut ministri alii dei laudem possint continuare alioquin tota tota dei laus cessa-
ret si bona essent distracta. Ergo mereretur bene prebendas si singulorum laudes pro-
curat. Concedo casu sed respondeat quilibet quod subvenit ecclesie Gallicane
et Lumbardus ecclesie Alamanie. Immo oculis videmus quod beneficia talium sunt fere col-
labsa. Nec aliquod impedimentum absencium ecclesie ubi sunt beneficiati immo propter
absenciam est totius ecclesie ruina et destruccio ultimata. Immo nec de suis
propriis curant edificiis quin ruant quottidie et collabantur. Item clarum est quod
deus plus laudatur per plures quam per unum. Sed habens plura beneficia alteri subtra-
hit occasionem laudis dei ad quod habens beneficium obligatur. Ergo videtur
quod iuste plura beneficia haberi non possunt a quocumque. Quia nullus tam sanctus est tam habilis

et cum alius una secunda plus deum laudet quam ipse solus. quia ipse bonus est faciat quod potest et alius eius laudem non minuit. Sed hoc parum quod potest apponit ipse bonus non dicat nisi horas una vice et alius non communiter dicat horas si habet beneficium Et sic ambo faciunt ad quod beneficia sunt instituta quod non facit unus habens beneficia Item videtur esse quoddam monstrum pluralitas in habentibus plura beneficia quia oculus unius ecclesie est os alterius ecclesie. quia archidiaconus unius ecclesie est cantor alterius Item idem est pater et filius. quia possibile est quod sint duo decani in duabus ecclesiis et quod utraque quilibet est canonicus. Et sic quilibet est prelatus alterius et sunt subditi Item eadem arbor diversos fructus facit. quia sic tenetur ad officium unius ecclesie sic et alterius. et eadem vacca ad taurum et equum et sic ultra Item ex ista pluralitate beneficiorum sequuntur multa vicia videlicet gula luxuria vana gloria superbia. et ipsa pluralitas procedit ex avaricia quam sequuntur accidia et mendacia quia si unicum quis habet beneficium oportet illi magis intendere ecclesiam et ecclesiam magis frequentare propter quotidianas distribuciones. Ex quo vero plura sibi sufficiunt ad commodum in absencia amplius non curat aliquo tempore residere. Item ex ista pluralitate multe fraudes committuntur homo dominum ut dictum est qui ex duplici beneficio duplicem servitutem debet habere et non habet nisi unum Item in ecclesiam quam mutilant uno membro et per quod eam debilitat Item defraudat pauperem clericum qui alterum beneficiorum debet obtinere Item vicarium sine curato qui omnem laborem portat. et ille habens beneficium mercedem recipit sine labore Item subditos a quibus decimas et redditus et alios proventus recipit defraudat in eis erga quos debet spiritualia seminare et non facit Ex hiis et multis aliis videtur valde mirabile multis quod habens beneficium sufficiens ad victum suum et sibi necessarium ad victum non ad fastum aliud vult vel curat acceptare maxime a viris expertis utriusque et licitis. quia isti concludunt quod habere plura beneficia quorum alterum sufficiet ad premissa. non sic de illicitis quia pluribus secundum eum de pluribus quia illicitum non sit dispensabile racionabiliter et sic fit dissipacio va et pauperis super ipsa nec dispensacio metuit habere non est omnis cultus dei et proximi caritatis ... habere unicum beneficium curatum nisi in loco Concludit ulterius quod non sit licitum habere beneficium tenetur facere residenciam personalem sui ydiomatis et lingue Item dicunt quod huius beneficium tenetur ipse talis esse quod possit et exercere officium ipsum exigit et requirit et ideo est tenere ipse talis esse quod possit huiusmodi officium personaliter facere et velit et sciat et sic ignote lingue homo beneficium tale obtinere non possit. quia populum necessarium erudire dirigere et docere. Christus non dicebat Oves mee vocem meam audiunt et agnosco eas et agnoscunt me mee Cum autem vox ignoti hominis et alterius lingue possit intelligi non videtur ideo concluditur quod sibi maxime curatum beneficium habere non licet in partibus ubi sua lingua est ignota nisi talis esset qui de facili ipsam posset addiscere. et non hoc esset hoc conditionum excellencia quale recompensaret interim defectum lingue ... et ipse recipiens tale beneficium peccat et conferens. Recipiens ex eo quod obligat se ad id quod adimplere non potest Obligat enim se recipiens beneficium ad officium exercendum quod officium requirit ad quod non est ydoneus homo ignote lingue si curatum existit nec sufficit sibi agere per vicarium quia eadem ... ipsum habere posset et per vicarium deservire. quod forte melius faceret et ordinaret ... ut supra dictum sunt. Peccat enim conferens quia et ipse est acceptor personarum dans persone minus ydonee non ydoneam bene posset habere Respicit enim sic conferens ad persone favorem non ad ecclesie utilitatem. qui enim alicui ecclesie est providendus primo debet attendi utilitas et non persone promocio que preficitur et secundum quod ... officii quod requirit utilitas ecclesie debet providere de personis in beneficiis assignandis Aliter enim dans peccat graviter tamquam infidelis ... commissa. quia ad talia bona sint pro ... debet conferri magis ... quam ei et tales sint meliores pro tali officio quod beneficio est annexum. Agitur ergo.

talis consens cont bonum iustie distribucie que respicit non ad psonas sed ad psone
vita et vtilitate boni coius Nam ad sint bona quia ecclie meliora melioribus
pro officiis annexis bnficiis dari debent ymo peccat cominiter si consens confert
bnficium sufficienti postposito sufficienciori ad idem bnficium promerendum et est
infidelis dispensator quia fidelis et debita dispensacio sm equitate nata-
lem exigit vt melior pferatur ad dependendum illud bnficium. Et si in
parochia esset homines diuerse lingwe pferendus esset ad curatus illius pro-
chie ~~essent homines diuse lingwe~~ qui sciret vtriusque lingwa illi qui
tm vna sciret Ergo iura dicunt qd sufficiat dare bono dupliciter habe-
re intellectum. tale dictum vel enim intelligi pt qd sufficiat dare bono quantum est
ex parte recipientis vel dantis Si ex parte recipientis verum est qd ipse non peccat
qui recipit bnficium si ad ipsum promerendum est sufficiens eciam si ei melior
pponatur quia ad recipientem non ptinet qd ecclie prouideat de meliori
sed sufficiat sibi qd prouideat de bono. i. qd ipse sit talis vt illud facere possit
quod bnficium requirit. ipse enim est capax bnficii si est talis et recipiendo non
peccat si pbabiliter se sufficientem videat ad exercendum officium ad quod ex-
tendum recipiendo bnficium se obligauit. Nec ad ipsum ptinet querere de melio-
ri Si autem dicatur et intelligatur qd sufficiat conferenti vt bnficium det bono in-
telligendum est hoc que ad legem humanam. que eum fetum non vetetat si bo-
no confert dimisso meliori. nec punit hoc fetum propter difficultatem iudicii
de meliori. cum difficile sit iudicare quis sit melior quia etc vnus reputat
vnum bonum quem alius reputat valde malum. et sic ad vitandum maius ma-
lum tollerat iura qd detur bono et sufficienti non tamen propter hoc apud deum
est excusatus tunc tamen agit si meliore que sit postposito pmouet bonum
quia ymmo in districto examine est super eo iudicandus et puniendus Sed etc ista sunt
contra quia cominiter non seruatur et a maioribus et literatis. Quot enim bnficia habent
a multis qui sciunt se indignum posse reside nec intendunt nec sciunt lingwa
pre. vbi habent bnficium multis est notum nec est hic disputandum de ptate dni
nri pape an possit dispensare. et ut fatur tamen qd non possit nec est psumendum
faciliter qd tot literati viri tot bnficia simul retinent si crederent piculum aiarum
ex inde ipsis diminere. licet sepe videatur qd talia bnficia ex conscia resignentur
quando eam satisfiat racionibus aliorum non bene videre Nam legi doctoris tam
iuris scripti quam theologos. et cominiter theologi videntur dicere in duobus casi-
bus esse licitum habere plura bnficia quorum vnus respicit necitatem psone
vt pote quia vnum bnficium non est sufficiens ad victum habitus bnficium. Alius
casus respicit necitatem ecclie. vt pote si non sunt clerici sufficientes primus i.
ducit ad tenuitatem bnficii vt habetur x q. iii. vno c. de. clerici. de. quia
2us casus reducit ad raritatem seu paucitatem clericorum vt x q. i. gi. Cl'icos
insi. Et ad istos casus reducunt isti vt vnus habeat vnam eccliam intitula-
tam et aliam commendatam Et sicut iste vt vnum bnficium alteri anectatur et
sicut iste vt vnum bnficium sit ab alio dependens dicunt ista sunt licita propter
tenuitatem bnficii aut raritatem clericorum et in hiis casibus cadit dispensacio
quae magis pape vocari posset declaracio iuris. in quo casu de se malum et illicitum
possit fieri bonum et licitum Et istos cinques casus tangit Ray. in summa ti.
vt ordinate domini sue sit prebendis appositus. Dicunt ergo theologi qd non est dis-
pensabile licite qd vnus plura bnficia obtineat nisi in duobus casibus
predictis et habent istud pro racione quia ex natura rei et iure diuino bnficium requirit
officium in loco bnficii et ad quem locum tale est bnficium ad dei honorem de-
putatum et propter quod bnficium requirit residenciam psonalem beneficiati. Nec per
aliquid potest excusari a residencia psonali nisi ex necitate altera pdictarum
vel psone videlicet vt bnficium non sufficiat psone vel ecclie. quia non sunt
clerici necessarii et sufficientes. et propter quod in nullo alio casu est dispensabilis
pluralitas beneficiorum propter quod sit quis excusabilis a residencia psonali Item
dicunt Nulla dispensacio valet que est ad diminucionem diuini cultus et laudis diuine

Sz hyis sufficit duobus curiis sui alia dispensacio e ad diminucionem cultus divini
et laudis dei ergo non valet prima racio quia si uni persone dantur duo beneficia que
sufficiunt ad duorum necessitatem tam uni aufertur quam laudis dei tam dimi-
nuitur divinus cultus quia maior est dei laus et cultus divinus duorum quam unius
Si dicatur unus est sanctior unus est literatior perfectior melior quam decem alii nil
refert quia non est tam sanctus in mundo qui non Deum laudare possit quam alius
continuius remissius in sanctitate indevocior in literatura et perfectione etiam decem
laudare potest et sic laus duorum ~~et sic laus duorum~~ semper excedit laudem
unius habeat ergo sanctissimus et literatissimus sufficiens beneficium deum laudare
debet pro beneficio et eo amplius quo amplius deus tantis dotavit eum
dotibus et graciis. habeat et peior beneficium saltem sui victus in die deum
laudare debet. Nec laus peioris minuit laudem iusti. nec est eciam supponendum
quod alter beneficiatus sit peior quia sibi non esset dandum si sciretur Si ergo sanctissimus
et perfectissimus habeat beneficium sufficiens vere contentabitur et si non contentatur
vere iustus non est nec istud nec aliud sibi esset dandum. Item dicitur vel perfecto
viro dabuntur plura beneficia ex eo quod perfectus est vel ex eo quod unum sibi non
sufficit Si primum dicatur omnia beneficia sunt sibi danda donec sit equalis vel
perfectior habeatur Si perfectio persone est sibi causa sufficiens ad habendum plura
Si secundum dicatur tunc coreditur unus casuum supradictorum videlicet tenuitas beneficii. et
in hoc casu non negatur Hanricus li. iii. ca. xiiii. de eta. et quali. Item si et
osti. li. iii. Rº vii. de institucionibus § iii. cuius institui sed de institucionibus et B.
de elec. in glo. super c. dudum circa verbo super ei. vir videtur concordat cum Ro. de quibus
casibus supradictis Wilhelmus vero in glo. super predicto idem dicit de casibus
quod de prebendis Sz Inno. in glo. super c. cum iam dudum de preben. dicit Si quis
in Kudos plures Canonicatus vel prebendas non attendit propriam voluntatem sed dei
et non propriam honorem sed omnis. hic sine dispensacione recipit plures prebendas
in scriptum. et statim post videtur innuere
que non requirunt residenciam ar. xxi. q. i. In scripturis. et statim post vi innuer
quod etiam in beneficiis residenciam requirentibus sit idem ubi persona esset bona et industria
et literata que melius sciret et posset duas ecclesias vel decem regere quam alius
unam super c. pos. ult. de cleri. non residentibus post plura dicit Intelligo in
omne beneficium residenciam requirere nisi contrarium constet per statutum vel privilegium
vel consuetudinem. Ostien. vero de concess. preben. vel ecclie non vacantis in glo.
super c. lrās. primissis multis de hac materia subiungit Et si episcopus non possit
dispensare in pluralitate beneficiorum prebendarum quo ad titulum. dici tamen potest
quod potest dispensare ob progaginum meritorum ut primam vel secundam teneat tamquam
quod potest dispensare ob progaginum meritorum ut primam vel secundam teneat tamquam
beneficium et ponat vicarium qui bene deserviat et competentem porcionem habeat
de prebenda de preben. exposuisti. et de cle. non resi. cum ad hoc maxime
cum in ecclesia tale est statutum vel consuetudo ex causa facta de consti. cum omnes
Et non quod glo. addit hic dicens In huius tamen dispensacionibus sive fiant per papam
sive per episcopum consideranda est dispensacionis causa que dummodo non sit iusta et
racionabilis non est dispensacio ut dicit beatus Ber. sed dissipacio. nec excusat
illum cum quo de facto taliter dispensatur quo ad deum sed tamen quo ad ecclesiam
militantem Beatus enim Ber. scribens ad Eugenium papam dicit Non enim ignoro
vos potestis dispensare sed in edificacionem non in destruccionem Nam ubi necessitas
urget excusabilis dispensacio est ubi utilitas provocat laudabilis dispensacio
est. utilitas vero dico non propria sed communis Nam cum aliud est non plane dispe-
sacio est sed crudelis dissipacio. Unde et doctores ut videtur communiter dicunt quod licet
irracionabilis dispensacio excuset quantum ad id quod est de iure positivo. sed quod
non committit furtum percipiendo illorum beneficiorum fructus. tamen quantum ad id quod
est de iure divino et naturali nichil valet nec a dampnacione excusat. sed potius
dispensans in eandem dampnacionem involuitur cum quo dispensat. Quod autem sit causa
racionabilis satis dictum videtur secundum theologos et predecessoribus. quod tamen duas admittunt
causas ad dispensacionem sufficientes. quarum una est tenuitas beneficii ita videlicet

quod unum beneficium non sit sufficiens ad sustentacionem beneficiati quere necessarie quedam naturalia et diuina homo licite appetit et recipit et appetere potest beneficium aliud quod per se sit sufficiens ad sui sustentacionem vel aliud beneficium coniungi cum primo per quorum fructus insimul possit sustentari Secunda causa est caritas seu paucitas clericorum propter quam duo beneficia possent annecti vel unum hre intitulatum et aliud commendatum et ille tenetur utriusque curam habere et deseruire quantum sibi est possibile propter istas duas causas vel alteram ipsarum et omnis coniunctio unio aut commendacio beneficiorum iuste fit ex istis causis et sine istis nullis existentibus est istis causis vero quod beneficium sit vel fiat pingwe et habito sufficienti numero clericorum ad deseruiendum singula beneficia accepta sunt dimittenda et primum tamen est tenendum dispensacionem vero in predictis casibus que necessitatis esse dicunt magis nisi declaracionem quam dispensacionem. Et Raymundus ponunt quasdam causas vel casus quarum due sunt predicte Et hoc addidit ad Gaufredum hostiensis bernardus guilhelmo glosatore Raymundi et Ulrico in summa tres predictos scilicet si unum beneficium dependeret ab alio vel unum esset annexum alteri et unum Bcatu pro intitulato et aliud pro commendato quos quidem tres casus reducunt theologi ad duos primos dictos nullum tamen predictorum iuste fieri sine altera duarum causarum predictarum. Vide hos casus vrr predicti perpetuum ab Innocencio in c. de prebendis. Cum igitur dudum expressum aliud non inueniam qui casus vero in ista glosa persone respicit et hinc rationabiliter videtur in hoc casu hostiensis de eccl. pos. non vacante super rationalis Consilium est ut certum teneatur et dimittatur incertum Nulla enim merita persone apud homines videntur sufficere sed sola vita apud ecclesiam ubi quis beneficiatus existit. Unde si unus homo gereret omnes gracias mundi et mereretur suis virtutibus actibus a singulis honorari beneficium autem apud ecclesiam ubi est beneficiatus non meretur nisi deseruiat quia cum solus operarius sit dignus mercede sua ipso beneficio non est dignus licet forte multo melioribus sit dignus Dum enim papa aut episcopi dant certas indulgencias ad certum usum utpote qui pro construccione pontis aliquid erogauerit et constat quod abat certum pauperes qui media defecisset nisi eius quis ex pietate succurrisset esse maioris meriti quam dare denarios pro construccione pontis et tamen constat quod indulgencias non meretur elemosinando pauperes dando denarios quia non sunt opus institutum et deputatum ad suarum meritum sportinarum papa non studeat quis predicare per totum mundum infidelibus primum eternum merebitur sed beneficium ecclesie alicuius non merebitur si apud ecclesiam non meretur opere circa tali propter quod opus est beneficium institutum et ipse accipiendo beneficium ad hoc se obligauit Secundo pro domino Card. ab aliquibus arguitur et probantur duo primo probatur quod beneficia ecclesiastica corporali personali non residencia non obstante possunt licite obtinere. Secundo probatur quod plura talia poterit obtinere Primum probatur sic dominus Card. [illegible] vel ecclesie. Ergo de bonis ecclesie debet sustentari. quia dignus est operarius mercede sua. Sed bona ecclesie non sunt alia quam beneficialia. ergo oportet ipsos de beneficiis uti et sustentari. ergo licite poterunt beneficia obtinere. sed arduum status et seruicium quod impedire ecclesie non admittit personalem residenciam. ergo talem non residencia non obstante ipsum beneficium licite poterit obtinere Secundum probatur sic probatur nullum beneficium est tam pingwe quod sufficiat domino Card. ad sustentacionem sui status vel sibi necessariorum. ergo plura sunt sibi necessaria. quia sic dictum est supra quod tenuitas beneficii est causa sufficiens ad acceptandum aliud beneficium si tenuitas esse talis quod non sufficit ad sustentacionem persone secundum statum suum. quia planum est quod prepositus et decanus maiores possunt licite tenere statum quam simplex Canonicus Unde et prepositure et decanatui ac aliis officiis maioribus sunt prouentus et redditus deputati Et si non sufficerent prouentus decanatus ad tenendum statum sibi competentem licite aliud posset beneficium acceptare. sic et alie persone ecclesiastice Unde et a principio ecclesie episcopi recipiebant Canonicatus ad eorum sustentacionem status sui papa modo et dominus Card. indiget de prouentibus ad sufficienciam sui status. Et quia unum beneficium non sufficit ad [illegible] statum tenendum [illegible] quod plura alia et tot modo possint licite obtinere prout sufficiat ad statum suum. Primum quia de bonis ecclesie possunt licite sustentari

Sed hys vide^{r} p ordine et quit Eadem d^{r} i pbacon pme parte q ipi sunt
catie vll concedatur Cum vo d^{r} ergo de bonis ecce licite pnt vinere ecedi
q valde licite Cum vo d^{r} ~~cui d^{r}~~ q bona ecce no sut nisi bnficialia con-
ceditur. Sz ad infertur. ergo bnficia obtine possut. nega^{r} nisi suoz titulorz
Et in illis debeat certe psonali reside als eisdem priuadi esset. sic fecit
leo ppa triius. qui deposuit Anastasium psbrm Cardinale tituli scti marcelli
eo q parochiam sua qnqz annis cont Canonica statuta deseruit sicut
habetur de cle no residen. Ex gestis fforte dice^{r} aquabilis ad ista responsio q
concedit omes pmissas et negat cclez Certe Rn^{r} q omes pmisse concedunt
Sz illis ccld ex eis sequi negat. dicet^{r} tum. Nunq Card' sunt vlti ecce Rn^{r}
q sic Vlt quit^{r} nunquid licite de bonis ecclie debet sustetari Rn^{r} q sic
vlterius quit^{r} Nunquid oia bona ecclie sunt bnficialia Rn^{r} q sic Vlterius
quitur Nunq ex pmissis sequit^{r} q bnficia licite pnt obtine Rn^{r} q no nisi
illa que pmisi. Sz sequi^{r} q de puentibus bnficioz aliorz licite pnt vti.
dicet^{r} istud est con iura et absurdu ut aliquis puentibus bnficij vtatur et
no habeat bnficiu Certe ad venia Rn^{r} q no Et si negacom mex no credi^{r}
et ergo no credente michi requira Nunquid legisti canone x q i de hijs c.
et ergo no ardente michi requira Nunquid legisti canone x q i de hijs c
nouerit vbi expsse epo concedi^{r} tcia pars puentiu ecclia parochialiu
Nunquid legisti canone sequens c. Antiquos. vbi medietas indulget^{r} sibi Nunq
legisti canone xii q ii quatuor. vbi qrta pars epo applicatur et postea ad epu
res distinctas habebant ad vsum suu. et eis ps dictorii puentuu preter
p cathedratica eis sunt interdicta sic pz x q ii placuit Amd go Nunq
epus singlorum hic bnficia Certe non Nam adhuc in Constan ecclia multe
ecclie ppter aliqua iura sunt quartales. ergo epus hz bnficia singuloz Certe no
nec certe pbacon 2e partis voluit q2 sicut dixi i no bono fundamento fundaba^{r}
Et vlterius dico magis ad pbacoms formam qua dici^{r} nullum bnficiu est tam
pingwe qd sufficiat ad sustentacom dignitatem et status dni Cardinal certe credo
Cum vo d^{r} qd sibi sit dctm. q vna causaru ppt qs vnq licite pt plura
beneficia obtine est tenuitas bnficij. Concedo si tenuitas est illa que no suf
ficiat ad necitatem psone talis qualis debet esse deseruiens actuali et psona
sic est psona simplicis Canoicus si est canonica et decanus si est decanatus et
ppositus si est ppositura. et ponis simplex si est poratus Si eni bnficia ad statu
talium psonarz no sufficient psone posset bnficia alia licite obtine Vnde si dns
Card' est canonica que no sufficeret sibi ad vitam et statum canoici possz licite
aliud bnficiu recipe et obtinere. Sz non sequit^{r} si bnficiu vnu no sufficit ad
statum Card' go pt plura licite obtine. q2 status Card' no est status ppor lis
aliqui bnficij Recipiat go dns Card' quodcuqz bnficiu et deseruiat illud. et si
bnficiu no sufficiat ad statum necitum p illo bnficio actuali deseruiendo aliud habe
pt Cum ergo status Cardinalatus no sit status necitus pro aliquo beneficio
sz est vlt statum necitum cuiuscuqz bnficiati in ecclia Non sequit^{r} q si vnu no
sufficiat q plura possit licite obtinere Nec in illo sensu loquunt^{r} doctores quia
sufficiat q plura possit licite obtinere Nec in illo sensu loquunt^{r} doctores qua
quibz posset tene statum sicut vellet et continue dice vnu no no sufficit
bnficiu ergo oportz hre plura. Sz mens doctoru est Si bnficiu no sufficit
ad nutriendam psonam vna pro illo bnficio aptam iuxta statum beneficij
vt si canonia vel prebenda no sufficeret ad nutriendum psona iuxta statum
canonicale. qui est status ppor cionatus bnficio. q tunc sibi esset licitu aliud bnfi
cium obtinere et supiori licitu dispensare ppter necitate psone apte ad
illud bnficiu obtinendum ymo hec dispensacio magis dici potest iuris de-
claracio Sz tunc possz queri. Vnde venit dnis Card'. eis nouum statum et mod
concessit psuade Nunq credis si conuenienter possz et de iure aliuis modus in
ueniens haberi quin tam esset inpectus tu Reuenciss timorate Rn^{r} q dni Card
dignissimi sut vt de bonis illiu xpi viuat iuxta statum suu. q aut dico
hunc modum inconuenientem no dico quo ad iuris defectum ymo iura sufficiat

hunc modum concedendi scilicet beneficia plura possidendi sed ad aliud collative vel disputa-
tive hic scripsi non innitor scripturam meam. dico tamen hunc modum inconvenientem et
insufficientem quo ad hominum malorum scandalum et destructionem excludendum et remo-
vendum. que ita pungunt mentem meam ex dilectione dominorum quod cogor forte plus
scribere quam deberem sperans semper quod si metas excedo in scribendo quod eorum magna
pietas et mansuetudo supportabunt insipientiam meam. Verum si consulere auderem
et in me argueretur caritatis et filialis dilectionis tam exilis consilii esse occasio
aliud modum utique persuaderem quo de beneficiis sustentari et sicut multa cessarent
incommoda et alia que vellem dudum scivi sicut in multis partibus sentitur. Que
remedia si scirent ut credo de alia via cogitarent per me. Et quia de scandalis
et aliis que ex beneficiorum obtentu sequuntur in parte supra dixi ubi de prudencia
dicebatur hic transeo. Nichilominus inter plura per que eorum status convenienter sustentari
posset michi occurrit unum quod de presenti videtur exprimendum quod eciam credam minus
odiosum ymmo prelatis ecclesiarum magis gratum et clero in nullo onerosum
quod est iste. Scitur quod ecclesie in nova creatione antistitis obligantur in certo summo
putare etiam symoniam quam remedia multi prelati solvere non possunt sicut vellent
et quando nove promociones faciunt novas expensas viarum licorum promotorum et
aliorum et in regressu ad ecclesiam sit expensa in recepcione in visitacione quia subditi
novum antistitem volunt visitare et omnia requirunt expensas propter quas in novi-
tate solvere non possunt quod deberent. Aliqui tamen volentes camere complacere aut
firmas formidantes processum quia cum difficultate et expensis prorogaciones obti-
nentur sicut et ego sensi, qui tamen ecclesiam meam nondum videre potui propter
camere negocia michi commissa in alamania, faciunt obligaciones et mutua talia
contrahunt ecclesie quorum occasione ecclesie dilapidantur multipliciter et aliquando penitus destru-
untur. sic sepe ... est comptum propter que esset convenientius pro episcopis
et ecclesiis pro expensis dominorum Cardinalium ut singuli prelati singulis annis certum
quid camere persolverent. Et sic non gravarent prelati in novitate nec ecclesie et pitancie
pensiones multe et alia multa que recitare non expedit que gravia sunt tangebantur.
Qualiter autem hoc fieri posset cito et faciliter doceri posset cum ad addicionem et uti-
litate alia a predicta presertim quia quilibet prelatorum non eorum longe plus gauderet
et esset sibi convenientius et levius solvere quotannis annis florenos c quam mille tamen una
vice. Sic eciam nullus prelatorum a solucione subsidii tam levis peteret dilacionem
nec excusacionem posset pretendere dummodo suam ecclesiam pacifice possideret et sic
loquor de c. ad m. sic proporcionaliter de aliis posset observari et nullus gravaretur
prelatorum. Ulterius dico quod utilitas dominorum Cardinalium consistit in fructuum bene-
ficiorum suorum debita dispensacione seu ordinacione. Sepe enim contingit quod sumptus
sunt ad superbiam et vanitatem non ad necessitatem numerum dant divitibus propinquis seu
consanguineis ducuntur de patrimonio christi. quod vero eo est detestabilius quo
apud omnes scientes huiusmodi sunt amplius scandalosa. prelati enim duo contra sa-
ciunt suam utilitatem intendentes quorum unum est quod beneficia locant pro annuo
censu et pro quo iurisdiccionem suam quia sepe habent archidiaconatus preposituras propositivas
decanatus et alia beneficia quibus iurisdiccio est annexa. Secundum est quod suis
propinquis nacione vel sanguine vel saltem aliis in favorem eorum committunt vi-
ces suas. que vere non sunt bona nec sunt utilia. Quot enim mala extorsiones
pecuniarum et dissimulaciones viciorum exinde contingunt novit altissimus. Cum quo enim
beneficium est locatum sub certo censu eum contradicere non audent. quinymmo oportet
eos dissimulare et excusare fovere ac favere factis illorum. Ista satis reprobantur in
textu et glo. ne prelati vices suas in ... c. Immo enim dicit Si dicat prelatus Tu exercebis
iurisdiccionem meam et totum lucrum sit tuum sed michi dabis centum libras quod est vera symonia.
Non est tamen symonia si dicat: Tu exercebis iurisdiccionem meam et totum lucrum
erit meum centum tamen libras tibi dabo assignabo pro labore xii q. ii. caritatem.
Et quia de hac materia supra locutus fui ubi de prudencia agebatur transeimus indicans
de presenti. Secundum non est utile nec valet ut committat consanguineis vel propin-
quis aut aliis eorum favore prout satis inhibetur lxxxix dis. decernimus quia
cum magis propinquis quam aliis prohibentur est ista causa quia prelati ad hoc sunt
minus proni et presumitur quod vero ecclesie magis ledantur per propinquos. quia prelatus

plura circa propinquos dissilaret quam circa alios non dissilaret vnde et fornicacio
magis prohibetur quam homicidium et predicatores verbi dei sepius contra hanc predicant
quam contra homicidium et tamen grauius punitur homicidium quam fornicacio quia fornicacio
frequencius fit et proniores sunt homines ad ipsam ideo sepius prohibetur Sic ergo
prohibentur propinqui ab administracione rerum ecclesiasticarum quia prelati ad hoc sunt
magis proni Et ista racio tangitur in glo. super c. preallegato decenter Sed posset esse
dubium an prelatus peccet committens curam beneficii sui propinquo postposito
meliori Ad quod scribit Tho. vnde in quodlibeto quodam de quibus quod si consanguineus
prelati sit ita ydoneus sicut extraneus vel magis potest eum preferre alteri quia licitum
est satisfacere naturali amori qui caritati non est contrarius vnde pharao
dixit Joseph Si nosti inter eos viros industriosos constitue eos magistros
pecorum meorum et loquebatur de fratribus suis nisi forte scandalum exinde
oriretur vtpote si alius exinde sumeret malum exemplum committens pari modo
suo consanguineo qui forsitan esset minus ydoneus fferte dicat quis quid ad
me si alius scandalizatur certe bene ad te quia rem facis pro propinquo tibi
cum scandalo quam per extraneum facere posses sine peccato et sine scandalo Et bene
et si tui propinqui sunt boni alius vero mali sunt qui tuo exemplo sunt
promoti et sic tui occasione ecclesia leditur et leditur per propinquos quod contrariatur
caritati Rursum decipiuntur domini plus quam credant committendo beneficia
suis propinquis in terris ignotis quia alii indigene eis impediunt et vellent
totum destruere nec ipsi sic informantur de valore nec alii eis assistunt et
sepe decipiuntur quia planum est quod oportet ut credatur hominibus patrie Ex-
pedit ergo ut preficiatur vir committatur beneficium potissimum si iurisdictionem annexam
qui sciat statum patrie et valorem beneficii et qui deductis necessariis deducendus
de singulis reddat racionem. Vtilitas consistit in beneficii dispensacione et ordinacione

Vlterius dico quod sicut utilitas sic eciam consistit vtilitas in fructuum seu bonorum
quorumcumque debita administracione seu distribucione et hoc dupliciter videlicet vt non exce-
datur modus in dando seu expendendo nec eciam in retinendo Et quia domini Card
in dando seu expendendo possunt excedere multis modis videlicet vel dando amicis et con-
sanguineis equitaturis familiis vel in conuiuiis in edificiis in libris Ideo de sin-
gulis aliquid est dicendum Nam in dando cauendum est ne fructum a rapina con-
mittatur que rerum committitur qui de bonis ecclesie fouent meretrices mimi vel
histriones nutriuntur Et licet domini Card tales non nutriant timendum est tamen et
cauendum ne tales persone per suos familiares nutriantur Sunt ergo nonnulli qui
suos consanguineos non tamen necessarios ecclesie apud se tenent vel propter se solum ad
nutriendum eos et sustentandum aut ditandum forsitan de bonis ecclesie Et
sunt alii qui apud se tenent potentes et diuites non propter defensionem ecclesie
aut aliam causam licitam sed solum ob carnalis fauoris vtpote quia eis forsitan
subuenerunt aut parentibus vel propinquis suis vel putant aut sperant eis sub-
ueniri Alii tales nutriunt propter pompam superbiam et vanitatem Omnes tales
dicit Ric. tractatu de raptoribus et de meretricibus esse raptores et per consequens teneri
ad restitucionem eorum faciendam quia contrectant rem alienam inuito domino in re
eis commissa xvi q. i. gloria episcopi Ait enim beatus Jeronimus furtum est ecclesiam fraudare
sacrilegium est accepisse pauperibus erogandum Et inparum aut quod asperissimi
scelerus est exinde aliquid subtrahere omnium predonum crudelitatem excedit Aduerte
igitur quantum et qualiter et quomodo peccant qui propinquos suos non solum nutriunt
vmeras nuptui tradunt de bonis ecclesie Christi Et quod plus est suos consanguineos
et propinquos affines vel adulatores diuites faciunt de bonis ecclesie Et non ergo
refundent non videtur quia frequenter tales propinqui prelatis aut domini Card
tradunt nuptui personas volunt statum et condicionem generis et parentele ipsorum
Ex quo sequitur quod quanto statum sublimiorem attingunt tanto amplius et fastuosius
eos viuere est necesse et sic eis aufertur tota opportunitas restituendi iniuste
recepta ymmo datur occasio similia et hiis maiora faciendi Contra quos bene
loquitur beatus Gregorius sic dicens peruenit ad nos fama sinistra quod quidam episcoporum

non sacerdotibus ipse dictas decimas atque christianorum oblaciones conferat sed potius
laycalibus personis militibus videlicet sive suis servitoribus vel quod gravius est suis
consanguineis. Unde si quis a modo episcopus inventus fuerit huiusmodi precepti divini
transgressor inter maximos hereticos et antichristos non minimus habeatur xvi q.
vii. pervenit. Forte dicet aliquis talia faciens ego non do decimas nec obla-
ciones clericorum militibus sive servitoribus aut consanguineis vel propinquis sed victum
eis necessarium tribuo in pane et vino aut vestimenta. Certe hec [illegible] quia
ipse res ecclesie fidelium oblaciones vocantur que deo a fidelibus offeruntur xii
q. i. videntes. Qui enim christo pecunias et ecclesie aufert fraudat et rapit ut
homicida in conspectu iudicis deputabitur ibidem q. ii. Qui christo. Et forte
dicetur consanguinei mei et propinqui aut milites aut servitores alii servi-
unt michi et ecclesie valde utiliter et procurant res ecclesie bene et dispensant.
Certe non valet excusacio nisi illa intencione ad familiaritatem vocarentur et in-
tinerentur pro quanto ad huiusmodi servicia ecclesie crederentur meliores et utilio-
res. Si enim utilitas esset prima in intencione et consanguinitas seu propinquitas
aut [illegible] secundaria posset excusari. Sed certe propinquitas et favor sunt potiora
et principaliora in intencione, utilitas autem ecclesie secundaria ut vere dicatur talibus
vos qui propinquiores in gradu carnis et favore utiliores estis ecclesie, nec tamen
debet dici econverso dicendo quia utiliores estis propinquiores sitis. Yconomi
enim ecclesiarum et procuratores dispensatores rerum ecclesiarum debent esse clerici et non
milites seculares vel propinqui prout satis innuitur xvi q. vii. quoniam
ubi dicitur Ecclesiarum igitur potestatem habeat episcopus et i. habentes victum
et vestitum hiis contenti sumus. Quod si hiis minime contentus fuerit convertat
autem res ecclesie in suos domesticos usus et commoda vel agrorum fructus
non cum presbiterorum et diaconorum consciencia procuret sed horum potestatem domesti-
cis suis et propinquis aut fratribus filiisque committat ut per huiusmodi personas res
ecclesie in occulto et callide ledantur ut sicut convenit subaudi synodo provincie penas
iste persolvat xii. q. v. Episcopo [illegible] vetita est propinquitas committere presbiteris et ministris eccle-
sie committendum nec cum scrupulo conscientie tractari ad easdem res [illegible] et [illegible]
Qui huiusmodi emendare non curat. Si igitur enim ecclesiarum oblaciones rapiunt vel consenciunt
facientibus ut sacrilegi iudicantur ibidem. Obiciunt enim ecclesie multi velle suos
propinquos locupletari et dotari promoventur indigni ad beneficia ad statum ad gradus
ac honores ecclesie quod aliqui faciunt propter se ad vanitatem sui generis. Aliqui ut eorum
exinde ab ipsorum expensis supportentur et releventur. Aliqui ut sic promoti per
eos suos propinquos [illegible] de bonis ihesu christi. Quantum enim peccant
tales et quanto discrimini se exponunt qui nimis prosequuntur suos consanguineos
et propinquos advertenti et legenti scripturas notum est. Non enim sine causa dicit propheta
David Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero etc. et spiritus sanctus per os prophete
Abacuk ii° ca. maledixit illi qui nimio favore suos prosequitur dicens Ve qui
edificat civitatem in sanguinibus et preparat urbem in iniquitate i. per iniquitatem vel
ad iniquitatem. Nam collocare statum et honorem ecclesie consanguineis quedam preparacio est
ut habeat urbem ecclesie [illegible] ad omnem iniquitatem. Salvator enim non
elegit Jo. cognatum suum ad principatum apostolorum licet esset magis illuminatus
sciencia et virginitate decoratus et inter ceteros magis dilectus et cui matrem commenda-
vit sed petrum elegit maioris et ardencioris caritatis sicut apparet [illegible] xxi ad
designandum quod propinquitas non est in promocionibus attendenda. Item eciam apostoli
Act. i° ca. ubi statuerunt duos ad eligendum in apostolatus loco iude scilicet ioseph
qui cognominatus est iustus et mathiam. Ecce quod non elegerunt ioseph iustum licet
[illegible] haberet tres fratres apostolos scilicet iacobum minorem symonem et iudam et duos cogna-
tos scilicet iacobum maiorem et iohannem. Et ipse apostolorum dominus erat ei propinquus
sed electus est mathias sorte iaciente et dividente sortem spiritu sancto. Sed ubi
nunc hec videmus aliquis preferetur illi qui habet tres fratres cardinales et duos cognatos
et dominum suum cardinalem dum sperat propinqui [illegible] qui cognominatur iustus. Hec
quod spiritus sanctus non impedit eum istud optime prefiguratum est de [illegible] xxxiiii° capitulo

vbi dixit moyses filiis levi. Cum dixerit patri suo et matri sue nescio vos et fratribus
suis ignoro illos et nescierunt filios suos hii custodierunt eloquium meum. quia
vere carnalis amor vix admittit abstinenciam mandatorum dei. Ideo dicebat
propheta david non congregabo conventicula eorum de sanguinibus. i. non erunt car-
les congregaciones et conventus ecclesie sicut sunt synagoge et beatus Jo. ewangelista. i°
dicit Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis Et loquitur de hiis qui
credunt in nomine xpi Et salvator dicebat petro. Beatus es symon bariona
quia caro et sanguis non revelavit tibi scilicet exaltacionem nominis xpi et confessionem
ideo certe fuit beatus. quia caro et sanguis hoc sibi non revelavit. Sed post ... nunc autem
exaltacionem et promovendi omnes prelatos et honorandi revelat caro et sanguis
Et ideo heu quam rarus est beatus. Solet enim moveri questio Quare archiepiscopi
et episcopi ac ceteri prelati non faciunt miracula sicut olim. Et respondetur ab aliis hanc
esse causam quia tunc olim eligebantur per spiritum sanctum qui potens erat ad faciendum
miracula per ipsos sicut per sua instrumenta passim miracula faciebat. Nunc vero
eliguntur per literas Imperatorum et Regum ffrancie et anglie et aliorum dominorum
per favorem prelatorum et dominorum Card. aut intuitu muneris. et quia tales prin-
cipes aut prelati ac eciam munera non possunt facere miracula per ipsos ideo nec
promoti per ipsos. Et est istud valde periculosum ecclesie et personis. quia vere per-
... per se sola non veniunt sed mutua colligacione se sequuntur et trahunt et faciendum
primum pluribus implicant et involvunt insperate quare est maxime cavendum
in istis ne ex lapsu particulari generalis ruina sequatur.

Quibus ergo sic promovendis ad ... gradum status et honoris ecclesie bene ostenditur
Quum q. i. si igitur ... vbi sic dicitur. audistis evidenter ordinaciones principis
populi tam manifeste despectam vt pene exposicionem non egeat. nulla hic
populi acclamacio. nulla hic consensus ... Nulla ... habita contempla-
cio est. Ne ... agrorum et prediorum relinquitur hereditas gubernacio populi
illi traditur quem deus elegit homini tali sicut scriptum audistis. qui licet in se ...
ipso spiritu dei ... per in equitaturis possunt excedere et certe cum scandalo plurimorum. et
Secundo dixi. Per quod in ... iacturam et maculam ... quia planum est quod
Sub necessitatem est superfluum est. Ad quid ergo sint utiles multi capellani se
quentes dominos Card. non video. Numquid est honor amplior quam plures habent in comitiva
... precedentes et subsequentes ymmo vere est eis detrahitur. Et de corum excessu
multi multa loquuntur. que si ab ipsis minime audiuntur non tamen in cordibus loquen-
tium vel indicantium est de superbia et fastu plus habent honoris ymmo tota est ...
infamantur si sine necessitate in talibus modus excedit. Et si dicatur quod licet non
sit persone Card. necessitas habere tot equos est tamen status necessitas. Bene respondetur ab
aliis quod status fuit diu ante quam iste est excessus. Ibat enim pedes aliquando
et duobus sociis contentabantur in via. Nunc autem ex invaluit honor fratrum et con-
suetudo. Sed si perpendatur consuetudinis inicium et fundamentum non caritatis vi-
... vanitatis. Quid ergo est ne liceat allegare consuetudinem contra caritatem in ...
ductam. Et que ex vanitate processit Sicut enim domini Card. habent plures ca-
pellanos in domo ad celebrandum. quia vnus non sufficit est dispositus possunt aliquando ... cu-
si alium habere vel plures. quia est eorum necessitas maior in capella quam in equis
Ad quid est sit unus servitor eius in equis pari modo non video nisi ut opprimat pau-
peres ambulantes in via ymmo prelatos magnos qui sepe non possunt habere accessum
ad palacium nisi precesserint sanguisugi in equis suis et hec dicit Salomon vani-
tatem etc. x. c. Vidi servos in equis et principes ambulantes pedes super terram
... et de vt° xvij precipitur regi ne multiplicet equos nec reducat populum in egi-
ptum equitatum numero sublevatus Sunt enim domini debiliores prelatis. quia ille nec
potest cum vno equo. sed domini Card. nec non possunt nisi cum pluribus Et quod amplius est
tales equi sic nutriuntur sic pascuntur sic impinguantur quod pro quolibet ipsorum vnum
vel duo beneficia vix sufficiunt Equus enim sicut et nutritur delicate et ornatur
et purgatur et falleratur. sic et custodit ipsum et cetera sua beneficia plura aliquorum
dominorum quorum valor ad sustentacionem vtriusque non attingit et sic eciam est de quolibet

capellano. Certe Christum salvatorem nostrum non legitur equitasse sed tantum asinasse, id est de azino equitasse. Sicut enim dicitur equitare ab equo sic asinare ab asino. Et hoc semel Christus faciebat vadens ad mortem, significans quod equitatio ad superbiam et vanitatem itur ad mortem eternam. Attendat ergo dominus Cardinalis fructus viarum istarum, quod ad ipsum accedendo non pure non pedes sed ad in maxima dextrariis et comitatu forsitan scandaloso. Timendum est ne veniat super eos vaticinium Zacharie ix. ubi dicitur: ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator et ipse pauper et ascendens super azinum et super pullum filium azine, et disperdam quadrigam et effraym et equum de iherusalem. Certe per equum militantis ecclesie signatur, tunc ipse eam sit humilis et iustus non decet iniustos habere superbos et fastuosos. Satis est mirabile quod cum salvator noster tam humiliter pedes incessit, quod hii qui ipsius ecclesie quam suo fundavit sanguine rectores sunt proprium equitare non verentur. Unde et beatus Bernardus dicit: Intollerabilis impudencia ut ubi se se exinanivit maiestas inflectur vermiculus et tumescat. Excusabile esset si senectus si debilitas si intempiries aure obsistent, sed ubi invicta fortitudo ubi aure amenitas, obsecundant quod pro equitatura ymmo pro tanto comitatu excusacionem potest esse.

Tercio excessus fit expensarum in familiis seu familiaribus. Cum enim sunt ultra necessitatem sed ad vanitatem omnes expense sunt superflue. Certe si multi vellent advertere possent scire quod ex magna familia sequuntur multa incommoda, ubi enim multitudo ibi confusio. Unde quia nec tam bene regi potest, sepe discordant ubi est multitudo cum parva conveniunt. Quam multi patresfamilias enim propter culpam familie puniuntur temporaliter et eternaliter. Sicut bene habetur de Heli sacerdote et filiis suis i Regum iiii° et xlvii dist. Necesse qui suorum maxime domesticorum curam non habet fidem non habet et est infideli deterior. Sepe etiam dominus pro malos familiares leduntur in honore, nec potest condicionem omnium tam cito scire sicut paucorum. Et tam habetur non potest adverti quid agat et quid loquatur. Quare multum loquatur est vitandum multitudo superflua, quia quandoque propter unius delictum tota multitudo punitur xxiiii q. i Non tradatur. Unde et multitudo superflua inutilium ministrorum etiam sacerdotibus interdicitur xxiii dist. Tales. Plus enim sepe assumitur talis multitudo ad fastum quam ad necessitatem. Et quilibet homo quantumcumque magnus pro suo corpore paucis potest ministris contentari. Sicut enim certus magis obsequitur, quid amplius exinde utilitatis consurgit homini private, cum indicat persona non sit nisi ut comedat et bibat et vestibus induatur. Si vero attendatur singularitas multiplex status non est persone necessitas sed status condicio et honoris. Certe pluribus equitature indiget ministris. Quibus omnibus dominus Cardinalis servit, quia et ipse singulorum victum et vestimenta dedit. Et sic etiam servit capellano quem nutrit servit et famulo capellani pari modo et ipsius equo. Quia constat quod domini Cardinales dantur sua stipendia propter assistenciam quam dominus vero impendit dando bona consilia et pro aliis sollicitudinibus subiciatur et sepe laboribus fatigatur. Alioquin non esset dignus mercede sua. Sicut sunt laboribus omnibus victum prebet et metum ut vere dicatur non tamen servus servorum sed et servus animalium brutorum. Michil enim est amplius multitudo servitorum et ministrorum quam multitudo comestorum. Unde optime dicitur Ecclesiastici v: Ubi multe sunt opes multi et qui comedunt eas. Et quid prodest possessori nisi quod cernit divicias oculis suis. Quasi dicat parum sibi sufficiunt quantumcumque homo sit dives, sed nutriendo alios cernit divicias suas oculis suis. Et sic fastuosa familia et superflua multitudo consumit pauperibus erogandum.

Quarto expense multiplicantur in conviviis. Istud est vituperabile quod excessive cibi parantur, cum plus sit ad saciandum oculos quam ventrem, plus ad satisfaciendum linguis loquencium et extollencium vel porius detrahencium, famulis prebe ministrare quam ad satisfaciendum stomacho. Iniustus quamvis expense sunt eo maiores, quo divites nobiliores potentiores pauperibus preponuntur. Non enim heu ad ista convivia invitantur pauperes sed divites et potentes non indigentes sed habundantes. Non enim quorum finis et intencio faciencium est deus et dei caritas aut proximi, sed vicissitudo retribucionis et laus humana. Sed certe non sic dicebat salvator. Dicebat: Cum facis convivium voca pauperes debiles claudos et cecos et beatus eris

quia non habent vnde retribuant sed retribuetur enim tibi in retribucione iustorum luce xiiij. Si enim
in conuiuijs essent inuitaciones pauperum claudorum et cecorum iam non fieret tales excess-
sus sicut fit communiter quia communiter inuitantur ad comedendum qui habundant in cibarijs et quibus
nulla est necessaria inuitacio. Illi autem qui egent et indigencia paciuntur non inuitantur.
Quid ergo nisi laus humana queritur in talibus aut confabulaciones vane vltimo
tales inuitaciones et conuiuaciones sunt magnarum expensarum propter excessum ci-
bariorum et potuum. vbi enim sunt multi diuites et potentes ac viri magni status
conuiuantes id est simul comedentes. ibi sunt multi ministri in superbo apparatu id est bene et
decenter vestiti et ornati. et omnes isti cum multiplicantur propter hec sunt multa vasa
argentea et forsitan mensalia duplicata et certe multa superflua que non necessitas
non requirit sed fastus et superbia seu mundi elacio et demum repletis stomachis
cibarijs apportantur confecte que cibum assumptum non promouet ad digerendum
sed impediunt digestionem inchoatam. Omnia hec vanitas et mundi elacio et
expensa excessiua Sed quia de hac materia plura sunt dicta supra. vbi de sobrietate
agebatur. nunc de presenti non vidi circa predicta amplius immorandum.

Quinto dixi quod superfluitas expensarum fit in edificijs et hec magna superflu-
itas Non enim sufficiunt habitaciones magne sed plurium hominum habitaciones co-
iunguntur et vna sola construitur vel pallacium edificatur aut viridarium seu
gardinum ambulatorium et circulatum efficitur hijs propter superbus edificiorum dominus et capacem
soli seu fundi qui habitaciones alias emunt pecunias effundunt excessiuas quod spacium
domorum vbi possent centum homines habitare vnius oculum non saciat homo fastuosi
Contra quos loquitur ysa. propheta ysa. v. Ve qui coniungitis domum ad domum vnde
coniungunt domum domini. qui et decem domibus vnam faciunt aut decem destrue-
re et sibi deambulatorium seu gardinum edificent istis autem apposuit se maledicere
tum dixit Ve qui dicit Edificabo mihi domum latam et cenacula spaciosa et ce-
Ieremie xxij. et non sufficit ista amplitudo nimis colores et picturas apponunt vnde
et ibidem subditur Qui aperit fenestras et facit laquearia cedrina pingitque sinopide
glo. id est xpisti sanguine Qui enim de fructibus beneficiorum et xpisti patrimonio
spaciosas edificaciones edificat et cas pingunt xpisti sanguine emunt et pin-
gunt qui enim nos suo sanguine redemit et suam ecclesiam dedicauit vnde et apostolus
Deus huiusmodi odit edificia et detestatur vnde contra deum Amos propheta dicit Iurauit
dominus deus in anima sua dicit dominus deus exercituum detestor ego superbiam Iacob
et domos eius odi. Xpistus enim dominus natus est non in aula non in pallacio non in do-
mo sua et in lecto non in camera aut cubili sed est natus in diuersorio et quod peius
est in presepio Igitur si vicetis de eius patrimonio attendent dictum pauli
dicentis Non habemus hic manentem ciuitatem in tam sumptuosis edificijs tanto tem-
pore possidendis tantam complacenciam non haberent. contra quos loquitur beatus Ieronimus
sic dicens Edificant quasi semper victuri sicut qui comedunt et bibunt quasi morituri
dicentes Comedamus et bibamus cras enim moriemur Magne enim structure indigent
pecuniarum excessum planum est si peregrinijs indigent aut si possesse pecunie
pro necessitate tamen sufficerent et non excedent necessitatem sui status et quibus conte-
taretur de hospicio necessitatis. et dico necessitatis sicut et sui similes vtebantur
Qui ergo vltra necessitatem pecunie congregantur vana edificia construuntur
nec certe cum illis habitabit xpistus natus in diuersorio. quia deus non habitat
cum illis qui per superbie singularitatem se a melioribus diuidunt xxiiij q. i. audiuimus
ante medium. Vltimo excessus expensarum consueuit aliquando fieri in libris vtpote

Sexto et vltimo cum ornantur auro vel argento vel litteris capitalibus insignibus
nec sufficiunt sepe antiqua cornua volumina si pelles librorum fuerint
aliquantulum abusitate. Sed noui libri scribuntur ad vanitatem et superbiam et sic ipsi
ostenduntur in pulcritudine librorum quasi plurimum glorianter ad innuendum tacite quod
sint studij et librarum amatores Contra quos loquitur beatus Ieronimus in prologo
super Iob in hec verba habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis
auro argentoque descriptos vel vnicalibus vt vulgo aiunt litteris onera magis
exornata quam codices. dummodo in meisque permittant pauperes habere cedulas et non
tam pulchros habere codices quam emendatos vnde et paulus ij ad thy. iiij. dicit
affer tecum et ceteros libros maxime autem membranas Nam vbi est humilitas

ubi est sapiencia puri ... quare in preciosis libris gloriantes parum ex eis utilitatem
consequuntur. Sapiencia est sponsa intellectus iuxta dictum sapientis Sap. viii: Hanc amavi
et exquisivi a iuventute mea et quesivi eam in sponsam assumere et amator fa-
ctus sum forme illius. Scriptura vero est ancilla quedam sapiencie vel ... et cavendum
est ne ancille pulchritudo tantum diligatur, ut illecta tamen pulchritudine sapiencie ad
pulchritudinem scripture intellectus adulteretur. Nec expedit aliquatenus homini stu-
dioso sepe mutare libros quia libri ignoti modicum adiuvant de memoria. Libri vero
noti iuvamen faciunt ad bonam memoriam. Unde et plus expedit studioso habere
librum vetustissimum correctum tamen et legibilem in quo diu studuit quam novum
licet optimum et pulcherrimum. Ipse scit enim cuiusque columpne in libro vel paragraphi
cum recordatur de eo quod legit in tali loco et quanto plus visitatur idem liber
tanto loca libri legenti sunt magis nota. Et ideo amplius quod legit intelligit
et citius recordatur. Preter beneficiorum utilitatem est nonnulli domini Cardinales possent

Ulterius sic dici habere utilitatem ex negociorum assumpcione que utilitas
si hic consideretur nullius aut raro sine periculo est. Et est raro quia vel causam pau-
peris assumunt vel dimittunt si pauperis merito ab ipsa temporalitatis est sperandum; si
dimittit causam assumit earum utilitas spectatur. Tunc vel est causa spiritualis
seu beneficialis vel temporalis. Si beneficialis symonia committitur; si temporalis aut
furtum et infidelitas committitur aut usure lucrum speratur. Vere periculosum est
multa lucra negocia assumere ubi sperat utilitas et est quedam latens utilitas
in homine per semetipsum venalem reddit. Nobilius enim cuiusque qui ex natura liber est venat
efficiatur cum sub spe lucri vel intuitu mercedis accepte alteri se obligat ad
patrocinandum sibi in causa sua. Unde et pugiles mercenarii laboratores et
alie persone que se venales prestant viles reputantur. Assumere enim negocium
intuitu muneris vel mercedis accepti vel accipiendi est officium advocatorum
et omnium qui sentencia lingwe vendunt pro precio sue persone obligate et non libere
ad quam servitutem minus iusto patrocinio magna stipendia tollunt. Quid ergo
michi dico Cardinalis omnino pro nullo debet assumere. Certe sic debet enim causam pauperis
assumere et dimittere iusti non pro munere aut mercede si utilitatis et iusticie favore
et amore nullo habito respectu ad mercedem et plures homo carere non potest ex omnibus (?)
nisi bonum respiciat laborantem in causa sua. Nam sepe contingit quod si assumeret
negocium legaliter et iuste assumeret sine mercede affectu iusticie legali respondet
et plus quam ex pacto largitur. Caveant ergo omnes causas assumere nisi iustas
et caveant non equaliter assumere pauperis et locupleti et caveant illas pro q-
cumque mercede assumere pro quibus certum assumendis gratis copiose et plurimum
Et revera si hec omnia homini sint periculosa et vitanda multomagis domino Cardinali
Quia et ipsum habet sepe iudicare populum. Et istud optime est figuratum Exo. xviii
ubi dicitur Moysi: Esto tu populo in hiis que ad deum pertinent ostendasque populo cerimo-
nias et ritum colendi viamque per quam ingredi debeant et opus quod facere. Provide
autem de omni plebe viros potentes et timentes deum in quibus sit veritas et
qui oderint avariciam qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referant
ad te; ipsi minora tantummodo iudicent. Per Moysen caput tocius secte iudaice intelli-
go caput ... ecclesie dominum nostrum papam qui est ostensurus viam medendi et
opus faciendum, quia ipse statuta facit toti populo christiano constituciones et le-
ges promulgat et precipit observari et ad ipsum maiores cause deferuntur. Iste Moy-
ses debet assumere viros timentes deum in quibus sit veritas, id est dominos Cardinales, qui
oderint avariciam, quia ipsi habent iudicare populum omni tempore sicut vere credo quod assumunt (?).
Nam et ego expertus sum de nonnullis dominis qui pro aliquibus suis familiaribus temptati
super muneribus recipiendis ea recipere recusarunt. Nec quod michi accidit in hoc casu
videtur subticendum. Quidam enim dominorum predictorum qui non multum processit in diebus
suis ad meam instanciam socium meum in episcopum fecerat promoveri. Cui cum pro motu ipse
quedam vasa argentea satis ponderosa obtulisset omnino recipere recusavit. Ego
quia verumdemum sic inveniri affecissem eadem vasa camerlengo dicti domini in discessu
dicti socii mei de curia fuerunt assignata ut ipsi domino putarem tempore oportuno.
Cum igitur post plures annos redirem ad curiam contigit dictum camerlengum migrari
de hoc seculo, qui moriturum se videns domino suo aperuit quali vasa predicta receperat

et gumme restituasse. que vasa idem dominus me compulit recipere et ipsa meis sociis re-
assignare. non obstante quod sibi dicerem vasa illa ad suum usum versa et nullius
alterius apud cancellingiam remansisse. quod omnia multis archiepiscopis et episcopis propter premissa
recitavi. ut et ipsa qui presentes erant etatis in curte hominis ope veniund et inspic
inveneri sequentium. et iam constat quod exinde plures receperunt emendacionem exemplum
Non est ergo assumenda causa pro quamlibet utilitate temporali. quia revera periculo-
sum est. Nam sepe contingit cum causa iusta contingit creditur quod in processu negocii
vicium invenitur. et tunc ex parte una propter proditionem iam inchoatum erubescunt
retrocedere. et quod iniustum est palliare et excusare coguntur. timentes a confusione
aut ex parte altera puniri superveniente merito. Item est periculosum. quia si ex tali
prodicione aliquis impeditur iniuste. ipse ad restitucionem dampni obligatur. Et quia
de hac materia plura supra dixi. ideo nunc transeo ab illa. Et sic loquuti sumus super-
ficialiter et generaliter de prima specie temperancie que continencia nuncupatur

Clemencia

Nunc vero consequenter de secunda specie temperancie que clemencia dicitur aliquid est dicendum
Ubi est advertendum quod licet omnibus hominibus sit necessaria precipue tamen principibus et prelatis
ac aliis quamlibet superioritatem habentibus. Nam secundum tulium Clemencia est virtus per quam
animus in odium alicuius temere concitatus benignitate residet. Seneca vero dicit. Clemencia est
temperancia animi potestate ulciscendi vel lenitas superioris ad inferiorem in penis
infligendis. hec autem ut dixi est necessaria principibus prelatis et aliis presidentibus
quibuscumque. Unde et dominus primum principem populi sui scilicet moysen constituit
qui erat vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra Numeri xii. Multum
enim est commendabilis in prelato clemencia seu pietas. Austerus enim homo et
durus nemini bene videtur. et subditis cum timore loquuntur homines. et multi quorum
negocia tali homini loqui ex timore dure responsionis non audent ei loqui. Sicut
talis prelatus qui iudex est et iusticiam facere debet sua austeritate repellit
homines a prosequenda iusticia ad quam ipsis est obligatus et que in die stricti
iudicii requiretur ab ipso prelato. mitis et pius videtur clementer et ideo pau-
peres audent ei loqui sicut iusticiam prosequi poterit coram ipso. Et si causa pauperis
succumbebat talis prelatus eum consolatur verbis et edificat omnes audientes sicut fit
nomen bonum et laudabile. sicut et homo severus et durus sibi ipsi est causa ma-
ledictionis et detractionis et scandali plurimorum. Advertant igitur domini Cardinales quia
et eorum verba et facta observantur et narrantur in distantibus regionibus sive bona
fuerint sive mala. Et sicut procul dubio verba aspera sine causa et presumpta mox sub scan-
dalizant omnes audientes et postea recitatis ab audientibus plurimo in scandalum
redundat generalis ecclesie sic et e converso mitia atque dulcia edificant audientes et
ubi huiusmodi ulterius recitantur causa scandalizati revertuntur et emendantur. Sal-
vatoris enim exemplum advertunt qui est benignus et mitis et prestabilis super mali-
cia Joelis ii° unde et sapiens dicit Parcis omnibus quia tua sunt Sapiencie xi et
Seneca dicit Tu deus placabilis es et delicta potencium non statim fulminibus prosequeris
quanto equius est hominibus homines prepositum miti animo exercere imperium Crudelis
enim homo dicitur quasi cruentatus. et crudelis homo sequitur quasi durat. iudicium bonum et
mite bonum et clemens multos emendat et corrigit. ubi verba aspera multa
dissipat et frangit ipsa ecclesia crudelitatis hostes multiplicat lites suscitat
quos bonus prelatus sedare debet unde et Seneca li° de clemencia regia Crude-
litas auget inimicorum numerum. tollendo enim parentes liberi eorum qui interfecti sunt
et propinqui et amici in occisorum loca succedunt. Sicut enim homines subditi saue-
aliquorum prelatorum crudelitate in desperacionem labuntur. nec dolorem querunt temere
dimicatione sed addunt dolori dolorem sicut homines desperati. circa et ibidem seneca
dicit Temperatis timor cohibet animos assiduus vero exacuit unde et principi
dat servitutem prout dicit. errat si quis existimat tutum ibi esse regem ubi
a rege nihil tutum est. Unde causa et ipsa pietatis materia bonum operis comprobat
xxvii q iii si quis. Et quia dictorum cardinalium verba et facta sive bona fuerint sive
mala multum observantur cum omni cautela expedit ut loquantur. ubi enim
vident et audiunt dominatores et turbatores pacis non eis expedit esse
clementer unde sicut pauperibus et oppressis parcere enim homines corripi possunt
et obiurgari non homines parcere immo alit est videndum superbis quam humilibus et af-
flictis. et istud satis innuitur dist. lxxxvi ubi dicitur Odio habeantur peccata

ne homicidi corripiantur tumidi tollentur infirmi et quod senemus castigari necesse
est ne servientes plectantur animo sed medentur. Tales enim si fuerint domini Cardinales
vere soli comparantur qui ex limosis et corruptis terre visceribus producat aurum.
Narrant enim poete quod sol inter planetas quartum altitudinis locum tenet et medium
inter septem et cum sua claritate obumbrat omnes. Iste sol pingebatur antiquitus quandoque
forma puberis iuvenis nunc in puerili facie nunc in senili nunc in cana diversi-
mode apparentis. Iste super caput portabat tripodem auream, in una vero manu
habebat sagittas arcum et pharetram, in altera autem tenebat cytharam. Sub pedi-
bus eius erat pictum monstrum quoddam triforme cuius corpus erat serpentinum, tria
quidem habebat capita scilicet caninum lupinum et leoninum que quamvis inter se essent diversa
in corpus tamen unum coherebant et unam solam caudam serpentinam habebant. Iuxta appol-
lonem vero erat viridis laurus picta, ubi corvus niger desuper volitans pingebatur.
Ante spalitur appell quam et sol conservata sub lauro vero novem muse coro-
am faciebant et circa appollonem cantus melodiam deprimebant. A longo vero serpens
magnus pictus erat qui sub una sagitta appollonis per medium transfigebatur. Sic
enim appollo describebatur ab antiquis gentilibus ut refert Fulgencius et Rabanus
qui ut ceteri planete deus ab ipsis fuit reputatus. Per istum ergo appollinem qui
et sol dicitur quibus vir iustus potest intelligi magis tamen proprie quilibet iustus
index seu prelatus maxime tamen dominus Cardinalis qui cum revera potest dici ymma-
go solis inquantum iusticie solem imitatur. Iste enim debet quandoque apparere in-
uenis letus hylaris et iocundus cum suis servitoribus domesticis et familiaribus
et si potest cum sibi similibus aut saltem boni status et numquam cum dissolutis et
dissolutus fatuus aut lingwosis. Tunc debet senex apparere scilicet quamvis maturus
et ponderosus in ritu et ingressu exteriori quantum similiter corpus sensatus et scelosus
scilicet in consiliis et verbis. Tunc sine verba vel medicina sapiencia que modo astucia a
nonnullis reputatur, quia tempore illud est verum quod ad dominum Cardinalem maxime pertinet quod
se sciat diversimode tenere secundum loca tempora et personas, quia aliter conloquendum simpli-
ci et afflicto aliter superbo et lingwoso, aliter promotis aliter promovendis aliter activi
aliter vero ut sic cum apostolo possit dicere omnia in omnibus factus sum. Corpus vero ut
scilicet se simulet iuvenem cum iuvenibus senem cum senibus hylarem cum iuste gaude-
tibus tristem et compacientem cum afflictis et etiam tripedam vel potius tricaput fidem
debet habere in capite sine candidis et cytharam divine laudis more arcu sagitta et
pharetra debet esse armatus ad sagittandum puniendum et corrigendum phitonem
vel serpentinum peccatorem et adulatorem ac infamatorem. Debet etiam monstrum teni-
ficum sub pedibus conculcare vel malos conspiratores et detractores seu quosdam
vel collegii turbatores deicere debet et vilipendere ac sua reprobare et verbis cor-
reptionis conculcare, qui licet inter se sint diversi et contrarii ad conspirandum tamen
contra alios invicem sunt coniuncti, quia cum licet sint canes blandiendo leones sunt
seviendo et lupi fugiendo et ut quilibet alter alterum non amando primo inter se dis-
siles sunt discrepando seu discordando in una tamen cauda serpentina vel vero
malicia coeunt contra bonos multipliciter machinando figurati in vulpibus samp-
sonis quorum facies diverse erant [illegible] cauda tamen adinvicem colligate, quia vera
malignorum hominum corda seu facies mentis nullum per amorem conveniunt sed quilibet
alterum timet magis quam amet et tamen sepe contingit quod in caudis vel fallaciis et maliciis
ad faciendum aliquod opus nepharium conveniunt. Talia ergo monstra vel tales sic male
confederatos debet Appollo vel dominus Cardinalis et quilibet iustus homo et maxime index sub pedi-
bus tenere vel oppressos et subiectos habere et ipsos despicere et vilipendere ne ex impenso
favore eis detur occasio aliis nocendi innocentibus. Et quod ulterius certe dominus
Cardinalis debet circa se habere specialiter tria scilicet laurum corvum et musas. Laurus enim quod semper
viret signat hominem sapientem doctum et decore sani consilii circumspectum. Corvus
vero qui squalet nigredine signat pauperes egenos et despectos. Muse vero que
a musica nomen habent signant clericos et religiosos deum timentes et laudantes. Hos enim
dominus Cardinalis habere debet iuxta se videlicet viros prudentes doctos et litteratos sapiencia
et honestate virtutes. Item pauperes debet nutrire et squalidos fovere et alere. Item cito-
res laudis divine non canlenatores scilicet clericos ad se trahere et ipsis est necessaria ministrare. Re-
dundare ergo ad intentum de primo dico quod dominorum Cardinalium debet sic esse pictura pictatis ut

subditorum delicta corrigantur et quibusdam venia accedat 23 q. 4 Cum vero dicit et
ipsis que nescia instruere Redundare ergo ad intentum de presenti dico quod dominorum Card
decet sic esse operata pietas nec tamen subditi eo tanta sit lenitate corrigendi verbe
ingenitas excludatur unde et beatus Gregorius ij° li° moralium dicit disciplina vel misericordia
multum destituitur si una sine altera teneatur dist. xlv disciplina hinc clemen-
cie opponitur ira seu odium ira enim que non deliberata est si inveterascit odium est
Nichil enim est odium nisi ira inveterata unde et apostolus non prohibuit iram quia
aliquid preter impetum voluntatis est Nec homo se cohibere potest a motu ire
qui motus est parum venialis De qua ira dicitur in psalmo irascimini et nolite
peccare sed prohibuit diuturnitatem ire que est in termino deliberationis unde et
apostolus iiij scribitur Sol non occidat super iracundiam vestram hec enim ira continuata
que sedatur deliberatione odium est et aliquid est odium seu ira delicti seu
vicij vel excessus aliquid est odium seu ira persone Et prima ira non est
mala de qua loquitur Crisostomus unde melior est ira risu quia per tristiciam vultus
corrigitur animus delinquentis Sed alia ira que est bona que est appetitus
vindicte de persona Contra quam loquitur Job xxxvj° Non te superet ira
ut aliquem opprimas et canonica unde Ne sis velox ad irascendum Et Jac. 1°
Sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum et tardus ad iram
hec ira odium est Cum periculosa est dominis Card ira patuit supra ubi de
excludendis a bono consilio agebatur Cum periculosa ut sit odium inter
eos patuit supra ubi de amicicia agebatur Seneca unde tam periculosum
et tam nocivum in collegio dominorum Card sicut ira seu odium Sed in illa
ira que prorumpit in exteriorem iniuriam magis est nociva Sunt enim aliqui
ita vehementes quod statim prorumpunt in proximi iniuriam verbo vel facto Et ista
est eo peior quia sepe est causa alternis contentionis eo quod est in proximi lesionem
odium enim occultum sine ira quamdiu occulta remanet nulli nocet nisi
irascendo seu pro subiecto Et talis ira vel odium occultum finaliter se
dantur que illa que in iniuriam prorumperunt primo animus iratus post se seda-
et que prius oderat retinet postea pro amico sine placacionibus veme-
dio quod non possit si ex ira quecumque iniurias attentasset Et ista duo odium su-
ire bene tangitur adomum canonica unde ubi dicit Omnis qui irascitur fratri suo reus erit
iudicio Et ista est ira occulta Qui autem dixerit fratri suo racha reus erit
consilio i. recordacionis Sed quia Racha est interiectio indignationis non tamen
exprimit etiam speciem contumelie vel vituperij Sed qui dixerit fratri suo fatue
que est etiam contumelia vel vituperium reus erit gehenne ignis Hec ergo semper
plurimum sunt vitanda dominis Card quia scandalum generale ecclesie eorum dissen-
sio operatur prout supra satis dixi Odium enim et ire emulaciones et obtracciones
atque invidia ab omnibus clericis sunt vitanda dist. xxxiij Hijs ergo magne
a dominis Card quia Seneca pietas clemencia et benivolencia decent regem
et omnem prelatum unde et Seneca scribit de clemencia ad Neronem in hec
verba Clemencia quascumque domos intraverit eas felices et tranquillas prestabit
et subdit eciam de magna fortuna magnos animos hec decet magni-
animi proprium est placitum et tranquillum esse et iniurias sibi factas despice-
re multiplex quoniam est cito irasci unde et Seneca idem dicit hec principem decet ut
quidam mansuetudine sua faciat Clemencie et Salomon in proverbiis dicit misericordia
et veritas custodiunt regem et roboratur clemencia thronus eius Quotti-
diana enim declarat experiencia quod dura et fortia franguntur et perire ubi
mollia cedunt et perseverant sicut patet de arboribus magnis et fortibus
quas deiciat ventus nec non arundinem Sicut lapis et ferrum et huiusmodi dura
confricentur adinvicem ignis resultat quia eadem collidunt et confricantur
Sic Seneca ignis furoris quia duobus hominibus duris et impijs generatur ex
quo postea tota patria comburitur et devastatur Omnia enim ista proveniunt
ex ira et odio scilicet guerre incendia depredaciones homicidia predaciones vero
Conveniens enim est et opus sapientis principis et presidentis ut sit clemens

nec repetendo exigit ulcionem Nam sepe contingit quod ubi tollerat iniuria quod faciens eam et
sibi ipso fuit vel inimicus aut alumde quomodo afflictus ad se sui recessum habuit pro suc-
cursu recognoscens quod turpiter egerit et iniuste. Una quod re magis emendare cona-
batur offensum quam peccato prius processisset Est enim quasi proximum ignoscere in adversis Nam
Beda v° 6 de clemencia narrat quod lucius unus de proceribus Domiciani impera-
toris conspiraverat contra dominum suum et iam ordinaverat de morte eius. Ad cuius
esset imperatori relatum secretius per amicum vocavit consiliarios suos secrete
et quid de proditore esset faciendum sciscitabatur ab eis Cum vidit uxor eius
lucina in hec verba O imperator audi consilium mulieris tibi nullatenus nociturum
Nimis inquit dure regnasti vosque subditos dure tractasti sed nunc clemencius
solito age et convoca lucium ipsumque ad racionem pone dulciter et clementer de hiis
que tibi sunt relata. quod si ipsius affectionem clemencia et pietate nequiveris
obtinere tunc potenciam adhibe iuste puniens obstinatos Ad imperator audiens
intelligensque fore bonum consilium mulieris persuasionem statim adherendo adnotavit
igitur lucium cum suis ad pallacium eum in cathedra sedere mandavit coram eo
statuens pactum ne lucius loquetur donec imperator perorasset quod et lucius
se facturum utique spopondit. Narravit ergo imperator quomodo lucius eum prodiderat et
iam in eius contra eius mortem ordinaverat certos modos et vias Cum statim ergo
pactum lucius negando vidit se talia nunc cogitasse Tunc imperator redarguens
eo quod pactum non servavit hortatusque est eum de lino ut pactum violatum am-
plius nunc violaret et sic imperator perficiendo sermonem inceptum expressit tote
et prodicionis circumstancias produxit contra medium quas lucius negare utique verebatur
que attendens imperator verecundatum coram se lucium non permisit diucius reside-
rubore perfusum sed alloquiumque dulcius adiecit verba eum rememorans quod sub-
limaverat et ex desperato statu fecerat nominatum et potentem quem certe se nolle perdere
asserebat imperator unde et clementer subiunxit Tunc in scripsisti simulque ex toto cor-
de dimitto sitque inter me et te amicicia sollidior quam hucusque et pro renovatis
federibus dona mandavit lucio elargiri. De sic enim ipsius Domiciani suc-
cessore imperatore qui et ipsum processerat narratur quod tanta erat pietatis et cleme-
ncie ut convictos eciam de coniuracione contra ipsum in eadem familiaritate dimisit sic
prius nec aliquem tristem a se abscedere permisit Unde de eius morte tantus
luctus fuit in urbe ut omnes quasi suam mortem deflerent. Certe si sic regnarent
reges clemencia regnassent tunc non decedentes maruissent Ad minimum eum pro-
dicionis nota quilibet suspendebatur in furcas. Et sic per suspensis fratribus probis
filii ac nepotes et proximi maius odium conceperunt Ex quo odio sequuntur
sunt multa mala Nam reges de filiis suspensorum nec filii de regibus con-
fidere presumpserunt quinymo perpetuus remanebat rancor et in filiis suspensorum
prius appetitus vindicte non poterat sepeliri Nunquid ergo reges sibi de fi-
delitate suspectos fecerunt vicisse clemencia quam crudeliter suspenderunt Dicit
Seneca male vincit quem penitet se vicisse. Unde et melius est ignoscere
quam post victoriam penitere. perpetuo enim vincit qui victus clemenciam sentit enim
perpetuam victoriam non admittit Unde clemencia et pietas non solum magnos ornant
sed eciam homines cuiuscumque status decorant et honorare et servire faciunt Unde
optime dicebat apostolus ad Thymotheum 1° Pietas ad omnia utilis est promissionem
habens vite presentis et future Et constantinus magnus imperator refertur dixisse
dominum eternum se esse verum dominum comprobat qui se servum verum ostendit esse pi-
etatis Unde eciam omnium adversariorum potentes esse victores si a sola pietate vin-
camur. Precidantur ergo a cordibus tantorum principum odia iurgia dissessiones
et vituperia quia hec si essent inter eos quod prossimus deus avertat prius esse finat
et totaliter eciam eorum interitus et ipsorum status et per quod totius terre divisio
et scandalum fidelium singulorum. Sed sit in cordibus ipsorum vera pietas et clemencia
non solum inter se vincere ad alios rememorantes quod eciam nescivit quam inesse
fuerit remittet eis. et si ipsi non dimiserint comminus suis nec et dimittetur
eis. Sic legitur enim exemplum de illo qui noluit dimittere conservo suo Rememo-

rantes est quod mitissimi vocem primo agitur ubi etiam in corde conservatur de pe dis
ut falsas. Quod enim Caroli si sciuerit quitum quando incedant in distantibus regionibus
et diligunt est quod audiunt ab hiis qui ipsum ad non viderunt qui mansuete et
clementer recipiunt aduentantes eorum audiunt de mansuetudine et vident Et
quitum econtrario vituperant et odio habent quod distorte et iracunde recipiunt et
quibus homo potest loqui vix vel raro que necesse habet eis loqui et vident
eisdem duxe venena vitanda iram sicut ignem Et enim sepiunt mala que ira-
cundia Beatus gregorius bene declarat loquens in hec verba Ire suis stimulis cor accensum
palpitat corpus tremit facies ignescit exasperantur oculi et nequaquam recto
gnoscuntur noti ore quidem clamorem format sed ipse quid loquatur ignorat vnde
et apostolus dicebat Job. virum stultum interficit iracundia sua. sicut ergo est
verecundum maxime domino Caroli illa magna deformitas mentis et corporis
et sic venenosa et inutilis est commendabile et honorabile et omni dignum
honore ut dominus Caroli clementer et mansuete loquatur Ad hoc attendens sa-
piens erudiuit filium dicens fili mi in mansuetudine opera tua perfice et super
hominum gloriam diligeris Ecclesiastici iii° capitulo

Tercia et vltima pars temperancie ut supra dicebatur est modestia que iuxta
sententiam Tullii sic describitur Modestia est per quam pudor honestatis purum
et stabilem comparat auctoritatem et innititur in hac descripcione causa et effectus mode-
stie pudor enim primum est timor turpitudinis vel fuga rei indecentis declinando in-
decencium inexcepcionibus efficit ordinacionem exteriorem que modestia est. et sic ro-
batur auctoritas sine grauitas morum pura non habens admixtionem sui contrarii
et non stabilitas instabilis et mobilis Non enim est momentanea virtus sed permanens Et no-
bilitatis instabilis et mobilis. Non enim est ad racionem pertinet in regno anime. et
tandem quod ordinacio mentis interior que est ad racionem pertinet in regno anime. et
appetitus obtemperat et obseruat est ea exterioris ordinacionis. Pari modo inordinacio
mentis interior cum est quod appetitus non sinit racioni aut subest. ex ea est exte-
rioris deordinacionis vnde ad animus ira est accensus aut timore concussus aut
voluptate suspensus vel ligatus exteriora mutantur vnde et beatus Gregorius in pasto-
rali sic loquitur Irrigus est custodia quod composita sunt externa membra Cum igitur
status et stabilitatis mentis perdit interius fraudulentis foris constanciam inconstantis
ostendit atque mobilitate exteriori indicat quod nulla interius radice subsistat
Item est aduertendum quod a modo modestia dicitur quare in singulis modum observet
Sic enim dicebat metrificator omnibus adde modum modus est pulcherrima virtus
vnde et ipsa hominis conservat decorem ad quem decorem agnoscendum est intra
attendenda varia de diversa diversis conveniunt quia aliud decet prelatum aliud subditum
aliud personam publicam aliud priuatam Non enim per omnia omnibus est decor alii est decorum
vnde et persone qualitas status et condicio est in singulis aduertenda. pari modo aliud
quod est indecens homini quod non est indecens bruto. Secundo est attendendum
ad cognicionem temporis et loci. quia temporis et loci congruitas sunt circumstancie que sepe actum
humanos regulant variant et excusant vnde et Ecclesiastes iii° dicit Hoc omnia sunt
reprobabitur parabola quia non dat eam in tempore suo Et patet exemplum Tullii de duobus
collegis iudicibus scilicet pericle et sophocle. coram quibus cum pro tribunali sederent
transibat quidam iuuenis de quo dixit sophocles socio suo o quam pulcher puer
cui pericles vnde patrem decet habere non solum manus sed eciam oculos continen-
tes Si sophocles verbum illud in alacrium ludo dixisset iusta reprehensione ca-
ruisset vnde et Tullius subiungit viciosum est in re seria delicatum inserere ser-
monem. Tercio et modestia decernit in locis suis que in locis aliis non decent. pari
quia commode et licite homini licet et decent fieri in domo aut hospicio vel
sub diuo sed in ecclesia super altare non decet Vltimo est notandum quod modestia
indecenciam cauet in verbo in risu in motu corporis in membrorum composicione
et ordinacione vel situ in habitu in occupacione in cultu vel actu exteriori
de quibus in parte loquitur Seneca libro de iiii° virtutibus in hec verba A verbis tur-
pibus abstinendo quia licencia eorum impudenciam nutrit sermones vtiles magis
ama quam facetos mixtibus interdum serijs iocos sed temperatos et sine detri-
mento indignacionis et verecundie Nam reprehensibilis risus est si inmoderatus
si puerilis effusus si muliebriter fractus odibilem hominem facit risus

Si ergo tempus locus exigit hoc ad dignitatem sapientie gerere non est tibi similis sed gratia
urbanitatis urbanitas tua sine dente sit · ioca tua sine vilitate · risus sine cachin-
nis vox sine clamore incessus sine tumultu quies tibi non desidia erit Et idem
in eodem ait Ne sis auditor curiosus scrutator neque acribus reprehensor sed
sine exprobratione corrector · ita ut ad monitorum hilaritatem prouoces et erran-
tibus veniam facile dato Nec extollas quemquam vel deicias requirenti facilis vnde
contendenti facilis cede · Et idem ait Rari sermonis sis ipse sed loquentium pa-
tiens Circa vero motum corporis cauenda est nimia tarditas et nimia celeritas
vt Seneca Si continens es et animi tui et corporis obserua motus ne indecori
sit tibi Est enim magna verecundia persone excellenti secundum statum si indecentes
sui motus ostendat in situ corporis tocius vel in motibus arguitur enim ex talibus
leuitas mentis et status honoris datur despectui in persona tali · De talibus
enim loquitur Ysaias iij c. d. pro eo quod elevate sunt filie Syon et
ambulauerunt collo extento et nutibus oculorum ibant et plaudebant manibus
et ambulabant pedibus et composito gradu incedebant decaluabit dominus verticem
filiarum Syon Compositus gradus est fictus incessus ad vanitatem quam natura
illi non dedit et de tali homine loquitur Salomon vi. vi. vbi dicit Annuit oculis
terit pede digito loquitur etc Est igitur modus obseruandus in cultu et in habitu
vt et Ambrosius secundum Origenem dicit Ornatus et sordes pari modo fugienda sunt · quia
alterum delicias alterum gloriam redolet Vnde et Seneca Non splendeat toga
nec sordeat · Et de hoc satis dictum Jn occupacione est modus ob-
seruandus vt de impertinentibus ad ipsum quis non se inuoluat sed sit occupacio
eius honesta necessaria opportuna Et quod opportuna etc secundum tempus secundum locum
secundum etatem · Secundum locum et tempus iam dixi · et secundum etatem dico quod etas ado-
lescentie labore animi et corporis est exercenda et exponenda et aucti senio
subiicienda Debet enim adolescentes senex veteri consilio eorum regi et
exemplo informari · senibus vero a corporis labore est parcendum Animus vero
extendus consilio alios iuuare debet et exempla imitacione digna eis
instruere Priuate persone est parere cum ciuibus placere · Prelati vero vel prin-
cipes aut presidentes est estimare se gerere personam ciuitatis retinere decus
et seruare leges · Jstis in modo in vel modo vel mensura communiter contra quem committitur

Vero est excessus idea de istis quatuor specialiter est dicendum Nam homines sepe
nesciunt tenere modum circa honoris et excellencie statum seu intelligenciam actum
sui decenciam ~~actus~~ ornatus exterioris apparenciam Jdeo circa hec est maxime
cauendum et presertim a dominis Cardinalibus qui sunt specula et exemplaria tocius ecclesie quibus
viciatis et obfuscatis exemplata et alii qui per eos regulari debent causa
inficiuntur et obfuscantur Jste autem appetitus honoris et excellencie in se quid
nisi superbia mentis Jsta enim heu apud multos non sed madidum neque sine Jsti
etiam sunt multe cause Nam quidam superbiunt presumpcione animi excellencia
dominii · appetitu magisterii · vsurpacione doni gratis dati vel gratuiti quidam
de corporis sanitate de sanguinis nobilitate · et ista est multum periculosa ·

Primo dico aliqui superbiunt presumpcione animi · sed Nam sepe contingit quod
dominus circa presumptuosos viros cadere permittit quorum de sua virtute nimium
gloriantes Vnde et beatus Augustinus in de ciuitate dei · dicit Audeo dicere superbis esse
vtile cadere in aliquod apertum et manifestum peccatum vnde sibi displiceant qui
iam placendo ceciderunt Salubrius enim sibi Petrus quando fleuit displicuit
quam placuit quando presumpsit · Omnipotens enim deus presumenti de seipso sepe auxilium
suum subtrahit · et subtracto dei auxilio homo quod bonum non perficiat · sed tandem in
malum corruit ad quem consumit consimiliter referri potest id Judith vi. Domine ostende
quod non derelinquis presumentes de te et presumentes de se et sua virtute gloriantes
humilias De presumpcione enim Petri habemus Mathei xxvj vbi dixit paratus sum tecum
et in carcerem et in mortem ire Ancille ad dictum defecit seu cecidit patet Mathei xxvi
quod ad vocem ancille negauit et sic ubi nos apostolus cauens cecidit Si ergo hoc in
Petro presumente quid de nobis presumentibus est credendum Contra enim hos loquitur
apostolus ij ad Corinthios iij vbi dicit Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid

Et si omnes scandalizati fuerint ego non scan-
dalizabor Et Luce xxij vbi dixit paratus sum

ex nobis quasi ex nobis sed sufficiencia nostra ex deo est. Et si non sufficit homo bonum cogi-
tare quanto minus et facilius est mit opera bona quod sufficiat facere opera exteriora
Unde et xpistus dixit Nemo venit ad me nisi pater qui me misit traxerit illum
Unde et beatus Bernardus super illo verbo Canticorum primo Trahe me post te sic dicit Domine
scio nequaquam posse pervenire ad te nisi incedendo post te. Verumtamen hec quidem
nisi adiutus a te. Ideo precor ut trahas me post te. Fugienda est igitur ista pre-
sumpcio quia multi et magni corruerunt. David enim cecidit, de quo deus dixit
Inveni hominem secundum cor meum quod ergo tutus erit. Item contra aliqui presumunt modo quod
ipsi hec audent quod alii non audent et intrant presumpcione labores que nonnumquam
presumunt presentes se suis antecessoribus. Contra tales videtur facere verbum Sapiencie
Ecclesiastici xxxii Audi tacens simul et quiescens et in medio magnorum loqui non pre-
sumas. Aliqui presumunt de eo quod non est ab aliquo presumendum ut contra tres de-
mones vel plures viribus minus presumunt vel divicijs ut potestate illa temptamus facere
predictorum auxilio ad que non sufficiunt. Contra quos Ieremie xvii Male-
dictus homo qui confidit in homine. Et Ysa. xxxvi Ecce confidis super baculum
arundineum. Et psalmista: Qui confidit in divicijs suis corruit. Alii presumunt
ante tempus utpote eo quod minus presumunt de victoria qui pugnam numquam intravit
ad quod referri potest illud Job xl Memento diei belli nec ultra addas loqui
Ad eundem spem pertinet quod aliquis presumit de perfectione cum vero est in inchoacione
Quantumcumque enim aliquis profecerit semper se reputet inchoantem. Unde et in Eccl.
dicitur. Cum consummaverit homo tunc incipiet. Et beatus Gregorius in moralibus Si in bonis inchoa-
tis nolumus lassescere valde necesse est ut semper ea credamus nos inchoare. Aliqui
presumunt de dei pietate et propria potestate sicut faciunt presumentes se posse exire
peccatum quando volunt et omnes isti decipiuntur quia hec repromissio nequissima multos
perdidit Eccli xxix. Tales etiam sunt qui presumunt recipere aliorum regimen qui
se regere non sciunt. Tales enim presumptuosi sunt quia super alios volare nituntur
antequam creverint in eis ale et ideo sepe ruunt instabili et casuali moventur
exemplo monachi de quo refert Vincencius in Speculo hystoriali quod dum
quidam iuvenis volare voluit et assumptis pennis plurimis turrim ascendit factis
alas et exponens se aeri insensibiliter corruit et collisus est. Assignans causam
sui casus eo quod caudam non fecerat alatam more avium ceterarum. Sic revera
multi presumptuose cogitantes presumptuose volare super alias ambulantes sepe ruunt
a statibus et honoribus suis et fiunt despectiores aliis qui pedibus simpliciter
incedunt. Hec tamen forsitan cecidissent si habuissent alas idest honoribus et statibus re-
cordarentur de cauda sue vite scilicet de morte. Optime ergo consulit Eccle-
siastici iii Altiora te ne quesieris quia revera deus semper minime de
sua potestate auxilio sine gracia iuste dimittit destitutos ut patet vi q. i. imitare
petendo. Pari modo et deus pessimus ex sua infinita pietate sepe per adver-
sitatem bonorum repressit presumptionem ut dicit ibidem. Isti volunt equari

Secundo ut dixi quidam super excellenciam dominij et ideo cum periculo est
dominari. quia inter homines a natura non est dominium sed equalitas. Sola enim
violencia et iniquitas dominia peperit in terris sed non natura. Deus enim solus
naturaliter dominatur. Unde et Gregorius in moralibus Non est data homini potestas ut dominetur
hominibus sed bestijs terre et volucribus. Deus non dixit faciamus ho-
minem ut presit hominibus sed ut presit piscibus maris etc. Contra tales
qui nimis ambiunt excellenciam dominij scribitur Eccli vii Noli querere ab
homine ducatum neque a rege cathedram honoris. Et sequitur quibusdam
interpositis Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates
Status enim altior est eo periculosior quia vicijs est vicinior. Unde et beatus
Ieronimus dicit. Cave honores quos sine culpa tenere non potes. Sublimitas
honoris magnitudo peccatorum est. Unde et beatus Gregorius in pastorali dicit pollens
virtutibus invitus et coactus accedat ad regimen animarum. Aliud vero de illo qui
vicijs sordet. Tale enim regimen malorum et impiorum est eis interitus et afflictionis
ius dicit Salomon Proverbiorum xxviii Regnantibus impijs ruine hominum. Item Leo ...

et vestit esuriens princeps impius super populum pauperem et ibidem xxix c. cum impii sumpserint principatum gemunt populus Vere fugienda sunt dominia sicut intemperantie cause et alimonia Saluator enim noster fugit in montem cum a iudeis populo peteretur in regem non tamen fugit horam mortis Sic eciam legitur de beato Augustino quod fugiebat omnes ciuitates que non habebant episcopum et pari modo patet de multis sanctis patribus in exemplo Ambicio enim honoris nullum malum horret vnde et quidam philosophus dixit hoc maximum malum habet ambicio quod non respiciat deum aut se aut alios sed per fas et nephas et multa pericula tendit ad dignitatem quam intendit et appetit vnde et ambiciosus semper est pauidus timet enim ne quid dicat vel faciat quod in oculis hominum displiceat honestatem mentitur humilitatem simulat cunctis adulatur cunctis inclinat omni contra se mouet grauem pugnam in se fert diu ministrans pulsat cameram et ambicio tenet manum De ista ambicione loquitur beatus Bernardus in libro de consideracione O ambicio quomodo omnes torques omnibus places nil acrius cruciat nil molestius inquietat nil tamen apud miseros mortales celebrius negociis eius et Seneca dicit Nemo ex hijs quos honoratos vides felix est vnde et beatus Jeronimus dicit honores secum pericula trahunt Sed posset aliquis videri quod appetitus dominij malus non sit eo quod dicat apostolus j. ad Thymotheum iij°. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat Sed contra hec instancia seu obiectio nullius est momenti aut vigoris Si quis verbum apostoli diligenter attendat Non enim dicit apostolus Si quis desiderat episcopatum quod bene facit aut quod eius desiderium sit bonum sed voluit ostendere quid significetur nomine episcopatus Nomen enim grecum est Vnde et glosa super hoc verbo dicit voluit apostolus quid sit episcopatus exponere quia nomen est operis non honoris quia ille qui preficitur super intendit illis quibus preficitur curam eorum gerens scopos enim grece latine intencio est. vnde episcopus latine superintendens dicitur nec valet hoc argumentum Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat ergo desiderium episcopatus est bonum sicut non valet si dicatur Iste fur qui vult furari bonam vestem desiderat bonam rem quia bonam vestem ergo desiderium eius est bonum vnde et sequitur in eadem glosa locus superior sine quo populus regi non potest et si ita teneatur et administretur vt decet tamen indecenter appetitur. vnde et Augustinus dicit Otium sanctum querit caritas veritatis negocium iustum suscipit necessitas caritatis quam sarcinam si nullus imponit vacandum est veritati si autem imponitur suscipienda est propter caritatis necessitatem sed nec deserenda est delectacio veritatis ne subtrahatur ipsa suauitas Quam autem homines appetant episcopatus desiderantes videlicet an lucrum camerarum vel bursarum an laborem vel honorem satis apparet cito si honores et diuicie essent a beneficijs sequestrata et separata vnde legitur quod mortuo Sixto papa diu vacauit papatus quia non erat qui vellet assumere et fuit racio quia ecclesia tunc non vacauit diuicijs et honoribus precellebat sicut modo sed frequenter tunc ad inuitum trahebatur qui in honoris cathedra episcopatus accepit nomen quod si modo crederetur etiam post annos aliquot euentum longe fugeretur nomen episcopatus

Tercio ut dixi quidam superbiunt appetitu magisterij quod revera est detestabile. Nullus enim debet esse magister alterius nisi qui discipulum precedit in tribus que hoc nomen magister signat Magister enim si resoluatur in diacciones dicitur tunc habemus magis et ter. Debet ergo alios ter magis habere. qui magisterij appetit dignitatem primo in vite innocencia. 2° in docendi intelligencia. 3° in humilitatis conuersacione. magister debet habere vite innocenciam vnde in propheta dicitur peccatori autem dixit

Primo dico quod debet. quare tu enarras iusticias meas. quasi diceret ad immundum non pertinet docere quecumque. vnde et beatus Gregorius dicit. Cui verbum dei loquitur prius studeat qualiter viuat et opus ex actu suo colligat. que et qualiter dicat. et capitulo xxxiiij dicitur que dominum manum habes alba certitudinis est vero in manum habes quod operibus imples. et talia sunt docenda et ibidem xxxiiij. Confirma verbis et fideliter age cum eo et omni tempore inuenies quod necessarium est. bona operacio est vbi confirmacio Nam reuera doctrina magisterij cum mala vita est verecundia et erubescencia plena deo etiam multum displicet et ecclesie dei nocet Nam qui docet et male viuit lucernam pudoris portat Constat quod opponitur nuper se posita magis elucescit Cum igitur bona docet et dicit et male operatur opponitur nuper se

ponit vnde et apostolus dicit In quo aliud iudicas te ipsum condempnas & propter dicit bene
loqui & male viuere nichil aliud est quam se sua voce dampnare. Talis sibi ipsi
contradicit. et talis contradictio semper est ad verecundiam & ruborem in facie hominis
sensati ffatuus enim qui nescit loqui de nullo erubescit vnde et beatus Jeronimus
non confundant opera tua sermonem tuum. delicatus magister est qui pleno ventre
de ieiuniis disputat talis ope destruit quod verbo edificat vnde eccli xxxiiij
vnus edificans et vnus destruens quid prodest eis nisi labor. Et talis pro certo
sine verecundia hominem alicuius status quod ipse inveniendo laborat. Istud est displicens deo
quod dominus maledixit ficulnee habenti folia sine fructu vt legitur math. xxi. ffi-
culnea namque est talis predicator et doctor habens verba sine operibus Et istud
patet satis per maledictiones quas dominus fecit phariseis et scribis qui habebant folia
verborum sine fructu bonorum operum que maledictiones habentur math. xxiij.
Istud etiam nocet ecclesie vnde & beatus Augustinus dicit qui non ardet non incendit. Et
beatus gregorius dicit. magis valet ad predicandum sancti amoris conscientia quam exercitati doctoris
sermo. Item nulla est dulcedo lingwe nisi condiatur sapore bone vite Item
Gregorius super ezechielem. Sermo doctorum non est que vita reprobat nec consciencia
reprobat remordet. Item sermo contemptibilis redditur hominibus per malam vitam
predicantium vnde Gregorius. Cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contempnatur
cum quod predicatur ipsa vitam etiam suspecta redditur hominibus. Cum in latronum cre-
natur et ipsa vitam eciam suspecta redditur hominibus Cum ergo singuli domini Card. sint magistri
det ostendenti per dextrum veram viam Tu ergo singuli domini Card. sint magistri
& doctores alicuius facultatis subaudi debent esse eruditores singulorum ad se
declinantium exhortatores singulorum maxime per eos promotorum videant quod verbis con-
cordet vita vnde & apostolus paulus thimoth. Attende lectioni exhortationi doctrine
semper permane in hiis ad thimoth. iiij. et dis. xxxviij. Ignorantia vbi in si. scilicet
dicat verbis eorum in predicatione & doctrina consistat & edificent ceteros tam
fidei scientia quam operum disciplina vnde Crisostomus dicit Si bene doceas & male vi-
vas tu solus condempnator eris dis. xl. multi sacerdotes

Secundo debet magister precedere alios in docendorum intelligentia vnde et beatus Jo-
hannes in canonica sua iij. ca. Nolite plures magistri fieri fratres mei glo. dicit nisi tamen
discreti et in scripturis docti Et pro. xviij. Stultum Qui prius respondet quam audiat
audiat stultum se esse demonstrat et confusione dignum vnde et beatus
Jeronimus dicit in prologo galeato ceteri qui vanam suppellectilem & vilia
opuscula fabricant sine doctore esse non possunt quod aurum quod medicorum est
promittunt medici tractant fabrilia fabri Sola scripturarum ars est quam sibi
passim omnes vendicant. & subditur. hanc vetula hanc delirus senex hanc sophista verbosus
hanc vniuersi presumunt lacerant docent
antequam addiscant vnde & beatus gregorius Turpe est tunc velle querere cum
deinde quod erudiare Nam socrates eundem eum interroganti quid posset optime
dicere ait Si nichil dixeris nisi quod bene sciveris Revera & si opus est multis
rudenti videre prudenter Memorie in hoc opus est dominis Card. vt & ipsi
singulos erudiendos ammonendos & instruendos ad exhortandos. instruant dili-
genter clementer & decenter. quia ad hec obligantur maxime illis quos pro-
mouent vt saltem in eorundem discessu ab ipsis aliqua verba exhortatoria lo-
quantur que audientes valde diu retinent & postea singulorum verba dominorum
Card. sunt propter optime recitare. nec oportet eos adducere septuaginta sed solum
amicabiliter et paterne exhortari vt intendant de hiis que sue misterie et
divinitatis et eis nichilominus se offert ad assistendum in omni adversitate
si quam ocasionem iusticie paciuntur. quos autem sciunt non multum literatos ad studium
literarum expedit monere & inducere & vt literatos secum habeant timentes deum
quorum consilio peragantur singula que iuste fuerint peragenda Quos vero
inveniunt videre libertentur vt vitent suspecta consorcia secularia solacia
que ad lasciviam provocant et quod sine senum consorcio ac etiam consilio ardua
nil attemptent Greg. cura pastoralis Sermo debet esse discretionis sale conditus ut secundum
audiencium qualitates singulis doctrina detur Sic enim scribit viij q. i. Oportet
eum qui docet et instruit animas rudes esse talem vt pro ingenio discentium
semetipsum possit aptare & verbi ordinem pro audientium capacitate dirigere. que etc

dns Cardinal aut aliqs quicqz no poss efficere si no esset intelligens dicendorum
illustratus | in humilitatis commenda i magistri de humilitate

Tercio de magistri discipulus excede- | continue hijs quos ipse erudire. quia ete
si superbe conversatur despicatur a subditis. vel quia timet excedere
in disciplina eius scola deseritur. et quia superbiam querit et vanitatem. eciam
si discipuli remanent parum proficiunt apud eum. quia tales magistri non
curant discipulorum utilitatem sed suam vanitatem sicut faciebat scribe et
pharisei qui amabant primos accubitus in cenis et primas cathedras in
synagogis et salutari in foro et appellari ab hominibus rabi Mt xxiii. quod pául dent
esse a dns Card. Si enim bene informare et verba erudicionis proferre ut
primus non tamen illa proferat ad vanitatem aut iactanter. quia nec debent
in allegacionibus iuris aut scripturarum sacrarum perstrepere sermonem sed paucis et humiliter
proferre que ex caritate fuerit perfecta. Sic enim faciendo promerentur consequi
a deo graciam quam humilitate meretur. quam nullatenus obtinet si sue quasi sciret
ostenderet perfeccionem et vellet propterea honorari. sicut satis declarat beatus Jeronimus
super malachiam xvi q i. Reverentissimi vivere viri scolastici tam docendis quam
doctoribus necessaria est humilitas ad perfectum disciplinorum sedulo.

Quarto quidam superbe usurpacionem dona ut pote quod sunt magis liberales vel magis
perfecti aut magis devoti et ista eciam vanitas quia vir vanus in superbiam
erigitur. et quasi pullus onagri se liberum natum putat Job xi. Tales enim
sibi usurpant talia dona et nichil credunt se habere a deo sicut et philosophi
antiqui gentiles gracias nulles ascribebant intellectui suo i facundie dicentes
labia nostra a nobis sunt quis noster deus est q d. Contra quos loquitur apostolus
Quid habes quod non accepisti quasi singulariter quasi non acceperis. Unde et talis homo
Unde habes quod non accepisti quasi singulariter quasi non accepis. ut est talis ho
est ingratus deo et immo dictum beati Gregorii non est dignus recipere ampliora qui
non est dignus dandis. qui non agit gracias de sibi datis aliqui vero sunt
qui licet credant se accepisse dona a deo credunt tamen illa precio multiplici ac-
cepisse iste magnum vituperium facit deo ex eo quod largissimum datorem constituit
venditorem. dum ea que dns ei dedit ex gracia se reputat pro meritis recepisse.
iste indignum se facit ad quamlibet graciam obtinendam. Unde si tales petant a
deo graciam et unam optime rudetur eis. Ite ad vendentes et emite vobis
Mt xxv. Talibus eciam dicitur
sicut legimus prudentes fatuis dixerunt
Luce xvii. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite servi inutiles sumus
in quo verbo bene innuitur quod bene operando sumus et debemus et deo inutiles
sumus nobis vero sumus utiles. Nullus enim meretur ab alio ex eo quod sibi ipsi u-
tilia facit. Nos vero nichil deo damus nisi quod accepimus ab ipso et istud
debitum solvendo nullus meretur. Immo omnia opera nostra bona ipse deus operatur
est in nobis ys xxvi. ergo per ea dei graciam non meremur. Unde et beatus Au
dicit Non sunt talia merita ut propter ea vita eterna ex iure debeatur vel sic deus
eis iniuriam faceret nisi ea donaret. Nam merita nostra sunt dona dei. et ita
homo magis propter ipsa merita debitor est deo quam deus homini. Bona enim opa
sunt sicut est sine signacio. Figura enim facit minima ex quo sequitur quod pro ni-
chilo et tegumentum hominis computatur. Sic est de gracia dei. a
ex se meretur dona dei. Aliqui eciam sunt qui gloriantur se habere quod non habent
et istis maledicit ysa propheta v. Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram
vobismetipsis prudentes ys v. Etiam iste indignus est gracia dei quia talis
se credit habere quod non habet. Et ideo non petit et non petenti non dabitur. Alii
vero gloriantur se plus habere quam habeant ex eo quod se reputant aliis meliores.
Talis est gracia dei non meretur ymo indignus est ea. Exemplum de hoc
habemus in Saule i R xv. ubi dicitur. Cum esses parvulus in oculis tuis
a regno eiectus est. Cor enim contritum et humiliatum deus non despicit sed
superbium caput in tribubus israhel factus es. E contrario cum magnus fuit esset in odio
sunt et regno eiectus. Cor enim contritum et humiliatum deus non despicit sed superbum
[illegible] est enim gloriari se esse aliis meliorem cum sibi non constet an sit bonus
[illegible] sequitur. ip ca. Sunt iusti atque sapientes quorum opera sunt in manu dei

et tn nescit homo vtrum amore aut odio dignus sit · et licet hic pnali possit aliqd incla-
ruisse esse ctus se esse in gra non tn est ctus qualis erit finalr vn ecc · viij vidi
vidi impios sepultos · qui eciam dum viuerent in loco sco erant et laudabantur
in ciuitate tanqz iustorum opm adeo nullus dz se reputare meliorem · Ex quibus
acta pbant vir et b · Vlri dicit Noli te comparare maioribus, noli minoribus noli
aliquibus noli nec vni te nemini deo ponas · sz nec coparare psumas Nichil
em michi conscius sum · sz in hoc iustificatus non sum dicit vas electionis Ista
et si ab omnibus hoibus sunt vitanda pcipue tn a dnis Card · Est em
qd vdz quod rancor ex oblocucionis inducit et secum trahit huiusmodi sup se
vana reflexio Est em deo odiosa et hominibus sicut supra dixi eciam e
in maledictus huius confessio qui in bonis gloriatur etc · g iij · et iiij · pha-
riseus enim deo gras referebat qz non erat sicut ille publicanus et tn non
descendit ipse sed publicanus iustificatus in domum suam · quia et pcatorem
intimuit et publicanum temere iudicauit · vn et btus Ber dicit loquens pha-
riseo inter vba etc inflans aduersus publicanum qui ideo iud est ut tu
ex non accepit vt tu · et subdit gras agendo probas te nil tibi tribuere
cetos aspernendo prodis quod in corde et lex corde loquitur sic Non enim indica-
retos aspernendo prodis quod in corde · et lex corde loquitur sic honorandum te censeres vnde
te publicanum contempnendo pre se si non pre illo honorandum te censeres vnde
istud viciu ipse reputacionis et sup se reflexionis a cunctis pcipue maxime est
vitandum · Est tenendum et durante in hoie pauca erit dilectus aut amicus
Est em viciu istud quedam fames insaciabilis Nunqz em impletur desiderium
eius q omnes alios vult transcendere et excedere · quia si excedit vnum excedit
ab altero · quare indignum inquiete est profectum proximi non diligat et proximi pro-
fectum non dedignetur · Omnes em sumus filij dei qui exinaniuit semetipsum
formam serui accipiens ad ebre ij · quare si homo pre alijs est honoratus
aut melior aut honoracior reputatur Non ideo sup alios se extollat sed
recordetur vbi sapiens dicitur Rectorem te posuerunt noli extolli sz esto quasi vnus
ex illis etc · xxxij · c · ... ris sanitate seu venustate · Est ista sanitas
qui minor ex illis eciam ... corpo · momentanea est · hodie em quis sanus e
Quinto quidam supbiunt ex corpo · momentanea est · vapor e ad modicum pa-
rens · De ipsa em sanitate corporis ac pulchritudine et agilitate multi assidue
exgliantur · et tn omnia hec sunt homini sepe ca mortis eterne · Continua em
lucta est inter corpus et spm · et quanto vnus plus viuat tanto alterum plus vi-
citur · quia videmus ad oculum qz fortiores corpore sepe sunt infirmiores mente
cumque em pnt resistere passionibus sensitiuis vtpote ut luxurie gule vn valde
fatuum est de rebus gloriari que magis obsunt quam prosunt · et cum infir-
mitas corporis reddit animam magis sposam ac fortiorem iuxta illud qd scribitur
in eccto Infirmitas grauis sobriam reddit animam Non ergo e gloriandum de corpis
sanitate fortitudine ac venustate · Et hec omnia vana sunt et instabilia
nec est in eis materia laudis vel Rufinus em scribens ad valerium narrat de
valeriano Imperatore qz cum audisset recoli et recitari triumphorum suorum
pdomina quibus fortunatissime pditus erat ait se nunc vna victoria gloriari
et requisitus qua respondit · qz inuentum cum nequiorem in carne sua vicerat
Erat em octogenarius in virginali pudicicia psenerans Si ergo hic gentilis
non supbiuit in corporis sanitate ac fortitudine quibus tot gloriosos triu-
phos optinuit sz magis in fortitudine ac mentis sanitate qua sanam et in-
tegram cofirmauit multo magis vitanda est hec vanitas a viris ecclastis
et potissime tanta pditis dignitate sicut sunt dni Card · quorum non interest
bella gerere corporalia sz magis spualia que sunt aduersus carnales delectaciones
in quibus bellis aptiores sunt debiliores carne et fortiores spu Et ut quod
hoc contingit qz debiles pualent in hoc bello et sensualibus fortiores sm carnem
Non em dixit aplus sine causa libenter gloriabor in infirmitatibus meis · Et
virtus in infirmitate pficitur · vnde et complacuit sibi ipsi in infirmitatibus suis
subiungens causam dicens Cum em infirmor tunc potens sum ij ad Cor · xij ·
Et infirmitate em sepe aufert homini oportunitates male faciendi · sicut habetur
xxxj · q · iij · Si quis nam inquit eciam infirmitas corporis fortitudinem corporis emendat

de remuneracionis misericordie. deus sepe clementer castigat nimis de sua virtute gloriantes
ut humilientur et emendentur ne forte nimis eleventur et intumescant iuxta illud
Jer. xxx. te autem non faciam in consummacionem sed te castigabo in iudicio ut non tibi videaris
innoxius et xlvi castigabo te in iudicio et quasi innocenti non parcam tibi
Sexto et ultimo dico quod quidam superbiunt ex sanguinis seu generis nobilitate iste
quicumque fuit revera ignobilis est quia ex meliori sui parte sit similis eo-
ipso quod superbit ex suo genere Racio enim dictat non esse superbiendum de eo quod quis nulla
virtute meruit et qui de hoc extollitur et intumescit a sua nobilitate si qua
fuit eciam omnino recedit Nobilis est enim ille quem nobilitat sua virtus Caro enim
et sanguis sunt attracta a viliori parte parentum sed racio et discrecio que
sunt preciosiora et nobiliora descenderunt a deo a quibus si homo recedit materiam
vere laudis non habet. Nemo ergo potest gloriari de illo singulariter quod quibusque commune est
Nam clarum est quod omnes sumus originaliter ex eisdem parentibus primis Non
enim fecit deus unum adam argenteum et alterum luteum sed unum fecit adam
de luto a quo omnes descendimus. Anima omnes ex illo et ab illo descendimus
vel omnes sumus nobiles vel ignobiles. quia si primi parentes sunt nobiles
omnes tales sumus. si ignobiles iterum pari modo ignobiles sumus Unde et Malach
ii° dicitur Numquid non pater unus omnium nostrum Numquid non deus unus creavit nos
quare ergo despicit unusquisque fratrem suum. ¶ Secundo contra tales potest argui sic Nobilitas
enim hominum ex quo est a genere hominibus quia natura hominum non fecit nobiles ad naturam
omnes homines sunt equales. quero unde contingat. vel enim contingit ex nobilitate
corporis vel mentis vel probitate corporis aut virtute racionis aut diviciarum
acquisicione. Non potest dici ex nobilitate corporis. quia constat quod unum corpus humanum non est
perfectius alio nisi forte aliquod esset monstruosum. quod tamen non convenit racione perfe-
ctionis humani corporis quamdiu manet in racione humani corporis Iterum si dicatur
quod ex nobilitate corporis quero unde habeat. Si dicatur a patre. quero unde pater habeat
Si dicatur ab avo. quero unde ille habeat. Si dicatur ab attavo queram de illo
Et sic consequenter querendo ascendendo donec veniamus ad adam vel dicas quod aliquis
sit nobilis cuius pater non fuit nobilis et tunc quero unde habeat ad fructum non
sit perfectior semine aut nobilior Non potest dici quod ista nobilitas sit ex parte corporis
quia corpus nobilius quis non accepit quam sit donatum corpus. quia nichil dat
quod non habet. Si dicat ex nobilitate mentis eadem racione et rusticus erit nobilis
quia potest esse et sepe de facto sunt rustici magis virtuosi magis racionabiles magis
discreti magis literati. Si dicatur quod venit ex probitate corporis. certe ista nobi-
litas nulla est ad rustici potest esse et sunt tam probi corpore sicut qui volunt
nobiles reputari unde david fuit pastor animalium. Saul pastor asinorum et isti
facti sunt reges. Nec certe agilitas corporis descendit in posteros. quia sepe contingit
quod fortes et probi maxime effeminatos generant filios quare ergo dicuntur no-
biles isti et non illi. ad omne illud quod potest hominem nobilitare eque principa-
liter et equaliter habet rusticus sicut ille est qui vult nobilis reputari. Pari modo si dicatur
divicie faciunt nobilitatem. ista est vilis nobilitas que ex mercacionibus aut
ex usuris pluries aut ab alio extrinseco habetur. ymmo apparet cotidie quod rustici plus
habundant et maxime burgenses quam castrenses vel qui volunt nobiles reputari
Si dicatur quod imperator fecit istum nobilem et non illum Respondeo quod imperator bene
posset sibi dare nomen nobilitatis et non alteri. sed quod propter velle et mandatum
imperatoris sit quis nobilior quam prius fuit absurdum est ad nichil de ipso possit
immutare imperator quem ex rustico vult nobilem fieri et nominari Iterum que
racio quare imperator hunc vult nobilem esse et non illum. Si dicatur. invenit
istum probum et virtuosum et non alium ¶ Quero ergo quare filius dicitur nobilis si
est piger et viciosus. Si dicatur propter merita patris. hoc certe est omnino irracionabile
quia pater sumus factus est nobilis non obstantibus demeritis avi sui. quare ergo iste filius
est nobilis non ex meritis suis sed alienis. Sicut enim ex meritis parentum debet quis
nobilitari quare ex demeritis non debet quis denobilitari. Si dicatur. istud placet
imperatori quod quis sit nobilis cuius pater per imperatorem nobilitatus est sive ille sit
probus aut improbus sive virtuosus aut viciosus. De quo ergo vult quis
gloriari. ex quo per solam voluntatem alterius nobilis dicitur et non per aliquam rem
bonam et laudabilem existentem de ipso que eciam de rustico non existit. ymmo vere.

timdari debet quia vocari nobilis per violenciam alterius sit vel dicitur viciosus potest multo
dici nobilis violentus. Et quod cum nomen est violentum singulare est hoc quod aliquis viciosus
honoretur et virtuosus non, aut tamen honor sit premium virtutis. Ex quo constat quod multi nobiles
sunt viciosi vel saltem non virtuosi id est virtutibus carentes et tamen honorantur propter sanguinem
et rusticum aut burgensem virtuosum postponant propter eundem nobilem in honore promocione
beneficiis ecclesiasticis vel mundanis. Nullus ergo gloriari debet de eo quod non est suum quia nullus
nobilis est nobilitate sua in nobilitate parentum. Quod autem ante nos est nostrum non est
ut dicit Seneca quod nemo altero nobilior nisi cui rectius est ingenium et bonis actibus
aptius. Item dicit quod nichil aliud est nobilitas quam antiqua divicie. Quid est eques Romanus
aut liber vel libertinus nisi nomina ex ambicione vel iniuria nata vel quesita
non et Plato dicit neminem regem non ex servis oriundum esse neminem servum non
ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit et sursum et deorsum fortuna
versavit. Non ergo est gloriandum in nobilitate sanguinis quia vana vanitas est quia
sola hominum opinione subsistit nullum in se habens sive nobilitas vana tamen. Unde
et salvator noster non elegit nobiles aut potentes sed pauperes in hoc mundo vo-
cavit ad apostolatum. I. ad Cor. i. Ignobilia et contemptibilia elegit deus. Unde
et beatus Ieronimus in quadam epistola ad Eustochium dicit: Sola apud deum libertas est
et virtus. Idem et alibi dicit
non facit patria. Summa est apud eum nobilitas clarum esse virtutibus. Non est ergo
commendanda nobilitas nec ne cupiditas consistit sed cupiditatis ambicio. Non est ergo
superbiendum de generis nobilitate. Quia ex ~~superbia~~ superbia sequitur ignobilitas mentis.
De quibus optime loquitur beatus Ieronimus in hec verba: Non est quod sibi aliquis de generis
nobilitate blandiatur si ex meliori parte sit servus id est in racione. Unde et beatus
Gregorius in dyalogo dicit: Nonnullis solum nobilitas generis parit ignobilitatem mentis
ut in quo se in hoc mundo despiciat et qui plus se ceteris aliquid fuisse me-
minerunt. Revera et si quoque hominum est periculosa huiusmodi detestanda superbia multo
magis dominus Card[inalis] ipse enim supremum locum tenet in ecclesia dei post ipsum vica-
rium. Et ideo debent electissime esse persone non secundum carnis nobilitatem sed
secundum morum honestatem et graciam virtutum. Unde valde convenienter loquitur beatus Gregorius
dicens: Nos qui presumus secundum ecclesie non ex locorum vel generis dignitate sed morum
nobilitate innotescere debemus. Et Nos qui non enim nobilitas generis sed virtutum
genus facit deo. Unde in de. Ubi venerabilis Beda hic quod dicitur de nonnullis Romanis
et ceteris qui nobiles cito audiunt cito habent ingressum petitiones assumunt et
prosequuntur. Pauperes vero et si litterati fuerint non admittuntur ad accessum ad ingressum
ad loquelam ad auditum ad petendum etiam pro minimo beneficio. Et si forte domini
rubore perfusi supplicantis sermone admittitur si pauper est sermo caret effectu. Nec id
quod petitur exauditur. Unde contingit quod nobiles qui pre aliis temporalibus ha-
bundant vel saltem habundare debent quia et ipsorum divicie facti sunt nobiles
etsi litterarum sciencia sint ignari sunt id est ex toto vel saltem in respectu ad pau-
perem supplicantem in beneficiis ecclesiasticis pauperi preponuntur. Intimo quod dum decet
beneficia nobiles optinent pauper vix ad unum admittitur et pro huiusmodi excusacione
et racione adducatur quod nobiles possunt ecclesiam defendere et tueri ad quod pauper non
sufficit. Ergo si totum sciveit ius canonicum et civile ac testamenti utriusque con-
tinuerit veritatem. Sed pro certo hec adducuntur ad excusandum excusaciones in
peccatis. Quia licitum non est ut temporalia spiritualibus preponantur. In hoc enim casu
plus attenditur milicia quam vita potencia quam sciencia. Hic non attenditur ydoneitas
persone sed vanitas parentele et brevi ubi quis propter nobilitatem promovetur plus
predictis conditio attenditur quam persone promovende aut promote. Et si hec fiunt
secundum canonum instituta non video. Videant illi qui talia agunt et esse debent
canonum executores et defensores. Et si canones non observantur a talibus quid
ergo facient rudissimi layci et seculares qui a nobis sicut corpus a spiritu de-
berent esse distincti moribus conversacione operibus atque vita. Ridiculum enim est
hoc reputare et estimare bonum atque laudabile quod sola hominum opinio vel
voluntas bonum facit. Et hoc postponere vel non curare quod racio dictat bonum esse
atque laudabile. Certum est enim quod nobilitas carnis sola est secundum hominum opinionem et voluntatem

et nobilitas mentis est vera et realis nobilitas. quia ex nobili fundatur subiecto et nobili
fundatum inchoat principio et felici beatur fine. quia fundatur in anima inchoatur
ratione terminatur in deum. Hinc ergo si nobilitas carnis proponatur que ex voluntate
imperatoris vel regis aut tyranni procedit medium extrema demeria est. quia contra
contingit tam nobilis honoratur secundum carnem illiteratus et corruptus in virtutibus et in
bonis actibus et probatus in litteris et virtutibus ignobilis postponatur. preterea
si nobilis esset honorandus hoc potissime fieri debet in illo et illi qui nobilitatis
legem observat. Sed fere omnes nobiles degenerant a lege nobilitatis. quia omnes
student aut depredacionibus mercatorum aut aliis infestacionibus et spoliacionibus
aut exquisitis exactionibus suorum subditorum. quia iam pro dicta distinctiva
que habetur nobilis a rustico videlicet ille nobilis censetur qui vadit in armis
procurat mercia rapinas et homicidia et de istis nobiles communiter occupantur
et postremo immo continue suos pauperes exactionant excoriant et spoliant usque
ad egentes. experiencia enim scitorum et negociorum modernorum temporum premissa de-
clarant et tamen constat quod hec nobilitatis legi repugnat. quia nobilitas per lege est
largitatem ut etiam debere se illud dare credat quod sponte tribuit sicut
habetur de donacionibus ca. primo prudentia li. iiiº.

Et quia homines sepe transcendunt modum rationis sui intelligentie ideo contra hunc
excessum ut supra dixi in loco est dicendum et advertendum quod modum intelligentie
dupliciter exceditur. primum quod ipse appetitus vel studium cognoscende veritatis preter
rectitudinem vel puritatem. Uno quidem modo prout aliquis tendit suo studio in co-
gnicionem veritatis. que per se bona est per accidens tamen potest esse mala prout hac cognitione
intendit superbire et pre aliis apparere. De quibus loquitur beatus Augustinus li.º de
moribus ecclesie in hec verba Sunt qui desertis virtutibus et nescientes quid
sit deus et quanta sit maiestas semper eodem modo manentis naturae magnum aliquid se
agere putant si universam istam corporis molem quam mundum nuncupamus
curiosissime intentissimeque perquirant. Unde etiam tanta superbia gignitur ut in
ipso celo de quo sepe disputant sibimet habitare videantur. Sicut omnes illi
qui student addiscere aliquid ad pompam vel ad viciosum huius studium. De quibus loquitur
Jeremias ca. Docuerunt linguam suam loqui mendacium ut inique agerent la-
boraverunt. Alio modo potest esse vicium ex ipsa inordinacione appetitus studii addi-
scendi veritatem. et hoc quadrupliciter. Uno modo inquantum quis per studium minus utile
retrahitur a studio necessitatis sibi ex statu vel condicione incumbentis sicuti sunt
sacerdotes. Contra quos loquitur beatus Jeronimus in prologo dicens. Sacerdotes dimissis evangeliis et prophe-
tiis videmus comedias legere et amatoria bucolicorum versuum verba cantare.
Alio modo aliquis excedit inquirendo ab illo a quo querere non debet sicut patet
de nigromanticis qui aliqua futura a dyabolo nituntur investigare que est supersti-
ciosa curiositas. Contra quos est loquitur beatus Augustinus de vera religione sic dicens. Nescio si philosophos
impediret a fide vicio curiositatis in percunctandis demonibus. Tercio excedit
cum quis appetitu habere cognicionem creaturarum nulla habita intencione meritorum ad
creatorem. Contra quos loquitur beatus Augustinus in de vera religione quod in consideracione crea-
turarum non est vana et peritura curiositas exercenda sed gradus ad inmortalia
et semper manencia faciendus. Certo excedit inquantum quis studet ad cogno-
scendum supra vires proprii ingenii. hic enim excessus est multorum errorum oc-
casio. Contra quos loquitur sapiens ca. iii. Altiora te ne quesieris et forcio-
ra ne scrutatus fueris. et in pluribus operibus ne fueris curiosus. et postea sequitur
multos enim supplantavit suspicio eorum et in vanitate detinuit sensus eorum.
Cavendum ergo est ab excessu intelligentie ut homo non plus sapiat quam oportet
sapere. secundum dictum sancti Pauli sed sapiat ad sobrietatem que tamen habetur ad veritatis
cognicionem necessaria ad salutem et in obscuris ad scitorum priorum doctorum recursus habetur
Nam vani sunt omnes in quibus non est sciencia dei Sap. iii. ut et beatus Jeronimus
scribens ad paulinum epistola xxxv. dicit Discamus in terris quorum nobis sciencia
perseveret in celis. Et in ubi aliud addiscitur quam quod salutis est. quod necessitatis est
tunc totum sciencie dicetis se esse sapientes stulti facti sunt Ad Ro. primo. Et si
premissa sunt omnibus necessaria potissime tamen hec dominis Cardinalibus ut convenit

necessitatem singulorum ut et ipsi necessaria sciant non solum sibi sed etiam toti ecclesie
generaliter et examinandorum per eos singulariter Est ergo eis opus notitia utriusque testa-
menti et sacrorum canonum in quibus promovendos in episcopos sepe examinare habent
ut supra dixi ubi de ipsorum electionibus feci mentionem Nam licet libros
alios sine peccato possent legere si tempus haberent superfluum a tempore studii virtutis
necessario unde tamen de ipsis apparet quoniam de quibuscumque quod aliquo tempore vacare
possint studiis librorum aliorum. quia in omni tempore in consiliis ordinibus aut
iudiciis occupantur Quid ergo inquisitionibus vanitatum possent intendere
nisi necessariam inquisitionem postponerent Vita enim hominis etiam ociosi non sufficit
ad singula perscrutanda. Et ideo optime dicit Seneca Si pulcrum superest erat
parce dispensandum erat ut sufficeret necessariis Nunc autem que dementia est super-
vacua querere in tanta temporis egestate unde et alibi dicit ut quid te torqueas
in illa questione quam utilius est contempsisse quam didicisse. Unus enim de pluribus unus
est nomen dominum species eius. et non respexit in vanitates et insanias falsas de
ps. Omnis enim scientia que non est necessaria ad salutem facit insanire. Ideo scripturis se-
cularibus non debet quis esse nimis intentus Et maxime dominus Cardinalis Sicut
enim Ieronimus Cardinalis de se scribit ad Eustochium epistola lxxx ii quod cum
circa libros Ciceronis esset nimis studiosus ad tribunal districti iudicis ductus
fuit et ibidem atrocissime verberatus Non ergo domini Cardinales intendant studio
librorum nisi sacri canonis et utriusque testamenti cum ad studium eorum indigeant non
librorum. legent solum ad sciendum sed ad
plene sufficiat cursus presentis vite. Nec illos legerunt solum ad sciendum sed ad
scita opere adimplendum Sic enim dicit Hugo de sancto victore libro de institutione
noviciorum In lectione divina prius debemus querere quod moveat instruat
ad virtutem quam quod scientiam acuat ad subtilitatem Narratur enim de quodam
ad Brutum quod cum Athenas ingressus intravit et dixit Si re
fatuo qui passim ad quandam congregationem magistrorum intravit et dixit Si re-
sponderitis michi ad unam questionem dabo vobis virtutis informationem. quibus annu-
entibus quesivit an melius esset facere bonum quod quis sciret vel addiscere quod
nesciret Et videntibus illis quod inter se collaterantes quod melius erat facere
que sciret homo quam addiscere que nesciret. quia apostolus dicit ad Ro. ii Non
auditor legis tamen sed factor iustificatur Et psalmista de summo bono dicit lector
studium ponens ad implendum que legit quam ad discendum promptissimus. Cuius
enim parum est nescire quid hic appetit quam ea que invenerit non implere Qui
audita visione dixit Ergo omnes vos dementes estis qui die et nocte
laboratis ut discatis que nescitis et non curatis opere implere que scitis
Sunt ergo investiganda necessaria ad salutem et maxime a domino Cardinali. Tamen
alia investigant aut investigata ad finem indebitum referunt modicum credi-
in ratione et intelligentia tam inquirendorum quam agendorum In summa ergo dico quod hec
tamen sunt legenda et studenda in tam brevi dierum curriculo quo homines miserum
et incerta etate sine dubio mensuratur que sunt necessaria et salutis eterne sunt illi
libri ad quorum scientiam homo obligatur secundum statum suum utpote utpote exigi-
de domino loquimur Cardinali cui necessaria est notitia librorum sacri canonis et utriusque
testamenti. et ultra illos quos sunt necessarii legendi sunt libri provocantes ad devotionem
ac amorem dei sicuti sunt legende sanctorum et alia exemplaria que intendunt
ad caritatem et breviter loquendo omnem sacram scripturam legere possunt et debent
que et sacra tamen est censenda. que ab ecclesia est acceptanda et approbata Ista
enim legenda est cum studio cum intentione cum intellectu prout supra dixi
quia ipsam non sinit homines mundanis iniquitatibus obfuscari. Sicut enim stellas
celi non extinguit nox. sic mentes fidelium inherentes sacre scripture firmamento.
non obscurat mundana iniquitas dicitur xxx viii Sicut et in eo amat sciam
sacrarum scripturarum carnis vicia non amabit dicitur esse dicitur vlt. Numquam

Et quia modus sepe exceditur in exterioribus actibus. Ideo 2o loco supra dicebatur
quod circa actus decentiam esset attendendum. Circa quam attendendum est quod actus
humanus sic et opus humanum decentiam recipit aut indecentiam a conformitate
sui cum recta ratione sive difformitate sua ab eadem. quia bonitas moralis Thomas consistit
in ea que sunt hominis per rationem ordinantur manifestum est autem quod exteriores
motus hominis sunt per rationem ordinabiles quia ad imperium rationis exteriora membra
movemtur

Unde et manifestum est quod circa horum motuum ordinationem virtus moralis consistit. Cir-
ca ordinationem autem horum motuum attenditur quantum ad duo: uno quidem modo secundum conve-
nientiam aut decentiam persone ad se, alio secundum convenientiam ad alios seu alicui
negotia. Unde et beatus Ambrosius in primo de officiis dicit: hoc est pulchritudinis unicuique
tenere convenientia, ut conveniat sexui et persone reddere. Et hoc patet ad primum. Secundum
autem ad secundum subditur: hic ordo gestorum optimus sit ornatus ad omnem rem
accommodatus. Et ideo circa huiusmodi exteriores motus ponit Andronicus duo, scilicet ornatum
qui respicit decentiam seu convenientiam persone. Unde et dicit quod est scientia certa circa
decens in motu et habitudine. Et bonam ordinationem que respicit convenientiam ad diversa
negotia et ea que circumstant. Unde et dicit quod est experientia separationis, id est distinctionis
actionum. Debent ergo actus singulorum sic esse ordinati et moderati prout decet
cuilibet ad statum suum. Et maxime hoc est observanda a dominis Cardinalibus in quorum singulorum
diriguntur oculi et eorum facta. Et quia ipsi aliis debent esse et sunt regula
rationis preceptive, quia exempla sepe plus movent quam verba. Ideo in omnibus habent at-
tendere decentiam suorum actuum. Quia si in eis est debita maturitas cum admixtione
dulcis sermonis et operis, ita eos reddet ornatos et dilectos quod omnibus erunt
edificationis exemplar. Et dico si in eis maturitas cum admixtione dulcedinis
pietatis et benivolentie, quia hoc sunt decora eorum status. Scitis enim quod omne quod
est contra rationem in rebus humanis vitiosum est. Est autem contra rationem ut aliquis se
aliis nimis reddat onerosum, puta dum nichil placibile aut delectabile ac-
tibus suis quis immisceat (?). Unde et Seneca dicit: sic te geras sapienter ut nullus
te habeat tamquam asperum nec contempnat quasi vilem. Illi autem qui circa convenientia
decentis actus deficiunt, neque ipsi dicunt aliqua solaciosa aut iocosa, ymmo dicen-
tibus sunt molesti, et tales sunt viciosi qui moderatos aliorum iocos non recipiunt
et dicuntur duri et agrestes ut philosophus dicit in iiii ethicorum. Sunt enim quedam gaudium
delectationis iocus solacium interponenda seriosis, quia hoc est decentie et finite virtutis.
Nec sufficit ad continue laborandum, quoniam etiam labores sive corporales fuerint
sive mentales, presertim quia in operationibus anime etiam laborat corpus, quia organum
fantasticum quod est corporale cum sit spiritus animalis ac specierum intelligibilium
receptivum et collectivum et augeorum (?) speculationum ac operationum intellectus pro statu
presenti. Unde et homo fatigatur utroque labore tam corporali quam spirituali. Et quia
talis fatigationis remedium est quies sive delectatio, utendum est aliquibus gau-
diosis sive solaciosis aut iocosis honestis tamen secundum statum. Quia primum hoc decet
quod non decet aliud interponere. Ergo debent domini Cardinales sibi variis curis aliqua
iocosa cum vivis tamen discretis et honestis, quia hoc eis est multum expediens
post tot seriositates et malencolias occupationes que plerumque in actibus spe-
culationis consistunt. Et illud forte voluit innuere ille metrificator de quo
fertur quod dixit domino Bonifacio pape hos versus: Tu qui preteritus (?) curis curia-
libus variis. In talibus tamen iocosis et solaciosis cavendum est a tribus. Primo quod talia
non exerceantur in turpibus verbis aut factis aut circa nocivis, quamvis tale ge-
nus iocandi aut solaciandi est turpe et inconveniens. Et de ipso loquitur Tullius
de officiis libro primo dicens quod unum genus iocandi est illiberale petulans flagitiosum
obscenum. Secundo est cavendum ne tota gravitas anime resolvatur. Unde et beatus
Ambrosius dicit primo de officio: caveamus ne dum laxare animum volumus solvamus
omnem armoniam quasi concentum bonorum operum. Et Tullius primo de officiis dicit quod
sic pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam tamen que ab honestis acti-
onibus non sit aliena, sic in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen illuceat. //
Tercio est attendendum sicut et in omnibus humanis actibus ut iocus congruat per-
sone tempori et loco et secundum omnes circumstantias sic debite ordinatus ut
congruat et negociis. De quibus est habendus sicut satis dicit Tullius
secundo Rethorice, cum auditores sunt defatigati non est inutile ab aliqua re nova
seu ridiculosa orationem incipere si tamen rei dignitas non adimit iocandi fa-
cultatem. Unde et histrionibus licitum est dare moderate qui per actus iocosos
non turpes tamen aut nocivos aliis procurant solacium temperatum et honestum.
Domini ergo Cardinales qui rationis lumine vident illustrati sic regulent actus suos
in ordine ad personas ad loca et tempora oportuna ut in singulis actibus ipsorum

tenor vitatis fervor pietatis primo dico ordo honestatis ut

decencia videatur et elucescat quod tunc erit si in actibus ipsorum fuerit ordo
honestatis / ut ipsorum actus sint mundi et honesti ad quorum observanciam per
suadet totus liber decretalium de vi. et ho. cle. 2o dico ut in actibus ipsorum
sit tenor vitatis / ~~fervor pietatis primo dico ordo honestatis~~ / ut in nullo
contractibus dicant aut promittant nisi quod volunt opere adimplere vel saltem cre
dant et promittant sic implere possint quia sic male promissa non sunt te
nenda sicut patet xxii q. iiii. i. in malis etc. sic eciam licita sunt observanda / 3o dico
quod actus debent habere fervorem pietatis / quia si actus eorum sint duri et crude
les ac asperi necessario erunt odiosi. et sic eorum fama eorum crudelitate
ledetur. Quia revera nullus talis quamvis tamen crudelis est sic sibi ipsi quia
neglector fame sue est. et hic crudelis est secundum beatum Augustinum xii q. i. nolo.
Quarto ut dominus hudus est modus circa ornatum exterioris apparencie
et quia de hoc loquuti sumus in secundo circa de modestia loquebamur ac
eciam supra ubi de vestium excessu fecimus mencionem amplius immorari nolumus
circa illud. Et in hoc deo concedente terminata est 2a pars primi operis que tractat
circa primam partem libri huius operis que est de fortitudine hic incipit quam terminat
per infra sequencia.
Nunc ergo de tercia Cardinali virtute est dicendum quam et nos in nito fortitudinem
nominamus. quia quemadmodum prudencia et temperancia homo seipsum regit. et fortitudine vero et
iusticia alios quemadmodum prius dicebatur de prudencia et temperancia quam fortitudine
aut iusticia quia alios vix regere potest qui seipsum regere nescit et semper est
utilius seipsum regere quam alios. Et ideo doctrina de regimine sui debet precedere
doctrinam de regimine aliorum unde et Seneca Si vis omnia regere subice te rationi
multos enim reges si racio te rexerit verum quia prudencia est directiva aliarum
virtutum sicut quedam lumen ipsa obtinet primum locum postmodum quia per ipsam homo
a brutis discernitur Temperancia autem et fortitudo ad instigam disponunt et ideo
de ipsis primo erat agendum sunt et est unde et prius dictum est de temperancia
contra ipsam cupiditate et alios excessus carnis qui sunt magis familiares
homini. quam de fortitudine que magis ordinat hominem ad ea que sunt extra
hominem. quia de fortitudine nunc aliquid est dicendum et forti do
vel potius quod sit tamen de qua fortitudine nunc aliquid est dicendum
vero a variis varie describitur de quibus que sit melior descripcio
nolumus recitare sed quibusdam positis utatur quilibet descripcione sibi magis
grata Nam beatus Augustinus li. de moribus ecclesie ipsam describit in hec verba forti
tudo est amor facile omnia tollerans propter illud quod amatur glo. vero super
illud exodi xviii. Erant quatuor milia hominum qui maduncaverant dicit fortitu
do est firmitas animi contra molestias seculi Tulius vero in primo rethorice
eam sic describit fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum
perpessio Et in secundo rethorice sic dicit fortitudo est magnarum rerum ap
petitio et humilium contemptio et cum racione utilitatis laborum perpessio Macro
bius vero sic describit fortitudinis est animum supra periculi metum agere nichil
quam nisi turpia metuere. et prospera vel adversa fortiter tollerare Damascenus vero
2o ethicorum dicit. quod fortitudo est virtus difficultimorum in passionibus sine mo
lestiis exterioribus Andronicus vero dicit quod fortitudo est virtus irrascibilis
non facile obstupescibilis a timoribus qui sunt circa mortem.
Post descripciones fortitudinis de ipsius partibus dicendum erat unde ut adipiscere
species magis descendamus Tulius enim ponit in primo rethorice quatuor partes
fortitudinis. scilicet magnificenciam. fiduciam pacienciam et perseveranciam. Macrobius
vero ponit septem scilicet magnanimitatem fiduciam securitatem magnificenciam. constanciam
tollerantiam et firmitatem sed certe ad quatuor Tullii reduci videntur quia
ad magnificenciam sive perseveranciam reduci potest constancia et magnanimitas. Similiter
ad perseveranciam reduci potest firmitas animi. Ad pacienciam vero reduci potest tollerancia
ad fiduciam autem reduci videntur magnanimitas et securitas Et sic de quatuor
partibus fortitudinis quas tulius ponit per ordinem aliquid est dicendum
Sed quia andronicus dicit ut iam premisimus quod fortitudo est virtus irasci
bilis non facile obstupescibilis a timoribus que sunt circa mortem que est
in bello ideo de hac fortitudine in genere principaliter est dicendum.

Ad cuius euidenciam est sciendum quod ad virtutem fortitudinis pertinet ut voluntatem hominis
tueatur ne retrahatur a bono racionis propter timorem mali corporalis. Oportet
autem bonum racionis firmiter tenere contra quodcumque malum. quia nullum bonum cor-
porale equiualet bono racionis. Et ideo oportet quod fortitudo animi dicatur que firmiter
retinet voluntatem hominis in bono racionis contra maxima mala. Quia qui stat
firmus contra maiora licet non conuincitur ut qui sit firmus contra minora sit firmus
contra minora sicut quottidie docemur experiencia. Maxime autem terribile inter omnia
corporalia mala mors est que tollit omnia corporalia bona. Cum igitur ad con-
virtutis pertineat ut respiciat extremum illius quod sibi maxime competit
ut illud maxime euitetur. Et ideo virtus fortitudinis maxime est circa timores
periculorum mortis ad euitandos timores eosdem seu excludendos. Unde dicit
Tullius enim dicit li. de offic. quod nemo potest esse iustus qui mortem, dolo-
rem, exilium, egestatem timet. Cum igitur cardinales maxime debeant
esse iusti ut in sequenti parte dicetur. Opus est ut mortem non timeant
nec dolorem exilium siue egestatem. hunc autem timorem vitare non possunt
nisi habeant fortitudinem. Quare de primo ad ultimum est concludendum quod for-
titudinis virtus est eis maxime oportuna presertim in hiis que mortem faciunt
nimie formidare cuius timor eos fortius retrahit ad queuis facienda et
dimittenda. quos mors plus terreret et horroris. Ista mors reuera
timeri non debet a viro racionabili a viro iusto a viro sancto potissime
quia vitari non potest quoniam est ex parte nature ipsius. nec quatenus est ex parte
voluntatis diuine. Qui ergo hanc nimis timent signum est quod de vita fu-
tura parum sperant. Contra quos eciam loquitur Ciprianus in hec verba. Cum
preposterum est quamque peruersum ut cum voluntatem dei fieri postulamus quando
euocat nos et accersit de hoc mundo non statim voluntatis eius imperio
pareamus obnitimur et reluctamur et per uicarium more seruorum ad conspectum
domini cum tristicia et merore producimur exeuntes isti cum necessitatis vinculo
non voluntatis obsequio et volumus ab eo premiis celestibus honorari ad
quem venimus inuiti xiii q. ii. quam preposterum. Quod vero parum sperant
de primo nimis de morte dolentes satis dixit supradictum capitulum ibidem
habet forsitan. Et beatus Jeronimus in quadam epistola cuidam dolenti de morte
filie sue dicit sic. Nullam spes cum dolore concordat. Si enim vere credere-
mus mortuos non plangeremus. et si mortuos non plangimus quos resurre-
cturos speramus. quid faceremus si deus mori precipit voluntas enim eius
vtique debet sufficere pro solacio et dicere debemus cum sancto Job. Dominus
dedit dominus abstulit sit nomen domini benedictum. Consideres ergo ex qua vera spes
oritur ad futuram vitam parua est in homine multum timente mortem.
Non est igitur mors ultima ultimum metuendum a viro bono quia ipse cum Christo
resurget. Mortui enim qui in Christo sunt resurgent primi ut dicit apostolus ad Thess.
Sed timendum est quod sit cum multis et de multis sicut de fure ac inordinate
qui sunt captiuati. Innocens audiens aperire carcerem gaudet ex eo quia sperat
se liberari. Reus vero audiens ianitorem cum clauibus pulsantem timet quod
aperiatur carcer et quod continuo suspendatur. quia conscius est sibi delicti sui
Sic reuera est de viuis iustis et malis seu peruersis. Boni quando vident
appropinquare ianitores mortis id est infirmitates et debilitates ac alia incomo-
da istius mundi gaudent quia reputant se hic afflictos et incarceratos
et firmiter sperant dei vocacione hostium carceris eis aperiri et etiam vi-
ta frui et delectari. Mali vero quia post apercionem istius carceris corporalis id est re-
solucionis corporis timent retrudi in carcerem duriorem. Dolent de hoc carcere
exire. Ymo vellent hic perpetuo miseriis affligi affici corporalibus ut perpetuum
eum carceris possent euadere. quia ad futuram vitam aut visionis vel eciam
celestis premii nullam habent spem. In hac spe fuit dauid propheta cum diceret
Educ de carcere animam meam ut confiteatur nomini tuo domine. Et heu mihi quia
incolatus meus prolongatus est. In hac spe fuit sanctus Job cum diceret Tedet
animam meam vite mee Job x. Et sanctus Paulus qui dicebat. Cupio dissolui
et esse cum Christo. Et reuera calamitates huius mundi non inclitam declaracionis

secum ferunt que si exin possunt morte temporali potius gaudendum esset quam
timendum. Mors enim a quodam sancto describitur ut exitus carceris finis
exilii laboris consummacio ad portum applicacio peregrinacionis finitas oneris gra-
vissimi deposicio de equo furioso descensio de domo ruinosa liberacio
omni egritudinum terminacio omni periculorum evasio omnium malorum consumpcio
omni vinculorum disrupcio nature debitum reddicio in patriam ingressus in gloriam
de qua dicitur Eccl. vii. Melior est dies mortis quam dies nativitatis et Proverbiorum
xiiii. dicitur quod iustus sperat in morte sua. Et ideo fatuum est et irracionale
nimium timere mortem presertim que a nullo vitari potest. Discipuli enim Platonis
legentes ipsius librum de anime immortalitate cupientes istius vite com-
miseriis confidentes de futura de muro precipitant ipsum futuram vitam
allectum sic dicit beatus Augustinus primo de Ci. dei ca. xxiii. Et si hoc pagani
fecit quale ergo erit desiderium boni viri christiani sicut filius dicens id est
solvi et esse cum Christo quod desiderium instorium omne bonum Phil. xii. Bonum
autem est esse cum Christo. Si enim mors vitari posset sollicitudo circa ipsam
culpanda non esset sed mors est generalis iustis et iniustis. Prout scilicet experien-
cia quottidiana docet. Et beatus Augustinus qualitatem mortis xiii de Ci. di. c.
ii. probare conatur ex vi vocabuli dicens quod hoc verbum morior de-
clinari non potest communi naturali et probat quod hoc verbum oritur et consimilia
habent verbum preteriti temporis scilicet ortus est sed hoc verbum morior non habet preteritum
sed loco preteriti ubi ponit nomen et mortuus est in signum dicit beatus Augustinus
quod hoc nomen mors declinari non poterit sibi resistendo sic nec verbum
morior per loquendo verum et propheta David dicit Quis est homo qui vivit et non
videbit mortem q. d. nullus. Contra enim hunc timorem mortis loquitur Seneca de
remediis fortuitorum sic dicens cum seipsum moriens merito sed hac condicione
intravi ut exirem iterum moriens. Gravum lex est quod accepisti redde
iterum moriens peregrinacio est invita cum multum ambulaveris domum redeun-
dum est. Item moriens stultum est timere quod vitari non potest. Item peregre
moriens ego quod debeo solvere patrem suum videat fenerator quod me ap-
pellet. Item moriens iuvenis. Optimum est mori cum iuvat vivere. Item fortassis
alicui malo te seduxit fortuna et si nulli alii saltem senectuti decepti eius
iacebis. Cum aliud respondeat quam in Virgilium facilis iactura sepulchri
si nichil sencio non pertinet ad me iactura corporis insepulti si sencio omnis
sepultura tormentum est. Quid interest an ignis aut fera me consummat
non defunctorum causa sed vivorum inventa est sepultura ut corpora visu feda
et odore fetida amoveantur. Recitat Alphoncius libro suo de prudencia quod
mortuo Allexandro magno cum fieret ei sepultura aurea convenerunt ibidem
multi philosophi. Quorum primus dixit Allexander heri de auro thezaurum fecit
hodie thezaurus fit auri. Alius dixit heri non sufficiebat Allexandro
totus mundus hodie sufficiunt ei quinque vel sex pedes terre vel vere. Alius
dixit heri Allexander imperabat hodie populus ei imperat et pulvis. Alius
dixit heri Allexander multos potuit a morte liberare hodie ipsius mortis pericula
non potuit evitare. Alius dixit heri Allexander ducebat exercitum hodie exercitus
ipsum ducit ad sepulchrum. Alius dixit heri Allexander terram premebat hodie a terra
premitur ipse. Alius dixit heri Allexander multos amicos habuit hodie omnes ei illos
premitur ipse. Alius dixit. Hec si quis consideraret parum morte formi-
daret. Anima sapiens sequitur mortem cum nascitur ut dicit Seneca epistola lxxi videl.
et Crisostomus super Mattheum omelia x. sic dicit mors que necessaria est nature ad corru-
pcione non est fugienda sed potius amplectenda. Efficiat ergo voluntarium quod est
necessarium futurum. Offeramus deo quod omne quod ex debito tenemur reddere. Et Cassianus
super illud psalmista Bene dimicaui sic dicit. Quis mortem temporalem metuat cui eterna vi-
ta promittitur quis labores carnis timeat. Cum in pectura regime se noverit
collocandum. Eccl. xiiii scribitur. Noli metuere iudicium mortis. Optime ergo dicitur
ut supra dicens Proverbiorum xiiii. Sperat iustus in morte sua. Cuius causam assignat Sapiencie iiii c.

ubi dicitur iustus [et si] quadam praeoccupatus fuerit morte in refrigerio erit Et vere sic est Cum enim
videmus enim moritur iustus in refrigerio erit Et ratio est quia sicut impii in hac vita
habent refrigerium sic et iusti post hanc vitam / et huius thematis exemplum de lazaro
et divite epulone Moriatur ergo iustus iuvenis vel antiquus in lecto sive
in campo gladio vel fame in refrigerio erit. legitur de quodam viro sancto et
beato. quod dum mortuus sederet in cathedra inopinato tempore habens libros ante
se tamquam si legeret in eisdem inventus est digito demonstrans super librum sapientie
iiii ca. ubi scribebatur Iustus et si praeoccupatus fuerit morte in refrigerio erit
Et revera sic est Nam iustus semper mortem premeditatur unde numquam praeoccupatur
morte improvisa aut impremeditata. Sed quia iustus moritur senex et iuvenis
i. ante consueta nature tempora ideo si iustus iuvenis moritur potest dici morte pre-
occupatus quo ad tempus non quo ad improvisione et talis praeoccupatio iusto non
nocet quamvis cum brevi tempore moriatur Unde et magister dicit mors iusti su-
bita quam precessit vita non timenda ita si moriatur ita. unde licet mors malorum
sit mala. mors tamen iustorum in conspectu domini est preciosa unde et bernardus in quadam
epistola sic ait. Bona mors iusti propter requiem. melior propter novitatem. optima propter
securitatem Econtra mors peccatorum mala signum per mundi privationem. peior carnis
separatione. pessima vermis ignisque duplici contritione Et iusta preciosa namque mors
sanctorum tamquam finis laborum tamquam victorie consummatio. talisque vite ianua et
securitatis ingressus Non ergo est timenda hec mors a viro bono et iusto. et
maxime cum licet aliis iusticiam facere atque dictare quia talis si nimis timet
nunquam iustus erit. hoc attendens sapiens ecclesiastici iiii° c. dixit pro iusticia agonizare
pro anima tua et usque ad mortem certa pro iusticia Cum ergo dominus cardinalis sit iudi-
cis causalis primo totus corporis status ad hanc ordinatur necesse est eius non timere mor-
tem. hunc autem timorem quia non potest excludere nisi fortitudine. ergo eius
fortitudo est maxime necessaria. quia nullus hunc timorem perfecte potest excludere nisi
sit vere iustus et fortis aut saltem confortitudo ergo necesse et si in cunctis bonis
operibus eos decet. maxime tamen in operibus iusticie ut non amore non odio non
metu aut timore precio aut munere a iusticia divertant quoque modo. hec enim
sunt que maxime temptant homines et a tramite iusti iudicii nituntur avertere
nec eis quis potest resistere nisi fortis. quales decet esse dominos cardinales. ut et ipsi vere
possint dicere illud quod scribitur Sap. ii. sit autem fortitudo nostra lex iusticie et
quilibet ipsorum possit dicere illud proverbiorum viii. Meum est consilium. mea est equitas
mea est prudentia mea est fortitudo non quod de quolibet dicere possimus illud pro-
verbiorum. et fortitudo et decor indumentum eius et ridebit in die novissimo i. gau-
dium eternum optinebit Non enim datur premium nisi probato de tribulationibus. quia ille est
beatus vir qui suffert tribulationem quia cum probatus fuerit accipiet coronam vite
quam repromisit deus diligentibus se Ja. i. ‖ probatus est omnis qui propter timorem
aut mortem aut alias tribulationes veritatem et iusticiam non postponit. verum
licet ista mors temporalis sit parvipendenda est tamen iugiter meditanda quia
eius oblivio nos facit imparatos ad moriendum unde et sapiens dicit Eccli.
xiiii. Memor esto quoniam mors non tardabit Et sapientie xv. homo infirmus exigui
temporis et ibidem ii° Exiguum et cum tedio est tempus vite nostre. istam brevita-
tem vite et penalitatem ipsius homo multum oblivisci debet. et revera qui ipsam
obliviscitur est minus sapiens. quamvis forsitan a mundo reputatur. quod dico propterea. quia
se occupantes in mundanis fructibus et qui prosperantur in ipsis ut plurimum sapi-
entes estimantur ab aliis. licet tamen et hec sunt vere stultitie signa ut quis tamen
occupetur circa temporalia ut finem suum temporis ac ipsius debita ordinatione quo
ad se omnino obliviscatur. prout optime libro de contemptu mundi hec describuntur
confallitur insipiens vite presentis amore Sed sapiens bene quanto sit plena dolore
Cum decor formosum mundi gerit atque speciosum. Flos sed mors cui dat nam colo-
rem Mox dum siccatur totus color annichilatur. Regia maiestas cum tecum prolis
prosperitas tenui sensus longinquum dierum Consumit absque mora mortis advenit hora
Cum decor ergo est fugiendum ad mortem semper est respiciendum. Circa hec dicit. quod
nichil ergo proderit ad temporalia omnium rerum quam frequens cogitatio. brevis enim
comparandum ergo est pro futura vita quam nunc hic sit moriturus unde et Catho dixit
Tempora longa tibi noli promittere vite Quocumque ingrederis sequitur mors corporis umbram

Et alius quidam dixit non vivit cum mortem est in mente nisi ut vivat Et quidam philosophus
dixit Dies itaque dies velut ultimus est ordinandus Sapiens ergo homo recordari
debet quod vana et transitoria sunt omnia mundana atque caduca Iuxta illud quod
scribitur in libro de contemptu mundi dicendo quid sit homo vult tibi scribere conor
Nosti quippe satis quod nil habet utilitatis predia terrarum possessio divitiarum fa-
brica marmorum grandis structura domorum Gloria mensarum cum deliciis epu-
larum Insignesque thori mappe cyphi quoque decori Resplendens vestis que mol-
libus obstat honestis Grex armentorum spaciosus cultus agrorum Fertile
vinetum diversa vite repletum Gloria natorum delectans dulce sororum Cuncta
relinquuntur nec post hec inveniuntur Quod breviter durat quis prudens querere
curat Non metuens homines facit mors aspera finem Rebus mundanis
mendicabus et male sanus Omnia transibunt nos ibimus ibitis ibunt Omne
quod est geminum transit ad initium omnia preterit preter amare deum Hec ergo
pensata si sufficiant ad fugam huius seculi ut in ipso spes non ponatur
ultra neque fiet secura bene stat Similiter autem pensanda sunt dicta sapientissi-
mi Salomonis qui reputat omnia que sunt sub sole sole vanitatem et afflictionem spiritus
et nichil manere sub sole dicens Ecclesiastes ii Magnificavi opera mea edifi-
cavi michi domos plantavi vineas feci ortos et pomeria et consevi ea cuncti
generis arborum extruxi michi piscinas aquarum ut irrigarem silvam ligno-
rum germinancium Possedi servos et ancillas multamque familiam habui armenta quoque
boum et magnos ovium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem coacervavi
michi argentum et aurum et substancias regum et provinciarum feci michi cantores et deli-
cias filiorum hominum ciphos et urceos in ministerio ad vina fundenda et supergressus
sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem Sapiencia quoque perseveravit mecum
et omnia que desideraverunt oculi mei non negavi eis nec prohibui cor
meum quin omni voluptate frueretur et oblectaret se in hiis que paraveram
et hanc meam estimavi partem si uterer labore meo Cumque me convertissem ad omnia opera que fecerant manus mee et ad labores
in quibus frustra sudaveram vidi in omnibus hiis vanitatem et afflictionem
animi et nichil manere sub sole Hec ergo si cogitentur mors certissima cer-
ta in qua omnium delectacionum finem prestat que si memorie retineatur fera-
citer que omnium delectacionum finem prestat que si memorie retineatur fera-
liter peccandi removet Iuxta illud Memorare novissima tua et in eternum non
peccabis Unde et beatus Ieronimus dicit Facile contempnit omnia qui semper se cogi-
tat moriturum Sed est advertendum quod hanc mortis memoriam impedit tria
scilicet repellunt scilicet prosperitas curiositas voluptas vult se nec homo cogitat
seu dimittit Primo prosperitas facit oblivionem eo quod mentem elevat

Primo prosperitas facit oblivionem eo quod mentem elevat cum incarceratus cum Ioseph et
post Genesis xl de pincerna pharaonis qui fuit prius incarceratus cum Ioseph et
post Genesis xl de pincerna pharaonis cum succedentibus prosperis interpretis
sompnii de sua liberacione prospere consolatus et cum succedentibus prosperis interpretis
sui oblitus est Et si revera est de multis qui in statu humili aut afflictionis
existentes recordantur mortis recordantur dei recordantur horum que ipsis sunt
ad salutem qui exaltati et promoti aut liberati de suis afflictionibus non
recordantur sui creatoris Deuteronomii xxxii scribitur Deum qui te genuit dereliquisti
et oblitus es domini creatoris tui Certe si de prosperitate mundi agitur domini
cardinales dicunt ingrate prosperari ex ipsa prosperitate mundi vix consistere continuere
in rerum temporalium acquisicione in honore seu exaltacione in paupertate et subie-
ctionis evasione que certe domini cardinales adepti ita quod prosperitas mundi eis sunt
vere bene prosperati dicuntur esse que si eis pervenirent ad culpam ut in hiis
delectati dei et dicti mortis immine recordarentur eorum prosperitas in caput
ipsorum redundaret Iuxta quod scribitur de pe dist iii Cum majorem Nichil enim
est infelicius prosperitate peccancium xxiii q i Paratus etc Unde et beatus Gregorius
in moralibus dicit Multos sua felicitas stravit multos diutina pax inertes
reddidit eosque illos inopinatus hostis hostis huius perculit quos longo quietis usu
negligentes invenit Et xiiii et ce super eo dicit Ipsa felicitas mundialium rerum
satis impedimentum est animo ad iusticiam faciendam Optime ergo dicit beatus Augustinus
in quadam epistola Fallax in transitoriis prosperitas et infructuosus labor et perpetuus
timor et periculosa sublimitas initium sine providencia et finis cum penitencia

Et Abbas dicit utrumque hoc mundo tamquam non utens vanum est ergo prosperitas mundi et in
desertum oblivionis extremi iudicii deflectit intuitum Non enim intuetur extremum
iudicium formidandum sed putet suavitatem amplectitur nec cogitans de futuris
Cum ergo prosperitate mundi potiantur domini Cardinales loquendo secundum hominem multum
habent cavere ne eis talis prosperitas mortis oblivionem inducat Et dixi secundum hominem
quia revera status Cardinalatus realiter et vere acceptus et consideratus ac
etiam observatus de oblectamentis mundi parum habet nisi hoc quod per aliis ho-
norantur quod quibus ponderare potest sicut placet. Est enim delectatio honoris et
vanitatis in honorato secundum voluntatem et complacentiam honorati in aliis vero
que mundi confert prosperitas delectatio non est ad libitum mensurata sic vincere
secundum carnem et in deliciis carnis hoc enim plus natura mensurat quam voluntas
unde licet quis se retraheret possit ab actibus sensitivis illicitis si tamen contrahit homo
a delectatione quae actus natura abstinere non potest vel actum suspendere sensitivum
in quo delectatio consistit Ad propositum dico quod domini Cardinales habent honores
precipuos in ecclesia dei in quibus forsitan aliqui habent plus amaritudinis quam com-
placentie singularis. De aliis vero delectabilibus ipsius mundi que sequuntur desideria
carnis et appetitum sensitivum parum habent. quia si habent in ferculis cibo aut potu
habere videntur. Ista autem eis parum delectationis offerre probantur. Ex eo quod tanta pre-
cessit vexatio spiritus aut de consistorio aut de auditorio vel oratorio vel studio quod
quando fercula et si sufficiant ad refocillandam naturam lassatam parum valet
hoc delectationis amministrat prestitum quod nullum eis tempus diei nec nature
nocturne quietis ~~ego enim personas non indico~~ datur. Hec loquor quem statum
invenimus Et sic vidimus observari et si aliquis sit indicet ille qui novit. Ego
enim personas non indico nec describo sed statum cum hec que et de foro vidi super
plura ultra iam recitata que ne adulari videar transeo de presenti. Prosperitatis
ergo mundi si apud eos talis esset ut appareat utique mortis oblivionem possent
inducere satis cito. nisi fortitudo obicem poneret resistendo Est ergo dominis
(maxime) Cardinalibus necessaria fortitudo et eo magis quominus occasio ad vitium datur eis
Clarum enim est nisi sint homines magne fortitudinis in resistendo quod finaliter
variis occurrentibus temptamentis resistere non valebunt Omnis enim ... qui
non frangatur ... carne et sanguine procreatum aut ... de actibus su-
is ... enim est qui non elevetur in superbiam qui ... potitur honore. Si de
invidia agitur eis non deest occasio quia sepe oblocutiones eis fiunt ...
eorum impediuntur ipsorum et familiares ... aliis proponuntur Nec certe
avaritie materia eis est subtracta. cum quod cotidie possent munera ac-
cipere si negotia cunctis vellent assumere Nec credendum videtur quod in eis li-
bidinis fomes sit extinctus quin immo et ipsi ad incentiva libidinis sepius
rapiuntur. quibus omnibus resistunt ut athlete dei. Sed quod possent
resistere non videtur si fortitudinis virtus deesset eis unde et beatus Gregorius de moralibus
... de hiis omnibus simul dicit Iustorum fortitudo est carnem vincere
propriis voluptatibus contraire. delectationem vite presentis extinguere huius mundi
aspera pro eternis premiis amare. prosperitatis blandimenta contempnere adver-
sitatis metum in corde superare Et in quadam omelia dicit Nulla nos
prosperitatis blandities seducat quia stultus viator est qui in itinere prata amena
conspiciens obliviscitur quo tendebat mortis et curiositas. quia curiositas

Secundum quod hominem distrahit a memoria est studium seu sollicitudo inqui-
sitionis aliorum ignoti ad se vel statum ipsius minime pertinentis. Unde et curio-
sus multa vellet scire que forte esset melius ignorare. Cum ergo pluribus inten-
tus animus est ad singula sensus volens investigare singula a mortis me-
moria necessario distrahetur. Sed hiis domini Cardinales insistere non debent Nam
totum tempus ipsorum vix sufficit ad investigandum ad cognoscendum eis necessaria
habent enim continue occupationes in iudiciis in consiliis aut in divinis officiis
Non ergo eis sufficit tempus prius ad inquirendum ad cognoscendum illa que suffici-
unt ad bonum consilium ac iustum iudicium. quia si omnes scirent decretales
aut decreta compilata per Gratianum aut leges statutas per Iustinianum non
sufficerent ... [illegible] obviare. Vanum ergo esset et inutile se occu-

pare in hijs que ad ipsum non ptinent Con quos eciam scribit beatus Ieron in tercia epistola
Nonne videtur in vanitate sensus et obscuritate mentis ingredi qui diebus
ac noctibus in dialectica arte torquetur qui phisicus perscrutatur oculos trans
celum leuat et vltra profundum terrarum et abissi quoddam inane demergitur
qui in verba fervet qui tanta metrorum siluam in suo studiosique corde distingwit
et congerit et vt ad alteram partem transeamus qui diuicias per phas et ne
phas sequitur qui adulatur regibus hereditates captat alienas et opes
congregat quas in momento cui sit relicturus ignorat. Ex xxxv dist. Nonne
Reuera sepe auditum est plurimos sciencias addiscere vt pre alijs hominibus
possint amplius apparere vt litterati reputentur vt fauendi audiantur et sic
eis maior laus et honor debeantur. Tales enim obliuiscuntur continue semet-
ipsos. Tales sunt de quibus loquitur beatus Ber. quod sunt multi multa scientes
se autem ignorantes. Hij autem sicut se obliuiscuntur sic et mortis sue et hec vera
stulticia est secundum quod dicit beatus Iero. ad Heliodorum faciendo nota quod vera
sapiencia virtutum meditacionem esse mortis Nam dicitur de pauone quod penarum
suarum considerans pulchritudinem gloriatur et gaudet sed videns pedum suorum tur-
pitudinem decadit et verecundatur Sic et facere debent curiosi qui adulterio (?) glo-
riantur et
honorum et actuum suorum deterrent et pulchritudine si coram alijs gloriantur et
si non verbo saltem corde ad pedes finis sui et gressus sui quibus quottidie gra-
diuntur ad mortem aduertunt timere deberent et horrere pre alijs apparere et
superbire. Cum enim mortem suam deuote consideret parum curat quod est mundum
sicut beatus declarat beatus Ber. in sermone exponens illud eccli. vii. Memo-
rare nouissima tua et in eternum non peccabis sic dicens Mortis horrorem
iudicij tremendi discrimen ardentis gehenne metum ab oculis cordis tui nulla
tenus elongari patiaris. cogita peregrinacionis tue miseriam recogita annos
in amaritudine anime tue et cogita vite humane pericula cogita fragilitatem
propriam et in huiusmodi cogitacione si perseueraueris dico tibi parum senacius (?) quidem
forsan esse videtur molestum dum toto corde circa molestiam mutiorem occupatur
hec Ber. Reuera sine adulacione scribo quod vix credo dum causa mortis sue
vnquam obliuiscitur. quia pauperes tantum habent occupacionem circa victum acquirendum
Ambiciosi habent continuam sollicitudinem honores acquirendi oppressi curiam
spem resurgendi captiui consideracionem liberandi per que et hijs similia homo dis-
trahitur a mortis memoria sed dum causa ita est in premissis nam multa occupantur
nec curant si voluntarie (?) continue intendunt studio sacrorum canonum in quibus
bus mortis memoria persuadetur quare tamen non verba video cum sint pigri
qui se ducunt in altiori statu positos vltra quem nullus potest ascendere nisi
vmus et necessaria victus eis copiose proueniunt quia rememorari oporteat ad
quid tendant naturaliter et ad quid tendant inde quod est finis vite quia homini
a natura est datus et vltra quod non potest abreuiari quamuis potest sed prolongari nullo
pacto aprius in libro de natalibus demonstrat quod in libris astronomicis non inuenitur
reputatur

Tercio vt dixi a mortis memoria retractiua est voluptas carnis quia secundum Bo-
ecium iii de con. met. ii. corpus secundum ymaginacionem platonis corporis est moles
obliuiosa. Erat enim plato illius opinionis sicut tangitur secundum mo. posteriorum quod anima
ab inicio sibi concreatam et omnium rerum species sibi indi-
tas adeo seu infuncatas (?) sed in statim cum corpori infunditur tantum tradit
obliuioni illam notitiam nec potest ea vti donec per sensus excitetur et ideo plato
dicebat quod addiscere non est nisi recordari vnde concludit Boecius de metris
supradicto quod si platonis musa personat quod quisquis discit immemor
recordatur. Item plato dicit in phedrone quod mortis meditacio est quasi
frenum refrenans homines ne effluant per cupiditates et libidines Ex quibus
apparet quod mortis meditacio est restringens voluptates et econtra voluptas
est memorie mortis excludens. Cauenda ergo est voluptas et excludenda
que tam salubris rei memoriam ab homine facit exulare. Et licet voluptas
mortem elongat a memoria non tamen a corpore. quia omnes voluptuose viuentes
abreuiant dies suos. quia natura non dedit homini cibum voluptatis sed necessitatis

Patet enim hoc in primis parentibus. Quamdiu enim ultra nuda nascentia terre rapi-
vit nam est unde decoctiones potagia condimenta specierum et alia que
ars invenit non necessaria plus sunt voluptatis quam necessitatis. Unde et diu vivunt
rustici qui panis et aque cibo vescuntur. Et qui preciosis cibariis conditis
speciebus utuntur. Et quia hec intraverunt in mundum preter eam que natura non de-
dit. dies hominis sunt diminuti et abbreviati. Et quia huiusmodi cibis voluptatis
magis utuntur divites seu potentes breviorem habent periodum vite sue. Non enim
inmerito est sapiens etc. ubi dicit Omnis potentatus vita brevis. Et qui hec
non retinet memoriter brevitatem hanc sentiet in se ipso corporaliter et spiri-
tualiter. Fugienda igitur est voluptas ac omnes res que mortis inserunt re-
cordacionem. Una saluberrima res est memoria mortis. Unde in vita Io. elemosinarii legi-
tur et habetur in historiis Grecorum quod antiquitus postquam imperator coronaretur sta-
tim ad eum ingrediebantur factores monumentorum dicentes eidem de quali
metallo iubet imperium tuum fieri monumentum insinuantes ei ut tamquam homo
corruptibilis et transitorius curam haberet anime sue et ut pie regnum dispo-
neret et gubernaret. quod cum vita voluptuosa minus facere potuisset. Refert etiam
beatus Ieronimus quod plato villam achademie in qua tunc mortem frequenter accidit
usum studendi deputavit ex eo ut tunc motu scolares preteriti mortis memoriam
semper haberent et sic a voluptatibus abstinerent. Concludendo ergo dicimus quod
si omni homini necessaria est mortis memoria multo magis divitibus etc. quia si hanc
memoriter tenerent procul dubio iusta dabunt iudicia dilaciones inutiles quibus
pauperes multipliciter pergravantur et iusticiam defectum putabunt de statu fastuoso
plus habent meroris quam solacii. Et quia mala vita vel leviter timere mortis
quam etiam si negligentes aut de ipsa minime cogitarent permemores essent ad que-
que illicita perpetranda. Sicque divina eis deesset clemencia in illa tribulacione anime a
corpore separande. Iuxta dictum Cesarii exponentis verba beati Augustini dicentis
nec dignus est in morte accipere solacia qui se non cogitavit moriturum
de pe. dis. vii. De uno enim patre heremitarum vitam ducente legitur quod cum
in mortis esset agone laborans. discipuli circumstantes eum flentes distressa
tamen prece quibus iam aliud non cogitantibus quam quod exalaret animam beatus pater subito
aperuit oculos et subrisit et continuo secundo ... laborabat in agonia
ut prius quod cum interpellatus viribus ter fecisset. tremebundi discipuli obstu-
puerunt. causam insoliti risus patribus sciscitantes. Ad quorum peticionem beatus
pater sic loquens causam sui risus expressit. Primum inquit risi derisione et ami-
racione dignum vos ostendi tunc timere mortem que vitari non potest. Et quia
mors est finis atque victrix. Risi secundo cum illa ex unico momento estis im-
memores. Et quia vita perpetua eterna felicitate iocunda hiis datur qui presencia
caduca contempnunt. Risi tertio cum non desideratis mori contempno. et de hoc seculo
ingrati habeo salubris est vobis hoc mortis memoria quam nullus appetit
nisi qui pressuris perimitur. licet forte multi et magni de ipsa iugiter
meditentur plus quam timore quam amore. Volentes procedens ... ut

Nunc ad speciem ipsius fortitudinis videlicet de qua in diccione Tullii Macrobii mag-
nificenciam primi ... que etiam a variis varie describitur. Nam macrobius
dicit quod est negociorum difficilium et preclarorum consumacio. Tullius vero dicit quod
est magnarum et excelsarum rerum cum animi ampla quadam et splendida propo-
sitione agitacio atque administratio. Sic enim etiam describit primo Rethorice li. ii. ubi loquitur
ibi de magnanimitate primo sub magnificencia comprehendit eam. Hec autem magnifi-
cencia consistit in tribus. Vel enim est tamquam dedignando subici vilitati-
bus aut parvis utilitatibus vel est ex preferendo veritatem in sermonibus
vel operis agendo magnifice in effectibus. Dico primo quod magnificencia est quod
hominis virtuosi animum non vult subici vilitatibus aut parvis utilitatibus. Nam
enim homini naturaliter gloriosa et excelsa quedam et appetit et honestatem diligit
sicut vitam. Unde sicut natura homo diligit suum esse. ita et suum honorem. Sic
habetur in ethicis primo homines sepe propter honorem periculo vite se exponunt
in quo sepe succumbunt perdendo vitam. unde et Seneca dicit quod proprium est
hominis ut honeste vivat et virtute epistola c. xi. viii. et dicit quod homo debet
dedignari ut vilitatibus subiciatur et maxime propter ... de se dicit

ad maiora sum natus quam ut sim mancipium corporis mei epistola lxxviii. Et ali-
bi dicit Si scirem deos ignoscituros et homines ignoraturos peccare dedi-
gnarer. vel hoc dictum ut ait Agellius li° vii quodam philosopho nomine [illegible]
ascribebatur. Nam revera multi etiam gentiles plus diligebant mori ho-
norifice quam vivere verecunde. patet exemplo hoc de nobili Lucrecia quam Sextus
Tarquinius filius regis Romanorum violavit. quam cum vir suus flentem inve-
nisset ipsam quasi salutasset Respondit quid salutis est mulieri amissa pudici-
cia. verumtamen si corpus est violatum non tamen animus. Et ne ullo per impudicicie
exemplo Lucrecia vivat cultellum arripuit et se interfecit. Refert etiam
beatus Jeronimus scribens contra Jovinianum quod quedam virgines ad cuiusdam
tyranni convivium vocate apud Athenas videntes fuit in medio quina-
eum violenter et ludos ac gesticulaciones impudicias sustinere coacte. que
dissimulato dolore comminus exitibus temulentis quam primo ne necessitate sit egresse
sese mutuo complexe in puteum precipitaverunt ut honestatem morte servarent
et timebant eum stuprari. quam ab inicio stare fortitudo mulieris in dedi-
gnando subici vilitatibus. Revera tamen talis est cursus mundi nisi homo
naturaliter inclinetur ad virtuosa quod vix unus virtuosus invenietur. Nec
est ad hoc tam efficax occasio sicut prava affectio dominorum. Sunt enim multi
qui videntes quod dominus nullum curat nisi qui adulatur aut delectat aut
peccatum sit lucrari trufas et burdas scurrilitate ipso sibi adduxerit illud necessitate
et faciunt affectantes promoveri videntes quod viciosi nisi et viciosi [illegible] curant
a dominis voti et iuvenes videntes quod per huiusmodi promoventur homines a iuventute illis
in iuventute et dum repugnante lege racionis talia in senectute vellent dimittere
non possunt. Et sic quod contra naturam est per usum in morbum et inveterata consuetudine
ducta efficiatur corrupta natura. Et hoc revera sepe dixi maioribus [illegible]
quod corrumpendus [illegible] caput ab ipsis et ipsi principes qui per fraudes
adulaciones turpes societates et conversaciones deceptiones in iuventute corpori
predecessoribus placere studuerunt ut ipsorum fient successores postmodum
promoti eis tamen consiliis in pravissimis ac huiusmodi nequicioribus prestant amorem
et favorem. Et siquis illud nesciat procul dubio ab omni societate familia-
ritate promocione favore et honore fit alienus. Econtra si viderent iuvenes
et senes quod prelati et principes nullum ad se traherent nullum promoverent
nulli prestarent amorem et favorem nec aliquem honorarent nisi virtuosum
nulli [illegible] constantem invidum et fidelem tunc iuvenes studerent talibus as-
suescere et senes a prava consuetudine resilire. Sed quis est princeps aut
prelatus qui non decipiatur adulacione qui non curat commendari quam non
curat ditari quam non curat mundanis honoribus prosperari. Et sibi contrariantes in
huiusmodi opprimere et gravare ac sibi super huiusmodi dantes oportunum consilium ho-
norare certe nullus nisi forte quem nulla frangit cupiditas corrupcio
vana gloria superbia ira gula accidia invidia aut vicia alia quecumque.
Talis enim revera bene potest dici magnificus quam resistit magnis passionibus
et contempnit subdi vilitatibus seu peccatis et servat libertatem. talis magnum
non frangit cupiditate divicierum ut predixi quam ipse divicie procul dubio
homines privant libertate et securitate. Sicut satis declarat Seneca epistola cxv
vii d. Divicia acquisita libertatem [illegible] [illegible] ut non essemus si ista
nostra non essent. Et revera si est quam omnis dives est suspiciosus si videt
pauperem estimat furem. si divitem putat esse predonem. putat enim
homines auferre indigenciam per divicias sed augmentat. et [illegible] magis opprimunt
conservare et in servitutem redigunt. Et hoc est quod innuebat apostolus qui dixit
quod avaricia est ydolorum servitus si servitus ergo non libertas. Quod autem non aufe-
rant indigenciam patet per Boecium 2° li° de Consolacione ubi probat quod divicie
semper ponunt homines in quadam anxietate Nam philosophia querit a Boecio
sub hiis verbis. Rogo te ipsum qui paulo ante diviciis affluebas in-
rogo inter illas habundantissimas opes nunquam ne animum tuum concepta
ex qualibet iniuria confudit anxietas. Respondit Boecius At qui me inquit
libero animo quo aliquo semper angeret reminisci nequeo. et ideo philosophia quid

Nonne quia inter aberat quod abesse non velles vel aderat quod abesse noluisses ita dicit
magister boetius prosa dicit ergo si huius absentiam et illius presentiam desiderabas in-
digebas. ergo divicie non efficiunt sufficientem sed indigentem et tunc hec premitte
videbantur. Iterum divicie possunt auferri multis modis. ergo dives indiget munimine
petito presidio quo sua pecunia tueatur et presidio non egeret si pecuniam non
haberet. ergo divicie que premiserunt nos facere sufficientes faciunt ex contrario
indigentes. Concludit ergo boecius in metro sequenti quod omnem avarum divitem
duo mala sequuntur in vita cure mordacitas et in morte paupertas unde
metrice sic inquit Quamvis fluente dives auri gurgite cogat non expleturas vel
limus avarus opes Oneretque baccis colla rubri litoris Ruraque centena scindat
opima bove Nec cura mordax deserit superstitem Defunctumque leves non com-
mittant opes. vult dicere quod licet avarus cogat id est congreget opes non tamen com-
pleturas indigentiam suam. congreget inquam in tanta habundantia quod gurgites fluminis
aurei ad se sponte fluctuent et hoc quantum ad pecuniam. Oneretque colla id est collum
recipit pluralem pro singulari baccis id est gemmis collectis in littore maris rubri quod
est mare egipciacum. et hoc dicit quantum ad iocalia et ornamenta corporis. Esto
sit ita dives agris quod scindat rura centum bobus id est ita ingens quantum inquam sit
sic tamen dives ista duo mala tamen eum consequuntur id est in vita cura mordax non deserit
superstitem defunctum leves id est leviter fugientes opes non committantur. Sic ergo
in vita divitem non deserit mordax cura patet ergo quod subiciatur vilitati et perdat
libertatem que certe magnificentiam non patitur nec admittit. Quod videntes antiqui talia
simpliciter respuebant. Sicut patet de scipione de quo narrat valerius libro v quod tamen apud
senatum accusaretur quod affricanam pecuniam depredatus respondit in hec verba. Cum
totam affricam subiecerim vestre potestati nichil ex ea quod meum diceretur attuli
preter cognomen. Fuit enim dictus scipio affricanus propterea quod devicit affricam et addidit
non me punice id est affrice nec fratrem meum asiatice gaze avarum reddiderunt
frater enim suus asiam devicerat sicut et scipio penos id est affricanos. Et subin-
tulit utrique vim magis invidia quam pecunia locupletior est. quia fortuna contra in-
vidie qua communiter facti sunt divites. quia prospere affricam et asiam de-
vicerunt. Narrat enim valerius libro iiii de marco curio qui fuit norma romane
frugalitatis et speculum fortitudinis Cum enim legati samnitum invenissent
eum in agresti scampno residentem foco atque ligneo catino cenantem magnum
pondus auri obtulerunt et benigne verbis eum invitabant ut auro potiri vellet
et ille vultum risu solvit dicens. Dicite sapientibus ministris vestris malle locu-
pletibus imperare quam ipsum locupletem esse ac istud ut precioso malo hominum
excogitatum munus referre et mementote me nec prelio nec precio corrumpi posse
hec enim fuit vera animi fortitudo quod nullatenus flecti poterat ab eo quod
erat iustum et certe quamdiu hec magis fortitudo viguit apud romanos
quod aurum et argentum ac alias divicias non curabant. tunc apud eos forti-
tudo virium perseverabat et dominabantur toti orbi. Tunc enim fuit magnificentia
quando caduca et ista temporalia bona non curabant solum curantes illud quod
erat iustum et virtuosum. et ideo optime dicit beatus Augustinus in quadam epistola
lxxxxv. quod prudentes attendunt plus dolendum est paupertate quam opulen-
ciam perisse romanorum assignantes causam. quia in illa paupertate morum integri-
tas servabatur. opulencia vero non muris urbis sed mentibus hominum dira nequi-
cia quovis hoste peior corrumpit. Ex quibus apparet quod virtus fortitudinis et
magnificentie maxime fuit in antiquis. Ipsi enim senserunt quod superius dictum est scilicet
quod divicie plus onerant et inquinant mentem hominis quam exornant. Et ad hoc
optime nos inducit exemplum magistri alani doctoris egregii. Narratur enim quod quidam
episcopus qui fuerat eius discipulus magistrum alanum invitasset ad prandium quem cum
videret adhuc pauperem et inopem sic eum fuit allocutus. Quare inquit magister
vestri scolares vestri iam ad magnos status sunt promoti. quia unus est archiepiscopus
alter est episcopus et alius abbas et semper sic in paupertate remanetis. Ad quod
respondit Nescitis magister domine episcope quid sit dignitatis celsitudo et vera honoris
magnitudo. Non enim est magnum esse episcopum sed esse bonum clericum ad vocem in tamen

vel quatuor vtina non vbaldorum qui vocatur hinc in celeaon sicut vnus episcopus et alter
abbas. Et si omnes sancti et omnes doctores concordarent et dicerent Martinus de Bong
clericus non ideo esset bonus clericus nisi deus hoc vellet facere miraculose. quia mar-
cius liberis non nocuit et addit Nam voluntati diuitis quantumcumque habundet mundus
per omnia non obedit. dumque timet perdere quod habet et vult acquirere quod
non habet miser est. pauper autem habet mundum voluntati sue obnoxium prorsus.
Cum enim diuicias contempserit nichil optat acquirere et ad nichil habet nil
timet perdere. Est enim maior magnificencia et fortitudo diuicias contempnere quam ipsarum
ardore ligari. Dyogenes enim maximus contemptor diuiciarum dixit allexandro
sibi munera offerenti tolle munera non sunt hec munera hominum sed onera munerancium
vnde et Seneca de ipso pulcherrime dicit. Ideo potencior erat Dyogenes allexan-
dro macedone omnia possidente plus enim erat quod iste vellet accipere quam
quod iste vellet dare. et revera potens est et fortis qui diuicias contempnit.
Eius ideo valeant thezauri absconditi in cistis diuersorum Card non video
Non enim eo sunt prudenciores aut potenciores. sed pocius maiori seruituti sub-
duntur. vt dum pedes nolunt curam habeant. quo volunt eciam necessitate pos-
sessa custodiant. Nulla enim apud eos fortitudo. si a se abicere non possunt
quod molestat. nec certe magnificencia que magna contempnere nouit. Revera
si omni homini est magnificencia necessaria isto modo. multo magis dominis Card. ipsi
enim sunt columpne principales ecclesie qui assistunt quottidie vicario ihesu christi. quare
eos non decet nec eorum statum. vt vilitatibus essent subiecti aut cupiditatis
seruituti suppressi quinymo ipsos decet vt vilipendant talibus subiacere vilitatibus in
parte ne eorum status maculetur in aliquo et aliis personis vilibus similes videantur
quia licet vilitas in omni persona sit detestanda multomagis in hiis qui ob merita
persone reputantur vel reputari debent statum altiorem adepti vnde et beatus Bernhardus
detestando huiusmodi in hec verba ad Eugenium papam scribit. Gradus summus et a-
nimus infimus sedes prima et vita yma lingwa magniloqua et manus ociosa
sermo multus et fructus nullus. Constantinus eciam magnus legitur matri sue helene
que quedam inquam mandauerat rescripsisse in hec verba Tanto excellenciorem
locum tenemus inter homines tanto magis patemus aspectibus. Deus itaque mortalium
oculi deum indicia omnium vota nostrum velle et nostrum nolle considerat et ideo non solum
irreprehensibile verum eciam laudabile debet esse quod nolumus. Sic revera est de
dominis Card quod quantum oculi omnium indicia omnium vota eorum mensurant actus et
vitam considerant. et eo amplius quam dum non presse quo amplius eorum con-
sacio est magis nota. Certe considerent dico quod vnius facta et acta sepe totum
collegium faciunt murmur contra. et econuerso vnius facta totum collegium decorant comme-
dant et honestant. Et que racio quod vnius facta totum collegium notant causa scilicet
quod domini Card tanta affeccionis si peccatis est dicere ducuntur ad statum suum quod
si vnus excedit in vrbe moribus loquendo aut permittendo aut faciendo plus
quam expedit quod nichilominus se excusant mutuo et se supportant vbi alter alterum
supportare non debet prout ipsa racio sibi dicit et quod est amplius si aliquis
eiusdem status existit de aliquo querulatur. quia forte est impeditus indebite
vel sibi non sunt promissa seruata vel alias aliqua recitat que in veritate
subsistunt ab audiente statim arguitur sibique dicitur cur talia loqueris de domino
Card. licet eciam sic loquens faciat in veritate sic esse sicut querulatur aut referens
est loquutus et hoc facit revera reuerencia quod mutuo sibi impendunt propter statum
ex qua reuerencia defensiua totum collegium impenditur in multorum cordibus. quia
equalis vnus sentitur ex facto talis et alter ex defensione facti reputatur et sic
finaliter et communiter vbi se reuereri intuunt ibi se honore destituunt et si ipsum
non audiunt alii quid loquuntur non ideo meliores reputantur. Et istud facit affe-
ctata complacencia sui status vt non intelligat vel non velint intelligere quod
eis sit dedecus sine decencia vt sic verificetur dictum prophete dicentis homo cum in
honore esset non intellexit iuxta dictum eciam beati Bernhardi dicentis ad Eugenium no-
uiter in papam creatum sic. Ex de filio meo. Bernardus pater meus Eugenius magis presu-
muntaciam quam pro me venit ad me factus est. fateor non inuideo considero gradum
et vereor casum fastigium dignitatis considero et timeo periculum reformido
pro quod scriptum est homo cum in honore esset non intellexit. acsi diceret honor
absorbuit intellectum resonare dum mugitur in auribus sublimium quam aliis prorsum

illud sibi donati propositum quod accidit vnius tantum quod casus unus est casus duo actiuus
et ablatiuus debent enim alii propositi timere ne accusentur de crimine et destituantur
honore sed heu homo cum in honore esset non intellexit ad propositum ergo
redeundo dico quod sicut est magis detestabile vicium cupiditatis in dominis Cardinalibus
ac aliis quibuscumque quibus sufficiat quod prius et in quibus virtutes de-
bent potissime relucere quam in pauperibus et aliis in minoribus constitutis Sic
reuera est maxime commendabile talibus et consilibus paria resistere
quia eis maxima datur occasio diuicias congregandi. tum quia eis
habundant quod prius. tum quia eis multa et magna offeruntur. quia mul-
ti et magni ipsorum sunt auxilio indigentes quibus oblacionibus muneribus
si restiterint multum est commendabile et maxime commendacionis dignum presertim
quia magna pecunia magna temptacio est sicut dicit beatus Bernhardus. Et sic pauper
exiguum munus temptat sic diuitem magnum munus oblatum fortiter temptat quod
si respuunt domini Cardinales certe vere et realiter sunt magnifici. quia magna re-
cusant et vere et realiter sunt fortes. quia temptati fortiter a forti mu-
nere non succumbunt Sic enim scribit beatus Bernhardus ad Eugenium quod Martinus
Cardinalis cum a legacione contra morem rediret pauper et ab episcopo flo-
rentino equum sibi nescius recepisset eundem donatori restituit ex quo
eum ab inicio dati muneris causam in Roma curia ventilandam habu-
isse cognouit. decepisti me inquit nesciebam tibi imminere negocium. tolle
proinde equum tuum sciunt enim quod acceptum munus obligat receptorem ipse no-
luit in seruitutem redigi propter equum. Et sic in ipso magnificencia et fortitudo
in vnico actu patuerunt magnificencia quia noluit subici vilitati nec pri-
uari libertate. et fortitudo quoniam quia cum difficulter oblata refutantur
difficilius accepta redduntur. Unde et Eugenius summi eciam meriti exemplo
magnum munus accepit vnde et eciam domini cum iudice erat facultatis
qui sibi marcam auri obtulit deuotissime nullam adhuc causam habenti
coram eo cum indignacione fertur vndisse Nondum ingressus es domum
et iam vis corrumpere dominum Sic fertur de Ganfredo Carnatensi qui in a-
quitania functus officio stacionis a quodam deuoto recepit. Sed recepto
munere ad grauem accusacionem ne scandalizaret offerentem precium muneris restituit
offerenti Sic teneo si facerent domini Cardinales tunc diligerentur vt precium. timeren-
tur et domini colerentur vt sancti Sed heu quid dicam de quibusdam presidentibus
istius mundi et eciam militaris in quorum curiis sine dominibus omnia venalia
esse dicuntur vnde in dominibus talium porte sunt clause value sunt suspense
nec alicui datur qui munere non venit hominis vnde et si quis intrare ten-
taret qui nil offerret vel portaret cito visitabitur super eum illud Michee
iii° Si quis non dederit in ore eorum quippiam sanctificabunt super eum prelium in par-
ticulari a ianitoribus et eicientur ad vercundiam etc. valuas. et tamdiu ibi
tenebitur donec reddat debitum nouissimum quod scilicet ipsi ianitores et cubi-
cularii pro debito exigunt ex eo quod exaccionem eorum in consuetudinem deduxerunt
Sed audito munere et viso principe summo dissiliunt value michi audiuit insi-
saluc et teneo ista sepe sunt ignorantibus dominis per familiares malos et
iniquos vnde multum expedit dominis vt caueant circa familiam vt non sint mu-
nerum extorsores nec sequantur consilia eorum contra eciam recepcionem munerum per-
suadentes quia non libertatem suam amittere cum acceptum munus eos obliget
pro donante Et sic ex generositate mentis in certo casu ipsi domini sepe recusant
oblata sic et generosa mens sepe recusare tenetur eciam oblata. quia si dominus
Cardinalis supponit de offerente quod sit bonus et iustus homo sicut et de quolibet est
supponere donec sibi constet contrarium nisi cum preces sunt cum munere
offeratur multum confusionis et ruboris sit offerenti ex pura dileccione vel com-
placencia cardinalis inferret ex eo quod recusando munus oblatum offerentem
de corrupcione suspectum reddit. quod eciam non est secundum hominis virtuosi et
animi generosi. vt quis ex amicicia et dileccione ad ipsum reportet incommodum
Non ergo dominus Cardinalis sibi oblatum ab homine habundante iuxta valorem oblati

que iustum reddit et virtuosum aliquid corrumpendus dz (?) recipere et si oppositum
exigitur sit offerens munus oblatum est dignus valde perdidisse nisi forte
possit intervalla temporis offerentes adiutorio dicto domino Card contingeret in-
digere in quo casu licite ei potest suadere et astare non propter munus sed propter
cognositatem animi aut dilectionem offerentis ex tunc liberalitate munus processit
dummodo sit alias iustum quod petitur et racione subsistat

Ulterius sic dixi quod magnificencia non pati subici vilitatibus peccati et hoc
in puncto de cupiditate ex qua multa mala sequuntur aliqualiter declara-
bitur et quod est attendendum quod vilitas peccati et huiusmodi libertas non solum
consistunt in cupiditatis viciis vincitur in carnis concupiscencia super ea tamen que
vicia omnia sunt vitanda si vilitas peccati debet evitari et privacio libertatis
Nam resistere talibus viciis ad fortem pertinet ac magnificencie munus est
Constat enim quod vehementer temptat concupiscencia carnis et eo fortius quo
naturaliter existit Cupiditas enim videtur ad aliud ordinari concupiscencia delectatur
in actu suo nec cupiditas sequitur ita natura propria sic carnis concupiscencia
et ex ipsa tam fortiter temptat homines ipsi resistere non potest nisi fortis
non quibus fortis sed fortis fortis tamen fortis sicut fortis in virtute ex plano
est quod dilectores huius seculi fortes sunt in hiis que sunt ad mundum debi-
les in hiis que sunt ad deum dicit [illegible] omnes efferaciores enim mundi sunt
corpus vincit et deviat concupiscencia carnis patet enim hoc de Sampsone Iudi-
cum xvi Cum ad esset fortissimus dormiens tamen in sinum Dalide amasie sue
fortitudinem amisit in pilis et sic amissa mentis fortitudine in concupiscencia
Dalide fortitudine corporis est privatus Narrat enim Valerius libro 1o quod Scipio
in Hispaniam eo momento ut intravit castra edixit ut omnia voluptatis causa
comparata auferentur Unde et simul et semel ab exercitu duo milia scortorum
leguntur abiisse Reneae (?) nobilissimi principes qui nec bellis aut armis vinci
poterant feda carnis concupiscencia sunt devicti Valerius libro v c. primo de Hanibalo
hoc declarat quod mulier quedam periciose Romanis tradidit credendum loquens
in hec verba Campana inquit luxuria sua invictum Hanibalem armis suis illece-
bris amplexata Romano militi tradidit ad vincendum Istud patet de Holoferne
Iudith xiii Istud satis patet legenti historiam Troianorum de Paride et Achille
quod mulierum concupiscencia sunt devicti fortes corpore mente debiles Istis enim
quod mulierum vilitatibus consistit fortitudo et ipsius subici magnificencia contempnit et merito quia
homo eis consenciendo bestialis efficitur et libertate sua privatur sic satis apte
describit Boecius iii de Con. prosa vii sic dicens Quid de corporis voluptatibus lo-
quar quarum appetencia quidem plena est anxietate saciata vero
penitencie. Quantos ista morbos quam intollerabiles dolores quasi quemdam fructum
nequicie fructum solet ferre corporibus quorum motus quid habeat iocunditatis
ignoro. Quod si bonos explicare ? efficere potest nichil cause est quin pecudes
quoque beate esse dicantur quarum omnis ad explendam lasciviam corporalem
festinat intencio Fugienda est ergo omnis mulier et in carnali concupiscencia tamquam
hosti honoris lucis et intelligencie odoris et bone fame est magnifica resistendum
Salomon enim sapientissimus quem mulierum concupiscencia deceptus posuit maculam in gloria
sua sic habetur iii Regum xi Cui et historie alludens Valerius ad Rufinum
sic scribit Sol hominum Salomon thezaurus deliciarum dominus sapiencie dominacionis sin-
gulare crasso tenebrarum fuscatus attramento lucem anime sue odorem fame
sue gloriam domus sue amore mulierum amisit Resistere ergo debet dominus
Cardinalis concupiscencie carnis que virum perfectum virum solet dimittere liberum ab in-
sulto memorie quod existant quod ipsum complecio [illegible] absorbeat et dolorem
ac penitenciam secum ducat quod vicia tunc inducunt ad explecionem veneris libidini
satisfacit ipsaque natura turbatur se nobilem sui partem viliter amisisse
districcio in se sentit quod sensualitati ac bestialitati consensit Contra
hanc sic fortitudo mentis stabilitas hanc abhorreat et vilipendat illa
invicta mentis potencia quam magnificenciam nominamus Recordetur dominus Cardinalis

statim sciens quod in apice dignitatis sit positus et dedignetur ad bestias deponi
nec pro tam brevi morula vilis corrupcionis eterni honoris nomen amittat. Ti-
meat ergo mulieris inspectionem allicientem caveat societatis infectorum cooperantem
non confidat in pravi occultatione inclinatorum. Nam certum est quod ad carnis con-
cupiscentiam mulieris inspectio est allectiva, societatis infectio cooperativa, animi oc-
cultacio inclinativa. Primum ergo timeatur secundum caveatur tercium nullatenus confida-
tur. Cum mulieris inspectio quia mors patet per fenestras ingreditur do-
mus nostras Jeronimus. Fenestre cordis nostri sunt oculi nostri. Unde et Quintilianus
dicit virginis mors in animam per oculos via est. Quia revera sepe contingit quod prope
latitudinis per fenestras domus dimissis portas aperit manibus et sicut sepe con-
tingit quod ingredientibus dominis cardinalibus consistorium Ubaldi se commiscens cum ipsis
simul intrant. Ita et sepe admissa familiaritate bone mulieris aliquid impu-
dice sive satis semel intrat et ad admittit ad cor cogitacionem amicicie pudice
et honeste mulieris accedit similiter et se immiscet cogitacio satis feda tamen raro
consensu procurante vellet applaudere si oportunitas adesset loci et temporis. Hoc enim sci-
mus scivit primus Arsenius cum vidue de fonlinguis ad ipsum pedibus vemencius
ipsius supplicando prostrata lacrimas fundens ut dominum pro ipsa suppliciter exoraret
legitur rudisse dico deum ut tui memoria deleatur in mente mea et ab ea
recedit. Illa vero ingemiscens rendit recessit ab ipso. Si ergo tantus vir
tantum mulieris formidabat aspectum ne ipsum ad illicita inclinaret, quanto nos
debiles debemus amplius formidare. Hoc enim sensit psalmista scribens de vita
clericorum quod clericus non vagis oculis debet incedere dist. xxxiiij. Hiis ergo quia
vagus oculus vagi cordis est nuncius. Sic impudicus actus impudici cordis est
nuncius xxxii q. v. Nec solo caveatur ergo ad hec familiaris seu societatis
infectio quia revera corrupta intencio semper tendit ad corrupta et in corru-
ptis suo vellent amplius domino complacere. Apostolus in ix ethicorum iii ca. dissol-
vende tres questiones optime docet ... familiares dimittendos. quia
enim tres notabiles questiones quarum prima est sic duo viri boni amici et unus
mutetur in malum. queritur an amicicia sit dissolvenda. Secunda que est an
sit statim dissolvenda. Tercia an post dissolucionem amicicie sit familiariter alloqu-
endus. Quantum si non finissent amici ad primam vadit quod non est possibile virtuoso ut ametur
ab ipso cuius vita viciosa constat. Ergo dicit quod talis non est amandus quia non est
possibile quod amicicia diu permaneat inter ipsos sine similitudine actuum seu vite
conformitate. Ergo qua valde patet quod non sint admittendi homines ~~virtuosi~~
viciosi ad familiaritatem quia nullus cum talibus potest diu stare nisi eis sit conformis
unde et societas requirit concordiam morum dist. xli. quod dicit et c. Sicut ergo
ad secundam questionem dicit quod si speraverit emendam non esset tanto abiciendus si vero
non speratur statim est vitandus. Unde et apostolus ibidem dicit quod simulantes se virtuo-
sos ut amiciciam contrahant cum virtuosis et non sunt habent mali sunt magis
abiciendi quam numismata falsa cudentes aut facientes et tanto magis quanto hono-
rabilior est virtus quam pecunia unde et tales multum periculosi sunt qui simulant esse
in seipsis quod in veritate non est unde et bonum non est malum socium declinare
ne ipsius contagione plurimos perdat xxiiii q. iii. resecande et c. Circa ad tertiam
vero questionem dicit quod ibi est amicicia dissoluta propter inequalitatem bonitatis in uno
quam in alio potest nichilominus familiaritas exhiberi et maior quam extraneo. Si vero
dissolucio est facta propter maliciam exceptam in eo nunc quia pro non sunt excepta
tunc nichil familiaritatis debet ei virtuosus coniungi aut se exhibere quam vim
extraneo quia ipsum decepit et verecundiam ei fecit. Nam verecundum est virtuoso
talem viciosum amicum. Unde et Boecius primo de conso. dicit quod maxime virtuoso
est vitandum ne familiaritatem habeat cum corruptis et infectis per quas multi
innocentes sunt seducti et corrupti. Revera luxuria sive incontinencia est quasi
morbus contagiosus qui in proximos et familiares inficit et corrumpit ubi enim
vivus talis in aliquorum est societate maxime si sibi prestatur amplius decet cor-
rumpere. Ergo multum cavendum est de corrupta familia et societate et maxime
in sibi magis familiaribus. Quia de illis citius indicetur. Cum alienis a nimia familia-
ritate vitiva nullus familiaris alicuius corde suspectam familiaritatem habuisset

sub pallio domini Card. Rectolo ii. in domo de nonnullis quod quandam matronam tenuit
in certa domo ipsam alit vestit et sibi providet de singulis silans tamen
hoc facere vice et loco domini sui Card. cum tamen Card. de hoc nichil sciret. Qui
si fuisset homo fidelis et virtuosus secundum hominem loquendo si sic fuisset in virtute
ad se trahere debuit sibique in hoc casu usurpare tamen suo nomine fierent
que fiebant nomine domini sui Card. Sed certe ista sunt malorum inicia ut si domus
in vno cooperentur illicita ipsi decem perficient maiora sub pallio ac defen-
sionum suorum dominorum nec etiam domini eius audent resistere vel eos super
talibus nephandorum negociis obiurgare etiam si super hoc fama valida
invalescat timentes consilia prodi de ipsis vel quod de certo talium admissorum
remanent forsitan ad huiusmodi destituti [illegible] huiusmodi sceleris quia mali

Ulterius dico quod non est confidendum in oc[ulis] familiaris in talibus assistentis
domino suo talia non tacebit ymmo ex confidencia domini plus presumit
et eo quod plus presumit vellet ab aliis amplius honorari. Et si hoc non
sit tacitus verbis tamen insinuat quam occultare debet ut cognita causa quare
sit potencior apud dominum suum maioris favoris existat et per quod ut pecunias
extorqueat ab hiis qui supplicaciones suas vellent expediri et sic graciam domini
consequetur. quia tali negare non potest cum supplicaciones per ipsum porrectas recipiat
et expediat iuxta posse. Ita vere certum est quod semper petunt unam partem aliud vel
alia secundum hunc. Et licet sint multi homines qui passioni cupiditatis resistere non
possunt licet consenciant actus tamen alios virtuosos secundum legem nature loquendo prout
antiqui philosophi de virtutibus loquebantur et non theologi. Quia theologus nullum actum
virtuosum dicit et bene nisi qui est ad ultimum finem ordinatus et caritate informatus
de qua caritate ut nunc de ea loquitur philosophi senserunt parum. Istorum (?) virtuo-
sos actus sicut veritatem constantiam fidelitatem iusticiam. Licet multi habeant qui
carnis passioni nolunt vel non possunt resistere. Mala tamen societate totum perditur
et amittitur quod est virtutis discrecionis et racionis. Et sicut ipsa societas
est mala inducendo et persuadendo perversa et turpia ita est mala in revelan-
do secreta. quia et ipsa societas ex sui condicione hoc exposcit quia nullus persuadet
ad turpia nisi qui est talibus involutus. Nec aliquis ad [illegible] nisi
qui est [illegible] societati implicatus. Volens ergo dominum suum consilio societati
involvere [illegible] oportunitatem ad hoc nephandum perficiendum (?) necessario indigebit
quia ipse vilis copulator persuasor et deceptor procurando suo domino quicquid non
decet sua libidine carere non intendit ymmo ad hunc finem ut sue libidini
amplius possit uti et satisfacere inducit suum dominum et consilia persuadet
eidem. Et sic [illegible] in uno persone [illegible] negocium hoc sciebat. Et sic [illegible]
[illegible] quod [illegible] notum [illegible] esse secretum. Sic [illegible] nec hoc ne-
phandum negocium potest occultari. Et dato quod adinveniendo suo domino personam
talem quam optat [illegible] et suam que forte peioris condicionis existit simul cum
illa adducere ne presumat sibi tamen non zelat quem amat et cuius amplexibus
delectatur obligantes eam ad secreta ne revelet. que tamen tacent ut talia
taceri consueverint. Et ultima talis iniquus aliquid [illegible] non seducat
que suo domino consuevit adducere simul et peccare. Recte est de hiis sicut fingit
fabula Ovidii ex methamorfoseos de quodam rege migdas nomine qui factus
agricola cum omnes audientes phebum canentem in cytharam ipsius melodiam
commendarent et preferrent melodiam [illegible] qui fuit deus satirorum et pe-
cudum ipse solus rex migdas melodiam pan commendabat qui in fistola
pastorali sibilabat et ipsam melodiam phebi preferebat. Propter quod phebus
indignatus ipsi regi dedit aures asininas. Migdas vero aures tales per-
horrescens simul et erubescens multum eas occultavit. Tandem cubicula-
rius volens domino suo pectinare crines et comam seu ornare invenit ipsum
aures asininas habere quem statim dominus sacro constrinxit ut quod vide-
rat secreto teneret. Porro cubicularius abstinere non potuit quin quod secretum
receperat saltem ore rumiaret. Sic et sepe contingit quod de pluribus fortior
temptacio surgit. Nolens tamen dominum confundere nec de secreti violacione notari
medium conveniens adinvenit ut scilicet facta fovea in loco campestri in eadem
fovea saltem murmuraret et diceret quod receperat in secreto sicut et rex per

ordine adimplevit et suo desiderio satisfecit cum observancia facti foveam
ipsam egressus terram adiecit ipsam foveam terre tecte complanando. Sed post
temporis intervalla cum terre nascencia consuevit erumpere de eadem fovea
simul crevit arundo ex qua cum quidam pastor perfistulam fecisset musicalem
a casu nichil aliud canere sciebat nisi quod Mygdas rex habebat aures a-
sininas. Per regem Mygdam intelligitur optime quilibet in dignitatis culmine constitutus
qui factus agricola id est cultor corporis sui in hiis que appetitus viribus sensi-
tive. Cum Pan id est carnem suam in pastorali fistula canentem prefert Phebi
id est spiritus dei melodie. Pan enim fuit deus satirorum id est deus luxurie et libidinis
incitative. Satirus enim animal est humane forme et libidinosissimum infatigabiliter
venereum et dictus satirus ex eo quia conficitur ad illa provocans et instigans unde
per satiros homines intelliguntur luxuriosi et bestiales sicut erat Machometus
Sarracenorum propheta qui in suo Alcorano virtute xl hominum in illo opere se
asseruit possidere. Talem ergo commendat prelatus et princeps agricola
id est cultor corporis sui inter omnia que desiderat atque cupit et ipsius carmina
seu musicam dei musice aut melodie preponit. Musica enim carnis dulciter
fistulantis dicit illud quod scribitur Sap. ii. Venite et fruamur bonis que
sunt et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter vino precioso et unguentis
nos impleamus et non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis
antequam marcescant. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo
nostrum exors sit luxurie nostre. Ubique relinquamus signa leticie quoniam hec est pars
nostra et hec sors nostra. Cythara autem dei et spiritus melodia dicit: Mundi
estote quia et ego mundus sum. Sancti estote quia et ego sanctus sum. Levit. xi.
Et illud Matth. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et illud Sapie.
iiii. O quam pulchra est casta generacio cum caritate, quia apud deum nota est et apud
homines. Hanc enim melodiam dei Mygdas prelatus seu princeps agricola
id est sui corporis cultor non intendit nec ipsam approbabit seu commendabit
solam fistulam carnis attendens que delectabilia quelibet offert et promittit
et ideo [illegible] deus permittit ut talibus prelatis seu principibus nascantur aures
asinine. Auris enim asinina non est auris disciplinabilis, sed est stolida auris
ac deformis et ad omnem disciplinam indisposita et inepta. Auditus enim
ut satis est sensus discipline et qui auditu caret disciplina caret secundum
Aristotelem in de sensu et sensato. Cum igitur prelatus aut princeps vel persona quecumque ecclesiastica
vel mundana aures capit asininas quid aliud nisi quod omnem disciplinam morum
et sapiencie procul est ab ipsa. Et revera contingit omnibus amatoribus mundi et
carnis sue quod mores perdunt ornatos et asininos acquirunt. Nichil faciunt
nisi de luxuria aut luxuriosis cogitare studium preponunt. Vagando circumeunt
cameras seu aulas nulli loquentes nisi alicui famulorum equo recipientes animo
nisi de hiis loquentes que gerunt in animo. Que certe cito adulter camerulam
quam sibi cicius complanat et bene ornat. Unde ex [illegible] conditionis talis ad
secretum astringitur tenere vellet sed non valet in toto. Et in foveam parat querit
id est amasiam dum accedit cadens consolatur et sibi volens applaudere exponit eis
innuendo occulte quod dominus vadit in cameram vagabundus nec studet ut
orare possit aut quidquam boni facere pro amore mortis habeat insolitos et
distortos in omnibus silere auribus asininis et dum ista nunciat apud
foveam parat mulierem impudicam in qua et apud quam confluunt omnes iniqui-
tates et turpitudines. Sic et in foveam fluunt terre sordes et immundicie fetide
et corrupte. Tunc ipsam foveam claude terra et cooperire ipsam ad secreti
observanciam. Quicquid postea contingit ex dicta fovea arundo
ventorum nascitur que a vento superbie et vanitatis movetur et agitatur
et ipsa vilis et inconstans seu lubrica mulier quia nec uno contentatur adveniente
alio quem amat seu amica sua vel alio familiari ex arundine sue vanitatis et
superbie nichil aliud scit canere et narrare nisi quod dominus suus aures habet asininas
id est quod tamen eam diligat ex moribus et vita asininos mores ostendat. Et si hoc
expresse non dicat saltem verbis palliatis multo plura insinuat quam in veritate
existat, quia mulieres natura sunt vane et ex dilectione unius quanto maior fuit morbus

sepe qui satis plus plagas vellent dilectoris. Unde et Aug. Non est igitur consi-
dendum quod unquam possint taciturne silencia familiaritatis incaste quantumcumque
etiam fiant occulte quia teneat veritas non mentitur que dicit nichil occultum
quod non reveletur neque absconditum quod non sciatur. Unde et ad David qui Ber-
sabee peccavit occulte credens cunctos ignorare missus est ad eum propheta
Nathan ut diceret ex parte domini: Tu fecisti abscondite ego vero faciam
palam verbum istud in conspectu omnis israel et in oculis solis huius. Et hoc etiam quod
dominus comminatur talibus dicens Ysa xlvij. Revelabitur ignominia tua et videbitur
obprobrium tuum. Et Naum iij. Revelabo pudenda tua in facie et ostendam
gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam. bonos viros temptari dia-
Et quia iustus deus et medicus sepe permittit solet corpus inclinacionem ad psu-
emendacionem minus de nichilo prius verum non solum tunc temptari sed etiam cadere
in hoc peccatum iam permissum est sed superbie desistant. Ideo superbia summo modo
est vitanda quia tenere omnes superbi negligunt considerare perfecte. Alii sunt
et ex eo quod superbi sunt aliis dissimiles esse volunt et sic ab aliis singularitatem
appetunt reputari. Sic enim deus temptari permisit apostolum ne multitudo revela-
cionum eum extolleret et de ipsa superbiret prout scribit de seipso ij ad Cor xij
ubi dicit: Et ne magnitudo revelacionum extollat me, datus est mihi stimulus car-
nis mee angelus sathane ut me colaphizet. Propter quod ter rogavi dominum ut
discederet a me et dixit mihi sufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate et in
humilitate perficitur. Detestanda est igitur super modum ipsa superbia quia ex ipsa omnis
malicia procedit. Sic enim dicit beatus Gregorius in mor. quod septem vicia principalia
de superbie radice proferuntur scilicet inanis gloria ira tristicia avaricia ventris in-
gluvies luxuria. Et iterum dicit: Cunctis superba apud se cogitacionibus tumentibus
inest clamor in loquendo amaritudo in silencio dissolucio in hilaritate furor in
tristicia inhonestas in accione honestas in ymagine erectio in incessu
rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas contumelias
valida ad tollerandum infirma ad obediendum pigra ad lacessendos vero
alios importuna ad ea que facere debet et prevalet pigra. Et quia tot mala sequuntur
ex ipsa, ab ipsa omnis cavendum est maiore vitanda et cum maiori cautela quo
pro suo statu excellenciam superbiendi eis maior datur occasio. Et ex ipsa super-
bia ruina maior eis minatur. Dominus enim percussit omne primogenitum pharaonis
sicut habetur Gen. xij secundum beatum Gregorium per primogenita intelligitur ipsa superbia cui dyabolus spiritus
imperii in celo sapiencia marcate ipsam in sponsam elegit de qua vij filias generavit
id est septem peccata mortalia propagantur. Caveant igitur beati domini ne per primogenitam
patris primogenita sua perdant id est statum corporis destruatur. Nam tenera hoc dominus
magis timeo de superbia quam de alio quia superbia in eis si esset sicut et multi in-
discrete loquuntur tamen occultari non posset sicut alia vicia quia superbia cupit
apparere et ex ipsa et propter ipsam complendam diuicie appetuntur et congregantur
illis igitur et detestanda est quia tanti periculi est occasio. Sed advertendum est quod ipsa inter
alia vicia est vicium magis generosum nascendo quia est spirituale et inter omnes angelicos
spiritus adinventum et ideo nobiles magis temptat et nobilibus membris plus inficit. Unde
et beatus Jeronimus de ipsa sic loquitur in quadam epistola: Superbia nam de celestis sublimium
appetit mentes et quasi ad summos anhelans ortus appetit gloriam et puritatem hominum
rumpere que de gloria et puritate angelorum cupit ut quos invenit precipuos
ut faciat cassitos ruine. Sic in scriptura est quod ad domum redire nescit. Unde
et Hugo li. de anima sic dicit: Superbia in celo nata est sed velut immemor qua
via ceciderit illuc postea redire non potuit. Est ergo vicium audacissimum in vadendo
quia nec parcit loco nec persone nec tempori nec statui. Non parcit loco quia quanto
locus solemnior tanto ipsa proprior in congregacionibus in predicacionibus in ecclesiis et in
quibuscumque publicis locis et negociis superbia se immiscet plus in ceteris persone sunt
ornate et pre aliis vellent apparere et quanto pluries conveniunt tanto vellent amplius
apparere. Ex ubi contrario homo vacare debet et orari superbia totum hoc secum
trahit unde et ipsa devocioni non parcit quia sepe contingit ut dominum quod mente
ad devocionem movetur ipsa superbia affectacionem devocionis laudem querit. Unde et beatus
Augustinus in libro ad Dyascorum sic dicit: vicia tantum in peccatis superbia vero in recte factis cavenda est.

ne illa que laudabilia sunt propter ipsius laudis cupiditatem perdantur. Unde et in xii^la [illegible] que
bonis operibus insidiatur ut pereant. Nec est parcit hiis ymmo continuo dicas sacerdotibus si-
cut in natali et ceteris festis maioribus taliter ipsam priorem unde est et minus de nocte
temptat, quam de die [illegible] enim luce tamquam [illegible] quia sunt descenderunt de celo
ulterius non parcit statim. Et omnes invadit senes et iuvenes religiosos et laycos di-
vites et pauperes subiectos et presidentibus ut non sit qui se abscondat a calore
eius. Unde et inestimator dicit Tunc vere pugnare [illegible] subacta putare [illegible]
post infestat vincenda superbia restat. Et ideo ait ps. Non veniat mihi pes su-
perbie. Est enim cautelosius vinum vitare allaciendo et facile enim est declinare gulam
et denitatem luxurie sed in hiis vitandis est difficile superbiam excludere
unde et ipsa cum omni cautela est vitanda. quia sicut dixi Deus mitior et
iustus sepe permittit cadere in partem de sua virtute ac fortuna gloriantes. Sic de vitis
patrum de quodam heremita huiusmodi casus habetur. Erat enim monachus quidam heremi-
ta qui diu perseverabat in vita solitaria et ordinibus ac ympnis deo continue deservi-
vit. cum deus tamquam [illegible] militi sue remuneracionis [illegible] ostendit ut diu
tibi [illegible] nec diminuebat angelorum ministerio fovebatur ingrediens speluncam suam
necessitatis tempore panem suavissimum sue mense superpositum continue recepit et comedit ad que
ceteras multe revelaciones de futuris a deo fiebant. In hiis ergo perfectionibus positus
gloriari cepit de meritis suis cepit et celeste beneficium merito suo ascripsit et perfe-
ctioni. propter quod continuo intravit in eum quedam parva desidia quam nec vix
poterat advertere post hoc crevit maior negligencia ita ut tardior iam fieret ad ympnos
et ad orationem pigrius surgebat psalmi quoque non ea qua prius vigilancia canebantur
sed ubi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerii animus ipsius quasi nimio labore
fatigata quiescere festinabat. Et processu temporis effectus de superioribus ad inferiora
corruerat et cogitaciones sue per diversa eum [illegible] capiebat. Erat enim iam in cor-
de eius clandestina quedam turpis cogitacio consuetudo tamen prior ad consueta ipsum
officia trahebat ob quam causam adhuc in suo statu sibi stare se videbatur. Et nec
mense subtrahebatur panis solitus. quare amplius in se presumpsit hunc suis meritis
meruisse ut sibi per angelum continuo presentaretur. Interea ad gravia libidinis in-
cendia stimularetur et inflammatus turpi concupiscencia raptus rursus ad seculum re-
deundi illa interim die cohibuit et solitos ympnos et ordines persolvebat atque
ingressus ut cibum sumeret panem quidem invenit mense impositum sed a priori
grossiorem admiratus est et tristis effectus. quia intellexit hoc ad se utique pertinere
sumpto tamen cibo refectus est. Post hoc die altera cepit triplicatum simul [illegible] perurgeri
occupaverat enim cogitaciones cor eius quasi iam presens et secum posite secum
accumbentis ymago mulieris quam et complecti sibi videbatur et ad turpes usus
quasi prostratam. Sed ad solita psallendi officia [illegible] procedebat. Cumque
solito ingressus ingressus ad vesperam ut cibum caperet amarissimum invenit
panem et quasi a muribus canibusque corrosum. tunc ingemuit et lacrimas fudit. non
tamen tales que igne accensi libidinis flammam possent extinguere. Et adhuc de
sui reputacione persistebat. Cum itaque undique eum cogitaciones urgerent ad seculum
redeundi cepit nocte iter agere tendens ad civitatem que diem illucente die
distabat. Per illud monasterium vicinum petit conspexit fratrum cellas [illegible] et apud eos
petit quietis refrigerium sibi dari. Quem dum adesse sentirent continuo [illegible] de
obviam et velud angelum dei suscipientes adorant pedes eius lavant ad orationem invi-
tant ponunt mensam atque omnia secundum domini mandatum complent [illegible] caritatis officia
et ubi paululum requievit ex more quasi ab eruditissimo patre et spiritualissimo [illegible]
verba edificacionis expetere et singulariter quomodo quis dyaboli laqueos possit evadere si tur-
pibus urgetur ad seculum redeundi. Ad quod ille compulsus [illegible] et [illegible] doctrina
satis diffuse ministravit. Et [illegible] apud se de corde ruminabat verba sibi loquens
O miser quid alios moneo et ego ipse decipior. age ergo o miser facito ipse prius
que alios doces facere. Cumque huiusmodi increpacionibus [illegible] adversus semetipsum intel-
lexitque se miserabiliter caruisse et per dyabolum deceptum et supplantatum valedicens
fratribus se rapidissimo cursui dedit ad heremum et ad speluncam de qua discesserat
est regressus. prosternens se de orationem dicens cum lacrimis Nisi deus iuvisset me paulominus [illegible]
et ibidem conservatus et errorem suum ac superbiam humiliter recognoscens quo se suis
meritis extollebat tota vita sua permansit in lacrimis et in luctu concludens se ult

in spelunca in cinere et cilicio iacens et sedens in sudore vultus sui manducavit panem cum tanta penitentia et dolore donec angelus domini eius penitentiam dicit esse acceptam eique indixit ne ex inutili superbiret. Non ergo est superbiendum de bonis gracie et fortune quibus secundum hominem loquendo dominus Card[inalis] multum habundat licet in rei veritate status eius recte consideratus sit plenus dolore et labore sicut et quilibet alius magis presidentis est status prout satis declarat Valerius li. vii. ca. ii. de quodam rege subtilis iudicii qui fertur sibi oblatum dyadema priusquam capiti imponeret manu diu retentum considerasse et dixisse O nobilem magis quam felicem pannum quem si quis plene cognosceret quam multis sollicitudinibus periculis et miseriis sit refertus nec humi iacentem tollere vellet. Revera si dominus Card plene statum suum cognosceret quantis laboribus sollicitudinibus et periculis sit refertus. tunc suo capello dicere posset O nobilem magis quam felicem capellum etc. Quod et attendentes nobiles Romani videlicet quod et qualiter fortuna mundi elatos facit et superbos ad victoribus suis Rome revertentibus triplicem honorem fecerunt. Ne tamen superbirent commixtam penitentia gaudiis immiscuerunt. Refert enim Hugwicio quod Brutus Romanus in parte tangit ex eo ii.a quod victis victoribus redeuntibus fiebat hic triplex honor. Nam primus victori ad leticiam sibi obviabat. Secundo omnes captivi sequebantur victoris currum manibus a tergo ligatis. 3o quod ipse victor indutus tunica Jovis sedebat in curru quem equi quatuor albi trahebant usque ad capitolium. Ne tamen in hiis honoribus obliviscerentur semetipsius tria molestiam illi inferebant. Nam in curru cum ipso ponebatur quidam similis condicionis ut daretur spes cuilibet quantumcumque vilis condicionis perveniendi ad talem statum si sua probitas mereretur. Secunda illa molestia fuit quod ille similis eum collaphizabat ne nimis superbiret et dicebat ei Nosce temetipsum et noli superbire de tanto honore. Respice post te hominem te esse memento. Tertia molestia fuit quod illa die licebat cuilibet dicere in personam triumphantis quicquid vellet. Unde et vituperia ei poterant impune inferre. Sic et Julio Cesari post multas victorias revertenti multe sunt dicte contumelie. Non ergo dominus superbire debet de suo statu quia honorem sunt et in statu periculoso consistit. Multum tamen meritorio si debite fuerit observatus.

Ulterius etc. est advertendum quod ira super modum privat hominem sua libertate que a magnificis maxime est vitanda. Hugo enim de sancto victore dicit Ut superbia aufert homini deum invidia proximum. Ira semetipsum. Unde et poeta dicit Ira furor brevis est unde et ipsam iracundiam a domino Card maxime est vitanda. Quia turbatis mentibus verum speculari non potest nec perversus iustum et bonum facere iudicium aut dare consilium. Nullum enim opus valet esse laudabile cum est ira [illegible] que Athenarum architas prout narrat Valerius maximus li. iiii. dictorum et factorum memorabilium cum diu in remotis partibus sub pitagora studuisset tandemque ad patriam remeasset villam suam propter villici negligenciam desertam invenit. Unde intuens male meritum hoc laudabile fertur verbum retulisse. Iam de te supplicium sumerem si tibi non essem iratus. Malo enim potius te impunitum dimittere quam propter iram iusto gravius te punire. Idem refert Seneca ad Lucilium epistola xviii (?) de Architam dixisse refert iam verberibus te necassem nisi iratus fuissem. Consimile refert Valerius de Platone li. predicto. Ergo vitanda ergo est ira a domino Card sicut a viris fortibus et magnificis quia ipsa multa mala parat. Nam ipsa subtrahit deo effectum sue potencie, proximo affectum benivolencie, sibi subito [illegible] racionis et intelligencie. Subtrahit enim effectum sue potencie quia deo competit et competit culpas iudicialiter compensare et vindicare, bonos spiritualiter remunerare et eis liberaliter sua bona largiri et donare. Econtra istud facit iracundus quia primo aufert a deo vindictam quia ira est inordinatus appetitus vindicte. Et deus dicit mihi vindictam et ego retribuam. Deus enim duo sibi retinuit scilicet gloriam et vindictam. alterum aufert superbus scilicet gloriam et alterum iracundus scilicet vindictam. Iracundus est deo dampnabilis in hoc quod expellit eum a quiete habitacionis sue. Unde in ps. factus est in pace locus eius. Prov. autem iracundus provocat rixas. Prov. xv. Unde corde iracundi quod tremet tremet sic [illegible] deus inhabitare non potest. Quia nullus dominus libenter intraret domum trementem et ruinam casum. Sicut revera minatur domus iracundi. Iracundus est legatum dei impedit quia deus hominibus legavit pacem Joh. xiiii. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Unde et sapiens dissuadet amiciam iracundi. Prov. xxii. Noli esse amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioso. Ira est subtrahit proximo

debitum benivolencie, quia quilibet tenetur proximi salvare substanciam famam et personam, cum igitur
ira procedit proximum in substancia depredando, in fama diffamando, in persona trucidando
etc. Ex pro[ximorum] Ira et furor utraque execrabilia. quia obiurgacio et ira aniquilabunt substanciam
Ira eciam destruit tria bona ipsius persone. quia destruit honestatem corporalis disposicionis
impedit operacionem naturalis racionis, minuit quantitatem vitalis duracionis

Primo destruit honestatem corporalis disposicionis, quia revera quantumcunque persona
sit pulchra sit decens sit morigerata irata fit distorta et deformis
Nam oculos subvertit gene palescunt labia tremescunt lingwa labescit et
totus dehonestatur homo unde et Seneca 2 ca. li. 3 de ira Nichil expedit plus
iratis quam intueri sui deformitatem scilicet ire. Nam in ea facies turbacior. ora
pulcherrima fedat. torvos vultus ex tranquillissimis reddit relinquit decor omnes
iratos et sequitur qualem putas esse animum cuius ymago tam feda est Narrant fa-
bule quod minerva aliquando delectata est in musica tibiarum. Cum ergo semel insuf-
flaret tibias iuxta quoddam flumen vidit buccas suas tumescentes statim fi-
stulas proiecit Minerva que dea sapiencie et sapientes intendunt sue indignacionis
nec etc. In multa sapiencia multa indignacio etc. ergo sapiens considerare debet
deformitatem sue persone et suum statum et si ipsum irasci contingat tamen reprimat
motus et verba inordinata. quia multum est verecundum sapienti quod tamen se decor-
dinat propter rem quam emendare non potest. quia impossibile est verbum prolatum
ac factum perpetratum factum non esse aut dictum quod enim dictum est aut factum
in preteritum transmeavit et illa non transmisisse non est possibile. quare sapiens super
hiis tristari non debet. Legitur enim in fabulacionibus quod vir sagittarius philo-
menam apprehendit. accipiensque cultellum ipsam occidere voluit et manducare
que voce articulata loquebatur eidem dicens Quid tibi proderit mors mea Non
enim de me poteris implere ventrem tuum. Sed si liberam permiseris avolare doctrinam
utilem tibi dabo quam observata magnam utilitatem consequeris. Ille vero stupefactus
loquela loquentis permisit si quid tale edicet continuo avolaret. Ad cuius permissionem
philomena sic loquitur Nunquam coneris aliquid comprehendere que comprehendi
non potest. Item ne doleas de re amissa quam recuperare non potes. verbum vero
incredibile ne credideris alicui/ hec tria custodi et bene tibi erit. philomena
vero accepta sic loquitur Ve tibi homo quam malum consilium habuisti perdidisti in-
thezaurum magnum quia in meis visceribus est margaritha magnitudinis ovi struc-
cionis. Quo audito sagittarius iratus est valde et denuo eam apprehendere
conabatur invitans eam ad domum suam. multa bona promittens et libertatem
et mellifluam condonando. Tunc philomena hoc audiens dixit Nunc cognovi
te fore insipientem et verborum meorum iam es oblitus Nam dixi tibi ne doleas
super re irrecuperabili nec comprehendere coneris quod comprehendi non potest. nec verbum
incredibile unquam credas. et iam turbatus es super amissione mea. et me iterum
comprehendere velles cum non possis. et verbo incredibili credidisti cum nec totum
corpus meum ad quantitatem ovi strucionis accedat. quomodo ergo in meis visceribus
possit margaritha tante magnitudinis includi Revera licet naturale sit commoveri et
turbari seu irasci sapientis tamen est non hoc in motibus exterioribus declarare // Secundum
malum quod facit ira sepe in hominibus est quod impedit operacionem naturalis racionis. quia
impedit animum ne possit cernere verum unde et dyabolus facit sicut et piscator astutus
qui ut facilius pisces comprehendat turbat aquam. ita et in congregacione seu do-
mo verbiracionis per dyabolus turbacionem emittit ut facilius capiat quos vellet
decipere unde et optime dicit Eusebius de animalibus c. 2. quod ira insipienciam et in-
ordinacionem conjungunt Tercio ira minuit quantitatem vitalis duracionis. quia cum ira
excessive colerica sit naturaliter brevius vite sic de cane patet unde et etc. proptereaque
zelus et iracundia minuunt dies et ante tempus senectutem adducit et quia super
eciam dixi de ira inquantum bono consilio contrariatur hic vero inquantum nobilitati
et libertati hominis contrariatur unde transibimus ad alia

Et quia ipsa invidia est eciam libertatis impeditiva et vilitatis subiectiva multum
evitanda est per omnes Card. et ab eis hoc maiore magnifico animo esse debent
duos Card. Nam ipsa invidia est toxicum caritatis. hostium iusticie. putredo
sanitatis est enim toxicum caritatis quia nisi ipsa est quia gaudet de bono alterius
et de malo dolet, quia hoc est proprium caritati unde et beatus Augustinus super Jo. dicit

Tolle invidiam et tuum est quod habeo tolle invidiam et meum est quod habes. Est etiam
hostium inquietatrix. per hanc enim intravit mors in mundum. per hanc occisus abel a
kayn. Jacob tribulatus ab esau. Joseph venditus a fratribus. dauid a saule persequutus
et christus a iudeis. quia ait Mathei xxvij. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent
eum. hoc hostium pauci vitant. quia si nullos inimicos tibi fecit iniuria, multos
tamen fecit invidia. Est eciam putredo sanitatis. Proverbiorum xiiij. putredo ossium sanitas.
hoc tamen est iustissimum vicium quia in suum auctorem est receptum. quia secundum hugonem
de sancto victore Iustius invidia nichil est que protinus suum auctorem punit. vnde
Basilius sicut rubedo ferrum sic invidia animam de qua nascitur corrumpit. Et
ideo maximam iniuriam faceret deus invido si eum in celo collocaret. quia ibi est summa
felicitas in proximo, et per consequens summum nocumentum foret invido. Color enim de invidia
preservat ipsam in interioribus medullis habet conditam de penitentia dist. ij ca. 1. et
color eius est pannus indile dist. xxxiiij. hij. g°. tales autem sunt qui bonos ex
levi suspicione accusant vt ibidem si quis. plinius enim dicit quod invidia est tristicia de
apparenti prosperitate boni alicuius. Et ideo non est via qua invidiam possis evadere
nisi miserrimus fias quia sola miseria caret invidia. Invidi enim dicit boecius
nequeunt oculos tenebris assuetos ad lucem veritatis attollere. similes illis avibus
quarum intuitum nox illuminat et dies cecat. Et hinc est quod secundum doctores et subditi
prelatos quandoque detractionibus insequuntur et raro evenit quod presidenti a subditis
detrahatur. quia oculi invidorum ita torquentur visis aliorum prosperitatibus et honoribus
quod a detractione abstinere non possunt. maxime tamen secundum aristotelem in politicis invidia
est inter pares seu equales etate et condicione quorum si alter promovetur alter
multum torquetur et dolet sicut fuit inter caym et abel qui fuerunt fratres. Jacob et
esau qui fuerunt fratres. Jozeph et fratres suos. Videant ergo domini cardinales quod invidia
non ducatur in eis. quia et ipsi sunt fratres. non ergo vnus turbetur si alius honoratur
et plus aliis reputatur etiam plus exauditur a domino nostro papa quam ipse. quia etiam
est quod non omnes possunt semper exaudiri neque omnes simul honorari nec forsitan
ad eadem sunt pares. Nam vnus valet ad reconciliandum alius ad consiliandum
Et ideo vnus in legacionem mittitur alius retinetur. vnus est de natione lata et
habundante clericis et personis alius vero non, et ideo non est mirum ut vnus plus pe-
tat quam alius et vnus plus exaudiatur quam alius. Sed spero quod a dominis cardinalibus
hec sint procul. [Non sunt fortes a magistri quia et ipsi vincuntur pigricia et desi-

Et quia acidiosi dicuntur corporali. Ideo etiam domini cardinales ipsam vitare debent sicut
multorum malorum radicem et fomentum. Illa revera secta dat vicia. Sunt enim
nonnulli qui licet mane surgant nichil tamen boni tota die operantur sed vagando pa-
rietes inspiciunt aut fenestras ad plateam dantes aspectum istorum eciam aliqui
dormitant pre tedio quia ociosi sunt nec in aliquo occupantur. licet tamen quilibet sta-
tus sui qualitate et condicione in leccione librorum in studio et oracione occupari
debent. Sed advertendum quod quidam torpescunt corpore quidam mente et corpore.
Corpore torpescunt acidiosi. mente torpescunt vagabundi et ociosi. et corpore et mente
torpescunt peccatis oppressi. Refugiendaque est ergo corporis acidia que multorum est zelorum
causatiua que vitari non potest quamdiu etiam consuetudo peccatorum ac pene infernalis
prius existit. Sic enim legitur in vitis patrum abbatem achillem vidisse fratrem quendam pa-
tentem acidiam suscitatam vidisse. Ideo inquit acidiam pateris quia nondum vidisti
penam que speramus nec supplicia que timemus. Si enim ea diligenter inspiceres in cella
tua eciam plena vermibus sine acidie torpore iaceres. Hoc si aspexisset ille belua-
censis episcopus timendum se in lecto nullatenus voluntasset. De helmandus monachus
in suis Cronicis li. viij. sic refert de se ipso. nichil verba audi inquit fabula non
fabulam sed rem gestam. philippus beluacensis episcopus apud nos aliquid hospitatum
devocacionis peracta causa quam devocionis. Jam enim eum non hospitalitatis comites
plures invenit qui cum devorant quam singulares sacras qui eum honorant. Propter
autem ut praefatus episcopus ut eum faceret missam matutinalem audire. Ad quem
ad die crastina prima iam cantata venissem inveni eum adhuc dormientem
et nemo de familia sua ac sibi familiaribus eum excitare presumpsit. Ego autem
accessi propius et excitavi eum dicens. Quid vocamus. Jam diu est quod passeres sur-
rexerunt ad benedicendum domino et adhuc non presulatus stetistis vero cubili
suo. Attende pater quid dicat psalmigraphus preuenerunt oculi mei ad te diluculo

Super quo verbo dicit glosa Ambrosii. Indecens est ut sano si ipsum ociosum in lecto radius solis
inveniat. Ad quam vocem experrectus episcopus et confusus indignus inquit quod eum tam
libere arguisses, substomachando dixit: vade hinc miser et infice pediculos
tuos. Ego autem motum illius contemnens dixi iram contempne verbi. Vide tamen pater ne infici-
ant te vermes tui. Ego enim iam vermes meos infeci. Scito pater hanc esse differentiam inter
vermes pauperum et divitum, quia vermes divitum divitem occidunt, vermes autem pau-
perum a pauperibus occiduntur. Lege Machabeorum et Iozephum et actus apostolorum
historias et invenies reges potentissimos Anthiochum, Herodem, Agrippam a ver-
mibus fuisse consumptos. Quo viso, simul et audito, episcopus oppressus statim obmutuit.
Magna ergo est accidia ut quis lectum occupet cum chorum vel capellam et stu-
dium frequentare debet. Sed de hac accidia, ne in lecto loquitur est necesse de philosophia,
quia domini cardinales velint nolint hanc vitabunt cum tempore eius non detur oportu-
nitas ad orandum in lecto seu dormiendi in tempore morandi. Sic hoc satis declarant
tempora consistorialia et divinorum officia matutinalia ac presentiorum iudicia eius conti-
nue mandata et iminentia, propter que eos oportet mane surgere etiam si eis ali-
quotiens displicet, quod quidam torpent mente, et isti sunt vagabundi seu ociosi qui

Secundo dixi plus curant de inutilibus spectaculis quam librorum inspectionibus,
si forte licet domini cardinales facere possint vel dimittere sine excusatione, nota non tamen
expedit nec eorum statui hoc admittit ac alia eius sepe iminentia et condi-
cio ipsius status. Incongruum enim est ociosum esse et de alieno labore victum
querere xiiii q. i. ecclesias, et pro precio eum fi. Si ergo domini cardinales essent ociosi gi-
rando per cameram aut respiciendo per fenestras, revera victum suum reciperent aliquo
labore. Quia ipsi quod habent ex predio Christi non habent, sed magis ex predio illius eorum
quod si non deserviunt ipsi ex labore illorum qui deserviunt suum victum habent. Quia si non
essent deservientes beneficium beneficia non diu remanent, sed propter deservientes dantur, propter
deservientes ecclesie dimittitur. Et si non omnes deserviunt saltem non laborandi propter
laborantem id est deservientem dimittitur. Et sic non deserviens alieno labore victum habet.
Item si non deserviens beneficium recipit fructus certe alieno labore pascitur, id est
illius qui beneficium instituit et ordinavit et ad hoc sua bona legavit et
donavit. Non est ergo ociandum dominis cardinalibus quibus pre aliis habundantius
est periculum, sed cum peritis studio debent insistere aut lectioni aut alii pio operi
quo magis ille adversarius humani generis est promptior ad temptandum et ad nocen-
dum quem invenit ociosum. Unde et beatus Ieronimus dicit ad rusticum monachum:
facito aliquid operis ut semper te dyabolus inveniat occupatum. Et Crisostomus
Nazianzenus: Arma ociositas et voluptas, arma sunt hostis antiqui ad inferendum
amaras cupiditates. De Cuncti, nisi eum qui unum nec vere liber potest esse ab aliis
viciis qui ocia sectatur. Quia per ocium efficiuntur homines desides, pigri et lupi
ossi et dum torpent ad omnia mala dissolvuntur. Hec dicit. Consuevit fugare
torporemque nos estas ad ocia solvit. Et sic desidibus utrumque tempus est nocivum.
Ocia enim pigros faciunt suos possessores, ut fere omnia sua negligant et inulta
relinquunt. Seneca enim ille gentilis dicit de seipso: Nulla michi dies per ocium transit,
partem noctem in studiis non vacuo sompno sed succumbo et oculos vigilia fatigatos
cadentesque in opere castigatos detineo. Effugiendum ergo est ocium et accidia corporis
et mentis a dominis cardinalibus, quia revera nemo liber est qui corpori suo servit,
ut dicit Iulius Celsus, aut magnificus non est qui servituti subiacet et libertate se
privat. Nullo ergo tempore est vacandum a lectione vel oratione aut alio opere pietatis,
nisi forte contemplacionis quietem pro tempore se retraxit ab eisdem. Unde
Ieronimus in epistola: Perime ocium, non diligas, non ducas vitam inocio, fatiga corpus
laboribus, exerce opere singulari studium. Et idem dicit: Ama libidinem vincit, que ocio-
sum invenit, cedet enim libido operibus, cedet opi, cedet industrie et labori.
Et idem in De summo bono dicit: Dei servum sine intermissione legere, orare et operari
oportet, ne forte mentem ocio deditam spiritus fornicationis surripiat. Cedit
enim labori voluptas, animus autem vagantes cito corrumpit. Et Io. Crisostomus dicit
super illud: sedebant Iesu autem spiritu Dei non sunt sedentes sedere ociosi, sed ipse spe-
cialiter est urgens eos aliquod bonum apprehendere etc.

Tercio ut dixi aliqui torpent corpore et mente et isti sunt pariter in se ipsis involu-
ti et oppressi. quia vera accidia et torpor vere mentis ad deum quia non habent cor
et saporem aut aliquam complacenciam in hiis que dei sunt unde et tales dum sermone
dormitant in missa garrulant et si cooperantur non habent mente castra edificant aut alti
vanitati dant spiritum et ymaginacionem ut eo avaricie et levitatis tempus missarum et predica-
cionum fuscat. sed librum respicit sompno continuo punitur et cruciatur et ad omne
spirituale opus et corporale bonum et interius se reddit indispositum et ineptum. Ut
enim tales tedium habent mane surgere etiam frequentare sed vellent lente vinci
dum garrulare bene vescere et sepe bibere detrahere de aliis invidere ac alios
deridere. Ex hiis sequitur tepiditas molliacies dilacio tarditas negligencia imp-
severancia remissio dissolucio incuria ignavia indevocio tristicia tedium vite despera-
cione omnia. Et si sunt reprehensibilia in omnibus hominibus multo magis reprehensibilia
essent in dominis cardinalibus si ipsis adessent quod non spero. Vicio ingluvie de quo sermo

Ulterius dico quod excludendum est de illo detestabili vicio de quo tempore quondam loquebar
ferri medicorum. Quot enim viles gula seduxit et viciis involuit quotidianum
docent experimenta. quia iam clare cernimus quanto studio crapule adhibetur. Nam
fercula multiplicantur et vina procul dubio sunt nobilitate. quid ergo intende in hiis non
videtur nisi quod ventri serviatur ac vanitati vel quod peius est libidinis incitamenta
parantur. Detestanda est ergo gula et fugienda maxime a dominis cardinalibus. Et si
non propter incitamenta viciorum ad que inclinat saltem propter conservacionem sanitatis
ad quam cooperatur sobrietas. Nam Macrobius iiiº saturnaliorum disputat utrum diffi-
cilioris digestionis sit cibus uniformis vel multiplex sive difformis et probat
racionibus quod cibus unus simplex vel uniformis plus competit quam varii fun-
dantur incipientibus et ut dicit pecudes qui uno cibo et potu vescuntur sanissime
sunt et raro sunt infirme. Ille vero que saginantur hominum labore sepe infirmantur
Secunda experiencia est quia medicus volens sanare infirmum dictat eum ad cibum
unum faciens quod pluralitas obest infirmo. Tercia quia vinum unum et conforme plus con-
fert et prodest quam multiplicia vina potata eiusdem mensure. et idem indiget
de cibo. Quarta racio ad hoc est quia si homo infirmaretur tunc sciret saltem cui cibo hoc
ascribere deberet ex quo uno tantum utitur. cum vero pluribus utitur nescit a quo
abstinere vel cavere debet. Quinta racio sumitur ex difformitate ciborum quia
unus cibus est levioris digestionis et alter gravis. Cum ergo primus est digestus
alius indigestus secundus transit et sic fit corrupcio in stomacho que est causa omnium egritu-
dinum eciam motiva. Et quia potentes et divites multis ferculis utuntur et variis fre-
quencius infirmantur et citius moriuntur. Et ideo dicitur ecc. xxxvii. Quibus pote-
tatur vita brevis. quia in multis escis erit infirmitas et qui abstinens est adiciet
vitam. Hinc concordat Seneca epistola vii. Multos morbos multa fercula fecerunt
Quapropter cavenda est multiplicatis ferculorum et omnis superfluitas ciborum et potuum
quia sicut sobrietas est omnium virtutum mater. sic econtra ebrietas econtrario omnium viciorum mater
Nam inter alia propria est denudatrix secretorum infamatrix sensatorum allegatrix ro-
bustorum et velut imperatrix viciorum seu flagiciorum. Est denudatrix secretorum Seneca
in epistola lxxxvi. ad Lucillum dicit. Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur. et
omne quod in imo iacet in summam partem vis caloris eructat Sic vino ge-
stuante in stomacho omne secretum quod in imo latuit prodit in medium
Et hec est una causarum una causarum quare regibus quorum interest tractare
et inire consilia et tractare ardua prohibebatur vinum. quia nichil est ita periculosum
reipublice sicut ebrietas in preside. A talibus nam sunt exactiones imperia
occultorum revelaciones oppressiones mandata perversa et legum iustarum retrac-
ciones vel remissiones. Unde et proverbiorum xxxi. dicitur Noli regibus dare vinum
quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Valerius narrat li. vi. ca. ii.
quod mulier quedam innocenter dampnata a rege Philippo temulento clamat
provocare ad Philippum si sobrium. quo verbo regi excussa fuit ebrietas et
mulierem a pena dimisit. Est eciam infamatrix sensatorum unde et beatus Augustinus scri-
bens ad sacras virgines dicit In ebriis nulla cura nullum genus vite consilium
non gestorum aut lectorum memoria, nec ulla artium aut industrie prudencia. Et
ideo nullus de sua sciencia confidat se ebrietati succumbat. et ideo in antiqua lege sacerdotibus

quorum intererat legem scire et qui in tabernaculo domini habebant ministrare vinum erat
prohibitum levit. x. Est etiam alligatrix robustorum quia facit de homine bestiam, de robusto
infirmum, de prudente fatuum et infamem sicut hoc [illegible] satis patet de Holoferne ro-
bustissimo quod nimia ebrietate sopitum Judith vidua gladio interemit. Exemplum habemus de
hoc in allegoria de quo dicit Seneca quod tot populos invictus imperium habendi vicit etc. Et quod
sit impatrix flagiciorum satis constat quia homo plenus et inebriatus furia statim est
[illegible] statim vult ad arma currit libido ad actus et tractus illicitos et non
est quia tunc ei sit minimus pudor et nullus. Loth enim per ebrietatem commisit incestum
cum utraque filia. Allexander amicum carissimum inter epulas gladio transfodit et intellecto
facinore mori voluit pre dolore. Non enim sciunt quid faciunt plenius vicio.
Recapitulando et epilogando dico quod domini cardinales vitare debent et fugere omne
illud quod eos facit subiectos vilitati et privare libertate, tenentur talia dedigna-
ri et vilipendere debent et ut nobiles corde et animo magnifici abhorrere debent
a vilibus personis computari et eis assimulari. Et quia ipsa vicia capitalia
hominem subiciunt vilitati et privant libertate, ideo suasi et scripsi ipsa maxime
esse vitanda a dominis cardinalibus. Et tenentur quod ab ipsis carent ab aliis [illegible]
in [illegible] ipsa etiam ex suo statu talia debent abhorrere quia et ipsi sunt vicarii a-
liorum et ipsi veniunt de clarissimis qui date sunt [illegible] ecclesie ut sint media-
tores ipsi ad placandum deum offensum et iratum. Ipsi ergo si essent huiusmodi viciis
involuti quomodo possent placare iratum. Certe condemnare timere possent manum
dei et in presenti et in futuro et insuper perpendendo imo destruendo totaliter sui status
quia procul dubio si clerici et layci viderent apud dominos cardinales regnare a-
variciam luxuriam et superbiam aut alia vicia ipsorum statum de facili ducerent
in contemptu. Et postremo si propter premissorum aliqua talia non dimittunt quod
absit saltem hoc dimittant et fugiant ut sanius consiliis et commodius et fa-
cilius possint intendere. Ad que danda eorum status est ordinatus et institu-
tus sicut hoc bene patet de elec. [illegible] li. vi. ac etiam experiencia quoti-
diana demonstrat. Quia clarum est quod vicia talia ad bona danda consilia non dispo-
nunt sed magis obsistunt prout satis declarat Salustius Augustinus loquens de [illegible] li. v.
de ci. dei c. xiii. in hec verba Nolite inquit Catho estimare maiores nostros ar-
mis rempublicam ex parva magnam fecisse. Si ita esset multo pulchriorem nos ha-
beremus quippe qui sociorum ac civium multitudine habundamus preter ea armorum
et equorum maior copia nobis quam illis est. Sed alia fuere que illos viros ma-
gnos fecerunt, nobis vero sunt nulla: domi industria, foris iustum
imperium, animus in consulendo liber neque delicto neque libidini obnoxius. Certe
quod animus qui in consulendo debet esse liber delicto aut libidini non debet esse obnox-
ius. Et sic loquimur sicut de prima parte sive specie magnificencie que multum decet
dominos cardinales quod est non subici vilitatibus nec privari libertatibus

Secundam vero speciem magnificencie dicebat consistere in persistendo in [illegible] vite
Hec tenere fuit in antiquis et viguit ut etiam veritatem non tacerent ex odio
vel amore aut timore. Refert enim Valerius li. vi. de Regino qui ad ultima
tempora sue senectutis accusarat Libonem apud senatum Pompeius magnus fautor
Libonis Regino exprobrabat suam senectutem dicens ipsum ab inferis esse remissum
ad accusandum. Quasi diceret ipsum mortuum iam dudum fuisse pre senectute et modo re-
suscitatum ad accusandum. Ad que verba ille respondit intrepide Non mentiris Pompei. Re-
deo enim ab inferis et dum ibi moratus sum vidi multos deflentes et conquerentes
tuo iussu iniuste se occisos. Nec veritus est Pompei potentiam ut veritatem subti-
ceret. Et eiusdem etiam narratur quod omnibus Syracusanis expectantibus exitum Dyoni-
sii tyranni propter morum eius nimiam acerbitatem et seviciam mulier quedam ultime
senectutis orabat deum cotidie tempore matutino ut incolumis et superstes rema-
neret. Quod ut tyrannus cognovit [illegible] admiratus [illegible] benivolenciam vocavit
eam inquirens cur hoc faceret. Illa respondit intrepide cum puella essem et haberemus
gravem tyrannum eo carere cupiebam. Quo interfecto deterior [illegible] occupavit arcem
tunc dominacionem finiri magnum estimabam esse solamen. Nunc vero te tercium omnibus
importuniorem habemus et magis infestum. Timeo ergo ne te assumpto deterior
succedat in locum tuum. Apud medium pro salute tua deprecor. [illegible] enim [illegible]

tem mori pro veritate quam vinci deserere veritatem sic enim recitat valerius li. vi quod
cum aristoteles calistenem suum auditorem ad alexandrum mitteret ipsum monuit ut
cum eo aut raro loqueretur aut iocundissime ei proferret i. placentia ut apud
regias aures silencio esset tucior vel sermone acceptior Ab ille cum alexandrum
gaudentem videret ipsum obiurgat quod mortes personarum et ritum ad se transferret
reciperet spretis moribus et ritu macedonum gentis sue natis comedentes
mores macedonum et persicos detestans propter quod occisus est nec tamen occidi
timuit ut celaret veritatem Et de dyogene olera lavante narrat va-
lerius li. iiij. cum ei dixit aristippus Si dionisium adulari velles ista non
ederes Respondit ymmo inquit si tu ista esse i. edere velles dyonisium nunc adulares
Sic etiam recitatur li. vi hystorie tripartite de juliano apostata apud Constan-
tinopolim ydolis ymmolante quod maris episcopus calcedonie vir magne perfec-
cionis et virtutis cecus utroque oculo ad ipsum accessit ad ipsum accessit et
ipsum publice impium apostatam vocat Julianus vero solam ei cecitatem
improperavit nil aliud dicens quam quod aberret dnoreti Erat enim senex et alterius
ducebatur manum addiditque Julianus Neque galileus deus tuus curat te
propter a cecitate tua Maris vero imperatoris non est veritus tyrannidem neque
maliciam ut ipsius diviciam equo animo sufferret inquit Ego deo meo gratias
ago pro cecitate mea quia hoc ideo gestum est ne te viderem omni pietate et vir-
tute nudatum Dico ergo quod veritas semper tenetur et dicitur a vere magnifico nec
pro dolore timore aut amore recedit ab ipso quia ipse magnificus detestatur
vinci timore aut dolore detestatur in se duci amore contra id quod est iustum
et bonum Tercio ergo dico Cardinales debeant esse magnifici et per consequens fortes quia est
una de virtutibus cardinalibus ut a re nomen accipiat necesse est eis ut a
veritate non recedant Ista autem veritas est ingerenda ad studium defendenda cum
odio perpendenda cum socio Dico quod est ingerenda ad studium. ecc. ii dicitur pius est
et misericors deus et remittit in tempore tribulacionis peccata et protector est omnium inquirencium
se in veritate. Ista veritas non solum est ingerenda et acquirenda in sermone verum etiam
in opere et intencione veritas sermonis exigitur ut sit sic sicut sic requiritur dicitur et quod
dicens hoc credat sic esse sicut dicit. quia si credet aliter esse quam dicere
et tamen sic esse ut dicat contra conscientiam dicit. et est defectus in ipso veritatis quia verba
dicat veritatis i. conformia rei sic verba sequitur. sed intencio difformia et ideo
a veritate discrepat. de ista veritate loquitur apostolus ad Ephesios iiij. depone-
tes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo quoniam sumus invicem
membra. Hec est veritas operacionis et consistit in conformitate operis et sermonis
et contrarium ipsius est fraus et dolus ac simulacio per quam aliquis dicit pulc-
ra verba simulando se amicum. cum tamen occulte odit et rodit et ponit insidias ei
cum blanditur pulcris verbis. Contra quos loquitur Jo. in canonica sua p. ca. iii. filioli
mei non diligamus verbo neque lingwa sed diligamus opere et veritate Est et
tercio veritas intencionis que consistit in conformitate rei et intencionis ad opus ut
ut opus quod de suo genere bonum est non fiat ex appetitu laudis humane
malum neque ex quacumque vana intencione sed ut honor dei principaliter intendatur
quia veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. i. secundum intencionem quam bo. Jo. iiij.

Secundo pono ut dixi veritas est defenda cum odio quia secundum salustium veritas
parit odium obsequium parit amiciciam et ideo homines sepe proponunt veritatem
nolentes sibi facere odium aut inimicos. Sed revera hic timeri non debet a quocumque
viro iusto et virtuoso ymmo nec timetur alias non esset virtuosus quia contingit
finaliter quod veritas prevalet Esdre iiij. ca. dicitur Magna est veritas omnibus
non parcens adversitatem pro veritate licet ad tempus opprimatur prevalet et prosperatur
finaliter cum triumphabit Jn cuius figuram legimus de Jona propheta quod multiplicis
fuerit tribulatus et multipliciter cum fuit liberatus. hic ionas dicitur filius amathi
i. filius veritatis non quod amathi esset pater suus. sed quia helias eum suscitaverat
a mortuis et restituerat eum matri sue que pro filio resuscitato regracians
sic dixit helie. Nunc in isto cognovi quia vir dei es tu et verbum dei in ore
tuo. iii Regum xvii ca. Et ex illa hora et deinceps vocatus est filius amathi i.

filius veritatis. Iste ionas multa evasit pericula. Primo enim mortis est imminentis ad-
sultus. Vero et factus propheta missus est in niniven ad predicandum et volens fugere in thar-
sis per mare sorte missus est in mare. Vlterius devoratus est a ceto. Vlterius conser-
vatus est in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. Postea evomitus est
de ore ceti in aridam. Quarto tanto fervore solis adustus fuit quod petivit ani-
me sue ut moreretur et ait: Melius est mihi mori quam vivere. Sic patet Ione iiii. Certe qui
sustinuit tribulaciones et angustias filius veritatis in signum futuri eventus
quod loquens veritatem constanter et intrepide multas iniurias et persecutiones
patitur de quibus in omnibus liberatus est. Recte est de veritate sicut de aqua
benedicta que data cum moderamine cum devocione suscipitur et dantis ipsam capi-
ta inclinantur et demulcentur. Sed si detur copiose et habundanter facies ab ipsa
avertuntur et homines propositum elongantur et ab ipsa fugiunt et se defendunt. Et ita con-
tingit de veritate. Nam multi tam nobiles quam simplices quando audiunt aliquem
predicantem veritatem libenter audiunt et predicanti applaudunt ipsum vel de quo medium
quod veritatem dixit et predicavit parce tamen i. ipsos magnos non tangendo nisi
in quibusdam parvis et minimis defectibus et peccatis. Et si contingat quod nobiles
et potentes sicut alios tangit habundanter i. eorum maiores defectus argu-
endo et increpando in quibus iacent et involuti non sentiunt statim convertunt
autem faciem et detrahunt predicanti quem prius commendabant. De quibus loquitur
apostolus ii ad Thimotheum iiii°. A veritate quidem auditum avertent ad fabulas autem conver-
tentur. | Ipsa veritas est preponenda omni socio quia amicus socrates et amica veritas.

Tertio vel sanctum est prehonorare veritatem. Quibus enim existentibus amicis sanctum est pre-
honorare veritatem ii ethicorum vi et christus salvator noster volens nos veritatem diligere
et honorare dixit: Ego sum via veritas et vita Jo xiiii. Et Jo xviii dicit se ideo in mundum
venisse ut sit testis veritatis. Preponenda est ergo veritas omni socio et lucro et delectabili
cuicumque istius mundi quia ipsa cessante tota quies humanitatis destruitur. Si enim quis non
audet credere quod dicat verum quis tutus erit quis alteri exponet suam necessitatem
et quis alterum poterit consolari. Revera nullus. Maxima enim est consolacio
hominis afflicti in verbis principis socii vel amici. Sed si non potest confidere in verbis loquentis
parva ipsius consolacio proveniet sibi. Nunquam ergo est a veritate recedendum. Licet
aliquis possit ex caritate ubi alteri nocere posset suis verbis veritatem subticere. Sic
habetur xxii q. ii. Ne quis. Pars namque veritatis doctrine si sine scandalo dici vel
predicari non potest pretermitti potest. Sed falsum dici non debet pro quocumque scandalo evitando.
Licet multa sunt que possit omittere propter scandalum evitandum sicut predicator verbi dei
quando multociens predicat. Sed ex caritate facit potest omittere predicare propter indignos apud
quos nulla est sequitur emenda sed forsan casus maior. Sic habetur xi q. iii. Quid
ergo. Veritas enim alia est vite alia doctrine alia iusticie. Veritas doctrine et iusticie
aliquando pretermittuntur ad vitandum scandalum. Et sic est ad tempus pretermittende propter
melius licet oppositum ipsorum vel contrarium eorum sit nullatenus faciendum.
Sic falsitas non est dicenda nec iniusticia ullo modo facienda ad vitandum eciam
quecumque scandala. Modo verum est et dicitur in metro: Est verum vite doctrine iudicii
primum semper habe duo propter scandala linque. Et istud satis exprimitur xxiii
q. v. ubi est istud: Mentis fortitudinis opera et magnanimitatis computatur ut propter quecumque
mala sustinenda quis non debeat malis consentire i. a vero vite dissen-
tire in talibus ita ne. Et est advertendum quod verbum veritatis minime est pretermit-
tendum a predicatore dum predicat. Licet predicator suam ex causa possit differre
et in horis suis loqui videtur. Est: Nolite timere xi q. iii. Item videat predicator quod
in predicando modum arguentis vel corripientis non assumat quod sit dum nimis
descenditur ad personas. Predicator enim verbi dei generaliter loqui debet et vicia
generaliter detestari. Sed quando in sermone descendit ad personas vel statum tunc
corrigentis et corripientis assumit formam. Et talis correpcio vel correctio
pertinet ad prelatum secundum formam ewangelii que forma ewangelii habet ut secreta
ammonicio precedat. Item tunc nimis descenditur ad statum quando ipsius expressione
fit nota et sunt note persone ipsius status. Et hoc fit de eo statu qui non habet
sibi parem vel similem sicut si ego publice in sermone dicerem imperator vel dominus
papa vel dominus cardinalis hoc faciunt. Necesse est hoc intelligere de unicis personis quia
non est alius imperator nec papa nec alii sunt cardinales nisi isti. Ideo quod ego expresse

dicitur contra tales status vel eius consiliatores magis est correptio vel correctio vel increpatio
aut forte infamatio quam predicatio. Sed si dicantur verba generalia utpote prelati ecclesie
vel ecclesiastice persone hoc faciunt vel illud hic non designatur status cardina-
latus nec persone et istud est magis loqui quam si unus cardinalis excedens
in aliquo peccato non sunt propterea alii infamandi qui in illo mecum forsitan deli-
querunt. Pari modo si imperator excedit et alii principes contra principes potest ge-
neraliter predicari et contra consules et similiter contra omnem statum qui sibi habet
silem dummodo ex verbis vel modo dicendi aut precedentibus aut subsequentibus
verbis non possit intelligi quod de tali persona aut de illo collegio specialiter sic
loquitur nec ergo vituperata persona vel status sed ita generaliter est loquendum ma-
xime pro subditis quod ex eius huiusmodi magis videantur reprobata et vituperata
vicia quam persone. Et illo modo dicendi veritatem impetrite est dicenda et sic
potest intelligi ea ad dictum Nolite timere eos qui occidunt corpus ne forte propter
timorem mortis non libere dicatis quod audistis id est vicia detestetis que audi-
vistis et eciam dum predicatis huiusmodi faciatis et in hoc sensu loqui videtur Christus
cum dixerint sibi discipuli sui quod audito hoc verbo iudei scandalizati sunt
et rndit sinite illos ceci sunt duces cecorum. Nam Christus non dixit discipulis
et quod licitum erat facere nec iudeos arguebat licet superior esset et si contra
veritatem quis scandalizatur certum est xi q iii nemo verba vero veritatis non est
totaliter postponenda propter cavendum scandalum quinymmo semper virtutes debent
commendari et vicia detestari ab eo qui super huiusmodi accepit potestatem. Et si ex-
inde quis scandalizatur non est curandum quia utilius scandalum nasci permitti-
tur quam veritas relinquatur de r. iur. qui scandalizaverit li vi. Preterea quia dictum est quod
iusticia propter aliquid permitti intelligendum videtur hoc in hiis que a iure sunt dis-
pensabilia. Sed prelatus vel iudex ad quos pertinet facere iusticiam non debent per-
mittere hoc in quibus iure sunt limitati nec dispensare possunt sic patet de respo-
[illegible] li p° Sane et de ex. q vlt. et si illa similiter non dicitur veritatis iusticie
esse deserenda propter scandalum intelligendum est quantum ad ius legis ubi cadit
dispensacio ut premissum non autem ad ius hominis de quo agitur in foro contencioso
ubi dilacio iusticie vel eius prorogacio ingerere potest in preiudicium partis. Ibi enim
non est vitandum scandalum ut veritas medium proponatur quia si caveret de scandalo
illius pro quo est si non fiet sibi iusticia

Tercia species magnificencie est quod sit gloriosa in effectibus. Isti autem effectus sunt tres
Scilicet in resistendo superbis in parcendo subiectis in honorando probos et honestos.
Sed in resistendo superbis Nam valerius recitat li vi quod non allexan-
drinus est in resistendo superbis darius persidicto petita hiis ad alle-
xandro subiectionem et tributum exegisset. Darius persendo petita hiis ad alle-
xandro confluxerit de quibus conflictibus cum superatus abiret obtulit alle-
xandro partem regni sui et filiam in matrimonio ad decies centum milibus
talentis At ille indecorum estimans si subiectus darius pro reddicione tributi
pro quibus eum bellare cepit iniuriose obtinet recusavit oblata. et ad parmenyo-
nem principem milicie ei dicentem si ipse allexander esset usurus se illo condicione
respondit si parmenyon essem et ego uterer ea. q. d. cor meum aliud est
a tuo. Nec hoc magnum estimo si pro regni dicetur cum filia cum toto diu
possit pro quo habendo iam duxe confluximus verum nec non videtur magnum quod
maximum reputat. et cum alius diceret. Et cum dario o allexander preliare
volueris solem videbis obscurari per multitudinem sagittarum. Respondit bene
dicis in umbra enim melius preliabimur. Amoneri ergo non poterat quin in-
obedientes et rebelles vinceret persequendo. Sic etiam magis prelati et maxime
domini cardinales debent esse magnifica contra superbos et elatos ostendendo
severitatem erga humiles et subiectos. ostendendo clemenciam et pietatem
et virtuosos et honestos ostendendo humanitatem et honestatem. Circa ma-
los et corruptos ut dixi debent ostendere severitatem ista tamen severitas non est
seviendi animo ostendenda sed medenti dist. viii odio et ea. sequenti quia tenendum
melius est cum severitate diligere quam cum lenitate decipere v. q v non omnis.
Et tunc enim prelatus suum officium diligentissime severitatis implevit qui non ex
odio sed ex dileccione subditum corrigit ex e iii q iiii. Ita plane quia dignum est

ut sanctitatem ecclesiastice discipline servaret quam sanctorum patrum instituta contempnit dicens lo-
Nullus peniteret ecce finis. Sed heu quid dicam nomine homines qui loquuntur fuit con-
electionem alicuius ex iusta et sacra intencione et minus quam sibi imponebatur qui per quedam
de maioribus fuit eo innocenter criminatus et diffamatus et cum ille per modum capitalem
optinuit post tres annos visus est tonsuram non habens in capite aut in aliquo
vestem aut dispositionem clericalem, ymmo in brevi in hastiludio se exercerat val-
de solempniter non sectando personarum hec et huiusmodi similia fieri vidi et per me in parte
sum expertus. Quod si non advertentes aliqui de primi velit dicere quod eorum successores
premissa non luant. Redeundo ergo ad propositum dico quod ubi constat de alicuius
probitate ibi interim debent esse securi, quia et alii ecce probi possunt in-
veniri et probiores forte qui ecclesiam forte inutiliter molestarent. Sic enim ecclesia non
prius eripi de manibus talium esset forsitan in talibus dispensandum ubi persona
correctionem promitteret seu emendationem ut tales ecclesie eius in commendatam daret
ad tempus et in interim diligenter inquireret si esset via acquirendi et resi-
stendi sic intruso vel saltem posset inquiri si de promissa emenda spes completa
possit haberi, nec esset in talibus credendum scripturis oblatis sed exactius consulte
et nichilominus inquisitione posset committi alicui de cuius fidelitate et constancia esset
nullatenus hesitandum. Quia teste Seneca salus et destructio totalis ecclesie et utinam non
fidei catholice dependet a prelacionibus abilium vel inabilium personarum. Ut
licet esset in talibus inquisicionibus diutius expectandum, sed statim persona electa
non fovenda labores aut expensas in subiectis quidem clemenciam et pietatem

Secundo ut dixi debent humilibus etc. Quia teste Seneca hoc est opus fortitudinis
et magnificencie ut quis parcat humilibus et prostratis, ymmo non convenit clemencia
et mansuetudine fortitudini et potencie, et ubi plus invenitur potencie et
cum et mansuetudine fortitudinis communiter et plus invenitur pietatis et mansuetudinis. Sic patet de leone
qui est fortissimum animalium et tamen clementissimum. Narrat enim Solinus de mira-
bilibus mundi quod leonis clemencia patet quia parcat prostratis, parcit plus feminis quam
viris, parcat plus infantibus quam adultis, ymmo nisi magna fame cogatur
non sevit in pueros. Unde et metrice dicitur: Parcere prostratis scit nobilis ira leonis.
Sic recte est per oppositum quod dentes animalia crudelia magis potestate premunt. Unde et
canes ut communiter magis sunt colerica. Sic ecclesie revera debent domini cardinales, qui et ipsi
sunt magne potestatis, ut sint clementes et pii ac misericordes et maxime erga suos
molestatores. Dicitur enim Virgilius genere et Brutus Augustinus idem recitat v. de ci. Dei
ca. xij cum Eneas patrem suum Anchisen per loca infernalia quesivisset et per campos
elisios tandem invenisset, sic a patre suo est informatus: Tu regere imperio populos,
Romane, memento. Hec tibi erunt artes: pacisque imponere mores, parcere subiectis et
debellare superbos. Quod Seneca sunt nobiles condiciones presidentis et maxime magnifica.
Debent ergo domini cardinales esse pii et clementes ubi veram vident humilitatem et
subiectionem seu obedienciam et maxime in hiis que de propriis sunt personis irroga-
ta, quia que in dei iniuria irrogata noscuntur aut proximi si pena non sequitur
sine scandalo non poterit preteriri, si vero irrogata sibiipsis penitus indulgent non
poterit sine edificacione proximorum preteriri. Quia nichil est commendabile de potestate
se vindicare si indulgetur et signum est animi magnifici et decori unde et Seneca dicit
li. iij. de clemencia: Quod magis decorum sit regenti quam clemencia quibuscumque mo-
dis et quorumque iure prepositus sit et ponit exemplum vero: apium sine aculeo est nolunt enim
natura nec servum esse nec petere ulcionem tellum ei detraxit et reliquit inermem
iram eius. Valerius eciam de clemencia principum narrat li. v. dicens quod Marcus Mar-
cellus captis ab eo Syracusanis cum esset in arce constitutus et opulentissime urbis
tunc afflicte fortunam ab alto cerneret et casum lugubrem fletu cohibere non
potuit. Idem narrat quod cum Cesar Julius apud Pompeyi hastis sui aspexisset
pias lacrimas fudit. De clemencia vero Pompeyi sic dicit: cum regem Armenie
cum tocius imperii diu rebellantem cepisset in bello et ille supplex iaceret contra
non est passus ipsum diu prociumbere, sed benignis verbis ipsum consolatus dyadema
quod a capite deposuerat reponere iussit et in pristinum fortune habitum restitu-
it, cum pulcherrimum iudicans vincere reges et facere victis unum. Consimile
narratur de Paulo consule quod alibi invenitur sub indiari. Qui cum audisset quedam

regem ad se duci captiuu̅ illum valentem pertube dextram allenauit et ad spem exhor-
tatus est eidem sibi proximum in consilio sedem fecit nec indicauit indignum mense sue
Nam si egregium est hostem deicere non minus laudabile est infelicis misereri
Expedit quod dominos Card esse pios et maxime erga afflictos et miseros et quanto
maiores sunt amplius eos decet Sed dicitur forte sicut Dionisii presumcionibus iniquis
non dicitur esse indulgendum Similiter quod malis et superbis est resistendum. ipsique sunt
omnino corrigendi et puniendi sed humilibus est utique indulgendum nec certe correc-
tio excludit pietatem cum pro primo ipsam includit quia cunctam punire non est crude-
litatis sed pietatis ut patet in viij legi. Bonitas et liberalitas humanitas et honestas
Tercio et vltimo expedit vt viris impendant. Et hoc est sicut opera magnifica
ut se liberalem et beneficum ostendat virtuosos ipsum honorando et aliis eciam
prouidendo. Nec debet magnificus in impendendis honoribus seu comodis ad persone dignitatem
seu nobilitatem aut aliam familiaritatem habere respectum nisi mixtum assit probitas
et honestas. Quia si dominus Card honorat aliquem propter diuicias vel propter nobilitatem
iam est mercenarius quia vel inde quit comodum vel honorem Sed tamen sepe con-
tingit quod viri virtuosi et litterati postponuntur et alii diuites et nobiles omnino
carentes gracia eis preponuntur. quod tamen magnificum facere non decet quoniam modo
quam primo virtuosum debet honorare pre omnibus. Quia honor est premium virtutis et ubi
virtus non est honoris deest materia seu subiectum Refert Aristobolus quod cum philosophus
quidam dum ab ingressu regalis curie repulsus esset ipse considerans dominum
pociam quod dicitur curiam pauperibus esse clausam dedit censibus honores pecuniam vestes
preciosas quibus indutus ad regalem curiam sibi patebat ingressus. Cum vero in
regis presencia consederet cepit vestes suas venerabiliter osculari quod rex admirans
cur hoc faceret inquisiuit philosophus vero Ergo me honorandum honoro quia quod virtus (?)
tas non potuit vestis obtinuit O mira vanitas vanitatum quod plus defertur
vestibus quam virtutibus plus venustati quam honestati Scribitur in historiis
romanorum quod Romani quam viros magnificos dicere consueverant disputauerunt
in concilio vtrum Christus in numero deorum esset recipiendus ad tot suis miracula
operatus et tandem diffinitum est quod non quia non haberet cultores ad paupertatem
quibus adiret quam Christus pauper docuit et ostendit Sic periculum est apud multorum
principum et prelatorum curias vbi cum veste pulchra ~~[illegible]~~ et persona
vilis admitti et magister in theologia vel decretorum doctor excluditur et
ante ille indignus ille ad
postergatur non obstante eo quod personarum condiciones iam sunt
veste pulchra pecuniarum dator aut aliquis dominus pretur aut alius barattator
existat. que certe procul debent esse a curiis dominorum Card. et credo si sint
preter eorum forte scitum et voluntatem sunt si tamen super hoc nollent aduertere nec in
quirere et ex proposito inuenta etiam sepe contingerent essent vtique culpabiles. Nec
possent aliquatenus excusari. Quia revera honor est principaliter impendendus
virtuosis licet nobilibus virtuosis qui de sua virtute nullatenus gloriantur. et diuiciis
nec pro aliis se exaltant. sic honor maxime impendendus quia tales nobiles et
diuites si non superbiunt ex quo vel diuiciis sunt vtique virtuosi eciam si aliis ca-
rent quibus talibus in cuius signum narrat beatus Augustinus v. de Ci. dei ca. i. quod
Romani habebant duas edes i. duo templa. vnum scilicet honoris et aliud virtutis. Et
ista duo templa erant coniunctissima ita quod nullus vnum potuit attendere nisi per
aliud Cum enim ad honoris templum volebat accedere seu intrare necesse habebat
primo virtutis templum intrare. quia per illud aliud intrabat. et istud ordinauerat
Romani ad denotandum quod vera via ad honorem est sola virtus Nunc autem a plerisque
contrarium obseruatur Nam primo intratur templum honoris et vtinam saltem post-
ea virtutis intraret templum ordine prepostero Nam in templo dum non ipsi
ipsum primos honores acceptant tunc ab aliis creduntur virtuosi. ita quod de talibus
personis plus creditur status aut sedes honoris quam tamen honoris et satis irrationa-
biliter quia quilibet aliorum voluntatibus sedes honoris potest conquirere et possidere. sed
materiam veram honoris i. eam per quam honorari debet. nullus potest dare. hec
enim materia sine causa honoris est virtus quam si homo a seipso non habet alius sibi
dare non potest licet statum honoris ab alio possit acquirere. Sed de hac honoris ma-
teria eciam heu curatur parum dummodo dignitates possint acquirere quod solatio sibi e-
stimant ad veram rationem aut honoris causam sufficere que revera magnificus

vilipendit vbi virtus non coniungitur diuicias temporales et hoc est opus magnificencie vt diuicias
et potencias contempnat vbi non est virtus et hoc est fortitudinis opus vt diuicijs aut
potencia vel nobilitate suum magnificus animus non vincatur nec temptatur ab hijs qui
sine virtute et racionis sicuti est hoc vt homo virtuosus alios antecellat et pre alijs
honoretur que si fiant per duos Card plures inuenientur in curijs licet quam
bursati plures virtuosi quam ignorantes Et sic contra filij diuitum et nobilium qui viden-
tes quod nobilitas nec diuicie eis suffragentur vbi non sunt virtute fulcita amplius
student virtutibus vicia relinquentes Cum vero videt eis diuicias sufficere vt genus
ad honores sicut heu sufficiunt apud multos quia inter aliud in eis apparet in
talia amplius virtutibus non intendunt nec studio istud dicunt seu eos desperantes

Huic magnificencie subiunxit magnanimitas et parum distant quia in nominibus sine vocabulorum
exprimuntur Magnificencia enim dicitur a magno facta vel actu vnde et magnificus magna
facit Magnanimitas vero dicitur a magno animo vnde et magnanimus dicitur qui animum
habet ad magnas virtutes seu operaciones Et videntur iste due virtutes se habere ad in-
uicem sicut superius et inferius subalternans et subalternatum quia magnificencia
supponit magnanimitatem et non econuerso quia multi habent magnum animum qui magna facere
non possunt quia non subest facultas faciendi sicut est de paupere aut forte
impotente viribus Et quia magnitudo hominis sancti non potest nisi a magno fieri Ideo a-
plius magnificencia commendatur quam magnitudo Vlterius est notandum quod magnanimitas
ipse est circa honores vnde non omnis animus magnus est nec potest dici virtus
magnanimitatis quia magnum animum habet qui subit magnum periculum et hoc sepe fieri
potest in virtuosis sicut in furto in latrocinio et in multis alijs vbi quis magnum
subit periculum et vite et honoris quam tamen non debet dici ex tali animo magnanimus
sed magis timidus et viciosus quam virtutis predictorum et alia eius consilia que fraude
committuntur non sunt ex magno animo sed pusillanimitate Sicut fur non timet publice
sed latro si non fraudulenter incedet et insidias ponet occulte vel sub pal-
liatet et latro si non fraudulenter incedet et insidias ponet occulte vel sub pal-
pacione si non fraudulenter viatori nimis preficeret nec est mirum si plures vnum
occidunt vel vnum alium fraudulenter vel armatum inermem sed est magnum vbi
quis ex animo subit magnum periculum in re virtuosa et commendabili sicut pro republica
et in multis alijs effectibus hoc posset declarari Magnanimitas ergo secundum philosophum
iiii° ethicorum est circa honores et non quoslibet honores sed magnos hoc presente sic accipio
sine intelligo quod magnanimum nemo quibuscumque et quantumcumque magnis non possit
ad inhonesta mouere seu inducere et reuera magnus animus est qui nec prece nec
aut rebus moueri potest ad inhonesta causa cuius mirum valemus enim legi vt scribit
de camillo consule qui cum faliscos obsideret magister ludi nobilissimorum puerorum corpo-
ra in castra Romanorum fraudulenter adduxit quibus captis non erat dubium quin illi se
essent tradituri Camillus vero non solum spreuit perfidiam reputans inhonestum
ei consentire licet exinde maximam posset consequi vtilitatem vincere censuit et
pueri magistrum vinctum virgis cedendum ad parentes suos reducerent Idem narrat
quod thimocrates pollicitus fuit se pirrum inimicum Romanorum veneno necaturum que
res cum ad senatum esset delata missis legatis pirrum monuit vt aduersus insi-
dias huiusmodi sibi caueret prouideret Voluit enim senatus bella non veneno sed armis
agere inquisitam potius quam turpitudini consentire nec tamen thimocratis nomen
expressit vtrumque modo amplexus equitatem quia nec hostem malo exemplo tollere
et inhonesto nec eum prodere qui potuit profuisse Narrat etiam annecus florus in
historia Romanorum quod medicus pirri nocte ad fabricium venit promittens se pirrum
veneno occisurum si sibi aliquid polliceretur. eo Romanorum consistencium esset hostis
quem fabricius vinctum reducit misit ad dominum suum aperiens medici nephandum
factum quod spopondit ex tunc pirrus rex admiratus honestatem fabricij sic di-
xisse fertur Ille est fabricius qui difficilius ab honestate quam sol a cursu
suo posset auerti Si ergo ignari legis diuine tales fuerunt in operibus honestis
et virtuosis amore reipublice et cupidine glorie temporalis quales debent esse
illuminati fide ardinati caritate certi spe glorie pro republica et caritatis vni-
uerse in operibus honestis et virtuosis Sed quia omnes querunt que sua sunt non
que ihesu christi ad philippenses iij Ideo pauci tales existunt et respublica perijt
et defecit et certe sic fuit de Romanis quod quilibet quamdiu rempublicam prouato suo commodo

ptulit ipsi toti pnapatui orbi· cum et cuabat quilz qd sibi quibus imputabat iaz regimi
recessit ab ipis 7 incepuit desiderare vsque in puis tempus 7 non immerito quia tullius dicit
dum quisque querit propium comodum sine emolimento perit respublica li· iii de officiis
Et quia vt dicit super capitulo aplex dicit quod magnanimitas est circa magnos honores acqui-
rendos· hic notandum videlicet quod ipsa magnanimitas non solum est circa magnos honores
acquirendos sed etiam illos spernendos 7 vilipendendos · Circa que est aduertendum quod mag
dicitur est in hoc quod quis spernit honores 7 quod quis non curat ea facere ad que sequitur
vel sequi deberet magnus honor· quia si quis contempnet honores eo modo quod non
curat facere ea que sunt digna honore vituperabilis esset· Nec iste magnanimus
posset reputari· Sed magnanimus est qui ea facit que sunt honore digna· nec tamen
pro magno estimat honorem mundanum hec dicit sanctus Thomas ii· ii· q· C xxix ar·
primo in solucione vlti ar· Ex quibus apparet quod non solum est magnanimus qui facit
opera magnorum honorum sed etiam ille qui magnos honores ex racione debitos
contempnit et non curat sciens ex huiusmodi honoribus vitiorum occasionem ministrari Ex
quibus etiam apparet quod non bene diffinitur ambiciosus si dicatur quod ambiciosus est qui
querit aut appetit honores· Et certe homo licite 7 meritorie potest appetere illas virtu-
tes 7 talia opera propter ipsum scilicet posse que magis sunt honore digna 7 propter illam
virtutem in se honoratam non personam si quis tamen a se posset abicere per honoris
appetitum quante suum opus virtuosum maxime ipsum magnum imputatem quia sicut
dicit Seneca ep· lxxxii honores et dimat ac potestas [illegible] multos abstra-
xerunt ab operibus virtuosis 7 propter que a premio celesti alienos reddiderunt hoc n[on]
sensit ille galfridus prior clarevallensis qui cum esset electus in cornacensem episcopum 7
ab eugenio papa 7 a beato Bernardo abbate suo episcopatum cogeretur suscipere prostratus
ad pedes abbatis 7 clamavit clericorum sic ait Monachus fugitivus si me eiciatis
esse potero episcopus nunquam cum Bernardum laboraret in extremis quidam monachus sibi
singulariter familiaris rogavit post mortem revelari statum suum· cum autem tempus
altari apparuit galfridus et· Certe assum fui tunc galfridus· cui ille· quid
tibi est charissime frater Cui ille· bene sed revelatum est mihi a sancta trinitate· si episcopatum
accepissem essem reprobatus· nec mirum quia honores mutant mores vnde et
acceptissem essem reprobatus· nec mirum quia honores mutant mores· Alanus cuiusmodi ex sen-
mentre dicit plurimi cum soleant homines corrumpere mores· Alanus commune ex senten-
sensus honores vnde et quidam dixit socio suo iam promoto Optimus esse solebas te
fecit honor meliorem Estimo quod fiet de meliore bono Nullus quem multum cunct-
fecit honor meliorem Estimo quod fiet de meliore bonus Nullus quem multum cuncta
honores acquirere· que sepe perdicionis sunt causa Si si quis vocatus a deo sustineat
officium sue vocacionis implens Si inter ista statu sepe pollens an expediret
homines virtuosos fugere status honoris et quia experiencia hoc ostendit dum virtuosi hono-
rem refugit quod homo vilis condicionis 7 ambicionis impetens ad honoris gradum ascen-
dit· Circa contingit duo vnum est quod homo impetuus et ambiciosus qui propter am-
bicionem esset a promocione sua repellendus promovetur et ille virtuosus 7 honore
fugiens qui ex sua humilitate et virtute meretur honorari vt in precedentibus est de-
ductum postergatur Aliud est quod contingit quod dum quis propter ambicionem
promovetur et honoratur quod ille vilis persona et mobilis et impetuosa caput
seu platus vicio effectus 7 vicium virtuti ducatur· quod omni detestacione plenum
est Nam tenens vidi homines virtuosos et literatos et omni honore gradus 7 placibiles
qui se ad certum gradum honoris insufficientes reputabant nec pro ipsa ex inbec
vel verecundia laborare presumpserunt quos in adipiscendo gradum ipsum precessit
quidam omni virtute destitutus et graciarum tempore ac multipliciter condempnate ita quod etiam
verecundum est actum dicte persone recitare· Sicut persone bene morite 7 virtuose
reputabant incomodum ex virtute 7 viciosus et detestabilis ex sua am
bicione quomodum reportabat· hec enim sepe fiunt homines honores appetere
quod eorum socii aut corporis insipientes vel indoctos ipsi presumunt turpiter ad gradum
honoris ascendere· tunc multi erant digni ymo presumunt videos illorum
fieri 7 magis· quorum vix possent esse discipuli vel subditi Et sic locum
habet magnanimitas que circa honores non negligit· 7 tamen honores magnos sepe
contempnit· 7 sic honores multi propter vanitatem ipsorum 7 falsitatem sepe spernit 7 con-
tempnit Ita sepe abhorret promocionem persone inabiles ymo eorum defectuo-
sum assumit ne exaltetur 7 honoretur 7 certe iuste et racionabiliter· quia sicut
in homine invenitur aliquid magni quod ex dono dei possidet sed quod donum mag-

nimis se dignificat ita per oppositum alios contempnit cum hoc tamen dono non credit contempnit
exhibicionem exterioris sed pro ipsius indignus non assumit ut honoretur ymmo ipsos detestatur
non consenciendo [illegible] honori quoniam si consentiret iam magnanimus non
esset. quia honor importat quandam reverenciam alicui exhibitam in testimonium alicuius
excellencie. quod testimonium non facit magnanimus vili persone et defectuose quia falsum
testimonium ~~alicuius excellencie~~ est ut quis honoretur propter virtutem et excellenciam qui
non est virtuosus nec excellens. Fforte dicere potest nec magnanimus appetere honorem
ad quem videt unum defectuosum presumptuose aspirare et laborare. Tercio quod
honoris appetitum contingit tripliciter esse inordinatum. Uno modo quod aliquis appe-
tit testimonium alicuius excellencie quam non habet quod est appetere honorem sine virtute
simpliciter autem gracia vel sine virtute et gracia proporcionata tali honori sicut plures
que essent ei oportune et necessarie qui cardinalatus statum appetit quam aliud sta-
tum. Alio modo exceditur in ipso appetitu per hoc quod quis sibi cupit honorem tan-
tum et sine [illegible] non habendo respectum ad benivolenciam aliorum ut se ita reputet
dignum honore quod ab aliis honorantibus ipsum non sibi aliquid impensum gracie
vel favoris estimet sed totum quod fuit impensum honoris sibi soli quasi debitum
reputat. Et istud est viciosum quia alios contempnit et spernit nec benivolencie
aliorum est gratus sic eciam tenetur esse gratus ex debito de honore impenso quia eo ipso
per virtuosos honoretur. qui vero spernit et dedignatur se honorari debite spernit
virtuosum quod est viciosum. Tercio exceditur in ipso appetitu honoris non referendo
ultimum honorem in deum qui sibi materiam et causam honoris dedit sed quiescat in sibi
impenso honore. sicut in suo appetibili ultimato. Ex quibus apparet quod ille in
quo est excellencia cui debetur honor habere ipsum potest per predicta quoad primum sic tamen
ut in huiusmodi assequendo honoris alios virtuosos non contempnat quoad secundum
et tercio quod huiusmodi honores in deum referat. qui sibi talia dona dedit propter que
meruit potest et debet honorari. Et ista satis tangunt 2a 2e q. cxxxi articulo 2o
in corpore q. [illegible]. Et si hec virtus est singulis hominibus et maxime prelatis necessaria
multomagis dominis cardinalibus ut et ipsi non consenciant promocionibus indignorum propter fa-
vorem aut munera aut preces vel coniunccionem aliam parentele vel nacionis habent eciam
magnanimitatis condiciones aliquas que forma facie vituperabiles apparent quarum
una est ingratitudo que tamen non est in magnanimo si vere et bene consideretur sed tamen
magnanimus dicitur ingratus quia vilipendit ab accepta beneficia indignis consentire
et irracionabilibus factis. Nec reputat se per quodcumque beneficium obligatum vel et ob-
ligatus esse dedignatur magnanimus sed ex illa virtute recompensat sufficienter
honores aut virtutes impensas. Dicitur eciam magnanimus ociosus et tardus non quod
deficiat in operando que sibi conveniunt sed quia non ingerit se quibuscumque factis
parvis et minutis vel et de facili negocia non assumit sed illa que sunt honore dig-
na non parva sed magna. Dicitur eciam quod magnanimus utitur yronia. yronia est negacio ali-
cuius boni quod est in homine vel et cum fingit se minorem quam est. istud non facit
magnanimus ut scilicet se fingat vilem qui non sit vel negat se bonum cum sit sed occul-
tat vel non monstrat aut ostendit suam magnitudinem verbo vel facto. Et quia ex ver-
bo causa tanto quo sepe virtutes occultantur videtur minus esse virtus in homine
quam est. et sic fiat magnanimus ipso ipse dicitur yronia utens. non quod in se aliquid
vile fingat quod non sit nec aliquid negat quod sit sed quia non monstrat se ubique
talis in animo est quoad omnes sed solum magnum quoad magnos et ad magis
et hec eciam dicit philosophus iiij ethicorum. quod ad magnanimum pertinet magnum esse
ad eos qui in dignitate aut bonis fortune sunt ad medios autem esse mode-
rate. Dicitur eciam quod magnanimus ad alios convivere nescit familiariter
hoc est verum quod nescit omnibus placere equaliter sed amicos amicabiliter superioribus
reverenter. sed equalibus et inferioribus non est exhibitivus et est nobilis condicio
hominis quod sciat convivere hominibus secundum vitam et statum. Nam [illegible] multi et ma-
gni sunt qui cunctis applaudunt et se exhibent familiares et omnibus pari modo
quod tamen est detestabile eciam eo quod cum omnibus satisfacere equaliter non potest
ymmo nec intendit non dicitur se omnibus equaliter exhibere quia cito sibi falsitas et
levitas animi impingitur cum non est talis in facto sicut in exhibicione ostenditur.
Sunt eciam nonnulli qui omnibus vellent complacere ut exinde laudem habeant

acquirerent et etiam falluntur quia complacendo omnibus multa promittunt que solvere et perficere
non possunt ymmo nec forte vellent. Antequam dicitur magnanimus infructuosus quia non in-
nititur mercedi aut lucro sed omnia que facit virtutis inclinacione facit ceterum
si mercedis intuitu sequuntur, que si absfuerant a virtutis operibus sicut vicium
accedendi personarum accepcio munerum recepcio et symoniaca infectio ab ipsis
procederent. Expedit igitur dominos Cardinales esse magnanimos quia ad magnos honores
assumpti sunt et ad magna negocia sunt vocati. Et secundum Bul. de consideracione magnanimi
causa verus est gradus sermo et animus infirmus solidus prima et vita prima. lingwa mag-
loquens et manus ociosa. sermo multus et fructus nullus. vultus gravis et actus levis.
ingens auctoritas et minor stabilitas. Si ergo domini Cardinales non haberent magnitudine
clarum est quod monstri figuram gererent. quia corpus est grandis sermo et carendo magnitudine
in eis esset animus infirmus qui plerumque prelati solent accidere dum commoditatibus
propriis minus invigilant propria quibus ponderibus de quibus loquitur virtus Bul. ista haec
verba. que dabis in demum prepositorum qui non plus invigilet in subditorum
vanandis incursibus quam viciis extirpandis ubi est qui orando flectat iram Dei
qui predicet annum placabilem Domino etc. Speciei fortitudinis Tulius ponit fiduciam vel [l. confidenciam]

Post magnificenciam ~~fiduciam~~ loco sede | fiduciam aut confidenciam que pro ista habet
pro eadem Tulius enim in sua rethorica fiduciam videtur ponere loco ma-
gnanimitatis et ideo plures alii fiduciam sub magnanimitate comprehendunt. hanc tulius
sic diffinit. quod ipsa est virtus per quam magnis et honestis rebus ipse animus multum
in se fiducie cum spe certa collocavit. Sed advertendum non videtur quod modis variis
vanam ponunt spem et suam confidenciam Nam quidam confidunt in rerum temporalium
affluencia seu habundancia amicorum seu cognatorum assistencia sive fortitudinis
potencia sive ingenii excellencia. Primo ut decepti quidam confidunt in rerum temporalium
affluencia seu habundancia et isti confidunt quod per divicias victum deliciosum possint
comparare isti confidunt quod divicie ab inimicis eos possent defensare. isti con-
fidunt quod per divicias possint potentum amores inclinare. isti credunt quod sumptibus
diviciis possint iudicum oculos excecare omne suum nephas occultare omne
eis placabile perpetrare omnium inimicorum suorum insidias declinare Sed certe
omnes isti decipiuntur quia iudicant sinistrum dextrorsum et dextrorsum sinistrorsum
aut dextrum sinistrum isti enim sunt similes hiis qui speculum concavum intuentur
qui singula apparencia contraria posicione diiudicant. Est enim posicio una de
sex principiis ac decem predicamentis. cuius species sunt dextrum sinistrum sursum deorsum
ante et retro in quibus omnibus ~~deficit~~ decipitur respiciens speculum concavum
propter radiorum proiectione ad latera speculi quia inter se se referentes ymaginem
ex contra ostendunt contraria posicione apparentem Tales sunt ut decepti confide-
ntes in diviciis qui mundum istum concavum et fovearum seu profunditatum tam
intuentur et secundum mundum iudicant. et secundum mundi fortunam suam spem ponunt atque
confidunt. de quibus dicit psalmista Qui confidunt in virtute sua et in multitudine divi-
ciarum suarum gloriantur. et sic iudicant divicias mundi fortes et solidas cum tamen
sint vacue et caduce. iudicant eas esse sinistras a honore dignitatis que tenent ut
tamen viles sunt spernende. iudicant eas esse dextras vel dextrales id est salutem
conferre et prosperitatem. sunt tamen sinistre vel sinistrales. quia sepe dampnacionem ducunt
et afflictionem preparant seu augmentant. Et ideo bene figuratum est de scri-
ptorum romanorum qui divicias depinxerunt in figura mulieris vage facie
habens velatam et aurum coronam in capite. sceptrum tenentis in manu una et pavo-
nem in altera. vestimento variis coloribus induta sedentis in curru qui quatuor
leonibus trahebatur Nam bene divicie forma mulieris vage designantur quia
sicut mulier vaga est fragilis et mendicantis multos habens amatores quos tamen
dum non diligit. Ita divicie non istum nec illum diligunt et se iungunt ut
in fine utrumque dimittunt. oculis sine facie velata est. quia non discernunt inter
bonos et malos iustos et iniustos omnibus enim equaliter se iungunt et aliquando
indignis amplius adherent coronam eciam habebat in capite ad designandum
honores et dignitates quos sine possessoribus habent et parant sceptrum tamen
in manu quia hec cunctis imperant divicie et virtutibus preponderant Pavonem
ceterum tamen in manu alia quia penuas manus gl. habet pulchritudinis et pedes grossos

sui et opera sunt feda / vana etiam vestes divicie indumenta / omnium vero ipsis et modis va-
riis acquiruntur et quatuor leones id est quatuor vicia eius avaricia ingratitudo corrupcio
oblivio et superbia. In curru autem sedet qui rotas habet volubiles modo sursum
modo deorsum ad ostendendum diviciarum instabilitatem quia continue veniunt et
recedunt ab homine quare optime dicuntur sinistre vel sinistrales quia suis
possessoribus tenebrarum et mentis involucrorum pariunt et inducunt. Et istud bene
optime figuratur Gen. xlviii ubi dicitur quod patriarcha iacob benedicturus filios io-
zeph manibus cancellatis tetigit eorum capita id est sinistram posuit super manas-
sen qui fuit in dextra et dextram super effraym quem et iozeph posuerat ad sinistram
quia manasses qui interpretatur oblivio significat divites qui dei et omnium suorum
sunt dinemores eo quod prospere succedit iste sinistra benedicitur licet sit ad dextram
collocatus quia vere status divitis periculosus existit et continue sinistralia habet
formidare quia ipsius divicie ab aliis appetuntur et ab aliis sibi invidetur
licet videatur ad dextram id est in securitate collocatus. Sic quoque dicitur quod xxv
quod christus pauperes ponit in dextra et divites in sinistra quia tunc dicit hiis qui a dextris
eius erunt venite benedicti patris mei possidete regnum etc. et hiis qui ad sinistram
ite maledicti etc. pauperes enim beati et christus eos beatos dixit quia erunt in dextra
collocati divites autem in sinistra et omni miseria aut afflictione plenam tam in presenti et
in futuro vero et optime dixit beatus Jacobus in canonica sua v c. agite nunc
divites plorate ululantes in miseriis vestris. et revera miseri sunt qui eas de-
iugiunt in diviciis huius mundi quia tales sunt divicie que te obsunt et non
alie [illegible] amat divicias miser est et non qui habet [illegible] quod indicat quod
spem et consideracionem ponit in diviciis quia in tempore necessitatis eos deserunt dicitur
psalmista ne timueris cum dives factus fuit homo et cum multiplicata fuit gloria domus
eius. Cum eo non interiit non sumet omnia neque descendet cum eo gloria domus eius. Non
est igitur confidendum in diviciis quod possint liberare quod possint pacem dare. Si po-
tius firmiter est credendum quod afflictionem mundane [illegible] magis enim quod salua-
toris nostri dexteram ad aquilonem extendit per quod adversitas et sinistram ad austrum
per quod prosperitas designatur. Sic et beatissima virgo maria ad aquilonem depin-
gitur sub dextera crucifixi cuius animam ut dicit iustus symeon pertransiit gla-
dius doloris et afflictionis. Non est ergo confidendum in diviciis quo minus mundo
que per dextram huius mundi designatur quia vere homini deficere deserunt nec suffi-
ciunt ad protegendum aut succurrendum in tempore necessitatis magne licet ad tempus pro
remedio indigencie et mediatatis videantur. Optime dixerunt [illegible] de hoc
monachus heremita de quo retulerunt senes quod multo tempore solicite laborabat
et quod lucrabatur in elemosinis expendit. tandem dyabolo temptatus est eo ut apud
se cogitaret colligere aliquantum pecunie ut si senuerit vel forsitan egrotaverit habeat
unde expendat et collegit lagenam plenam nummis contingit autem eum infirmari
et putrescere pedem eius et expendit in medicos quod collectum fuit expensis nummis
medicus expertus supervenit qui suasit abscidere pedem ne putresceret totum corpus
et constitutum est crastinum tempore abscisionis ipsius. ipse autem nocte sequente
in se reversus ingemuit et flevit dicens memor esto domine laborum meorum priorum
quorum mercede pauperibus ministrabam et cum hec dixisset astitit ei angelus domini
et dixit ei ubi sunt nummi quos collegisti ubi sunt in quibus sperasti ubi est
spes de qua tractasti. Tunc intelligens a monicione dei et flagellum dixit domine
ignosce michi ego sum qui peccavi tunc angelus tetigit pedem et sanatus est. et
surgens gratias agens intravit ortum ut laboraret et inveniens eum medicus la-
borantem dei agnoscens opus non nature magnificavit deum. Certe nulli expedit
confidere in diviciis. nullomodo hec expedit [illegible] cavendum. quia bona ipsorum non sunt
sed pauperum. Bona enim ecclesiarum sunt bona pauperum [illegible]
quando hic divicie enim non proderunt in die ulcionis sed iusticia liberat a morte [illegible]
avare non est confidendum in eis quomodocumque. Revera pauperum fidelis habet qui [illegible] spem
in diviciis ponit quia homini fideli totus mundus id est quicquid est in mundo est divitiarum
sed pro nomen diviciarum est infideli quod totus mundus quod quidem in ipso sunt obolus est
sicut satis declarat beatus [illegible] loquens ad [illegible] quod dicam /

Ex quo apparet quod magis cruciat et affligit quam releuet et subueniat tempore necessitatis
Cupidus enim diuiciarum si totus mundus sibi esset obuius propter eo quod in deum non confidit
sed in pecuniis quis saturabit appetitum eius et tamen nichil saturare saturare poterit
incruciata remanebit Non ergo est confidendum in diuiciis quia omnes qui confidunt in diuiciis
corruent prou. xi. Nec confidendum in assistencia amicorum quia et ipsi mutantur et cum diuiciis dimittuntur
Pari modo non est tempore afflictionis. sed bene prosperitatis tempore assistunt conueniunt quamuis ipsorum
nulla esset necessitas unde et metrificator bene dicit Tempore felici multi dicuntur amici
Sed dum fortuna perit nullus amicus erit et istud dicit Sapiens ecclesiastici xxxii ubi dicitur
A filiis tuis caue et a domesticis tuis attende in omni opere tuo crede ex fide ani-
me tue. Et sequitur ibidem Qui credit deo attendit mandatis eius et qui confidit in illo
non minorabitur. Ecce quod a filiis et a domesticis est cauendum. quid ergo fiet de alieno
nec de aliquibus tamcito decipitur sic qui cito credit. Nec aliquis oportunius de-
cipitur quam per illum cui credit et in quem confidit Unde et Seneca dicit quod grauior
est inimicus qui latet quam qui patet quia iacula preuisa minus feriunt. Legitur de Alle-
xandro quod cum per unum de familiaribus deceptus esset militibus conquestus est dicens
quo me conferam militibus suis cui credam equitatum. En ego optime parti ex-
citus mei unum prefeci ei prosperitate et salute uictorie mee sed unum presidium precaueram periculum
extitit. Unde magis sinatus a periculis que sola timui in hoc mundi quod timere non debui
uerit non est confidendum in homine quia pauci sunt qui necessitatis tempore fuerunt
amicos et sepe contingit quod illi qui plus aliis obligati non sunt minus subueniunt
De quibus apte dicitur eccli. vi. Est autem amicus secundum tempus suum et non permanebit in die
necessitatis. Et ergo sepe contingit quod ille qui minus est obligatus forcius assistet
et astat tempore necessitatis. Et de magna sunt gaudendo ... parum tempore
necessitatis. quia in necessitate non probatur amicus. De istis fictis amicis recitat historia
homo quidam tres habuit amicos quorum duos intense diligebat. tertium remisse
diligebat. nec sibi ostendebat bonum uultum aut impendebat honorem uel bene-
ficium conferebat magis quam ad ipsum amiciciam simulatam quam realem. hic homo
citatus a ministris pro racione reddenda imperatori super x. milibus thalentorum
cum non sufficeret racioni nec recepta posset reddere in quibus defecerat cucurrit
ad primum amicum quem plus ambobus diligebat ei dicens Nosti o amice quomodo
sicut animam meam te dilexi nunc ergo michi succurras in hac magna mea necessitate
qua exposita et narrata audiuit. O homo nescio de tanta amicicia ut pro te
uelim quadruplex subire periculum. habeo iam amicos multos quibus magis astringor
ad quibus letari oportet nec in negociis tuis uolo occupari. habeo hic unum cili-
cium quod tibi pro uia potest sufficere. hoc tolle et uade. nec de cetero me molestes
Iuit ergo ad secundum quem et multum diligebat et exponens ei periculum nichil consolacionis
inuenit. sed dixit se multis esse negociis propriis inuolutum et occupatum nec alicuius
possit intendere. conduxit tamen eum ad domum suam et rediit. Deinde uenit ad tercium
quem multum leuiter ipsum recepit et intellecta necessitate amici obtulit se pro ipso impera-
torem accedere et in carcerem ire pro eo si esset oportunum uadens ergo ad imperatorem
et fideiussoria facta caucione pro amico ipsum a miseria et a mortis periculo liberauit
Istud a nonnullis morali exponitur. ut per tres amicos intelligantur diuicie consan-
guinei et elemosina. Cum enim homo uocatur ad imperatorem supremum ut reddat
racionem de operibus suis. diuicie homini dimittuntur. nec ei plus afferunt mortuo
quam per uia sepulchri tantum cilicium quo tunc mortuus induitur aut forsitan
nec certe consanguinei assistunt qui multum diligebant nec pro mortuo uinolo curant
dimittant nisi tantum associando mortuum ad sepulchrum Sed ipsa elemosina que dabatur
ex dilectione tamen ad proximum aut remissa pro quo imperatorem ipsum accedit fideiu-
bet et a periculo liberat debitorem non est ergo confidendum in diuiciis aut amicis quia
solum sunt amici qui de ipsorum amicicia nunc indigetur et non solum in uita
hominis ymmo etiam post mortem sic patet in fidelibus executoribus qui uel legata diui-
nunt et defalcant pauperibus deputata uel tempus largicionis et distribucionis prolongant
aut ipsorum usibus legata pauperibus applicant et usurpant et permittunt miserias in-
carceratas animas eiulare et clamare in purgatorio dum ipsi tepidiant et in eo
uiniis bona delicta per eos expenduntur unde et placitis defunctorum potest dici illud ysa. propter nos
posuit mediatiuo spem meam et illud Tren. iii. Periit finis meus et spes mea Et sic
faciunt mali executores ita suo modo infideles heredes qui bona per labores pa-

rentus suorum i. conquisita per labores ipsorum dethesaurizare dissipant et expendunt de simo progeni-
toribus memoria non habetur ut de ipsis vere dicatur dictum psalmi. Periit memoria eorum
cum sonitu et vere cum sonitu buccine et symphonie et cantilene choreaum et cla-
more comarum aut tortuosis quarum. Non est ergo confidendum in homine quia ma-
ledictus homo qui confidit in homine tam sine vivus sive post mortem

Alii confidunt in sui corporis potentia et ista vere est vana confidencia quia hodie qui sanus est
cras infirmatur et qui hodie est potens cras est impotens. Est enim homo
vita qui per vapor ad modicum parens et deinde exterminabitur Ja. iiij. Isti enim sic con-
fidentes confidunt in corporali sanitate mundiali vanitate utriusque diuturnitate et
tenera incipiunt inquitas sibi quia corporalis sanitas est dubia et incerta mundialis
vanitas est fatua et apta et utriusque brevitas est notoria et experta. Non est ergo presumen-
dum de corporis sanitate ut devotio differatur, quia tum minus creditur vita tangit.
Sunt enim nonnulli qui si monentur ad devotionem spiritus sancti utique inspiratione hanc
causam procrastinant tamdiu quod finaliter crastino supervenit. Cogitant enim nonnulli se
esse fortes et iuvenes et nondum esse tempus delectationes mundi postponendi permittentes
sibi ipsis et tempus solaciandi et tempus contendendi non attendentes quod tota vita nostra est
nobis data non ad tripudium sed ad mitum. Contra tales si sibi conclusionem serotinam
permittentes scribitur Job xxiiij. Dedit ei deus tempus penitentie et ipse abutitur eo in
superbiam, et vere in superbiam quia quod dei dono accepit asscribit sue fortitudini cor-
porali credens posse sufficere ad tempora prosequendum tempus enim faciende domine dissipa-
verunt legem tuam sic dicit psalmista. Nullus ergo sibi presignet quod quod vult suam
potestatem quia omnis talis fatuus est vel superbus quod eo quod sibi usurpare conatur
quod cadit sub solius dei potestate. Sic nec dixit Christus apostolis suis Non est vestrum nosse
tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate act. primo capitulo. Et vere fatuus est
qui sibi tempus nititur determinare cum illum tempus nostrum sit nisi illud quo bene
vivimus. Unde dicebat apostolus ad Gal. vi Dum tempus habemus operemur bonum ad
omnes. Nullum autem tempus habemus nisi quo bene vivimus. Alia enim tempora non habuimus nos
solum istud habemus. Talis opinionis fuit ille religiosus a quo dum querebatur quot
tempore vixisset respondit vixi. Cum tum querens dixisset non quero si vixeris sed quo
quantum respondit diu vixi. vixi quantum vixi sibi dixi. Voluit dicere quod certis
annis vixerat quibus in religione fuerat. Et qui designabant in locis innu-
bilibus illius dicendo vixi et fuerunt in uno xvij Nullus ergo ita confidat in sue
fortitudinis potentia ut tempus contendendi procrastinet quia certe tempus non presignat
spiritus sanctus sed statim est contendendum dum tempus habemus quia tempus inclusi non est nisi
in puncto sicut habetur xiiij. q. ij. in puncto. Certe et si vanum est omni homini confidere
in sue fortitudinis potentia multo magis domino cardinali quia et ipsa fortitudo corporalis in
nullo est necessaria quia pugnare non debent in bello corporali sed mentali in quo sepe
succumbunt corpore fortiores sicut supra dixi. Ubi etiam de presumptione sanitatis di-
cebatur. Quia dilectores huius seculi fortes sunt in hiis que sunt ad mundum
sed debiles in hiis que sunt ad deum dicit super proverbiorum. Quia unde et ipse deus piissimus
ex sua magnifica immo infinita aliquando dimittit homini infirmitatem propter passionem ut se
cognoscat et in sua fortitudine non confidat de pe. et re. cum infinitas. Optime ergo
dicit beatus Gregorius in epistola ad Candidum. Cum percussio corporalis imminet utrum
pro peccatorum an pro vindicta contingat dei iudicium ignoratur vij q. i. cum percussio

Quam fatua est et experta i. experte fatua sit mundialis vanitas et etiam ipsius bre-
vitas experiencia quottidiana declarat. Nam in libro de contemptu mundi metrificator sic
psallitur insipiens vite presentis amore sed sapiens bene quanto sit plena dolore. Quod
quamvis formosissimum mundus gerit aut speciosissimum floris sed morem cui dat natura colorem
mox ut siccatur totus color annichilatur, postea nec florem monstrat nec spirat o-
dorem. Regia maiestas omnis terrena potestas. prosperitas rerum series longissima dierum
transit absque mora mortis cum venerit hora. Unde et magis procedens et in specie
describens mundi vanitatem esse fatuam sive inutilem sic dicit ibidem. Quid
quid sit honor tibi mundi sedule conor. Nosti quippe satis quod nil sed utilitatis. Predia
terrarum possessio divitiarum fabrica murorum que edificiorum structura domorum Gloria me-
sarum cum deliciis epularum insignesque thori cuppe ciphique decori. Resplendens
vestis que moribus obstat honestis. Grex armentorum spaciosus cultus agrorum
fertile vinetum diversa vite repletum. Gloria natorum dilecta dulcio carorum. Cuncta
relinquuntur nec postea inveniuntur. Quod brevius durat quod presens querere curat

Non metuere hominem facit mors ipsa sine rebus mundanis mediantibus et male sanctitate vanitas mundi. Et haec consideracio si ponatur in spacio quia certe omnia transibunt nos utrumque ibimus unde omne quod est gemitus transit ad infinitum sicud preterit preter amare deum. Non est ergo spes ponenda in magnis palaciis aut domibus vel libratis aut pecuniis multis aut ferculis multiplicibus aut honoribus magnis aut vestibus preciosis aut equorum vel amicorum multitudine aut corporis fortitudine aut liberorum pulchritudine aut generis altitudine aut sancte prosperitatis magnitudine quia omnia transeunt preter amare deum.

Tercio et ultimo quidam confidunt in suo ingenio excellenti et isti decipiuntur quia eorum quidam tamen confidunt impedimentis suis et per hunc decepcionem vicium. Nam isti credunt ex sua subtilitate posse quelibet animam promovere omnia unitum posse impedire et in omni modo posse cavere. Respondendum propter hunc inveniunt falsas excusaciones quia si dicunt nostra pro alicuius promocione pro tales sunt implorati omnes defectum promovendi sunt ipsa pro. Excusant unde si dicatur quod sit illiteratus nec in studiis unquam fuit. Rudes quod nec scolas apostoli legimus frequentasse et forte plus didicit per ingenium in domo quam in scola. Et quod eius nobilitas aut genus potens bene recompensant defectum litterarum. Si dicatur quod sit iuvenis rudens quod nec seniores aut antiqui precessores sunt antiqui et quod senes et dampnati sunt et quod malicia in eo locorum et etatis defectum supplet. Si dicatur quod pueri sunt condempnati et quod nec petrus apostolus ceteri fuit nobilis aut de sanguine dicatur quod sit ignobilis. Respondetur quod nec petrus apostolus ceteri fuit nobilis aut de sanguine nobilitate gloriatur et quod contemptibilia aut ignobiles mundi elegit deus. Si dicatur quod sit elinguis respondetur quod aaron vice moysi qui tamen erat impedicioris lingwe functus est sacerdocio. Si dicatur quod sit lascivus ad mulieres respondetur ignorantie muneris hoc fecerunt. Sed et oseas propheta mulierem meretricem sibi copulavit. Et quod parum hoc dicunt sed et oseas propheta mulierem meretricem sibi dabit dignitatem morum et consciencie et venia dignus. Preterea quod status alterior sibi dabit dignitatem morum et consciencie et venia dignus potestatem. Si dicatur insipiens respondetur quod deus hos elegit quia sapiencia huius mundi stulticia est apud deum et quod sit sancta simplicitas que plus valet in prelato quam habundancia nequicia aut excellencia intellectus quia tales vigentes ingenio superbia et elacione.

[illegible] Si dicatur percussor est respondetur quod petrus gladio auriculam servi principis sacerdotum amputavit et quod talis timetur et poterit per quem ecclesia et ipsius bona melius defensare. Si dicatur vinolentus et gule deditus est respondetur quod et talia salvatori nostro sunt imposita. Nam et ipse vini potator et vorator carnium dicebatur. Nec est hic maior domino suo. Et talia sunt familiares defectus nature in quibus propter se culpa non est. Si dicatur per vicium est nec autem est sed pro actus iniquus homo et talia lederetur. Si dicatur quod tunc forte fuit impeditus aut sibi mandatum fieri inquorum inconvenienter curat. Respondetur quod tunc forte fuit impeditus aut sibi mandatum fieri in quo inconveniens esset. Respondetur quod et paulus petrum apostolorum principem legitur arguisse et sibi in faciem restitisse. Si dicatur contenciosus respondetur quod talia ex probis et impunitis et sine malicia sepe proveniunt. Nam et inter discipulos domini facta que eorum maior videretur. Si dicatur homicida respondetur quod sanguinis effusione multi peccaverunt sed punivit. Nam et moyses egiptum interfecit et martinus iuliano aliquid militavit. Si dicatur periurus est et infidelis respondetur quod et petrus periurium pueris crucifixit. Nam sepe plura promittuntur bona intencione et nulla fallendi intencione que tamen frequenter non observantur. Petrus apostolus dixit et si oportuerit me mori tecum non te negabo et tamen negavit. Si dicatur quod predicare nesciat respondetur quod sic se iheremias excusavit et si non predicat verbo predicat vita et exemplo unde et zacharias mutus non fuit propterea a sacerdocio exclusus. Si dicatur tantum oculo vel non bene videt respondetur quod christus dixit melius est tibi cum uno oculo et ire ad regnum quam cum duobus mitti in gehennam et quod multa vicia potest preterire ex visus debilitate et eo fortius speculari interius veritatem quia exterioribus sensibus quiescentibus interiores liberius et acutius spectant. Si dicatur surdus est respondetur quod hoc est diminucionis pacis quia si multa audiret sibi displicerent nec surditas a predicacione aut alio bono opere obstat in aliquo ymo fervencius et altius pronunciat verbum dei quia quando non audit aliis putat non audire et sic amplius exaltat vocem suam. Si dicatur quod persona sit despecta respondetur quod beatus martinus talem personam habuit. Nec est curandum de exteriori hominis pulchritudine dummodo interius bonus existat. Si dicatur egrotus est non sufficit regere ecclesiam respondetur quod beatus gregorius quamvis languore stomachi vix vixit ecclesiam. Si dicatur quod superbus est et vanus respondetur quod non decet prelatum abiectum esse quia si bonis bonus et lapsis durus. Et si exinde superbus reputatur nulla sua culpa est cum multi nimis exhibitioni humilitatis cordis esse noscantur. Si dicatur avarus est respondetur quod potest mobilia dispersa congregare et bene conservare et bona ecclesia gravaminis languida convertit omnes defectum excusacionem habent. Et quia videt quod prelatorum astuciam per quelibet

malum pmonere et excusare et bonum mensurare et verba palliare ideo confidit quod se
di non possit a quoquam. Si vero iste sic excusaciones in peccatis et ipsius finaliter contingit
id quod scribitur Sapientie xvi. oportebat enim illis sine excusacione supveniente interitum
Et si in hac vita suffragantur eis ad tempus finaliter tamen ipsorum falsitas et ficcio
cognoscetur. Unde et qui tales fictas et falsas excusaciones pervenit propheta reme-
dium tamen dicebat Non declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusa-
ciones in peccatis. Inveniunt enim flatus mensuraciones secundum contrarium intentum et certe credens inensurad
Propter finem vincere est. non solum ut et ipsum false infamentur sed ut coram
perplexitas detegatur et peccata reveleant ipsorum. Nulla enim est excusacio indi-
que ipsos ab aliorum infamia faciunt possit excusare. Unde et dicebat apostolus
ad Ro. ii. Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas alterum et in quo al-
terum iudicas teipsum condempnas et revera sic est quod multi in subtilitate sui
ingenii confidentes qui alios iudicant et condempnant finaliter derisionem et despe-
ctum relinquuntur. Et finaliter istis fit sicut de equo fabulose dicitur et de lupo
Nam lupus videns equum pulchrum et fortem quem non presumpsit vincere potencia
fraude vincere conabatur. Nam ipsum equum accedens quesivit unde tam
pulcher et fortis advenisset. Respondit equus de Curia domini pape se venisse. Et
cum desideraret lupus ledere pedem eius ut facilius prosternere possit quesivit
quid haberet sub ferris. Respondit equus se bullas ibi habere absconditas. Et queren-
te lupo quid esset in eis scriptum Respondit quod decipientem se debet decipere. Et
cum lupus studiosius curiosius scrutaretur legere bullas equus levavit pedem et ictum
dedit lupo ad cervicem quod cecidit semivivus. Cum autem iaceret in terra vix respirans
dixit lupus. Frater quid sic mihi fecisti. Et ille respondit. Dixi tibi quod in bullis esset scriptum
ut me volentem decipere deciperem ipse. Sic multis fit qui ita confidunt in ingenio
suo et nequicia quod dum a deceptione cavere volunt decipiuntur et ipsi. Nam sepe con-
tingit quod sustinens deceptionem acuciorem deceptore. Sed et ipse deceptus erubescit
ipse et detestatur decepcionem et fraudulenter agere eciam si inde decipitur. Ideo
aliquis valde astutus vel alius qui sua astucia non utitur dicitur simplex et alius
et alius qui fraudem committit in facto vocatur astutus et ingeniosus seu subtilis
et quare probus homo qui non vult facere fraudem videre fraudem alterius aliquando
commovetur et gloriatur in conscientia de alterius fraude et deceptione ista finaliter sustinere
non valet diucius. Ideo sepe contingit quod ipse probus cum aliis pluribus viris
capit fraudem ipsius et quemadmodum in unum a sua eum societate eiciunt et persequuntur
et revera iuste quia non est pars iusto cum impio et omnis defraudans iuste debet
defraudari ut sic a sua vulpina astucia cadat in qua confidebat. Ideo est de
eis sicut de Aragnes virgine meonia de qua refert ovidius vi methamorfoseos
fabulose quod cum nec genere nec loco origine esset clara arte tamen lanifica e-
rat prepua quod palladem deam sapiencie contempsit et in arte lanifica se ei pretulit
se eminere reputans meliorem quod pallas cognoscens in anum se mutavit et sup-
ra facie petulanti adiit Aragnem de sua presumpcione volens eruditus experiri
qui cum verba iactatoria diceret et se posse contra palladem lanificio disputare et
ipsam disputando superare. Dea audiens se ei in propria dee manifestat. Que
nec sit territa cum dea disputare conatur et quod quelibet inter se unam telam or-
dinet et texturam faciat proponit ut ex opere cuiuslibet possit ostendi quod sit textrix
melior et alteri iuste preferenda. Aragne vero et dea simul texentibus telas
suas ex condicto Aragnes in tela sua cuncta deorum texuit et depinxit. Quod
dea pallas sufferre non valens ipsam radio percussit textorio et in araneam
statim commutavit. Que et nunc pristinum imitata adhuc cum pedibus telam te-
xat. Sic revera fit hominibus qui in suo ingenio nimis confidunt. Nam contingit quod deus
alicui dat industriam et ingenium operandum et defendendum pauperes ne frigore
aut nuditate pereant. Hoc est ad videndum pro paupere ipsum quod ab iniuria defen-
dendum et liberandum ipsum ad statum prelature et dignitatis promovet et exal-
tat. Et talis se senciens dotatum dono intellectus et dono lingue aliquando sibi illa as-
scribit deam sapiencie id est verbum patris deum sapienciam qui sibi talia dona contulit et dedit
spernens quasi ex suis naturalibus dona talia accepisset quod dea sapiencie id est sapiencia patris

egre fert ipm suo dimittit ingenio ex quo contingit q telam quam fecit tempore
conueniente ad defensionem pauperum dono dei postea sibi dilectus ipam tempore et
ad oppressionem ipsorum et cum auxilio dei non dicam sibi tamen nescit unde et tela
sua quam cepit lingwa sua tegit et depingit eciam decorem .i. defectus prelatorum
et superiorum suorum ipsosque infamare forsitan non vere saltem minus iuste et contra
caritatem et proximum infamare et vere inter magis superiores et presidentes quibus
diffamatis sine vere sine ficte alij exemplis scandalizantur. Unde et ubi unum pater
eciam dei sapiencia indignum talem mittit in araneam que ab alijs animalibus aditur
et suo labore magno acquirit victum suum quod dum percipitur scilicet pungere defectus superiorum
tamen deprimit et humiliat quod de certo non potest tamen dei sapiencie attendere quod deus
ledere vel infamare. Sed pauperum causas assumit et ipsos sugit ut aranea .i. corporalia
bona cepit et spoliat. et de insatiabili labore quirit victum vel famulis vel pau-
lant advocatus. qui prius iudex et consiliarius duorum esse consueverit et inter duos
computari ipmque qui alijs dicam consueverit deus deum permittit et trahit con-
temptum ut ex sua adversitate cognoscant quod non sumus sufficientes cogitare aliquid
ex nobis tamquam ex nobis. sed sufficiencia nostra ex deo est ut dicit apostolus. Deus in bonorum
presumpcionem sepe reprimit per adversitatem ut q. i. dicet ipad. Et istud aliquando maiorum

Propter tamen vero ut dixi quidam dant dubias responsiones. maiorum scilicet ignorant
ut semper sit sciant respondere ut eorum verba habeant duplicem intellectum
et tamen reuera hoc est detestabile quia isti laborant contra rem publicam et contra naturam est
enim in detrimentum rei publice si verba cuiuslibet essent talia quod alter de alio presumere non
auderet. quod etiam contingeret si unus aliud animo intelligeret. Istud eciam est contra naturam
hominis et vocabulorum quia cum homo sit animal racionale si non intelligit parum conue-
niunt verba sua et est contra naturam vocabulorum quia verba sunt instituta ad exprimendum
intellectum loquentis. et si unus tamen videtur quod verba sua habent duplicem aut dubium
intellectum eum negatum sua intencio. nec ex huius verbis habetur aliquis intentus effu-
giendi. et ideo dicitur duplicitas in corde et in verbo. Nec tales sic duplices vel tergi-
versantes vel ridentes se estimant sapientes. sed vere sunt ficte Golias astuti et in-
sipientes et si ipsi prudentes se reputant a quibus tamen probo viro et iusto dolosi
et ficti pro certo reputantur. Fuerunt enim tales falsi dolosi et astuti. Ut semel
faciebat quidam rusticus qui vaccam suam vendere conabatur. Nam eo ipam
ducente ad forum quidam veniens requirebat an vaccam vellet vendere. quo
ridente quod sic. quesiuit emptor an vitulum portaret in ventre. Rusticus cogi-
tans quod vaccam carnes ~~[struck]~~ vellet impregnatam respondit quod sic. Quod emptor
audiens respondit quod vaccam emendam nollet quia non esset conveniens ad mactandum
Veniens alius rusticum requirebat an vacca sibi venalis esset. quo ridente quod
sic. quesiuit emptor si vitulum haberet in ventre. Rusticus recordatus de verbis
prioris emptoris negavit vaccam fore impregnatam. Quod emptor audiens respondit
quod vaccam emendam desiderabat tantum ut ex vitulo haberet carnes et lac sumeret
ex ipa vacca. Post intervallum venit tercius et requisiuit a rustico an vacca ve-
nalis existeret. eo ridente quod sic quesiuit sicut priores quesiuerunt an vitu-
lo esset gravida. Rusticus attendens dictum priorum emptorum nec sciens bene dicere
quod sibi in utramque partem proposicionis quemadmodum esset ridendo dixit Si vult portat
vitulum si vero non vult non portat. Revera sic faciunt multi qui tamen dubie re-
spondent quod nullus potest habere certum de ipsorum verbis intellectum. Et sic omnes sunt
falsi et dolosi. Immo ad finem decipiendi huiusmodi dubias dant responsiones
et intentas. Et si dicatur eis. vos dixistis hoc et hoc. ridentes se hoc taliter vel
taliter dixisse vel intellexisse. Unde a talibus non contentandum de uno responso
sed totiens est intellectus responsionis inquirendus donec ad certum intellectum veniatur.
Sed istud possit absimari cum subditis aut equalibus. Sed quid possit absimari
cum ~~[struck]~~ dominis non video cum vix possit pauper ab ipsis obtinere ex unius unum
Et si illud est dubium amplius iniuriari pauperes aut inferiores non presumunt.
Erubescant ergo prelati et presidentes. quorum verba debent esse extrema et suprema
spes et confidencia seu consolacio pauperis qui ita dubie respondent pauperibus
quod plus ex talibus responsionibus cruciatus et afflictiones quam consolaciones accipiunt

videant ergo domini cardinales qui de maximis occupantur et eis multis et magnis
supplicatur, et in eorum responsionibus magna spes habetur ut audiens conso-
latus vel saltem non scandalisatus recedat ab ipsis quod fit cum illa que possunt
et volunt promittunt se facturos. et que non possunt et nolunt dicunt se non facturos
et quia dubium est eos posse hoc sub condicione pollicentur se facturos. ut ita alioquin
aliqui de eis non sunt esse expedita per aliquem quem tamen magnum supplicavit. Licet
quidem quod aliquorum enorme est condicio nobilis et quiescibilis quod in magna
assumunt nisi quod credunt se posse et nolunt quantum in eis est perficere. et quod
ipsis est dubium dubie respondent dicentes volo libenter attemptare. Scitur enim
de nonnullo scitur quod assumit multa et promittit et tamen ea negocia non tempta-
vit se posse perficere. Dicit esse factum hec si decet adventus ipsi de quibus
vel quo etiam in auribus prelatorum et principum publice referuntur in quantitate
et statu scandalum et iacturam. Sed ad principale redeundo dico quod a dubiis
responsionibus sine necessitate semper est abstinendum ubi ergo si aliquid petitur
ab aliquo quod ipse posse potest facere videat plane se facturum vel neget,
quia ex eo quod res est in sua potestate nulla est sibi necessitas dubium dare responsum
nisi in casu in quo quis petit ab alio a quo sibi negaretur tunc et se excusare
nec petitum sine damno vel gravamine potest fieri illius a quo est supplicatum
et petitum quod non oportet facere secundum scolas superiorum inferiori. Cum ergo sunt solici-
tatus excusacionem non possunt nisi ficta pretendere. sic faciunt sunt dubia dant re-
sponsa. Ceterum ubi quis a cauteloso requireret vel peteretur bene expediret
verba mensurare aut promissa ne forte ille cautelosus sua verba exponeret
ad extortum vel distortum sensum. Sed contingit aliquando quod quis petitur vel rogatur
ab amico et ipse annuit vel concedit promittit supplicanti. tamen postea maior necessitas
vel maior amicus cui est ex debito obligatus. Quid ergo faciendum est ne promissa
observandum illi cui homo non est obligatus et dimittere inexauditum illum cui
est obligatus ex prioribus actibus et beneficiis certe sit illum qui prius petivit et
cum promisit non potest sine scandalo removere ut quietet alia promissa et ille
qui amicus est tenetur hoc pacienter sustinere. immo si verus amicus est non debet
velle ut suus amicus contra promissum quicquam faciat. Sed tamen amicus esset in maxima
necessitate constitutus et ille cum primo dedit fidem vel promissum in minori ca-
de quod amico esset assistendum et alius pocius debet contentari quod si non
faceret indignus esset ut per ipsum quicquam fieret quia casus evenit que si pro-
mittens scivisset ab inicio minime promisisset. Non enim omnia promissa sunt tenen-
da aut solvenda sicut patet xxii. q. iiii. Unusquisque in si. et c. non semper et c. sic. Beatus
enim paulus promisit venire in hispaniam et tamen non venit nec mentitus est
quia animum fallendi non habuit xxii q. ii. Beatus promisit ex chorinthiis quod ve-
niret et tamen non venit nec mentitus est quia animum fallendi non habuit. Unde est
animadvertendum. Unde enim textus dicit ij ij q. c. in solucione cuiusdam argumenti quod ille qui
promittit aliquid si habeat animum faciendi quod promittit non mentitur. quia non loquitur
contra id quod gerit in mente. Sed vero non faciat quod promisit infideliter agit
preter quod animum mutat potest tamen excusari ex duobus modis si promisit illicitum manife-
ste quia peccavit promittendo et mutando voluntatem bene faciendi. Alio modo si sunt mu-
tate condiciones personarum et negociorum ut enim seneca dicit de beneficiis libro iiii ad hoc
quod homo teneatur facere quod promisit requiritur quod omnia immutata permaneant alioquin
non fuit mendax in promittendo si non facit quod promisit. quia habituali quibus
bonus et probus homo et discretus huiusmodi condiciones subintelligere debet et tenetur
nec est infidelis si invenerit condicionem quam si tempore promissi scivisset minime promisisset
si promissum non adimplet. et hoc enim licet excusari multos et precipue hoc qui nesciunt
negare sciunt. habent tamen in mente faciendi quod promittunt. Sed tamen caute esset advertendum
quod impossibilia vel difficilia aut quia ad perficiendum facultati non permittentur ad
tot negocia simul que ut verisimiliter credi potest expediri non possunt nisi forte
magno temporis tractu in quo casu sepe contingit quod expectando minus tempus
decursu expectantes gravat expensis et attediantur de temporis nimio tractu in tan-
tum quod [illegible] obtinent quod petiverunt gratitudo modica reperitur in ipsis. Et cetera advertendum.

expedit dominis Card. qui quottidie de pluribus sollicitantur et requiruntur quia si
multa voluerit assumere et non perficiunt eorum status denigratur et infamatur
Expedit ergo non assumere vel assumere saltem pauca et quod illa pauca non sint
impeditiva sui honestate et nec obsequatiam aut rectam relationem sicut quod propter illi
tenetur petenti magna dignitas et prelatura propter consanguineum aut attinenciam loci
vel sanguinis aut propter preces aut munera aut gloriam aut quacumque causa illicita
Est ergo omnis duplicitas immo dubietas in verbo in sermone aut in promisso omni-
modo postponenda et maxime a tam illustratis viris et ornatis prudencia et morum
honestate. nec in sermone proposito aut facto credat esse sapiens. quia illi credentes
se esse vel reputari sapientes stulti sunt facti. Sic ergo patet quod non est confidendum
in rerum temporalium affluencia nec in amicorum assistencia nec in corporis potencia aut
intellectus vel ingenij excellencia quia omnes tales confidunt in baculo arundineo qui
cito frangitur et a vento movetur nec aliqua talis confidencia est vera species fortitudinis

Quid ergo dicendum videtur de illa specie fortitudinis quam fiduciam vel confidenciam nominamus
Certe ipsa est illa virtus que sistit et stabilitat mentem hominis ne de facili credat
malum ipsa est que non permittit hominem de facili abscedere de bono ipsa est ut
dixi que mentem hominis stabilitat firmat et sistit ne de facili credat malum Unde
et Valerius li. iii scribit de Allexandro quod cum infirmaretur et omnes medici concordas-
sent in unam pocionem sibi porrigendam per philippum medicum magis expertum Allexander
recepit litteras a parmenione ut philippi pocionem minime sumeret quia admixto veneno sibi
esset mortifera si hauriret Allexander litteris lectis medicamentum hausit et tunc
primo litteras philippo legendas exhibuit. ecce constans fidencia sine fiducia de philippo
quem reputavit amicum ne crederet malum de ipso se plus exponens periculo quam mereri
ad credendum malum de amico aliquali inclinari. Consimile narrat de plato-
ne li. iiii quod cum sibi diceretur Xenocratem discipulum suum multa impia et nephanda
retulisse de ipso criminacionem respuit nec credidit referenti et cum referens eum incredu-
litatis sciscitaretur respondit non esse credibile ut quem tanto amore diligeret ab ipso mi-
nime amaretur Et cum referens iuramento confirmaret se a Xenocrate talia audiuisse
respondit plato numquam Xenocratem illa dicturum fuisse nisi ea tunc dici expediens iudicasset
Revera sic est Et sic sepe contingit quod plura referuntur sub certo modo dicendi que si
audiret de quo referuntur procul dubio diligeret referentem que ab auditore malo
et perverso sub modo alio exposita et relata magne dissensionis et magne invidie pre-
stant occasionem Et sunt ex more tales perversi et malivoli relatores et expositores
quod dum referunt audientes claudunt et obligant ad secretum quia non abhorrent
fraudem quam committunt Tales ergo referentes sunt refutandi et abiciendi velut ve-
nenum qui sic ex caritatis fonte rancoris flumina nituntur educere Nec est eis aures
accomodanda aut prestanda quoniam nisi constantes et probati amici esse docentur
Nec adhuc faciliter talibus est credendum quia licet referens sit amicus tuus nescis tamen
an ille de quo refert se audiuisse talia sit amicus Non enim bene [illegible]
Corinthiorum sine causa dixit Et quid vero de quocumque [illegible] ad aures tuas per-
venit quod te iuste possit offendere facile non credas lxxxvi dist. Si quid vero
Unde non malum credendum est de proximo nisi probetur ii q. i. Deus omnipotens iii q.
ix. iudicas et xi q. iii in audito et extra quamvis et de simplicibus hoc patet Sed et
contingit quod de referentibus multa referuntur et illa que proponunt continue non
pure nisi ad paciam (?) perlabantur Cavendum ergo est quod alteri non fiat quod alter sibi fieri
nollet quia in metro dicitur Consimilis ipse sibi de se putat omnia dici Item ali-
os verbis suis ledit merito sed formidare ne et ipse ledatur ab aliis Innocens enim
homo semper bene credit et de aliis bene iudicat et opinatur xxiv q. iii Innocens
homo ergo si vellet seipsum diiudicet ab aliorum iudicio potius abstineret Sed si se ignorare
voluerit aliorum tamen defectus considerans parum quietis habebit Contra tales loquitur
salvator luc. vi. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui trabem autem in oculo
tuo non consideras Sic vere multi sunt qui in se permaxima grandia non vident et alios
iudicant de minutis Legitur de sancto Johanne elemosinario quod precipue inter alias hec erat
bona condicio quod neminem iudicabat et iudicantes alios arguebat dicens vos
peccatis contra mandatum dei dicentis Nolite iudicare et non iudicabimini Nam
nescitis qualis modo sit quem peccatorem homo cognoscatis Sepe enim plurima audiuntur

fornicacionis actus explitur sed proximum aut contrario delinquentem non videtur Vnde ergo sancti
et literati magis cavere et cavere debent ab alienis iudiciis Occulta enim pericula parit sicut dicit
Augustinus de scitibus. Quia si homo est peccator qui alterius considerat culpam illius exemplo
provocatur et fortificatur in peccato Si vero est penitens proximum frigescit in ipso dum alium
videt in peccato durare Si vero consilio peccati est involutus vel forte de ipso temptatur
facilius alterius superatur exemplo. Si vero temptacione est carens corpore temptatur dum
alterius videt culpam Si vero iustus est timendum est ne vanitas aut superbia deiciat
ipsum Expedit ergo aliorum non considerare defectus nec iudicare alios quos non videt
delinquere aut iudicare hec enim est debilitas mentis et animi ut se a sinistra suspi-
cione cohibere non possit Solus enim deus occulta videt et ideo sibi soli relinquendum
est iudicium occultorum parvum enim est fiducie sive confidencie qui ad quodlibet leve
verbum aut alius leve factum statim iudicat hominem peccatorem Si ergo videntur homines sinistra
loqui non est credendum aut confidendum quia de se mala loquantur aut compaciantur
inter se mala sed semper quod melius est presumendum hec enim ad fortem pertinent
qui de meliori semper debet confidere et sperare ne cito credat malum sic est.

Sicut ipsa fiducia sistit mentem et animum hominis sistit ne recedat a bono proposito
iam concepto. Vnde enim et magis honoris actus tot periculis involuuntur. Quia nisi
homo sit fortis animi magna quia habeat fiduciam perficiendi quod cepit vix persistet quin
ab incepto recedat. Et quia confidencia victorie in conflictu viciorum et virtutum intimum
animat virtuosum et fortificat eius mentem. Ideo confidencia est necessaria et ipsa fortitudinis
species dicitur et reputatur Talis enim confidencie fuit ille miles claudus qui primus se
ponens in acie obiurganti se propter quod claudus erat respondit Oportet inquit propositum est
pugnare non fugere vincere non fugitare et hec claudus possum sicut refert Valerius
li. iii. Et ibidem narrat de quodam Spartano illius civitatis i. cive qui ad ostendendum
muros excelsos hospiti suo Respondit ille si muliercularum muros istos comparastis recte fecistis
si vero virorum turpiter. Videbatur enim quod inferiorem non virorum esse murorum municionem
requirere. tante enim fiducie et confidencie erant antiqui ut de nulla re virtuosa
timerent deficere cuius propositum iam habebant. Si ergo homines illiterati homines pagani deum
non cognoscentes tantam habebant fiduciam et perficiendo opera virtuosa multo magis deum
colentes viri literati honorati deum cognoscentes certam spem et fiduciam perficiendi opere
virtuoso consummendo debent habere et firmiter vitam quam ceperunt rectam perficere. Nec propter precibus
aut minis aut aliam privatam affectionem recedere ab actibus virtuosis sed iustis
et iniustis ut nullum pervertat iudicium nullum impediat dignum. Sed expediendum quod per
bonis consiliis acceperunt veris et virtuosis operibus inveniant. Si dicatur et si rectus
sum nec in promotorem indigni consenciam qualiter non est perficiendi fiducia si pars
maior contra me laboret Certe propterea sperandum non est. Quia et mundum verbum
ab uno constanter prolatum sepe singulorum mutat propositum. Sed timendum quod forte affectio
privata minus cito extinguit et mitigat obtinendi fiduciam. Dum quis se timet in
crastino in casu consilio per suo videlicet amico impediri. Vnde et cito dimittit bonum pro-
positum inchoatum dum et finem non bonum timet suo consilio impediri Contra quod sanctus
beatus Gregorius in moralibus sancti viri nec sustinent fieri que per infirmitatem metuunt ne lesi
proximi a veritate conticescunt. Vnde in omelia quadam hortatur in hec verba Non vos
prospera eleuent non adversa perturbent ut qui in soliditate fidei fingimini nequaquam
rerum transeuncium mutabilitate moveamini. Est igitur fiducie seu confidencie condicio
ne malum cito credatur sed tamen cum fiducia credatur et speretur bonum de omni homine nisi
pro quanto contrarium corrupta declarant. Et quia affectiones sepe pervertunt affectata iudi-
cia. Ideo inimicicie fugiende sunt et in amicorum dileccione medius est Quidam dicit enim Jo-
hannes Crisostomus de compunctione si inimicicie semel occupaverint hominis animum que sunt quedam
dicuntur que audiuntur et intelliguntur ut ad maiores et longiores inimicias se exten-
dant Si quid enim boni dicitur de inimico non creditur si quid mali hoc solum creditur
Fugiende ergo sunt inimicicie que omnem tollunt fiduciam et confidenciam inter homines Nam
excepto quod quis nulli credit nisi qui credit amicum ex dei affectione minus credit
qui credit amicum et utrumque est vituperabile Vnde et Seneca in quadam epistola dicit
Vtrumque vicium est et omnibus credere et nulli credere. Sed primum honestius est secundum tutius
credere sum vero tutius si nulli credere Temperamentum ergo est habendum ut sic non sperantur
amicorum auctas ne forte matu de quo premiendo narrantur ipse narrans esse
se reputaret festinus laborare festina peruenit nec sic est credendum amicis ut sine

pbacon pbatus desera amicu tale n tpamentu illud modu illud fora diligendi et vi-
dendi expedit viris lrads et illustrats et maxime quor credulitas in alior passi-
ones et turbacom poss redundare. gles sunt dnd Card q' et ois potens i isto
seculo forcior est ad nocendum illi cui malum cupit inferre

Z Paciencia

Nunc vltimus de ipa pacia que est tcia ps fortitudis scdm tuliu et alios dicendi
describitur aut paciencia a tulio vbi sup q ipa est honestats aut vtilits
causa rerum arduaru ad difficiliu voluntaria ac diuturna pessio honestatis
est causa qnis potius vult pacient tollerare mortem qm negare fidem a recede
a vitate vl vtute/ vtilitats causa est cu quis p salute corporis morbu a alio
piculo pacient se summittit voluntaria dr q alr no est vtus nec est paciens
qui invitu patitur diuturna dr. q ad verum pacientem ptinet vt in paciendo
ad fine pseueret q nulla e paciens que deuitatur que recedit dum tribulacio
supuenit. q vtus pacie solum in tribulacon pbatur. Ho vbis aut bti gregorii
sup vbo luc xxi In pacia vra possidebitis animas vestras pt describi pacia
vt sit equanimiter tollerare illatoru. vel pacia est vtus commeliorans et omnis
aduersitats impetus equanimiter portans In dogmate moraliu phor dr. q pa-
ciencia est remediu iniuriaru paciens enim et fortis seipm felicem facit et do-
lore cuiusq est remediu pri a quibuscumq inetre sit comendatur. Nulla valet
tm vtus pacie quitu et alius dixit vtus vidua est quam no pacia firmat
et Catho dixit maxima in morib semp est paciencia vtus Socrates dixit
q pacia est portus miseriaru ad que cum venit ventus tribulacionu no timet
Ista aut pacia quatuor modis commiter accipitur vel q est sustinencia contume-
liarum siue imperiorum in vbis. siue in pessione longanimitt penarum in corpib
vel in remissiond iniuriaru male facientibus. siue in moderacon disciplinaru in correc-
cionibus. Ista aut sustinencia que est d vbis fit multis modis. q in homine sunt
quatuor bona que quis conatur auferre Nam in hoie est vitas honor fama et ami-
ricia. Contra vitatem est contencio que est quedam inordinata certatio in vbis per
quam homo nititur ostendere pximu no dixisse vm. Contra honorem sunt quatuor. scz tri-
mina contumelia improperiu et derisio. Crimen est vbo homine quolz dehonestare
imponendo culpam vbi no
est vbo contumelia est qn quis iniuriose dehonestatur. si dicatur alicui q sit tecus
est. vnde si quis dicatur scabiosus vel claudus crimen est tecu si sit verum q dicatur
Si dicatur alicui q sit fur vel raptor aut adulter contumelia est. vnde ista
duo se hnt sicut supius et inferius. q oe crimen contumelia est sz no econverso. q
no omne crimen contumelia est Improperiu est diuiciose imputare hoi penitam
indigenciam. sicut cu aliquis reducit alicui ad memoria auxiliu sibi factum tpe indi-
gencie. et hec sibi cedit coram aliis ad diminucon sui honoris. Derisio e vicium
ludendi est mesura. vz qn sub spe ludi homo dehonestatur et pt maxime esse
peccatum mortale Contra famam hominis est detractio que nichil aliud est nisi diu-
ulgacio iniuriosa et latens de aliquo ad inferioru diminuendi famam eius vnde contume-
liosus se hz ad famam et honorem sicut raptor ad bona exteriora rapiendum. detractor
aut sicut fur. q de racone detractionis est vt occulte fiunt Contra amiciciam
est susurracio cuius finis est separare amiciciam occulte et seminare discordiam. Et
hec est pessima locucionu cuius racio est. quia inter bona exteriora amicicia e optia
est enim melior qz fama vel honor vel scientia que est in vitate indicandi
De rebus in quibus homo sine culpa decepi pt et io susurracio e peior detractione
et contumelia hec omnia p paciam maxime i platis summe valet clemen. pie

Ad decimam [illegible] tas benignitas seu mansuetudo. q certe vix est tam sctus
A tam bonus qn aliquando audiat sibi displicabilia vnde et dnus Card ad quorum
aures multa deferunt qui sepe tristia audiunt aut de se aut contra se. aut de
fratribus suis vel amicis necessarium est nccia pacia. et p quibus nccia est eis clemen
pietas benignitas siue mansuetudo et hoc patuit in doctrina xpi. qui increpauit Ja-
cobum et Johannem qui ignem de celo petere volebant con Samaritanos in vlcione
vindicte dum xpum recipere recusabant. sic pz luc. ix. q no est vindicta expe-
tenda. sz magis offensa cu clemen indulgenda. sicut pz xxiiij q. iiij Cu
xpus vbi bene ostenditur. q iniuria ppe psone est cu pacia tolleranda. sed
iniuria dei vlciscenda sz ecce plures heu sunt qui magis vlciscuntur diuinam
ppriam qm dei. de quibus Jo. Cris sup Mt dicit in hec vba Xpus si debitum honorem
no accipit a psbitero aut psbiter a dyacono aut dyaconus a lectore irascitur

et turbatur Si autem viderit episcopus presbiterum aut presbiter diaconum vel diaconus clericum
circa obsequium ecclesie non permanentem aut alios in deum peccantem necesse est ut irascatur
necesse curat est omnes quidem de suo honore solliciti sunt de honore autem dei nullus
hic Crisostomus. Est enim summe vituperabile in prelato esse pacientem in dei iniuriis sed est
summe commendabile esse pacientem in propriis iniuriis In cuius signum legitur Math. iiii quod
Christus dicenti sibi dyabolo Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant et
similiter cum dixit Si filius dei es mitte te deorsum pacienter sustinuit et per
scripture auctoritatem dicta ipsius confutavit et refutavit que non sunt dicte nisi contra
humanitatem. Sed cum tercio diceret dyabolus si cadens adoraveris me tibi dabo omnia
regna mundi repulit miserum cum indignacione dicens vade sathanas non temp-
tabis dominum deum tuum. Super quo verbo dicit Crisostomus Exemplo ipsius discamus
iniurias equanimiter sustinere. dei autem iniurias neque usque ad auditum suf-
ferre. quia in propriis iniuriis quemquam esse pacientem laudabile est iniurias autem dei
dei sustinere impium est Et hec virtus presertim sufferre et sustinere non potest pacienter
nisi a mansueto benigno et pio. Ideo huiusmodi sunt necessaria ad pacienciam maxime
homini in dignitate et potestate constituto cuiusmodi est status dominorum Cardinalium
Expedit ergo eis mansuetudo clemencia et pietas que reddunt sine dubio de hone-
stacione statum suum. Unde et bonitas principis est eius mansuetudo. nec aliquid
inconveniencius est sevicia aut impietas ... in prelato Beatus enim Jeronimus
exponens illud in epistola ad Thimotheum Oportet episcopum irreprehensibilem esse et non
iracundum etc. sic dicit. Nil turpius vel inconveniencius aut fetidius preceptore furi-
oso. qui tamen debebat esse mansuetus et humilis ad omnes. Ex adverso torvo vultu
trementibus labiis rugata sed fronte effrenatis convitiis facie mutata ruborem et pallo-
rem variata obstrepat, et exceptis ... ad bonum ... ad malum
sua sevicia precipitat hec Jeronimus. Unde et dominus ... sue bonitatis allegans
excellenciam dixit discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et quia mansuetudo
prelatis summe est necessaria una cum aliis bonis condicionibus, ideo pulchre describit
allegorice ... in quodam sermone commendans quendam Cardinalem Ottonem nomine legatum
in Anglia tempore Frederici ... qui londoniis concilium celebravit in hec verba
hic est qui regibus exhibet se Johannem Egipciis Moysen fornicatoribus Phinees
ydolatris Heliam Helyzeum avaris Petrum mencientibus Paulum blasphematibus
negociatoribus Christum ... vulgum non spernit sed docet. divites non palpat sed cu-
rat. pauperes non gravat sed fovet. iniquos principes non timet sed contempnit. ecclesias
non spoliat sed emendat. mansubia non exhaurit sed corda reficit et crimina corri-
git fame providet sue nec invidet aliene quod omnium studium gerit et usu est
... de omni ... plus confidit quam sue industrie vel labori. cuius ingressus
pacificus. collocucio salubris egressus propriis hominibus et bonis dolorosus cuius
sermo edificacio. cuius vita iusticia. cuius presencia gracia cuius memoria in benediccione
erit. qui se amabilem probet non verbo tantum sed opere reverenciam exhibet sed actu
non fastu. qui humilis est cum humilibus. cum innocentibus innocens qui dilos dure
redarguit. malignantes coherzet rebellium superbie reddit qui non de dote vi-
due nec patrimonio pupilli aut labore pauperis se ditare festinat. gratis dedit
quod gratis accepit. gratis faciens iudicium et iusticiam iniuriam pacientibus vindi-
cacionem in ... Hec ille Hec certe sunt et debent esse
condiciones singulorum dominorum Cardinalium quibus mediantibus et sibi in presenti gloria ... meretur
et in futuro gloria sempiterna. pietas ergo et paciencia multipliciter decent et decorant
virum magnum et ornatum sciencia et virtute quam rusticum simplicem et distortum quia iste
rusticus si se impaciencia dehonestat facit secundum condicionem suam. litteratus autem homo et
discretus facit contra condicionem suam si per impacienciam dissolvatur. multo magis decet
dominos Cardinales esse mansuetos et pacientes qui persone perfecte in tota ecclesia re-
putantur et apud multos solum nomen Cardinalatus est terribile. et ut quoddam
dominium venerandum. Unde et paciencia est eius ultimum complementum. quia ipsa opus perfectum
habet secundum beatum Jacobum primo capitulo. sine causa fortitudo est inepta et stabilitas
que est in quodam domino virtus ... in paciencia declaratur. unde et ipsa statum Car-
dinalatus valde decorat et ornat Angeli enim et spiritus immortales stabilitate sue

et fortitudine quibus ut quodam distendentes metas humane fragilitatis status cardinalis
ut supra dupiny figuratur. Cum ergo videntur in eis motus imperiose scilicet verba
inordinata facies distorta lingua clamosa motus manuum impetuose seu maledictio
aut forsitan quidam offendentes iam honor ad eos cessat et mitigatur reverencia
et honestas quia alias hominibus viles reputantur. Multum ergo expedit dominis
cardinalibus ut motus ire compescant nec irati loquantur que passione sedata immo
loquentur. Et quia hec omnia potest cum fortitudo cordis paciencia. Et quia hec
omnia ad ipsa cardinalium eis necessaria et oportuna dicat enim Jeronimus de sua bo-
nitate quia lingue fortitudo est thema pacie ut temptacio verbi que
fortis impugnat tollerabile virtute discedat. Hanc fortitudinem hac paciencia
habuerunt antiqui philosophi reges et principes ut suis iniuriatoribus verba contume-
liosa dicentibus impacient immo videntur. Unde et legitur in libro de nugis
philosophorum de Allexandro quod cum Antigenius ei dixisset Etati tue iam regere
convenit quam dicere. Non pudet te in corde regis voluptatem ingenue dicant
quod diceret indignus est regno vacans etatis et voluptatis pacient valde sustinuit.
Narrat etiam ibidem de paciencia Julii cesaris quod cum calumniam graviter ferret
milite ei dicente efficacius est te cesar calvum non esse quam me in bono
statu timidius quidquam egisse pacient valde sustinuit. Carmina etiam ioculosa
et libellos famosos de ipso conceptos paciencter sustinuit. Augustus etiam Octa-
vianus audisse fertur cuidam sibi dicenti o tyranne si tyrannus esses non
diceres. De Scipione affricano fertur quod cum quidam eum parum pugnacem vocaret
vidit imperatorem me peperit mater mea non pugnatorem. De Antigono refert
Seneca libro iii de ira quod cum audisset aliquos de se mala estimare et dicere
nec ini loquentes et audientes nichil mediaret nisi solus pannus commonuit paciens
et in altius persona loquens dicebat discedite hinc ne rex vos audiat. De
philosophorum paciencia scribitur libro de nugis philosophorum quod Aristippus cuidam maledicenti ei
videt ut tu lingue tue sic ego aurium mearum sum dominus. Et de Zenone narratur
quod sibi maledicenti ait tu didicisti maledicere et ego didici maledicta contempnere.
De Socrate etiam legitur ibidem quod ingredienti cuidam mulierem Xantipen litigiosam accepit
posset in uxorem respondit. Cum tamen domi pertulerit assuesco ut ceterorum forsan iniurias
facilius feram. Ista est paciencia fuit in antiquis. Cicero enim de laude cesaris ait
quod solebat oblivisci nisi iniurias. Quod tamen virtus Augusti protestans epistola dicit sic
quod solebat oblivisci nisi diviciarum quod enim dicebat magnus laudator vel magnus adulator. Si diceret lau-
dator talem noverat esse cesarem si diceret adulator talem esse principem o-
stenderet qualem illum fallaciter predicabat. Primo sapiens non solum oblivi-
scitur iniuriarum. Unde negat illatas iniurias ut refert Seneca libro de con-
stancia sapientis. Seneca collapsus percussus quid faciet aut quid dicet. Con-
stancia sic inquiens. Sapiens collapsus percussus quid faciet aut quid dicet
quod dixit et fecit Cato cum eius os percussum esset non excandult non vindicavit
iniuriam sed remisit nec sponte tunc vindicandi itinerat sed sibi factum fuisse negavit.
De paciencia Philippi regis refert Seneca libro iii de ira. Cum legati Athenienses
venissent ad ipsum eorum legacione audita benigne videt dicite quid possum
gratum facere Atheniensibus. Tunc videt Demorates primus legatorum te inquit
suspendere esset gratum eis. Et cum circumstantes in loquentem vellent irruere iussit
illum rex incolumem dimitti dicens legatis. Nunciate Atheniensibus multo
superiores esse qui ista dicunt quam qui impune audiunt. Et de Socrate idem legitur
quod cum ictus per cinctutem et collapsus percussus esset nichil videt quam quod molestum esset
ei quod nescirent homines quando cum galea vel sine galea debent procedere. Beatus etiam
Jeronimus scribens contra Jovinianum de paciencia Socratis sic scribit quod cum uxori ipsius de alto
existens solario multa ei convicia intulisset et ipse quietus instancius paciencie sufferret
impericia mulieris tandem eum cum aqua immunda perfudit. Ad quod nichil videtur fertur
nisi quod vultu terso dicebat sciebam imbrem futurum esse post ista tonitrua. Ut semper
plura vero et Seneca ubi supra dicit quod non expedit omnia audire vel videre. Multe
enim dirutie nos transeunt ex quibus plures quam non accipit qui nescit. Vero et si
non vis esse iracundus non sis curiosus. Itaque alia differenda sunt alia deridenda
alia demenda vel domanda et si hec fuit virtus apud homines dum non cognoscentes
qui pro opere virtuoso aliam hereditatem immo expectabant. Certe hec magis inesse
debet dominis cardinalibus tamen virtute preditis et excellencia status honoratis

Sz heu quid dicam Naz[areus] ete vi[detur] q[uod] modicus tpribus vna pacia [con]tinuo pacia[tur] q[uia] nulla d[e] paci
s[unt] qui illatas iniurias dissistant aut remittendi s[ed] mag[is] intendunt no[n] puniendi S[ed] si
sustinens iniuriam statim videt impaciens dicet[ur] si dissistat ut Jesus cum placatus e[ss]et
paciens dic[itu]r cum tu[m] nichil gerat i[n] mente nisi zelum vindicte, timet enim ne si pu[n]ietur
si impacienter videat[ur] ipse ledatur in honore. Et q[uod] ille cum respondet amplius insur-
gat contra eum et p[ro]pter quid puniri cauat ne ledatur. S[ed] cum remissio furorem
credit puniatur ledatur affligatur et occidatur. Hec est mod[us] mali sapiens ut eius
proximo nocere sciat cum nunq[uam] credit q[uod] tu[m] ad vituperio dignum esse d[e]mo[n]stratur q[uia]
talis paciens no[n] est neq[ue] fortis. s[ed] est impaciens callidus et o[mn]i versucia plenus
a tali enim homine est cauendum sic[ut] a veneno quia duplex est cum ingstantis dyp[ro]
sinis simulator et deceptor voluntas et occisor. Hic enim modus fingendi paciencie
no[n] est illorum aliquis. De quibus scribit b[ea]t[u]s Bern[ardus] in s[er]mone vbi dicit Est homo
paciens qui bona p[ro]p[ri]is bonis reddens quantu[m] in se est neminem vult nocere. Est alius
paciens. qui no[n] reddens malum p[ro] bono et potens est sustinere nocere. Est eciam
paciens seu pacificus qui bona p[ro] malis reddens in promptu h[abe]t et p[ro]desse nocenti
s[ed] minus qui paruulus est facile scandalizat[ur] nec facili qui vilis est in hoc seculo
neq[ue] et plenus scandalis potest obtinere salutem. 2[us] ut scriptum est in paciencia sua possi-
debit animam suam 3[us] non solum obtinebit seu possidebit eam s[ed] et multorum animas
lucrifaciet Hic enim inter modos ille nequissimus modus no[n] puniret ut vituparum no[n]
respondeatur cum ledendi p[ro]posito oportunitate captata. Revera si dem h[o]m[in]e[s] inde[r]
talis ficcio tam vilis deceptio tam turpis simulacio intolerand[a] Duos c[on]d[ic]io mundi
luna actus calumpnias h[aec] decent. ip[s]o cum sint hi ali monerati expti et magnanimi
seu magnifici ac virtuosi et clerici q[uo]d decedens s[ed] minime decent eorum statu. quare tu
neph[an]dam duplicitate utique vitare et detestari debes sit ultimata actom et
summus pietatis sui status ut iniurias sibi illatas vbo forsitan impremeditato ut
sepe contingit cum retineat usq[ue] dum nocendi tp[em] aptum affuit q[uia] precepta
paciencie non tantum ostentacione corporis q[uam] p[re]paracione cordis simul retinenda p[ro]p[ri]i
q[uod] i[d est] nisi hic ita et laudabilior est grandis passio q[uam] vindicte actio ibidem

Secundus mod[us] paciencie est in p[ro]fessione longarum penarum in corporibus de q[ua] paciencia
loquitur b[ea]t[u]s Jeronim[us] in ep[isto]la. d. libens vive tormenta pacior ut in futura gl[ori]am resurne[re]
q[uia] sepe clemens deus ex sua infinita bonitate aliquibus dat penas corporales et
afflictiones ut vel egrotent vel capiant[ur] aut langwescant. i[d est] longe et diu de-
cumbant saciens p[ro] hoc cognoscunt vel [con]fusos emendari Job n[on] iniustus afflictus fuit
in substancia et in corpore no[n] ad confusione q[uonia]m bonus erat et iustus s[ed] cum miti an-
gustiam et nob[is] ad paciencie exemplum vnde et b[ea]t[u]s Greg[orius] dicit. q[uod] deus in hoc
mundo electis suis p[ro]misit no[n] gaudium exultacionis et delectacionem s[ed] tribulacionem
et amaritudinem faciens more medici corporalis qui ut curet egrotum pocionem
p[ro]bet amaram et dolorosam vnde et b[ea]t[u]s Greg[orius] dicit mala inquit lazari purgauit
[con]ting[unt] inopie et bona diuitis remuneravit felicitas vite t[ra]nseuntis. illum pauper-
tas afflixit et tersit istum habundancia remunera[vi]t et expullit Est ergo tribulacio et
corporalis afflictio humiliter sustinenda et pacienter, q[uia] tribulacio purgat probat et dilatat
purgat a viciis probat in aduersis dilatat in bonis et virtuosis actibus. Nam purgat
a viciis Vnde et b[ea]t[u]s Jacobus in canonica sua postq[uam] hortatus est dispersos p[ro] fide
xpi[st]i ad paciencia[m] ad fugam ire q[ua]m[vis] hortabatur eos suscipiendi verbum insitum
in mansuetudine. et in abieccione om[n]i immundiciarum. i[d est] c[on]tra in princ[ipio] ep[isto]le p[ri]m[e] c[apitu]lo
q[uasi] d[iceret]. Si pacientes fuitis in tribulacionibus q[ue] supervenerunt vobis his diebus tunc est
tempus abiciendi omnem immundiciam et habundanciam malicie. i[d est] om[niu]m viciorum. q[uia] verbum
dei incarnatum nob[is] insitum tunc recipi p[otes]t i[n] eo mansuetudine. i[d est] in o[mn]i paciencia
vnde et apostolus paulus dixit. libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet
in me virtus x[risti] q[uasi] d[iceret]. qui affligor corporaliter tunc sum fortior ad resistendum viciis
et p[ro]pter hoc mag[is] aptus ut inhabitet in me virtus x[risti] vnde et dixit Cum infirmior tunc
fortior sum et potens i[d est] ad castr[a] x[risti]. Et sic afflictio infirmitas corporalis si
cum paciencia sustinet[ur] multum facit ad recognicionem sui ipsius. Ita et ceteris corporalis afflictio
aut metallis Nam et s[an]c[t]i passi sunt et boni homines in hoc mundo p[er]secuciones
p[ro]pter iusticiam alii in vinculis alii in carceribus alii in plagis seu p[er]secucionibus alii
tamen in abstinenciis seu et i[n] subtraccione victus alii i[n] nuditate et frigore paciunt[ur]

quae omnes sunt penalitates et afflicciones corporis et si sustinentur pacienter sunt magni meriti
apud deum. quia ipsis eternum premium acquiritur et possidetur. In hiis omnibus temptatus fuit
beatus paulus cum dixit Quis nos separabit a caritate christi tribulacio an angustia
an fames an nuditas an persecucio an periculum an gladius ad Ro. viii. Scribitur
in vitis patrum quod quidam senex fuit intemperatus vino. Saniebat enim quottidie
quantum labore acquirere poterat et emebat vinum et bibebat. Ad quem cum quidam frater
accessisset causa commorandi cum ipso ex devocione vidit quod senex unam in die operabatur
mattam et vendebat eam et precium ipsius expendebat in vino quod bibebat. Incepit
et ipse operari quottidie unam mattam cuius precium etiam tollebat senex et debibebat
illi autem fratri afferebat modicum panis. et cum senex ille hoc triennio iugiter fecisset
nichil locutus est frater ille. post decursum vero temporis frater ille dixit in semetipso
Ecce nudus sum et cum egestate panem comedo surgam ergo et discedam hinc. Iterum
autem cogitavit in semetipso dicens ubi vado sedeo ergo enim propter deum hic sedeo et
ad hanc vitam veni quid redibo et apparuit ei angelus domini dicens Nusquam
discedas quia cras veniemus. Cum autem crastino die hora qua senex discederet
secundum consuetudinem rogavit eum frater ille ne discederet dicens Non discedas pater
quia hac die venient amici mei tollere me Cum autem expectando venisset hora
qua solebat senex descendere ad victum dixit fratri non venerunt hodie fili. Iam
enim tarde est. At ille dixit utique venient. Et dum cum eo loqueretur obdormivit
in pace. Senex autem videns flebat uberrime dicens. Heu me fili mi quia multis
annis sub negligencia vino tu autem in parvo tempore salvam fecisti animam tuam. Et ex
illo die senex est emendatus. Hanc pacienciam habuit marcellus papa qui iniectatus
et cum aliud custos fuit qui reclusus sub custodia publica in fine custos animalium
permanebat. Hanc pacienciam habuit Julius papa qui decem annis fuit exilio rele-
gatus. Hanc pacienciam habuit liberius qui ne consentiret fidei arriane triennio
exilium passus fuit. Hanc pacienciam etiam habuit Jo. Crisostomus qui a sede sua ex-
pulsus fuit per archadium imperatorem. Hanc pacienciam habuit nolane civitatis
episcopus qui pro filio vidue captus in affricam ductus fuit. Hanc pacienciam habuit
vigilius Romanus pontifex qui collaphizatus de ecclesia sancte sophie ad quam
fugerat extrahitur et misso fune in collo per civitatem totam a mane in vesperam
tractus in exilium tandem missus ibidem moritur pacienter. Hanc pacienciam habuit
Martinus Romanus pontifex qui in cersona exilio relegatur. Hanc pacienciam habuit
Johannes papa viii qui carcerali custodie fuit mancipatus. Hanc pacienciam habuit
leo papa v qui expulsus de papatu in carcere recluditur. Et propter hos Romanos po-
tifices plures qui ... sunt iniurio conati. In hiis certe paciencia vera patuit quia
pena et dolore non potuit timeri. Multi etiam cardinales multa et gravia tormen-
ta pacienter tolleraverunt. Nam Johannes xii cum esset venator et homo lubricus adeo
quod publice feminas tenuit. Quidam cardinalium habentes zelum dei et Romanorum
cives scripserunt Ottoni principi saxonum ut ecclesie scandalo compaciens veniret
Romam propter quod etiam Jo. papa Johanni cardinali dyacono nasum precidit et alteri
Johanni subdyacono manum amputavit ipsos de scriptura predicta suspectos habens
Bonifacius etiam vii Johanni dyacono cardinali oculos eruit. quia eius inten-
cioni non consensit. Et sicut multas iniurias sunt passi pro se propter malos
pontifices quos sequi nolebant. sic et pari modo multa passi sunt propter bonos
quos sequuti sunt sicut patet de Gregorio vii cum quo fuerunt in Castro sancti angeli
obsessi et inclusi. Item cum paschali papa ii captivati fuerunt omnes cardinales
Item cum Gelasio papa ii inclinati fugere omnes cardinales. Item Innocencius ii
in duabus galeis dando fugam in galliam cum cardinalibus declinavit
Item cardinales per ffredericum imperatorem fuerunt vincti et captivati. In istis enim
fuit paciencia et constancia in longinqua perpessione iniuriarum in corporibus. Potius enim vo-
lebant devotenter sustinere iniurias corporales quam iniurias vitando a veritate ac
iusticia declinare Pari modo faciant viri a modo domini cardinales. ut et ipsi fortes et
pacientes existant pro iusticia iniurias tollerando. quia beatus est vir qui suffert temptacionem
quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. quam repromisit deus diligentibus se. Ja. i.

Ulterius videndum est quod paciencia etiam est contra remissionem iniuriarum. et ista vocatur est
[U]ncttia quia alius est habens sibi ipso contra omnes iniurias ... et dampnosus ...

petit adeo ut dimittat ei debita sua sic et ipse non dimittit debitoribus suis
ergo non remittendo iniurias proprie orat deum ut nec sibi ipse dimittat unde
et xpistus dicit servo nequam mt. xviii Serve nequam omne debitum dimisi tibi nonne
ergo et te oportuit misereri conservi tui. et misit illum dominus tradere tortoribus
donec debitum redderet universum unde et subdit Sic et pater meus celestis faciet vobis
si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris unde unde remittere iniuriam
et non petere vindictam magnum genus clemencie est. Dequo dicit cesarius ammonicione
sexta. qui captivos redimere et pauperes pascere et vestire non prevalet
contra nullum hominem odium in corde retinet et inimicis suis non solum malum
pro malo non reddat sed eciam diligat et pro eis orare non desinat eciam de per-
missione vel venia dimissionis securi. et libera consciencia ante tribunal xpisti dicere potest. Da
domine quia dedi dimitte quia dimisi hec ille Cum in persona autem xpistus nobis in
hoc ostendit quod notat beatus Bernhardus super cantica sua lxxxix tamen liberaliter meis
dicens condonavit iniuriam ut iram non dampnet blasfemando nec se vindicat de
peccando nec minus diligat imputando Sed heu pauci sunt qui sic remittunt
iniuriam ut non exasperent ut non minus diligant etiam si ultionem non intendant
appetitum ergo omnis vindicte prelatus sit in viro sensato quia si prohibitum dimittere
pro delictis non exaudietur Ecc xxviii scribitur homo homini reservat iram et a deo
querit medelam in hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur ipse
dum caro sit reservat iram et propiciacionem petit adeo qui dicit non obtinebit
iniuriarum ergo non est reminiscendum sed indulgendum ad pacem cordis et oris

Quanto et ultra istam paciam consistit in moderacione disciplinarum in correccione
correccionis enim que fiunt cum ira et turbata mente parum prosunt faci-
enti aut sustinenti quia ergo et pietas debet esse in prelatis maxime quod castigacionis
habent officium quia sine eis in corrigendo non possunt tenere medium unde et severitas
que misericordiam vetat est fugienda luce dicens pondere et qui negat misericordiam similiter
xpistum negat viii q. i dominus unde et ille samaritanus qui et custos interpretatur
infudit vulneribus sauciati oleum et vinum. oleum unde et vinum severitatis
et iusticie. helymandus enim ille prudens doctor dicit prelati medicorum modum medici
debent observare qui nimis amaris utuntur medicamentis nisi ad levium beneficio
desiderata sanitas desperatur fugienda ergo est ira seu impaciencia. quia ipsa im-
paciencia non levia offert remedia. sed quia et aspera misere conatur lenia et
turbativa prelatus ergo videat ut in omnibus mensuram teneat videlicet ne ipsius
sit tanta paciencia ut iusticiam deserat. nec ipsius sit tanta severitas ut paciencia
excludatur sed inter duo predicta ambulet confidenter neminem puniens ex ran-
core sed magis ex dileccione et pro dolore. quod si omnino prelatus sui tenentur magis dominus
cavendo. quia ipse sit quodammodo exemplar et regula mediabus et prelatus eciam
communis. quorum eciam status continuo ad puritatem materiam optime describitur sub figura
solis phetontis sue geniture Nam sol cum dedisset fetonti filio suo regimen
currus sui circa equorum terminus regimine commisisset de fabulis legitur ipsum informasse
sermo ut parceret stimulis et equos volutrices ad messum non pungeret quoque
modo. Sed ut equorum habenas solute manu teneret nec equos volentes discur-
rere permitteret demare. Taceo quod in medio se teneret nec ad dextram aut sinistram
declinaret nec nimis basse descenderet aut alte nimis se elevaret per solem
istum dominum nostrum papam intelligo qui in celsitudine ecclesie solio locum tenet quia ab ipso
ceteri prelati recipiunt suum lucem et potestatem et ab eius potestate et lumine ceterorum
lumine et potestatis dependet per phetontem intelligo dominum cardinalem cum sepe curribus in
officium legacionis et delegacionis committitur ad regendum sibique committitur ut parcat
stimulis id est quod non sit homo vindicativus et puniens aut iracundus. et quod equus quos
habet regere et gubernare id est subditos sibi commissos inmoderate non puniat quia
inmoderata punicio et correccio est multum reprehensibilis in rectore vel prelato
unde et rex apum caret aculeo et hugo dicit quod nobile genus vindicte est
ignoscere unde et irasci et nostris scelerum exemplo debemus iniurias pacienter
tollerare xxiii q. i preterea p. ii q. iiii. Cum sumi ii q. v. non est minus Et
Seneca de clemencia ad neronem dicit pietas in suos et gladius in hostes
Nichilominus non debet tamen magis esse pietas ignoscendi ut iustitie loci vel

habere aliquatenus dimittantur vel minus relaxentur quia sediti statutis a regularibus
disciplinis deviarent et aliis daretur occasio delinquendi propter satis apte dicit
Calixtus papa in decreto verba Justini dicens ut qui divina contempnit mandata et inobe-
dientes paternis existunt iussionibus seniores corrigant vindictis quatenus ceteri committere
talia timeant et omnes gaudeant fraterna concordia et cuncti sumant severitatis atque honestatis
exemplum xxiij q. iiij. Iustum. Inter tamen severitatem correctionis et pietatem compassionis
caute debent domini cardinales in medio se tenere ne ad alterum extremorum nimis declinent
quod fit ad sequitur dextrum affectando aut sinistrum adhuc et prosequimur quod affectio
nec ab omni bono prelatis utrique sunt vitande. Item quia non minus alte se elevet per
superbiam nec minus descendat propter sui status despectionem et humiliacionem. quia dum nimium
servatur humilitas regendi frangitur auctoritas ut Bernardus dicit et in vera virtute
se et vetare debent domini cardinales in correctionibus omnem rigorem ne actus iusticie
destituatur iusticia nimia remissionem ne actus iusticie destituatur iusticia
quia nec valet disciplina ubi altera sine altera observatur ut habetur xlv dis. disciplina
hec est moderacio fuit in antiquis de pacia vero Platonis [illegible] ubi de ira in
consiliis vitanda sunt loquuntur. Ira ergo durante nulla res ardua est temptanda propter
modo nec parva alicui nociva quia durante furore quod magnum parvum et quod parvum ma-
gnum reputatur et estimatur. Unde et dicit Seneca Nichil tibi liceat dum irasceris et hoc idem
quia vis omnia tibi licere Pugna tecum ipse et si vincere iram non potes incipit te vincere
illa. Potest tamen sapiens sine ira disciplinabiliter subditum castigare. Scribitur enim iiij de
augustinis pecorum de Plutarco magistro Traiani imperatoris quod cum cepisset famulum ob sua
delicta verberari famulus veniam probabatur qua iniuste consapientia insultando dicebat
quod pecunia vasti non decebat. quia contra doctrinam propriam faciebat qui librum de pacia fe-
cerat. Cui Plutarcus ridet. Nunquid quia paupulas tibi vasti videor est ne ira mea
cecerit Cui Plutarchus tradit. Neque quia papulas tibi vasti videor est ne ira mea
si a me debitum recipis Non nulla signa ire quam me vides. quia nec actum ferens nec
os trepidum nec faciem rubens nec frons urgens hec enim sunt signa ire Consilio
et ad famulum aliud verberante sic ait. Dum ego et iste disputamus age opus tuum
et sine ira mea verbere famulum contumaciam et iniquum penitere docere precepit
abiurgare. Et in eodem libro dicit de Traiano ipsum dixisse insanum esse quod propter
lippitudinem oculorum eos vellet eruere Item ungues superfluas potius resecandos
quam evellendos et in iustis minis plus expedit concedere cordas remittere quam rumpi
Pari modo voluit dicere in disciplinis quod tales esse debent ut per eas homines corrigantur
et emendentur et caveant Non autem ut homines cadant opprimantur et destruantur. Si
ergo in gentilibus tanta fuit pietas et discrecio ac pacia in penis infligendis quanto ma-
gis decent huiusmodi illustratos et electos viros dominos Cardinales

Postremo quia perseverancia est cona virtutum. De ista quarta specie fortitudinis aliquid
est dicendum. Ubi primo advertendum videtur quod perseverancia et constancia differunt
sicut superius et inferius et sicut genus et species. quia constancia est permanencia in concepto propo-
sito. perseverancia vero permanencia in bono proposito. Nam constancia tenet bene susceptum
a proposito uno in aliud. perseverancia vero superaddit proposito ordinacionem vel tendenciam
in debitum finem. Et describitur. perseverancia est permanencia in bono diutina et finalis
Tullius vero sic describit in sua rethorica perseverancia est in racione bene consulata
stabilis et perpetua permansio. verum quia in omni bono opere perseverancia est necessaria. hic est
est advertendum quod aliquando accipitur generaliter aliquando specialiter Generaliter enim tunc
ipsa concernit omnem virtutem et circuit omnes. quia sine ipsa alie virtutes parum utilitatis
afferunt Unde et ipsa generaliter accepta concernit ad bonum in genere Specialiter vero
accepta tunc solum respicit terribilia et difficilia ad sustinendum maxime que sunt
nature contraria et sic accepta est pars et species fortitudinis. Nec est est tacendum
quod perseverancia adhuc dupliciter describitur scilicet finalis et intercepta Intercepta perse-
verancia est quando quis diu perseveravit in bono et tamen postea per peccatum mortale
recedit et cadit Finalis vero adhuc dupliciter describitur dicitur vel proposito tantum actu
proposito quando quis proponunt sibi tempore sue vite in sua voluntate ad perseve-
randum in bono et ista non dicitur perseverancia proprie quando diu sibi restat cadendi
tempus. quia si quis per aliquis bene vixisset continue benediceretur quando loquimur
quod perseverasset. si tamen in ultimo tempore sue vite ceciderit totum preteritum tempus perse-
verancie nomen perdit quia non perseveravit finaliter vero perseverancia hominis vitam terminat
et illa sola perseverancie nomen meretur. De hac dicit Bernardus quod nulli cum hec pro

nullus dimittitur quia si admittitur habita non fuit. quia finalis dicitur a fine. Ista perseverantia datur homini a deo quod homo facit quod in se est. opera enim nostra victoria hanc postulant a deo. Unde et glossa super verbo posui reddidit unicuique secundum iustitiam meam dicit. pro fide et spe et aliis bonis operibus reddet deus perseverantiam. Ad hanc enim hortatur apostolus prima ad Corinthios vii dicens. Sicut deus vocavit unumquemque ita ambulet et infra. Unusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat et ibidem ix. Sic currite ut comprehendatis. Et ad Galatas vi bonum autem facientes non deficiamus tempore enim suo metemus non deficientes. Unde et corona promittitur perseverantibus Apocalypsis ii. Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Et Matthei xxiiii qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Unde et diabolus maxime insidiatur perseverantie secundum Bernardum. Bernardus quia hanc solam novit coronari. quia per ipsam homo immobilis efficitur ut non frangatur adversitatibus nec extollatur in prosperis nec vincatur accusationibus. Nec flectatur promissionibus. Unde et in laudem Fabricii ut dicitur dicebatur. Iste fuit ille quem Fabricius qui difficilius ab honestate quam sol a cursu suo posset averti. Unde et Socrates in libro de vita philosophorum negat sapientem posse offendi. sed adversus omnem fortunam robore virtutis sue immobilem permanere. Hoc enim est proprium sapientis erigere animum super minas et promissa fortune ut ait Seneca libro iii de naturalibus questionibus Expositor et Boetii de consolatione philosophie dicit quod poete posuerunt duo dolia in limine domus Iovis de quibus oportebat intrantes bibere scilicet dolium prosperitatis et adversitatis. De quibus ex gustare oportet intrantes huius mundi miseriam et dolore plenum. Tamen different autem animus stulti et sapientis afficiatur in tribulationibus. declarat beatus Augustinus ix de Ci. Dei c. iiii recitans opinionem Zenonis et Crisippi qui fuerunt principes stoicorum qui non interesse senserunt inter animum sapientis et stulti quia stulti animus passionibus cedit atque accomodat mentis assensum. Sapientis autem animus quamvis eas passiones de necessitate patiatur retinet tamen de hiis que appetere vel fugere rationabiliter debet veram et stabilem et inconcussam mentis sententiam. Et ponit exemplum de quodam stoico philosopho qui expalluit in navi ob tempestate. Cum tamen obiectum quod timuisset et ita falsa est philosophorum opinio ponentes passiones non cadere in sapientem. Ille vero non super dicto et de hac librum Socrates proferebat in medium quia ut ait Seneca de providentia. quis est vir qui non erectus ad honesta quod non est laboris misti appetens qui non ad officia cum periculo est paratus. Et sequitur nichil est infelicius mihi de mortuis eo cum nunquam aliquid evenit adversi quia non licuit illi se experiri male de illo dii iudicaverunt quia digne visus est ille a quo vinceretur aliquando fortuna quod ignobilissimum quemque insequitur contumacissimum et fortiter obviantem

+ 7 vem

quemque aggreditur adversus quem vim suam experiatur et ignem accendat ut paupertatem in Fabricio exilium in Tullio tormentum in Regulo venenum in Socrate mortem in Catone Unde et ibidem de Socrate ait quod potum illum veneni letiferum non aliter sumpsit quam medicamentum immortalitatis letusque et libens hausit Et de morte ipsius narrat Valerius libro vii quod forti animo constanti vultu veneni sumpsit poculum et cum uxorem suam vociferantem audiret eum innocentem periturum respondit intrepide non innocenti mori sanctius esse cognoscere quam nocentem subire mortem ideo concludit Seneca miserum te esse iudico qui nunquam fuisti miser transisti sine adversario vitam nemo sciet quid potueris nec tu quidem. opus. experimento enim est ad notitiam sui experimento quid quisque possit non nisi in temptando quisque didicit // Pari modo sicut fortitudo et perseverantia est necessaria in afflictionibus corporalibus ita et necessaria in mentalibus ita et necessaria in amicorum amissionibus. ita et necessaria in rerum ablacionibus Primo dico quod etiam est necessaria in mentalibus scilicet in temptationibus interioribus per quas pervenitur ad actus Ad hanc enim invitat ille hostis antiquus ut hominem deiciat capiat atque mactet hinc etiam temptationi est resistendum In hac est perseverandum in oratione ne labatur in malum ad quod incitat et inclinat Nam hoc etiam vinci potest si diu manet in mente Unde et ipsi principio est maxime resistendum Unde et poeta dicit Principiis obsta sero medicina paratur Cum mala per longas convaluere moras Et beatus Gregorius in moralibus scribit Si temptationi in corde nascenti festine non resistitur hec eadem qua nutritur mora roboratur Unde et quidam de senioribus heremitis dixit sicut vestes dimisse longo tempore in cista reclusa putrescunt et corrumpuntur ita et temptationes diu in mente retente. quia cum temptationes tarde non reprimuntur in actum convertuntur dicit philosophus hinc post medium / Unde et quidam frater interrogavit senem quendam quid faciam ut recedant a me inmunde cogitationes Respondit senex Non abscondere cogitationes tuas. Ita enim

dum dolus spiritus confusus recedit a te Nichil enim ita alludit et confundit virtute demonum sicut revelacio dummodo cogitacionum facta sanctis patribus Narratur enim de quodam fratre in heremo scithie constituto quod cum promptus esset et alacer ad opus dei et in omni exercicio spirituali dyabolus immisit sibi cogitaciones ut recordaretur cuiusdam mulieris bone note pulchritudine et tribulabatur in cogitacionibus suis vehementer Contigit autem quod dispensacione et disposicione dei quod ipse ut alius quidam frater veniret de egipto ad visitandum eum in caritate et dum inter se loquentur de pluribus a casu evenit sermo loquendi de illa muliere quam frater egipcius mortuam affirmabat Cum ergo nec adhuc posset vincere passiones temptacionis illius mulieris frater ille surrexit et abiit ad locum defuncte mulieris et apiens nocte sepulchrum pallio suo tersit putredinem et saniem fluentem de corpore ipsius et reversus ad cellam fetorem saniei et putredinis ac vilitate et immundiciam posuit ante oculos eius et dicebat intra se ecce desideraveras quod querebas satia te eo si potes. Et sic fetore cruciatus et abhorrens quod diligebat temptacio diu recessit ab ipso Revera omnis actus peccati feditatem suam secum portat et quanto delectabilior tanto fedior et vilior et post explecionem ipsius gravat corpus et dolorem actus inducit cogitandum ergo est in temptacionibus quod et si mulier est pulchra apparens exterius in ipsius tamen corpore nichil est nisi sordes Et certe expedit omni homini in temptacionibus ad aliquam probatam personam habere recursum cui confidenter aperire possit impugnaciones suas et multomagis omnibus claustralibus et ipsis hominibus spiritualibus Et quanto aliquis est prima nocencior tanto ferocius inimicus humani generis contra eos temptator insurgit Non ergo carere debent aliqua religiosa persona matura et approbata cui et ipsi sua secreta possint et audeant confidenter revelare et illa exempla proponere sepius audire vel legere quibus resistitur hiis aliis affectionibus quibus impugnatur. quia ipse spiritus malignus alios tentat letus alios tristibus alios invidiis alios elatis moribus et ut finaliter capiat variis ea affectionibus decepciones parat; prout dicit beatus gregorius in moralibus Resistendum est ergo temptacioni que ex carnis infirmitate procedit et cavendum est ne contingat in temptacione superari quia sicut est humanum temptari ita est dyabolicum in temptacionibus tentacione superari Distinccio xlix. huius post medium

Ulterius dico quod perseverancia est et fortitudo contra in amicorum amissionibus ita enim quidam tristantur de amicorum morte quod insaniant deiciuntur et in alios homines clamant contra hec est ipsa perseverancia que docet homines non tristari non moveri de illo quod vitari non poterat. Sic enim antiqui fecerunt prout refert valerius libro v. quod Anaxagoras audita morte filii vidit nichil inquit inexpectatum aut novum michi dicis. ego enim ex me natum sciebam esse mortalem et ibidem dicitur quod zenophon audita morte filii maioris natu qui in prelio ceciderat coronam non deponere contentus fuit agebat enim solenne sacrificium deinde percunctatus quomodo occubuisset et ut audivit fortissime pugnantem interiisse capiti coronam reposuisset et victimam quibus sacrificabat testatus est maiorem se ex virtute filii voluptatem quam ex morte amaritudinem sentire Et si gentes qui in vita alia spem minime posuerunt tantam habebant perseveranciam in adversitatibus ymo mortibus antiquorum multomagis hanc debet habere veri christiane legis doctores qui post hanc vitam sperant aliam et hanc vitam terminant plenam miseriis et futuram credunt gaudiis habundare Qui enim de morte suorum nimis tristantur videntur desperare de finalitate bonorum futurorum ut dicitur quod vel hinc forsitan. Unde et apostolus scribens ad thessalonicenses dicit Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent Nec certe valet obicere quod dominus ihesus flevit lazarum iam defunctum ex dolore ymo flevit ipsum et ploravit ad hominum vite erumpnas resuscitandum prout habetur ibidem caelo qui dominum dans doctrina nobis ut pro mortuis qui facti sunt abierunt magis congaudendum quam dolendum

Quarto et ultimo dico quod perseverancia est necessaria in rerum temporalium ablacione. Ita non quidam contristantur cum temporalia perdunt et amittunt quod egritudines graves incurrunt affligunt et in suis afflictionibus moriuntur tantum amorem in rebus perditis posuerunt quod pro recuperacione phitonissas consulunt et divinaciones exercent. Et si rehabere non possunt quod amant et diligunt rapinis aut furto vel usuris se exponunt. Et sic tandem propter vilem et inordinatum morem istius mundi et rerum temporalium amorem perdunt et semetipsos tradunt incendio infernali Sic non philosophi antiqui minime faciebant. Refert enim valerius libro vi. de quodam philosopho quod cum hostes patriam suam invasissent et homines cum rebus suis darent fugam interrogatusque ille quid secum ferret de bonis suis Respondit mea bona mecum porto pectore enim illa gestabat non humeris nec oculis videnda

sed auro estimanda que in domicilio mentis gerebat inclusa nec mortalium a corpo-
ribus labe fieri querunt et ut manibus manentibus presto sunt ita et fugientes
non deserunt Sic etiam recitat beatus Augustinus de Ciui dei ca. iiij. de illo bono Pau-
lino Nolensi episcopo qui cum Nolam Ciuitatem suam Barbari deuastassent et ipse ab
eis captiuus teneretur sic in corde suo deum precabatur dicens Domine non excrucior
propter aurum vel argentum vbi enim sunt omnia mea nosti habebat enim ibi omnia bo-
na sua recondita vbi ea condere et thezaurisari ille monuerat. qui hec mala mun-
di futura predixerat vt boni a malis iniurias patentur et sustinent Sic enim fatebatur
beatus Job qui dixit. Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est
sit nomen domini benedictum Non est ergo turbandum propter bona temporalia que nichil
secum afferunt tamen copiose sicut curas et pericula mundi prout satis declarat
Boecius ij° de Conso. metro v°. vbi dicit heu primus quis fuit ille auri qui
pondera tecta gemmasque latere volentes preciosa pericula fodit. Nam narrat
Boecius in illo metro qualiter prima etas mutatur aurea et mundi principes fuerunt
contenti de rebus de quibus natura est indigencia Comedebant enim fructus
arborum bibebant aquas fontanas dormiebant in pratis vtebantur naturaliter
coloratis. Tunc enim ignorauerunt texturas pannorum aut mixtiones liquorum
aut omnes species dolositatis mercatorum et crudelitates bellatorum omnia
enim ista a cupiditate sumpserunt originem. Et ideo modo pergemus pro auro pro argento
pugnant homines sine quibus vita humana sufficienter regi potest Immo ista late-
re velle videntur In cuius signum in profundo et in visceribus terre se abscondunt. quodcumque
enim est victui necessarium vel est elongatum a terra sicut corpora celestia vel admi-
nus de terra ascendunt in altum et nascuntur et in terre superficie se ostendunt sicut
arbores herbe et blada Illa vero que humano victui necessaria non videntur
sub terra latent sicut aurum vel argentum et lapides preciosi quorum generacio est
in absconditis. Et ideo qui primo talia scrutatus est et inuenit preciosa pericula
perquisiuit Non est ergo tristandum de amissione temporalium sine quibus victus huma-
nus esse potest Beatus enim Vlricus cum magnam pecuniam perdidisset laudauit
dominum et ipsum benedixit dicens Benedictus deus qui nos liberauit ab hoc onere quia
magna pecunia magna temptacio est Et quia amatores pecuniarum de ipsarum amis-
sione tristari oportet Ideo ipse nullatenus sunt diligende vel amande et certe
si ipsas amari non competit hominibus cunctis multomagis expedit dominis Card. quia
ipsi sunt iudices et iusti iusticie et iudicij dei altissimi Nec non iusticia diu per-
stare aut in hominis mente permanere cum amore pecuniarum. sicut satis apparet ex
hiis. Cum vero et c. pamp. Et sic finitur 3a pars istius operis scilicet de fortitudine
Et sequitur ergo quarta pars videlicet de iusticia

Quarta et vltima pars huius operis que est de iusticia incipit et continuatur per inferius sequentia

Postquam de tribus virtutibus cardinalibus scripsi breuiter et succincte pro quanto
ad intencionem meam facere poterant expediens ad statum de quo agitur ipsas
applicando Nunc de iusticia que est preclarissima virtutum secundum Aristotelem v° ethico-
rum quamque de tunc omnium et consummacionem totius iteneraliter vbi tota breuiter aliquid dicendum
Et quia totus status dominorum Card. ad ipsam videtur tendere ac esse institutus et ordi-
natus. tam in consilijs consistorialibus aut priuatis. tam in iudicijs generaliter
tangentibus statum ecclesie cum personas de ipsa iusticia oportet loqui distinctius. quia
ipsa est salus et conseruacio ipsius status et ipsa spreta status ille licet sublimis
tam excelsus tamen preclarus ruinam diuinam sibi sentiet imminere Cor vero eius su-
per dicto verbo Aristoteles v° ethicorum dicit ipsam esse vultum aureum ut innuet ipsius preciositatem
ipsius valorem. ipsius delectacionem. ipsius venustatem. ipsius claritatem. ipsius incorrupti-
bilitatem. quia ipsa est perpetua et immortalis Sapiencie p°. et vt ex hiis allicerentur ad ipsam
diligendam. promittit bona vite presentis et eterne Sapiens ergo ille Salomon loquens
de vera sapiencia sapientibus sermonis exordium sumit ex iusticia quam persuadet dicens
Diligite iusticiam qui iudicatis terram Sapiencie primo. Cuius ergo amplius est dicendum
nisi iusticiam esse necessariam maxime et potissime dominis Card. quia certe ipsi sunt iudices
terre ipsi sunt qui iudicant totum orbem terre Ipsa enim iusticia est per quam reges
regnant et iudicant et dominantur populo. et sine ipsa sibi ipsis durissimum parant
iudicium. quod cum essetis ministri regni vt dicit Salomon Sapiencie vj non recte iudica-
stis neque custodistis legem iusticie. neque secundum voluntatem dei ambulastis horren-
de et cito apparebit vobis quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet Com-
plectantur ergo et diligant ac sequantur domini Card. iusticiam per quam et ceteris virtutibus

poterunt decorari et sine qua subsistere non potest status reipublice. Amota autem iusticia cum ce-
tera alie virtutes fugiunt et ipsa fugata vicia omnia locum tenent. Dicit enim beatus Ambrosius
in exameron: Ubi est prudencia ibi iniquitas et malicia, ubi est fortitudo aliquando iracun-
dia, ubi temperancia plerumque impacia, ubi autem est iusticia ibi concordia virtutum ceterarum,
quia hec est que unicuique distribuit quod suum est. Hec autem amota quilibet rumpit
quod alterius est. Unde et ipsa a regibus et regnis amota nichil aliud sunt regna
nisi magna latrocinia. Et que latrocinia sunt parva regna, prout recitat beatus Augustinus
libro iiij de Ci. Dei, inducens exemplum de pirata Dyomide capto ab Allexandro, de
quo tamen plenius narratur libro iij de nugis curialium philosophorum. Qui cum ab impera-
tore interrogaretur propter quid mare haberet infestum, respondit libera contumacia: propter quid
et tu orbem terrarum? Sed quia id facio parvo navigio latro vocor, tu autem quia
magna classe hoc facis diceris imperator. Si solus captivus sit Allexander latro
erit; si ad nutum Dyomidis populi famularentur erit Dyomides imperator. Dyomides
enim latro vocabatur. Et subiunxit: Nam quantum ad causam non differt nisi quia
deterior est qui rapit improbior qui iusticiam abiectius deserit, qui manifestius
impugnat leges. Quas ego fugio tu persequeris. Ego vero eas vereor tu contempnis.
Me fortune iniquitas et rei familiaris angustia, te fastus intollerabilis et inex-
plebilis avaricia furem facit. Si fortuna mansuesceret fierem forte te melior; ac
tu quo fortunacior nequior eris. Miratus Allexander constanciam hominis ipsum
nimis arguentis: Experiar, inquit, an futurus sis melior. Fortunam mutabo ut non
amodo si delinquis non meis sed tuis moribus ascribatur. Eumque ascribi fecit
milicie ut posset exinde salubris legibus militare. Patet ergo quod sine iusticia regna
non sunt nisi latrocinia. Iustus ergo sit iudex unicuique tribuens quod suum est. Me-
diante iusticia et regna sunt regna, et iusticia iusti iudicis est premium et corona.
Hanc ergo omnes cardinales diligant et prosequantur, quia sicut beati sunt ut dicitur Matthei v qui
diligunt et esuriunt iusticiam, sic sunt miseri et infelices ipsius iusticie desertores.

Est autem iusticia a diversis diversimode descripta. Nam Tullius dicit primo Rethorice:
Hec iusticia est habitus animi qui utilitate servata suam unicuique tribuens
dignitatem. Beatus Ambrosius libro de paradiso dicit: Iusticia magis aliorum quam sibi
prodest et utilitates suas negligit communia emolumenta preponens. Macrobius dicit quod
iusticie est unicuique servare quod suum est vel iure naturali vel iure placitis vel
iure dignitatis aut iure premii vel mercedis aut aliis quibuscumque modis. Augustinus
vero de libero arbitrio dicit: Iusticiam quid dicam esse nisi virtutem qua sua uni-
cuique tribuuntur. Super illo verbo quod dicitur Matthei v Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam
dicit glosa: Iusticia est sua cuique tribuere et sibi ipsi et proximo et deo. Seneca vero libro
de quatuor virtutibus dicit: Quid est iusticia nisi nature tacita convencio in adiutorium
multorum inventa. Et in eodem: Iusticia divina lex est et vinculum societatis
humane. Ysidorus vero sic describit eam: Iusticia est ordo et equitas qua homo erga
unumquemque bene ordinatur. Sanctus Anshelmus vero sic describit: Iusticia est recti-
tudo voluntatis propter se servanda. Multi vero et variis modis eam describunt
quos superfluum esset recitare. Sed quo ad propositum intencionis mee hoc est precipue
advertendum quod iusticia semper est ad alterum. Et ita videtur dimittere tales species officiorum
et sanctus Thomas ii ii q. lix ar. ii. Et quia alia ab homine non sunt in quibus iusticie
debitum apparere potest et exerceri nisi deus et proximus, ideo circa illa que deo de-
bentur primo, deinde que proximo est advertendum. quod quedam sibi possunt

i. devocio

Quantum vero ad illa que deo sunt debita est sciendum quod quedam offerri in secreto, quedam
vero in publico. In secreto ad deum est habenda devocio, effundenda oracio.
Primo dico quod ad deum habenda est devocio. Devocio nichil est aliud quam voluntas
prompte tradendi se ad ea que pertinent ad dei famulatum. Unde Exodi xxxv dicitur
quod multitudo filiorum Israel obtulit mente promptissima atque devota primicias domino.
Unde et devocio dicitur a devovendo. Et devoti dicuntur qui seipsos quodammodo
deo devovent ut ei se totaliter subdant. Unde et ille devotus dicitur qui se totaliter
divinis obsequiis mancipavit et divinis servicijs deputavit et obligavit. Propter quod
et olim apud gentiles devoti dicebantur qui seipsos ydolis devovebant
in mortem pro salute sui exercitus, sicut de duobus Deciis Titus Livius narrat. Ista
vero devocio est religionis actus, quia votum facere et vovere sunt religionis actus.
Ad istam vero devocionem inducunt meditaciones et contemplaciones divine, quia causa
devocionis extrinseca et principalis est ipse deus, prout dicit ipse Ambrosius super Lucam

et deus quos dignatur vocat et quos vult religiosos facit et si voluisset samaritanos
ex indevotis devotos fecisset. Causa autem intrinseca ex parte nostra operatur quod sit medi-
tacio vel contemplacio. Dictum est enim quod devocio est quidam voluntatis actus ad hoc
quod homo prompte se tradat ad divinum obsequium. Omnis autem actus voluntatis ex aliqua
consideracione procedit eo quod bonum intellectum est obiectum voluntatis et beatus Augustinus dicit
in de trinitate quod voluntas oritur ex intelligencia. Et ideo necesse est quod meditacio sit de-
vocionis causa intrinseca scilicet per meditacionem homo concipit quod se tradat divino obse-
quio ad quod quidem homo inducitur dupliciter. Uno quidem modo ex parte divine voluntatis
et beneficiorum ipsius quibus attentis et consideratis homo consurgit in dileccionem dei
et in eius unionem mentis et occupacionem et affectionem et in illa affectione et dileccione
et unione mentali fuit propheta cum diceret mihi adherere deo bonum est et ponere
in domino deo spem meam. Sic etiam ex parte nostra homo devotus adheret deo et fit unus
spiritus cum eo scilicet affectione dileccione et amore et in nullo suam spem ponit quam in
solo deo cum dei beneficia recordatur. Et hec scilicet consideracio vel contemplacio bo-
nitatis divine quam homo concipit et videt et cognoscit clare ex eius beneficiis est
proxima causa devocionis id est se devovendi et offerendi deo diligens et suavius cum
desiderio vivendi ipsi et videndi ipsum perfectius quam in hac vita cognosci et videri
possit. Alia vero causa est ex parte hominis considerantis suos defectus ex quibus indi-
get ut dei imploret auxilium eius divinitatis adiutorio ipsum indiget et in ipso confidat
et in illo statu erat propheta David cum diceret: Levavi oculos meos in montes
unde veniat auxilium mihi. Auxilium meum a domino qui fecit celum et terram. Et hec con-
sideracio et confidencia divini auxilii excludit presumpcionem per quam homo posset impediri
ne deo se tradat et ei se subiciat. Recolligens enim fragilitatem humane condicionis et
videns quod in mundanis non est vera et constans consolacio et imminencia contra hostes
humani generis et mundi pericula de facili recursum habet ad deum et deus talis in tali
recursu deo se offert deo se vovet deo se dat totum in nullo spem ponat nisi in deo solo.

Ulterius ista devocio spiritualem leticiam mentis causat per se et principaliter licet aliquando per accidens
causet tristiciam. Quia ut dictum est devocio principaliter consurgit ex consideracione divine bonitatis et ex
ista consideracione sequitur delectacio secundum illud psalmi memor fui dei et delectatus sum sed per accidens
quod hec consideracio tristiciam operatur ex eo quod homo dum deo inheret meditacione amoris
et dileccione ei unire et eo frui appetit et perfecte expectat cum dolore secundum illud psalmi
Sitivit anima mea ad deum vivum vel et ipsius dolorem postea exprimit cum dicit
fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus
tuus scilicet quem amas quem diligis in quem speras. Unde et beatus Gregorius dicit in illa
Stude queso et cottidie creatoris tui verba meditare. Disce cor dei in verbis dei ut
ad eterna suspiret ut mens tua ad celestia gaudia in maioribus desideriis accendatur
tanto enim tunc maior erit ei requies quanto modo ab amore conditoris sui requies
nulla fuit. Hec etiam si decet omnes homines esse recollectos et devotos maxime hoc
decet dominum Cardinalem quia et ipsi sunt specula contemplacionis montis celi dei id est
per quos speculantur et indicantur secreta singula celi dei. Quare et ipsos decet esse viros
devotos mentis in deum elevacione et recollectionis vacando ab exteriori divagacione
quia nec mentis elevacio potest haberi si ipsis datur licencia exterius divagandi. Expedit
ergo ipsis sepe ad cor redire introrsus et a mundi occupacionibus abstinere exemplo
patriarche Jacob qui postquam diu paverat oves Laban dixit: Iustum est ut aliquando pro-
videam domui mee. Unde et beatus Bernhardus salubriter monebat Eugenium papam libro de
consideracione dicens: Quid tibi prodest si lucreris universos teipsum perdens. Quapropter
cum omnes te habeant et tu esto ex habentibus unus. Unde et Seneca epistola xiii dicit
quidquid feceris cito redi ad cor et animum diebus ac noctibus exercere. Et in epistola
lxxviii dicit: Vir magnus et prudens animum reducit a corpore. Et beatus Bernhardus ubi supra ubi adhuc (?)
filius tuus esto. Noli te rebus tradere sed committere. Sed dicta cardinalium officia requirunt
occupacionem exteriorem quia et ipsi intendunt consiliis in consistoriis intendunt iudiciis et
causis in hospiciis in quibus necessario est exterior occupacio quia ibi sunt assessores advo-
cati et procuratores clamantes et tumultuantes et figuras legum deducentes tam per suppletas (?)
defectuosas et allegaciones impertinentes ac infamando diversos (?) in quo tumultu et
strepitu ac figura iudicii domini Card. distrahuntur quia in ipsis hinc necessario occupari.
Consistit (?) ergo. Unde iuxta consilium beati Gregorii in Registro recusare predicacionis sic
propter excusantes et oblacionem predicacionis prescripte commendantes in hec verba: Nam sicut
toto desiderio debemus occupaciones fugere ita si deest qui predicet occupacionis
onus libenti humero subire quod ex duorum preceptorum ope datur quia unus predicator

officium conatus est vitare et alter appetiit. Nam mittere dum Jeremias Respondit a a a domine
deus ecce nescio loqui quia puer ego sum. et cum omnipotens deus personam quereret dicens
quem mittam et quis ibit ex nobis ultro se ysaias obtulit dicens ecce ego mitte me.
En certe ab utrisque exterius diversa vox prodiit. sed non a diverso fonte dilectionis emanavit.
Duo quippe sunt precepta caritatis amor dei et proximi. per activam ergo vitam pro-
desse proximis cupiens ysaias officium predicationis appetit, per contemplativam vero Jeremias
amori conditoris inherere sedule desiderans ne mitti ad predicandum debeat contradicit
viii. q. i. in scripturis legislatoris ergo exemplo qui nunc ascendebat in montem ut ibi
gloriam dei cum maiori cerneret libertate Nunc vero descendebat in castra ut cum
utilitate necessitatibus populi provideret de renu. nisi cum [illegible] dominus Card. de specula-
tioni et contemplationi ad tempus vacare et pro tempore necessitatibus oppressorum subvenire
Sic enim decrevit sancta Synodus ut rectores ecclesiarum non solum contemplando as-
cendant sed deorsum quoque ad inedia illius invisendo condescendant. d. [illegible]
decrevit. Non ergo impediunt inedia et figura indigentie exterius quin et ipsi devoti-
cam possint si velint devotionem interius directe retinere. Immo nec ad contemplationem
bene venitur sine activa mediate vel directe. Amaritudo enim et falsitas ac
duplicitas et vanitas omnis conversationis humane circa creaturas sunt optime me-
dia ad cordis elevationem in deum et in ipsius amorem et desiderium sicut figurate
satis apparet ex patriarche Iacob qui primo rachel per quam contemplativa describi-
tur sibi petiit copulari. Sed ex dei dispensatione lya sibi fuit copulata prius per
quam activa designatur ut sic designaret possibile figurali in exemplo quod ad conte-
plativam vacationem vix venitur nisi per activam laborem et exercicium corporalis unde et ex
ipse primus ascendit crucem antequam celos penetraret

Nunc de oratione qua inter cetera per quam eciam deus debite veneratur et honoratur hoc ordine
est dicendum. Primo an iustum sit orare. Secundo quare et pro quibus et de ordine sit orandum. 3o
de ordine modi. 4o de tempore. 5o de loco. Quo ad primum est sciendum quod nonnulli fuerunt illius
opinionis quod res humane non reguntur divina providentia. Alii dixerunt quod omnia necessitate fiunt
et hoc ex divina immutabilitate vel astrorum necessitate. et hii excludebant orationis
necessitatem et utilitatem. Alii vero dicebant quod res humane reguntur divina providentia
sed dicebant ipsam esse variabilem orationibus iustorum hominum. Sed hec omnia non sunt vera
licet divina providentia nec actibus humanis imponit necessitatem nec orationes sanctorum
ipsius divinitatis firmam stabilitatem et immutabilitatem. Ad cuius evidentiam est sciendum
quod ex divina providentia non solum disponitur qui effectus fiat. sed et ex quibus causis
et quo modo vel ordine fiunt factibiles. unde et deus licet cuncta possit facere sine me-
diate et per se ipsum non tamen continue creat omnia. sed eciam via generationis produ-
cuntur in esse. Sic enim disposuit ut creaturarum sint cause et effectus. Unde oportet
homines agere aliqua non ut per suos actus divinam providentiam immutent. sed ut
per suos actus impleant quosdam effectus secundum ordinem a deo dispositum. Et sic
est in naturalibus causis ita est in oratione. Non enim propter hoc oramus ut divinam
dispositionem immutemus. sed ut id impetremus quod deus disposuit per orationes sanctorum
implendum fore ut scilicet homines postulando mereantur accipere quod eis deus omnipotens ante secula
disposuit donare. prout dicit beatus Gregorius in primo dyalogorum. Non ergo valet quod quidam dicunt
in contrarium scilicet si deus voluit voluit ante orationem nobis dare quod petimus in vanum oramus
si voluit dare nondum petimus quia eius sententia non mutatur. quia hiis respondetur quod deus ante
orationem voluit nobis dare quod per devotam orationem nos contingeret postulare. non
ergo mutatur si post orationem impetratur quod sine ipsa non poterit ex dei ordinatione
impetrari. Est ergo congruens orare quia oratio est scala nostre ascensionis scutum nostre
defensionis nuncius nostre legationis redditus nostre subiectionis. Est scala nostre as-
censionis unde dicebat propheta dirigatur oratio ascendat ad te domine. per hanc
ascendimus ad deum et a terrenis ad celestia nos levamus. ecclesiastici xxxv. dicitur
quod oratio humiliantis se nubes penetrat. Secundo est scutum nostre defensionis. unde
et Christus dixit discipulis orate ne intretis in temptationem. Narrant historie
britonum quod rex arturus depictam habuit in scuto ymaginem virginis benedicte
filium suum benedictum in brachiis baiulantem. Ad hanc ergo ymaginem quotiens in
pressura belli incepit deficere direxit oculos. ex cuius intuitu vires recepit
ac si recenter bellum intrasset. Revera scutum nostre defensionis est in cursu vite
presentis et future est oratio devota effusa ad virginem gloriosam. Ipsa enim mater
est potens graciam deo offerre. Et hoc quod petimus ad salutem impetrare
Nam quicquid offert filio totum est acceptum. sed non offert quod petenti cedit

Ord. 2.

1.

ad noxam s; potius ad salute; vn̄ et btūs b'nh' sup missq ē dt Certe sy q̄d ꝗ est
illud quod offre paras maie ꝯmedare memēto ꝗ eadē alueo ad largitatem
grā redeat quo influxit · go orōni ꝯ꞉ duo debent implere xpūs videlic; ꝛ
maria · xpūs bonoꝝ dator · et maria mr̄ inpatrix est erḡ orō inditus nr̄e
legacōnis · qr sc̄m btm̄ Augꝰ orōnis pure magna ē virt9 ꝛ velut fidelis
internūs mandatū pagit ꝛ illuc penetrat quo caro nō pueniū vn̄ ꝛ ps̄ dixit
Intret orō mea sic incensū in conspu tuo inclina aurē tuā ad p̄cem meā
Et est redditus iurꝫ subiectōnis q̄lla cadit sub p̄cepto decimale tñ decimale
decīale ꝗntū ad ministros ecclie qui ex statuto ecclie ad horas canonicas ob-
ligant̄ · indecīale vero quantū ad oīa · quia oīs homo tenet̄ suā salutē pro-
curare · que sine orōne adulto nō conceditur · ꝛ ideo vocabitur orare ꝛ menta
est de iure nature ꝛ reduc̄ ad scdm̄ p̄ceptū p̄me thabule quo dicitur
memento vt diem sabbti sanctifices quo die et alijs festiuis layci ex statuto
canonū diuinis tenent̄ officijs interesse · vt ministris ꝑ ꝑplo orantibꝫ sint interior
conformes Est ergo orō quasi quidā redditus non redditq a reddendo pedibꝫ
s; redditus censualis a reddendo annuatim vn̄ ꝛ hunc redditū deus a nob
exigit sibi reddi Osee xiiij · Omēz aufer iniqtate ꝛ accipe bonū vt reddamꝰ
vitulos labiorū nrōꝝ · i · orōnes deuotas Est g° orō de necessitate salutis omī
adulto vel mentalis vel vocaliꝫ · Oratus enī orat mentali dum deū colit ꝛ lau-
dat in corde suo cuiꝰ notiā nō h; ex auditu s; ex instinctu · et ē spāliter necīa
ministris ecclie et maxime platis · dicente btō Gregorio · Sacdotis ē negociū deo orōꝫ
fundere ꝛ pro iustis ne cadant ꝛ ꝑ peccatoribus vt resurgat̄ · Et ij · q · vij · dicit̄ Epō
lectioni et orōni vacet Epō enī et sacerdotes ꝑ populo sunt interpellare dnm̄
paci ꝑplo comedunt et sine ꝑibus ea debe debent atqꝫ ꝯsumunt · Et quanto digniores
· ı · et dehocioites ꝛ quo ad dm̄ meliores fuerint tanto facilius ꝑ quibꝫ clamant exan-
diuntur · i · q · i · ipo · Quanto magꝭ dnō clerici tenentur orare deū · qr pacē populi
ecclie decimas tributa et beneficia instituta ꝑ alijs magꝭ comedunt · quare ꝛ ea
magꝭ delere debent / que petenda sunt in orōne Nam fuerunt nonnulli dicentes

Secundo est videndū ꝗ in orōne nichil est decimale petendū · Alij dicebant
ꝗ si in orōne essent aliq decīale petenda nō tn̄ tpalia · Primi se fundant ꝗ
dicto Iohīs dam̄ dicentis · ꝗ orō est petiō decentiū a deo · i · nobis vtiliū ad
salutē Et expresse dicit ad Ro viij ꝗ orare sic oportꝫ nescimus Maximus etiā
valerius refert de Socrate · ꝗ ipe socrates nil vlt a dijs mortalibus petendū
arbitrabatur ꝗ ꝫ ut bona tribuerunt · qr hij demū sciuerunt quid vniquiqꝫ esset
vtile · nos aut plerūqꝫ id potius expete quod foret melius minime impetrasse
Alij etiā qui dicunt temporalia nō petenda dicunt pro racōne · qr si homo deū
quereat hec omnia habet ad sufficiām sicut dicebat xpūs · Primū querite regnū
dei · ꝛ hec omnia adicient̄ vobis Mt̄ vi ꝛte ꝗ ꝑ tpalibus nō est sollicitandum
qr xpūs inhibuit ꝯ · Nolite solliciti esse quid manducetis ibidē vn̄ nec ꝑ ipis est
petendum · qr sepe mentem retrahunt a bono ꝛ hōiez impediunt a salute consequenda
Ex hiis ꝯmoriū via vi̅ aliquali posse iustificari ꝯntū ad illa que malū possunt
habē euentū vz vt illa decimale nō petant̄ quibus homo pt̄ bene ꝛ male
vti · s; ꝗ homo nō petit decīale que nō pnt male possideri · ꝛ quibꝫ quis
nō pt̄ male vti nē vi̅ ingnꝫ · ꝛ hꝫ sunt quibus btificam̄ et quibus ad btitudinē
adiuuam̄ · que scī absolute petiuerint · sic ostende nob faciez tuā et salui erimꝰ
ꝛ adiutoriū dnīm in obseruan mandatoꝝ ꝛ auxiliū dnīm in ꝑstacōne necīoꝝ
sed in orōne dnīca oramꝰ pro pane quottidiano et ꝑ amotōn nocumoꝝ sicut
ne homo cadat in tentacōz ꝛ alioꝝ que nobꝭ pnt esse ruine occasio vn̄
et hꝫ orado sit decentiū homo in pt̄ scire ꝗ pdictū decet ꝛ petentem et
dante nō aut̄ in dubijs · qr pro illis petendum est sub condicōne si nō ob-
stant saluti nr̄e ꝛ alia nob necīa ꝑ salute absolute sunt petenda nē in illis
decimale est insistendū in petendo aliquid ꝗd videt̄ vtile ad salutē cuiꝰ
appositū vel ꝯrium etiā possit esse vtile sicut in orōne petit̄ · Et ne nos
inducas in tentacōz · ꝛ paulus · qui mediū in tentacōz petiuit ab ipa absolui
nec exauditus fuit · in talibus g° committe deo et pete ab eo vt tibi det
quod tibi prosit ad salutē · quia ipe scit quid tibi valet · sicuti medicꝰ
melius scit quid egroto conueniat qꝫ egrotus Aliorū est dicentiū nō esse
orandum ꝑ tpalibus · opiō nō vi̅ conuenien · qr salomō petebat tempalia
pu͂ xxx v · tribue victui meo necīa tm̄ · et orado dnīca dicitur orare
ꝑ pane quottidiano · et ecclia orat et petit ꝑ tpalibus · ꝛ btūs Augꝰ dicit

li ad proba de orando dicitur. hec licz orare qd licz desiderare et q temporalia possum[us]
licite desiderare vz ad sustentacionem nostram pro ipsis possumus petere et orare
vnde et btus Aug[ustinus] subiungit ibidem p sufficienciam vite non indecenter vult si
quis vult temporalia [illegible] quia et sunt quedam adminicula ad merendum beatitudinem
possunt peti et inquantum nobis subseruiunt in actibus virtutum vt ph[ilosoph]us dicit 10
ethicorum. Nec tamen [illegible] prohibet orare p temporalibus simpliciter sed primo. Vnde sicut
temporalia non sunt primo et principaliter appetenda sed secundario ita nec petenda nisi secundario.
Propterea nec totalis sollicitudo intendat circa temporalia sed superflua que repugnat
spirituali sollicitudini i. sollicitudini salutis et quia hoc plerumque contingit quod homo
minus sollicitatur p temporalibus. ita quod de spiritualibus paruam curam habet vel
nullam. Ideo [illegible] prohibuit non omnem sed superfluam. Vnde et misericors deus se-
pe homines affligit temporalia auferendo in quibus nimis sunt occupati ut
cognoscant deum in tempore tribulacionis quem in tempore prosperitatis minime cognouerunt. Vnde
et diuites et qui prosperantur in rebus mundanis et honoribus si orant deum te-
pide et distracte [illegible] ipsum orant quia cor ipsorum magis est circa temporalia
que amat occupatum in tribulacione vero magis deuote et magis feruenter orant
ad deum [illegible] In tribulacione mea inuocaui dominum et exaudiuit de templo
sancto suo vocem meam. Vnde et Cris[ostomus] super illo verbo dominus exaudiuit me [illegible]
ad eum dicit sine intermissione sit homo petens [illegible] necessaria non du-
bitet. querere non negligat pulsare non cesset. vbi constet nemini sperni nisi q
petere dubitauerit aut dominum querere neglexerit vel pulsare cessauerit. Non est
ergo duricia dei non prestantis sed culpa hominis petere negligentis que sunt necessaria
ad salutem. Patet ergo [illegible] orationis et illorum que in oratione sunt petenda

Vlterius ad videndum quibus indulti sunt directe oratio non esse orandum pro aliis et si p
aliis est orandum vel pro inimicis non est aliquid postulandum. Sciendum est pro [illegible]
quod si oratur pro aliis aut sunt in gratia aut extra. Si sunt in gratia non indigent. Si extra
nichil eos iuuat preces aliorum. Preterea dicit [illegible] gaudeant [illegible] dominum p
dicentes erubescant et confundantur [illegible] inimici mei [illegible] et erubescant
valde velociter. Et quia sic dicit apostolus ad Ro. xv. Quecumque scripta sunt ad
nostram doctrinam scripta sunt. Ideo videtur quod non sit orandum pro inimicis. Preterea quia
hominibus sepe licite repugnant inimicos quod non decet si pro ipsis est orandum.
Sed contra est [illegible] ad [illegible] quia sic homo ex caritatis precepto tenetur
diligere proximum ita et orare pro ipso. Quia pro eisdem tenemur orare quibus bona
tenemur desiderare. Sed pro primo tenemur bona desiderare ergo et pro ipso orare.
Sed [illegible] necessitas cogit pro alio caritas
Cris[ostomus] super [illegible] dicit pro se orare necessitas cogit pro alio cari-
tas fraternitatis hortatur. Vnde et btus Jacobus in canonica sua v. ca. dicit Ora-
te pro inuicem vt saluemini. Dulcior enim est ante deum oratio non quam necessitas
transmittit sed quam caritas fraternitatis commendat. Orandum ergo est non solum pro se
sed eciam pro aliis et non solum pro amicis verum pro inimicis sicut saluator docuit
discipulos suos dicens Orate pro calumpniantibus et persequentibus vos. Math. v. Vnde
sicut tenemur diligere inimicos ita tenemur orare pro eis. Nos autem tenemur diligere
in eis naturam non culpam. et eis fauere gratiam non supplicium. Inimicos enim diligere
in generali est necessitatis quia cadit sub precepto caritatis. quia eius obseruancia
precepti in generali oratione non potest excludi. quia talis exclusio oritur ex rancore in-
vidia vel vindicta. tenemur ergo pro ipsis orare in generali non autem in speciali
ex precepto nisi in casu in quo eis videmus necessariam promocione sui ad statum gratie
sicut inimicis tenemur subuenire in statu necessitatis corporalis. ita et in statu necessi-
tatis spiritualis. Item quod sine illa necessitate pro ipsis oramus est de necessitate pre-
cepti sed [illegible] preparacionem animi vt si veniat a nobis petere inimicus necesse est indul-
gere, perfectionis autem est ut pro ipsis specialiter oremus eos ipsos non credimus
in aliquo necessitatis puncto existere. Ad motiuum autem prime opinionis qui dicebatur
quod essent in gratia non indigent orationibus nostris. si extra nichil eos iuuaret.
quia Jere[mias] vii dicitur Tu ergo noli orare pro populo hoc et non obsistas mihi quia non
exaudiam te. Dicendum quod pro iustis et peccatoribus est orandum. Pro iustis ut perse-
uerent pro peccatoribus ut conuertantur et tunc eis gratiam tribuat. quia eis non datur
gratia nisi conuertantur. Vnde dicebat noli orare pro populo hoc. intelligens quod dum ma-
neat in peccatis suis vel conuerti non curat. quia non exaudiam te. Sed de orando

pecc. ut quitantur et eis gratia qui liberatur. Si dicatur si sunt predestinati dampnari non prodest si presciti salvari non prodest quid ergo valent orationes. Respondetur secundum beatum Augustinum de correctione et gratia quod nulli denegandum orationis suffragium quia non possumus distinguere de presenti inter reprobos et predestinatos. nec predestinatio aut prescientia obstant efficacie orationis ymmo predestinata sepe eciam precibus adiuvantur prout dicit beatus Gregorius in dyalogo optime nequaquam prodest que predestinata non sunt [illegible] sed ea que sancti viri orando efficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineantur. Unde et pro multis est orandum triplici ratione. Primo quia multorum preces facilius exaudiuntur. Juxta quod dicit glossa super illo ad Romanos xv. Adiuvetis me orationibus vestris. Sic dicens rogat apostolus minores pro se orare. Multe enim minime orationes dum congregantur unanimes fiunt magne et multorum preces facilius exaudiuntur. unde circa finem collecte in festo omnium sanctorum in qua dicitur multiplicatis intercessoribus largiaris. Secundo ut ex multis beneficiis multiplicata gratiarum actio deo referatur que est reddunt in multorum utilitatem. Tercio ut inferiores non superbiant dum vident se minorum suffragio indigere et iuvari. Pari modo pro peccatoribus est orandum ut convertantur ut quis sic gratiam liberatur et ut accepta gratiam in ea permaneat. [illegible] eciam advertendum quod non solum est orandum pro vivis sed et pro mortuis.

Utrique enim tam qui hodie sive vivi sive mortui adiuvantur orationibus xiii q. ii. Non estimemus et c. sic et in illud ii mach. xii. Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvatur. Et non solum istud est orando sed operibus ut orationibus iuvent. [illegible] oportunum ut iuvetur elemosinis et aliis operibus pietatis. Ad quod est faciendum movent nos quatuor scilicet pena qua puniuntur benivolencia qua digni sunt indigencia qua opprimuntur confidencia qua recompensati dicuntur. Primo pena qua puniuntur quia ipsa est valde magna. Excedit enim omnem penam sensibilem huius vite unde et homo maxime compati eis debet et pro ipsis pietatis remedia ministrare et certe vix est possibile si homo credet tam magnam penam purgandorum nisi cor sugget durum. Sed defectus fidei vix potest talem et tam vehementem penam mine credunt in eis remittit suffragia defunctorum. aut forte aliquis tam ignis purgantis [illegible] purgandorum. videmus eciam per experienciam quod questuarii hospitalium tot exponunt dolores miserorum tot recordantur claudorum et paliticorum quam infernali igne perussorum quod [illegible] non pe[illegible] quin caritatis subsidia subministrent. Quid ergo posset de esse ad abesse quin suarent si crederent tam vehementem penam et inexplicabilem purgandorum nisi possent eis orationibus et elemosinis aut aliis pietatis actibus subvenire. Est enim racionale ut magis indigenti ceteris paribus magis subveniatur. Secundo ad hoc eos movere debet benivolencia qua digni sunt. Eo enim sicut in purgatorio constat quod a deo diliguntur et pro electis et inter electos erunt finaliter computati. Unde et eis exemplum est subveniendum quo magis et oportunius iuvari prodest. De hiis quidem vivunt nescitur an amore vel odio digni sunt. De purgandis autem scitur quod finaliter beatitudinem eternam possidebunt. Tercio ad hoc movere debet indigencia qua opprimuntur quia ipsi in nullo possunt iuvare quia nec a nobis possunt mediante orationes aut alia opera pietatis sicut in hoc seculo existentes nec eciam seipsos iuvare possunt operibus propriis aut precibus propriis nec valenti prosunt sicut paruerunt in hoc seculo existentes nec possunt agere qualitercumque. Sed sunt totaliter delicti dei nunc et hominum pietati Maxime ergo compaciendum est eis et maxime ab attinentibus familiaribus et amicis. Quarto ad hoc movere debet confidencia qua recompensati dicuntur. Igitur et dicunt credimus quia isti spiritus qui modo tam miserabiliter in purgatorio patiuntur purgantur et cruciantur cum liberati fuerint et ipsi interpellent pro hiis qui eis liberacionis suffragium prestiterunt. Quia et ipsi tunc heredes regni et inter filios dei computantur. Et de eis est speciale gaudium sicut de filio prodigo qui perierat et mortuus fuit unde et orationibus propriorum sunt magis accepte sicut domini Card qui sunt in legacionibus et diu a domino papa sunt absentes cum veniunt in suis peticionibus maxime primis et nomine pape exaudiuntur. Et ideo si modo iuvamus in purgatorio existentes non est dubium quin efficaciter recompensabunt. Et ideo dicit in auctoritate allegata supra quod sancta et salubris est cogitacio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur. Et certe hii isti heredes regni dei sunt secundum spem iustificati per gratiam ut dicitur ad Titum iii per quos purgati intelliguntur bene possunt conqueri. Iudicium de falsis executoribus de prius clericis de ingratis heredibus. Isti enim tres contra se [illegible] sunt divinas monicionis. Mali enim executores extendunt insidias contra monetas

dum legata diminuunt et defalcant dandi tempus differunt et prolongant sine usuris aliis legata
applicant et usurpant et permittunt miseros incarceratos sponte eiulare et clamare de purgatorio
dum ipsi cantant et tripudiant in gaudio. Unde potest esse planctus defunctorum illud Ysaie xxviii
posuimus mendacium spem nostram et de Tren. iii periit spes mea et finis meus. Secundo
possunt conqueri isti tribulati in purgatorio de prelatis clericis qui defunctos defrau-
dant debitis orationibus ipsorum abutuntur legatis et oblacionibus unde male fa-
ciunt se indignos divinis et sacerdotum exaudicionibus quia peccatores deus
non exaudit Jo. ix. Sed si quis dei cultor est et eius voluntatem facit hunc exaudit.
Unde et isti possunt dicere illud Ysaie xx. Hec erat spes nostra ad quos confugimus
in auxilium ut liberarent nos. Tertio possunt conqueri de malis heredibus qui bona per
defunctorum labores et tedia acquisita iam occupant in iocunditate tradentes eos
oblivioni quorum subintraverunt labores et panem dulcem sine labore manducaverunt
ac si nunquam eos cognovissent quorum bona talia delicata alii expendunt in luxuriis
mutuant per usuras expendunt in hastiludiis exponunt in taxillis et aliis inlicitis
modis et viis illicitis bona suorum parentum tanto labore conquisita expendunt
et consumunt vix peciam integri panis in ebdomada pauperibus exhibentes. Unde
de istis defunctis sic desolatis et afflictis potest exponi illud Zacharie ix. Dolebit
Acharon nimis quoniam confusa est spes eius. Acharon que interpretatur tribulata significat
animas in purgatorio existentes. Horum spes quam de amicis et consanguineis habuerunt
confusa est quod non de viro iusto dicitur Beatus vir cuius est nomen domini spes eius
nec speravit in pecunie thezauris quos per multos annos relinquet post mortem
dispensandas. Conclusive ergo dico quod omnino est orandum quia disposuit ab eterno nobis
et precibus preordinavit bona obtineri et etiam temporalia pro peccatis et certa pro certis personis
tam vivis quam defunctis ordinat enim fructum pro meritis si valde boni sunt gra-
tiarum actiones sunt. si valde mali sunt consolationes vivorum tantum sunt. Si mediocri-
ter boni sunt expiationes sunt. si mediocriter mali sunt propiciationes sunt de celo ...

Tercio quantum ad orandi modum est advertendum. Nam quidam dixerunt // Matthei
non esse orandum vocaliter sed mentaliter tantum quia homo melius loquitur et elevatur
in deum per mentalem orationem quam per vocalem strepitum verborum. Item dicunt quod oratio sit
ad innotescendum deo necessitatem nostram. Sed hoc non oportet quia ipse scit. Sed istud
ecclesia non approbat. Propheta enim dicebat voce mea ad dominum clamavi. Unde est advertendum
quod duplex est oratio scilicet communis et singularis. Communis est que per ministros ecclesie
deo offertur et talis debet esse vocalis ut possit innotescere
in persona fidelis populi deo offertur et ideo rationabiliter est institutum ut ministri
toti populo per quo offertur alta voce pronuncient ut ad singulorum possit noticiam perve-
nire. Alia vero oratio singularis persone que offertur pro se aut aliis sine inter-
missione. ... vox sepe adiungitur triplici ratione
non oportet esse vocalem ... sed ad excitationem interioris devotionis ... per vocem distrahitur
scilicet ad excitationem interioris devotionis unde si ... ad probandum orando deum ... et
abstinendum a voce ... ad augendum secundum desiderium nostrum ... actus exterius ... vel
aliis signis ad augendum ... debiti. Ut si homo deo serviat secundum
adiungitur vocalis oratio quasi ad redditionem debiti. Ut si homo deo serviat secundum
totum posse suum quod ex deo habet et quod non solum mente sed etiam voce
utrumque posse offert. Tertio adiungit ex quadam redundancia ab anima in corpus
ex vehementi affectione orandi et supplicandi deo secundum illud psalmi. Letatum est cor
meum et exultavit lingua mea. Et sic patet responsio ad aliorum motivum quod vocalis
oratio privata non est necessaria vocalis nisi homo magis incitaretur per vocem ad de-
votionem. Sed tamen communis oratio que pro populo toto ad deum funditur que nec est necessario vo-
calis ad innotescendum tamen potest causas predictas.

Ulterius est sciendum quod est necesse ut oratio sit attenta. Et dico hic attenta id est devota
quia homo indevotus parum attendit et si parum attendit parum obtinet vel
impetrat. Expedit ergo homini circa orationem esse attentum vel habitu vel actu
ut dicit propterea quia sed viri qui parantur evagatorum ... secundum illud psalmi. Cor me-
um dereliquit me. Unde non est de necessitate salutis ut homo semper actualiter attendat
ad singula verba sed sufficit quod intentio habitualis feratur circa quodlibet verbum
vocale aut habitualem attentionem ex qua primo incipit orare ubi intentionem habuit
in confuso et in habitu quod in singulis verbis velle deo complacere. Et sic illa
intentio in ipso semper manet nisi contrario actu interrumpatur vel saltem alio actu
culpabili desinat placere deo. Canonicales enim litterati et laici dicentes pater noster
nec sciunt quid verba significant sufficienter orando sine actuali attentione ad

singula verba que non intelligunt sed attendunt ad verba qualiter et ingressus per que singula
credunt laudare deum et placere deo. Ad necessitatem ergo oracionis quod sit meritoria
sufficit quod incipiatur gracia laudandi deum vel complacendi et quod in eadem intencione
perseveret. que intencio si non assit oraciones sunt inefficaces et non meritorie et
illud est de necessitate oracionis ut debitum persolvatur videlicet ut homo satisfaciat orando
deum vel laudando ad quam oracionem de necessitate salutis obligatur. Alia vero
est necessitas que non est obligacionis sed impetracionis et in hac attencio vel
devocio sunt necessaria quia sine ipsis nichil impetratur. Unde et beatus Augustinus in regula
docens fratres orare dixit hoc versetur in corde quod profertur in ore quia alias
oracione nichil impetratur. quia vagabunda mens deum non attingit nec
oracionis sagitta volat in celum que a vaga mente procedit. Exemplum de hoc
habemus per experienciam videmus enim quod sagittarius volens metam attingere
ut rectius et directius sagitta dirigatur ad ipsam claudit unum oculum quia
duabus visionibus ad eundem finem tam recte non posset tendere sicut una immo uno
quiescente sensu alius vigoratur et fortius tendit in actum suum. patet in recubus
qui sepe sunt maioris industrie quam videntes. quia magis habent de impedimento
quam videntes ex eo quod non distrahuntur visibilibus. Unde et in metro dicitur
pluribus intentus minor est ad singula sensus. Pari modo est spiritualiter quod ille qui inten-
dit orare sagittam sue oracionis dirigit ad finem valde distinctam. oculi vero
spirituales sunt affectiones anime. Unde ad hoc ut sagitta debite dirigatur requiritur
ut affectio a terrenis desideriis claudatur. ut oracionis affectu eo liberius in
deum tendat. Sicut enim in oracione nulla est devocio. oracio ad deum non ascendit
aut pertingit. Unde nec deum placabit assensum aut obtinebit intentum
Unde et beatus Bernhardus dicit in sermone. loquitur in deus magis et ego psalmos dico
illi nec tamen eo dico psalmum attendo cuius sit psalmus. Item do ego deo magnam in-
iuriam facio deprecor enim ut precem meam exaudiat quam ego qui fundo ea
non audio. deprecor illum ut in me intendat ego vero nec illi nec mihi intendo
sed quod deterius est immunda et inutilia in corde meo versantur et fetorem horribi-
lem aspectibus eius ingero Concludit ergo quod in devota oracione cor debet ad
deum elevari et preparari et devotas oraciones et cogitaciones debet cor preparari
iuxta dictum prophete dicentis paratum cor meum deus paratum cor meum exurga
prophetam dicam unde et oracio dicitur primus gradus affectus in deum procedens ad esse.
prophetam dicam unde et oracio dicitur non mediocriter dicit quod non verbis tantum sed corde orandum
dicit i. q. vii. et ibidem capitulo non mediocriter dicit quod ad quolibet verbo oracionis debet esse concors sensus
est deus et capitulo magis dicit quod non quolibet verbo oracionis debet esse concors sensus
cogitacionibus Et distinctione xxxviii in capitulo sedulo quod oracionis voces ad aures dei non
dirigunt nisi eas animus afferat et capitulo mediocriter ubi dicitur quod melior est quinque
psalmorum decantacio cum devocione quam tocius psalterii modulacio cum anxietate
Unde psalmus dicit de profundis clamavi ad te domine domine exaudi vocem meam. De
profundis dicit scilicet de intimis et devotis cordis sui meditacionibus attencionibus
et cogitacionibus Tales enim meretur exaudiri. Et frater Johannes de sum. bo. nichil
prodest strepitus labiorum ubi cor est mutum. sicut enim vox sine modulacione est quasi
vox porcorum sic oracio sine devocione est quasi mugitus bovum Et ibidem dicit Ysidorus
quod oracio cordis est non labiorum Neque enim verba deprecantis deus intendit. sed
orantis cor aspicit. Unde et melius est cum silencio orare corde sine sono vocis
quam solis verbis sine mentis intuitu. ¶ recta ut non fiat ad laudem humanam sicut
Ulterius est sciendum quod oracio debet esse faciebant ypocrite qui in plateis et in an-
gulis platearum stabant orantes. ut ab hominibus viderentur. Hoc est ad
vanitatem orare et ad laudem et pro laude humana et non pro laude divina. et ista
laus ista oracio non est recta sed est obliqua. obliqua enim linea cum eius pars
est ducitur et incurvatur sic et pars principalis oracionis est cordis intencio que
cum est ducitur per vanitatem non est recta oracio sed obliqua Unde et Christus ad fu-
giendum hanc obliquitatem docuit orare in cubiculo et in abscondito ubi non
queritur laus humana. Unde et de conse. dist. i. c. qui stamus ad oracionem fratres
dilectissimi invigilare et incumbere debemus ad preces toto corde ut cogitacio omnis
carnalis et secularis abscedat. Nec quidquam tunc animus quam illud solum tunc cogitet
quod precatur et cetera. Et tunc est recta oracio quando nichil aliud cogitatur in mente
quam precatur. sed si intencio habeat vanitas et laus humana procul dubio oracio non est recta

Unde Augustinus in libro de ... de orando dicit quod magis deus vincitur ad audiendum et ad ad-
iuvandum flectitur quam cum orantis animus ad eum cum tota devotione convertitur. Quod enim
possit dici oratio recta cum petitur a deo tamquam in oratione dominica: Dimitte nobis
debita nostra et nos nostris debitoribus volumus ... Que possunt recta cum petimus
salutem nostram et summum premium salutis nostre. Unde et beatus Gregorius dicit in Registro ut
ad aures dei precibus viam faciat vigilanciusque studendum est ut vocis actibus
adiungamus. Nam inanis fit oratio ubi prava est actio. Patet ergo quod ad istam orationem
requiritur duplex conformitas: una ut hoc interius concipiatur in corde quod exterius
simulatur in voce, quia dum orans apparet exterius et reputatur deum laudans
et pro laude querit propriam, iam aliud in corde quam ostendit foras, quia in corde in-
tendit laudem propriam, exterius voce ostendit laudem dei. Et talis oratio non est recta.
Secundo requiritur conformitas rei quam petit et rei quam agitur, ut scilicet nullus oret voce
salutem et agat ad dampnationem. Unde et beatus Augustinus dicit in sermone: quia fronte po-
stulas quod promisit deus si non facias quod iussit deus? Primus audi mandata
et sic exige promissiones. Tales enim sunt de quibus loquitur beatus Bernhardus super Cantica:
In hec verba miror valde impudenciam aliquorum qui cum nos sciunt qui ad omnes
sunt nos sua singularitate turbaverint, sua impacientia irritaverint, audent nichilominus
ad eam [illegible] consciencie [illegible] orationem instanter totiens putant demum
invitare. Obstruenda sunt ergo ... verbis petimus nobis dari, quia alias qui
petit non accipit, qui pulsat non intrabit. | Tercio ut devote oret et mente

Ulterius est advertendum quod licet deus det aliquando | attendat quod orat quod licet prius
ad placandum dominum offensum orat aut laudandum, quod licet ardentes suas preces in-
tencione ad deum dirigat et ab omni culpa mortali se custodiat, ipse tamen non exauditur
continue nisi petendo institerit et petendo pulsaverit et pulsando continuaverit,
quia primus deus vult mentes hominum ad se converti totaliter non per tempora et horas [illegible]
in quibus nonnulli tamen orare consueverunt. Ut ergo probet mentes hominum ut eos ma-
gis in petendo fortificet, petita continue non concedit sed differt ut mens in-
ima cognoscat quam aperte dominum totis viribus querere, et ab ipso quod expedit conti-
nue postulare. Si enim deus statim exaudiret supplicantem, statim adepto quod petit
que reddet ad prima et forsitan sine mora [illegible] tunc accepta voles ergo
primus deus hominem ad se trahere continue tamen repentine enim non exaudit
nec concedit postulata ut eo melius et quemadmodum addiscat continue et sine inter-
missione postulare. Unde enim plures [illegible] leopardo [illegible] magister de natura re-
rum [illegible] salmose et si non ... saltu non apprehendit indignatus tur-
batur et desinit insequi quod comprehendere nitebatur. Sic sunt nonnulli qui
dum statim non obtinent quod postulant desinunt postulare. Contra tales non
accipiunt quod postulant. Unde apostolus docuit sine intermissione esse orandum ad Thess.
ius ad finem obtinende petitionis. Non enim semper orare licet de necessitate salutis
sed de necessitate impetracionis ut continue et sine intermissione oretur. Et hoc sic
est intelligendum non quod homo sine omni intercepcione temporis semper oret, quia non est possibile
ad hominem dormire et comedere oporteat et etiam aliis operibus bonis esse intentum,
nec expedit diutius orare quam pro tempore devotionis et fervoris desiderii, quando
enim hec reposcunt, cessare ab oratione tunc expedit. Quia David [illegible]
Unde et beatus Augustinus scribens ad Probam dicit fratres in Egypto crebras habere orationes
sed brevissimas et raptim quasi orare solent. Unde sic non est statim vel de facili
cessandum ad fervor devotionis affuit sic non diucius [illegible] ad evane-
scit. Sed sic sine intermissione est orandum ne homo proponat deinceps de certo non ro-
gare vel orare. Unde ex hoc proponi debitum aperte sed orare et non desistere de-
facere intelligo illum qui proponit amplius non orare. Sed qui pro necessitate nature
aut honeste occupationis orare desinit, pro tempore non deficit, quia nondum est
superatus vel victus opposita voluntate. Unde sine intermissione orat qui devo-
ta voluntate orare incipit et illa voluntate non desistit quamdiu in eo est
et necessitas alia non occurrit semper ad actum orandi redire proponit dum fa-
cultas affuit. Item ut expositores alii ut sine intermissione dicatur orare
qui in oratione diutius perseverat ad differentiam illorum orancium que sine ... devotione
incipiunt et desinunt iam incepta. Unde et propterea perseveravit in oratione pernocta-
do. Quidam enim dicunt unum vel duo et statim cessant, nec sapit eis oratio
ad devotionem. Quidam etiam orant tempore necessitatis et afflictionis, qua cessante dominum

non cognoscunt. nec orant aut etiam ecclesiam frequentant et ab omni devocione statim cessant
quibus dicitur quod oportet semper orare et non deficere. hoc est orare simpliciter non postponere
Edificatorem enim qui diebus continuis edificat sine intermissione edificare dicitur. et
tamen nec de nocte aut hora prandii edificat. sed dicitur continue edificare quia omni opor-
tuno tempore edificat et pro illo tempore non deficit aut edificare postponit. Doctrina
eciam ipsa oportet orare et non deficere eciam est contra illos qui cum incipi-
unt statim oracionem dimittunt nec perficiunt oracionem iam inceptam. Multi enim sunt ita
vagi tam inconstantes et tam instabiles quod eciam unum pater noster perficere nequeunt inchoatum
Et si perficiunt psalmum inceptum cor eorum longe est ab oracione quibus dicitur quod
oportet orare et non deficere verbo aut attencione devota nisi oracio sit completa
et perfecta Non est enim res que tantum laboris habet homini indevoto sicut oracio. Unde
et ille humani generis hostis malignus specialiter precipue orantes temptare consuevit
Et sicut orantem expedit non deficere quousque perficiat sic et demon numquam deficit
aut desistit a temptacione eciam usque ad finem. In vitis patrum legitur de abbate
Agathon quod fratres ab ipso quesierunt que virtus in conversacione plus laboris haberet et dixit
eis. puto non esse aliquem laborem talem sicut orare deum. quia dum homo deum orare
voluerit semper inimici demones festinant incidere oracionem eius scientes quod ex nulla
re tantum debilitatur virtus ipsorum impugnandi sicut in oracione. Unde Christus docuit apostolos
orare inquiens ne intretis in temptacionem. Siquidem omne aliud laborem quem homo habet
in conversacione spirituali continuus instant et tollerant agat possidet non aliquam requiem
oracio vero usque ad ultimam exalacionem spiritus habet magni certaminis est ergo orandum
ferventer et instanter et non deficere donec oracio sit perfecta et completa. Et si ad
tempus operi virtuoso intenditur ad oracionem est continue recurrendum nec ab oracione
discedit qui operi bono pro tempore necessitatis aut caritatis intendit unde et beatus Augustinus
dicit. Non cessat orare qui non cessat bene facere. Felix ergo est qui sic orat
ut cor suum clamet lingwa clamet et manus operetur. Hec est enim celestis armonia
Narratur enim de abbate lucio quod cum venisset ad quosdam fratres interrogavit eos
quod esset opus manuum ipsorum. Et illi dixerunt quod non contingerent opus manuum
sed continue orarent. iuxta dictum apostoli qui dicit sine intermissione est orandum
et victum suum questu quererent. Quibus dixit senex Non manducatis. Illi autem respon-
derunt. Et dixit Cum ergo orat pro vobis qui manducatis aut qui dormitis nec po-
terant ei respondere. Et dixit eis Ignoscite non fratres sic dixistis. Ego autem osten-
do vobis quod operans manibus sine oracione. sedeo enim infundens paucas palmulas et facio
ex eis plectam et dico miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam et cetera Et dixit
eis oracio est an non. Et dixerunt eciam. At ille dixit Quando permansero tota die la-
borans et orans facio plus minus xvi nummos et pono ex eis ad hostium celle
duos pro pauperibus et residuos duos manduco. Et qui illos duos accipit pro me
orat tempore quo ego dormio vel manduco. Et ita per graciam dei per me impletur
quod scriptum est oportet sine intermissione orare. Non ergo abstinendum est ab omni
opere propter oracionis instanciam. nec ab omni oracione propter operis congruenciam. Certe
si omni homini necesse est orare multoque prelatis parte xxxvi dis. Si quis vult
parte i q i ipso parte xxxi dis. Si laycus. Et multo magis domini Cardinales quod plus aliis
ad orandum obligantur qui aliorum clericis vivunt [illegible] q i Cum ergo. Et illi amplius
obligantur qui laucius et copiosius ipsis vivunt et cetera quiecius sicut faciunt domini cardinales
quibus copiose de clericis ipsis providetur unde et ipsi maxime ad orandum pro hiis
quorum clericis reficiuntur orare tenentur. Et quia ipsis de clericis providetur tam copio-
sius quo singularius pre aliis prelatis ecclesie pro bono statu universalis ecclesie tenentur inten-
dere eo singulariter pro bono statu ecclesie tenentur orare. Unde et beatus Jeronimus scribens
super leviticum dicit Si quis vult pontifex esse non tam vocabulo quam merito imitetur
moysen xxxvi dis. Si quis vult. Et in eodem capitulo dicit moyses ad bella non vadit
non pugnat contra inimicos sed quid facit orat et donec orat vincit populus
eius. Si relaxaverit et dimiserit manus populus eius vincitur et fugatur. Oret
ergo sacerdos ecclesie indesinenter ut vincat populus qui sub ipso est. populus autem universalis
ecclesie sub Cardinali est quia et universalis ecclesie curam habet consulendo salubria pacis
fiat et quieta pari modo sic ipsi pro populo orare debent ita et populus et clerus
pro ipsis debet orare. Quia sicut pro domino papa ab omnibus est orandum quia salus universalis
ecclesie dependet ab ipso potestative dis. xl. Si papa Ita et pro dominis Cardinalibus est universaliter
orandum a quibus eciam salus eius dependet consultative Et istud eciam continetur in

hominibus assignatur in almania ut populus amoneatur orare pro ipsorum bono statu
Reuerendi licet omnis clerus orare teneatur presertim horas canonicas pro ecclesiarum utili-
tatibus. maxime tamen domini card. expedit orare non solum communes orationes canoni-
cas. verumtamen singulares et priuatas. quia cardinales non sunt perfectiores christo am-
bulante in terris. qui erat deus verus et homo comprehensor et viator quem
peccatum non fecit nec a ratione potuit deuiare / et constat quod christus orauit in
electione apostolorum in mansione incolarum orauit pro sua glorificatione pro suorum con-
firmatione pro sue infirmitatis recognitione In electione apostolorum patet luce vi°. ubi
dicitur. quod christus exiit in montem orare. et erat pernoctans in oratione. et cum
dies factus esset vocauit discipulos suos et elegit eos xii apostolos. patet etiam
de apostolis actuum primo capitulo in electione beati mathie apostoli. Certe domini cardinales
habent eligere et papam et cardinales ac episcopos quorum quoque eligendo in oratione
et si non pernoctando saltem deuota mente esse instant orando. quia episcopo quo-
sunt electores succedunt apostolorum loco ¶ Cristus etiam orauit in mansione incolarum
patet ibidem luce vi. quod curauit manum aridam quod iudei colloquebantur
ad inuicem quid non facerent de ihesu. ipse exiit orare in montem ad designandum
quod tempore incursus et persecutionis refugium ad ipsum debeamus habere. Quot enim
pericula et persecutiones tyrannorum patitur sancta mater ecclesia tam in capite quam in membris
quottidianis docet euentus. quare et domini card. qui sunt principales columpne eccle-
siam suis deuotis orationibus iuuare debent sedule et instanter / Christus etiam
orauit pro sua glorificatione patet Io. xvii. pater clarifica filium tuum ut filius
tuus clarificet te. Pari modo et domini card. deberent orare deum ut ipsos ut ipsos
per vitam mundam et immaculatam ab omni liberet et preseruet infamia verecundia et
rubore. et quod eorum nomen et famam glorificet et clarificet in toto orbe non ad
vanitatem sed ad emendationis exemplum et ecclesie sancte profectum. quia eorum infa-
mia totius ecclesie ruina esset. Christus etiam orauit pro suorum confirmatione patet
ibidem ubi dixit. pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti michi. Sic
et domini card. orare debent pro omnibus christi fidelibus quorum curam aliquo
modo receperunt ut deus eos preseruet a malo et confirmet ad laudem et gloriam
suam. Christus etiam orauit pro sue infirmitatis recognitione luce xxii scribitur Et
factus in agonia prolixius orabat non ut sibi hoc necesse esset quia dixit an pu-
tas quia non possum rogare patrem meum et exhibebit michi plus quam xii legiones
angelorum mathei xxvi. sed voluit innotescere quod in periculis ad deum recurrendum est. Unde
nec de virtute propria presumendum. Pari modo domini card. debent recognoscere imperfectionem
et infirmitatem suam. quod ipsi sunt homines sicut et ceteri homines. et si eos temptari contin-
gat vel in adversitatibus vel carnis illecebris aut inerentibus cogitationibus et affec-
tionibus recurrant ad deum nec credant / aut de sua virtute presumant resiste-
re. aut cum ceciderint resurgendi habere se omnimodam potestatem

Nunc ultimo est videndum quod locus orationis publice que fit pro populo. sicut sunt misse
et hore canonice potest et debet in ecclesia dici vel decantari. quia domus mea
domus orationis vocabitur mathei xxi. unde et in psalmo dicitur suscepimus deus misericordiam tuam
in medio templi tui. et apostolus petrus et iohannes ascenderunt in templum ad horam
orationis nonam. sicut habetur actuum iii° ¶ Consuetudo enim fuit iudeorum tribus horis
orare. sicut patet Dan. vi. scilicet tercia vi et nona. tercia quia illa hora data fuit lex moysi
sicut habetur exodi xix. et illa hora apostolis fuit datus spiritus sanctus. Item sexta
quia illa erectus est serpens in palo sicut christus in cruce mathei xxvii. Item nona
quia tunc egresse sunt aque de petra in deserto. et fit nobis sanguis et aqua
de latere christi Iohannis xix° ¶ Et quia tunc orandum non fuit nisi in templo quia Ioh.
iiii dicitur. vos dicitis quod ihierusalem oportet adorare. ideo templum ascenderunt in
templum ut adorarent. et hoc est ad faciendum orationem publicam et ab ecclesia
institutam. secus de priuatis orationibus que possunt dici in oratoriis priuatis aut etiam
hore sine solempnitate cantus nisi per episcopum dispensatum super eo. Unde ibidem Io.
iiii scribitur quod veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Unde
triplex templum describitur materiale et est ecclesia de qua dictum est. et templum
spirituale de quo dicit apostolus prima ad chorinthios iii ¶ Templum dei sanctum est quod estis
vos. Item templum celeste de quo dicitur in psalmo ¶ In templo eius omnes dicent
gloriam. orandum ergo est in templo materiali et publice quia ad hoc initiatur templum
¶ In templo spirituali priuatim et occulte. quia sicut docuit saluator in ewangelio. et
in templo superceleste a sanctis spiritibus pro nobis miseris peccatoribus &c.

Est etiam advertendum quod quia ubique sunt pericula et ubique auxilio dei indigemus in omni
loco dei auxilium est implorandum. Propter quod ad Thy. ii. volo viros orare in omni loco
levantes puras manus. Omnes enim creature dei in adiutorium facte sunt et in temptacionem
anime et in muscipulam. Quare in omni loco invocandus est deus et specialiter ubi pi-
culum aiē ut corporis videatur aut alias formidatur. In aliis vero ubi dila-
cionem capit oracio locus secretus est aptior et convenencior iuxta dictum Ysidori
de summo bo. dicentis: oracioni privatis locis oportunius funditur. Unde et salvator in-
docuit orare in privato dicens: tu autem cum oraveris intra cubiculum tuum et
clauso hostio ora patrem tuum. Mt vi. et ubi xiiii. dicitur quod Christus dimissa tur-
ba ascendit in montem solus orare. Et Mt. x. dicitur quod abiit in desertum locum ibique
orabat. Et luc. xxii. dicitur quod avulsus est ab eis quantum est iactus lapidis
et positis genibus orabat. Et sic ista sunt intelligenda de oracione privata que
non est necessitatis sed magis devocionis et perfectionis et gracie impetrande
contra enim loquendum de oracione publica que fit per ministros ecclesie pro salute populi
et a populo pro seipso quod tales oraciones sunt fiende publice in ecclesia maxime
diebus dominicis et festivis quibus christiani layci tenentur ecclesias frequentare. Un-
de et licet Christus sepe oraverit privatim non tamen dimisit quin et in templo cum aliis
oraciones faceret legis et statuti. Unde et ipse eiecit vendentes et ementes a tem-
plo et mensas nummulariorum subvertit dicens: domus mea domus oracionis est. Mt. xxi.
Nam Christus multum libenter intrabat templum. Luc. xx. erat quotidie docens
in templo. Et xxi. erat cunctis diebus docens in templo. Et in templo inventus
est a matre sua. Luc. ii. Et Cris. super illo verbo Mt. xxi. et intravit Ihesus
in templum dicit: proprium erat boni filii ut veniens primo ad domum patris curre-
ret. Tu autem imitator factus Christi intrans civitatem primum ante omnes actus ad
ecclesiam curras. Et glossa dicit: ingressus urbem primo templum adiit dans formam
religionis ut quocumque ibimus locum oracionis primum adeamus et per oraciones deo com-
mendati ad agenda negocia secedamus. Est ergo consultum et pium frequentandum
locus oracionis id est ecclesia vel capella etiam in privatis oracionibus dummodo hec sine a-
liorum scandalo possit observari quia si alii scandalizentur ex eo quod quis intrat
ecclesiam qui tamen intrare non intravit indicantes eum ypocritam aut hominem fictum esse
melius abstinere nisi occulte ipsam possit adire vel intrare vel etiam possit materiam
scandali amovere. Constat enim quod si mali et perversi aliqui scandalizantur de ali-
quorum devocione eos iudicantes fictos et falsos si tamen perseveraverint materia scan-
dali per se cedet et boni immo ipsi mali videntes aliorum devocionem quos malos
indicabant emendantur et corriguntur. Nec est de scandali perversione aliorum scan-
dalum ut boni operis exinde dimittatur. Semper ergo ubi potest commode obser-
vari intrandum est templum seu ecclesia vel capella quia maioris devocionis sunt
loca consecrata aut alias divino cultui deputata quam alia loca et orantes deprecan-
tes exaudiuntur sicut patet iii Reg. ix. ubi dicitur: Exaudivi oracionem tuam et deprecacionem
tuam quam deprecatus es coram me. Sanctificavi domum hanc quam edificasti etc.
Et sequitur: Et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Et ii Paralipomenon vii
dicitur: Oculi quoque mei erunt aperti et aures mee erecte ad oracionem eius qui
in loco isto oraverit. Et sequitur: Elegi et sanctificavi locum istum ut sit nomen meum
ibi in sempiternum. Etiam in locis sacris sunt vasa sacra vel forsitan benedictum
sacramentum eukaristie vel saltem sanctorum ymagines aut alia sanctitatis signa que ad de-
vocionem sunt incitativa provocativa et accensiva. Graviter ergo peccant qui tempore divinorum
stant et garrulant cum aliis aut de negociis tractant vel libros legunt in-
missam cum orare deberent aut cor ad mundana distractum habent. Oratorium
enim hoc sit quod dicitur nec ibidem quidquam aliud geratur aut condatur quam quod
divinis laudibus conveniat. Item in oratorio preter orandi et psallendi cultum
penitus nichil agatur ut nomen huic et opera iugiter impensa concordent. Dis.
xlii. oratorium et c. sequenti. Queritur consequenter nono et primo quod quia layci propter

In summa ergo et collective quasi negocia secularia divinis laudibus se in toto
dare non poterant, dati sunt alii ipsis et principibus redditus ministris ecclesie
ut in septeno officio vicem eorum suppleat. Et ideo ad horas canonicas non sunt
ex statu ecclesie sed etiam ex obligacione iusticie sunt obligati qui habent beneficia vel
quisque ordinare fecerunt ad titulum patrimonii loco beneficii. Secundo est advertendum
quod quia modus divini officii est varius patet quod non est idem modus ad quem
omnes obligentur. Et ideo qui ex aliqua causa racionali horas non dicat
secundum formam ecclesie sic propter defectum visus vel infirmitate aliam vel defectum libri

ex paupertate vel spolio vel furto nec per aliud tantundem habere. Et qui recompensat pro preces
vel alias orationes quantum potest quemcumque vel pro orationem divinam non peccat mortaliter.
Tercio notandum quod licet ut supra dixi attencio sit necessaria devotionis ordinate tamen ad beneficiatum
quod tenetur pro horas canonicas dicere ut premissi si verba orationis vel ore dicit
et alibi corde versatur non credo quod peccat mortaliter quia ex precepto ecclesie iste modus
orandi est statutus precepta autem iuris positivi non sumuntur nec extenduntur nisi
ad ea que sub humano iudicio cadere possunt et hec sunt actus exteriores et non interiores.

Ulterius est notandum quod si quis divinum officium cum aliis dicit si quia verba non
dicit sed quedam evadunt vocem eius ipsum reassumere debemus pro aliquem de illa communi-
tate illa verba dicantur quia omnes simul directe a fratres unum officium illud
debent integre et integraliter perficere quia sunt unum corpus complere intendunt et
sufficit quod per omnes simul compleatur. Et ex isto patet quod utile est orare in collegio
ubi est communitas clericorum quia si verba vel versus negligunt dicendo per aliquem de
communitate dicantur illa oratio est completa et [illegible] modus vel dicendi simul
horas aut faciendi officium consentit ecclesia que et horas et modum orandi instituit.

Ulterius est notandum quod si signo versum aut psalmum pretermittet aut lectorem vel
responsorium non [illegible] sed forte ex distractione proveniente casuali vel
ex confusione et acceleratione aliorum vel quia non intelligit legentem lectorem vel can-
tantem si sine turbatione aliorum subtrahere se non possit aut vocem suam melius est
hec pretermittere quam totam communitatem perturbare quia ecclesia non debeant nisi unum
modum et numerum psalmorum et lectionum in choro cantandi ab omnibus et dicendi.

Ulterius est notandum quod licet clericus beneficiatus tenetur ad horas canonicas
ex debito iusticie et ex debito statuti ecclesie non tamen credo quod totiens peccat
mortaliter quot horas omittit sed quia totum divinum officium unius diei est unum inte-
gratum ex diversis horis sicut ex suis partibus illud totum non plus mortaliter pec-
cat. Et uno precepto omnes hore precipiuntur et ipse transgressus vel aliquis ex ipsis
unum preceptum transgreditur et hoc tanto amplius transgreditur quanto plures horas
transgreditur unde plures pretermittens horas transgreditur plus peccat quia preceptum
pluribus omissionibus violat et transgreditur quam unam solam pretermittens sed non
peccato mortali non peccat in omissione cuiuslibet licet ex cuiuslibet omissione vel transgressione
peccat mortaliter quia qualibet et cuiuslibet hore omissione illud totum integrale ob-
mittitur et non perficitur seu completur et ideo unam horam non dicens illud totum
integrale septenarium violat sicut tres vel quatuor omittens unde et quilibet istorum
mortaliter peccat et unum peccatum mortale utique committit nec unus plura mortalia
committit quam alter forte dicetur si omittendo unam horam ita peccat mortaliter
sicut alius omittendo sex igitur omittendo unam horam ita peccat mortaliter
decetero alias non complendo quia [illegible] laborarem. Dico quod licet uterque unum peccatum
mortale committat nec unus plura committat quam alius tamen peccatum mortale unius est gravius
alio et gravius punietur pretermittens sex horas quam unam solam quia contra preceptum
ecclesie gravius delinquit et maiori contemptu delinquit vel quia ad mitigationem pe-
ne vel non obstante omissione unius alie compleantur. Iterum si in actu culpabili
quis secundum novam complacenciam ex nova deliberacione superveniente novum peccatum mortale
committit unde si quis peccat mortaliter et advertendo se peccasse mortaliter sibi placet
se peccasse mortaliter licet novum peccatum mortale committit quia in omissione cuiuslibet
hore cum deliberacione nova consentit unde si quis peccat mortaliter quotiens cum
nova deliberacione permanet in ipso novum peccatum mortale facit quia novam secundum volun-
tatem actus mortalis alius enim est voluntas actus quo quis vult peccare
mortaliter et quo quis vult peccatum mortale aggravare vel in ipso peccato mortali permanere.

Ulterius dico quod si aliquis horas pretermittat ex oblivione quia non recordatur quod
orare debeat sed oblivio illa ex licita occupacione processit credo quod non peccat
mortaliter sed tenetur supplere si de omissione postmodum recordatur vel equivalens dicere
prout vult dicere sanctus doctor. Et sepe verba tempori non congruunt sed forte si
eodem ordine dicantur referent ad tempus congruum illi hore sicut qui dicunt ma-
tutinas ad diem dicunt hymnos nocte surgentes et ecce iam noctis et quod post occasum
solis dicunt completorium te lucis ante terminum unde videtur quod quanto propinquius accedunt ad
restitucionem debiti quod plus expedit. Unde nec tenetur quis singulas horas dici me-
suratas secundum horologium dicere illas horas nominatas secundum tempus earum et sacerdoti per-
mittitur quod mane dicat horas usque ad vesperas inclusive ut patet de ecclesia nisi
ea propter et sic probitis concedetur propter opus rurale sic et aliis prelatis propter
alias occupaciones honestas videtur tamen qui sunt parati ad supplendum pro aliis

q̄d minime p̄mittant sicut sunt dn̄i Card q̄ hoīs a p̄ capellanos vt clericos co-
plere p̄nt et abstinare sicut eos volt ca. p̄sbiter

Ultimo e aduertendu q̄ ad or̄om tria requirunt̄ p̄m e ut animus acce-
dat ad dn̄m q̄ orat quod significat̄ noīe or̄onis q̄r or̄o est ascensus co-
mentis in deum de q̄ve dis. i. can̄ Sc̄o requirit̄ petic̄o que significatur noīe
postulac̄onis. siue petic̄o fiat determinate quam quidam vocant postulac̄om
siue indeterminate vt qui petit intimari a deo quam noīant supplicac̄om
siue solu factum narretur siue illud Jo. xj. Ecce q̄ amas infirmatur. quam
vocant insinuac̄om. Tercio requiritur rac̄o impetrandi quod petitur ⁊ hoc
vel ex parte dei cuius est sanctitas propter quam petimus exaudiri s̄m illud
dan̄ ix propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam. ⁊ hoc dicitur
obsecrac̄o. que est p̄ sacra contestac̄o. sicut cum dicimus p̄ natiuitatem
tuam libera nos dn̄e, Racio vo petentis aliquid sumitur ex parte petentis. et
tunc dr̄ gracia accio. q̄r dum de acceptis beneficijs gracias deo agimus
maiora meremur accipere. Vnde et in glo sup illo ad thym̄ s̄o. vbi p̄tās
or̄onis noīantur. dicit q̄ e missa obsecrac̄ones sunt que p̄cedunt con-
secrac̄om in quibus sacra quedam commemorantur. or̄ones sunt in ipa conse-
cracione quia tunc mens debet maxime eleuari in deum. postulac̄ones aute
sunt p̄ consecrac̄om q̄r in pr̄ nr̄ postulatur panis quotidianus ⁊ plura
talia in fine vo mee sunt graciarum acciones sic incollat̄ post quas deo
regraciatur de accepto sacr̄o ⁊ in hoc m̄o sit diuisitas p̄tium or̄onis ex-
plicata. Quamuis et alijs modis possint distingui ⁊ describi quos propter
p̄lixitatem operis vult̄i pretermittendos de p̄nti

Z. Adorac̄o

Tercio principal̄ e aduertendu q̄ sicut deo tenent ad deuoc̄om ⁊ or̄om ita
etiam ad adorac̄om. vn̄ et deo principal̄ debetur adorac̄o propter eius ex-
cellenciam. ⁊ hec latria dicitur seu vocatur licz creature aliquando adorentur
non s̄m equalitatem. sz s̄m quandam participac̄om. ⁊ hec vocatur dulia. vn̄ s̄m
reuerenciam que creature excellenti debetur Nathan adorauit dauid, s̄m
vo reuerenciam que debetur deo mardocheus aman noluit adorare ne honorem
dei transferret ad hoīem vt dr̄ hester p̄mo ca. Et pari m̄o s̄m reuerenciam
debitam creature abraham adorauit angelos ⁊ josue similiter Josue v. quamuis
et dici possit q̄ angelum in p̄sona dei adorauit. Et sic magis deum adorauit
honorauit et adorauit q̄z creaturam. quia adorac̄o dei quottidie fit ad crea-
turas puta crucifixum ⁊ ymagines coram quibus licz corpa inclinent̄ mentes tn̄
solum inclinantur coram deo. Vnde ⁊ illis adorac̄o est magis latria q̄z dulia. Sz
quis vo creaturam vt dn̄m adoraret quam sciret creaturam erraret. vn̄ ⁊ Johes
cum angelum vt deum voluit adorare fuit p̄hibitus ab angelo dicente ne feceris
q̄r conseruus tuus sum s̄m tuorum apoc. xix. Ista vo adorac̄o debet fieri corporis ex-
hibic̄om s̄m damascenu li. iiij. q̄r ex duplici nā compositi sumus deo duplicem
adorac̄om debemus spiritualem que est in mentis deuoc̄om ⁊ est or̄o p̄e ⁊ corporalem
que consistit in corporis humiliac̄oe vt p̄ signa humilitatis q̄ corporalit̄ exhibemus ex-
citetur nr̄ affectus ad subiciendum se deo

Vlterius est aduertendum q̄ licz deus possit in oī loco adorari non tn̄ est ita
conueniens aut decens sicut in locis sacris. que ad hoc sunt sacrata ⁊ depu-
tata ⁊ hoc p̄p̄ duas rac̄ones in p̄cedenti folio allegatas. quibus et tercia pt addi
vz concursus multorum adorancium. ex quo fit or̄o magis exaudibilis s̄m illud matt
xviij. vbi sunt duo vel tres congregati in noīe meo i medio eorum sum. Vn̄ et
templum ecclie seu capelle domus or̄onis vocantur ⁊ dicuntur Jo. ij. Debent ergo
dn̄i Card multi interesse missis publicis ⁊ in ipis tam deuote orare ⁊ adorare
vt cuncti videntes in eis deuoc̄onis sumant exemplum ⁊ incitiuum. Sz cauendu
est vtiqz ne latria conuertatur in duliam. ⁊ adorac̄o dei fiat applausus creature. hoc
cum sit qn̄ capelle dn̄orum Card replentur multitudine p̄latorum ⁊ aliorum magis
vna ob Cardinal reuerenciam q̄m honorem dei forte plus foret deo acceptum
vt Cardinal clauso hospicio cum suis domesticis diuina compleret officia q̄z
q̄ diuinorum tp̄e porte maneant aperte ⁊ capelle replentur multitudine p̄latorum
⁊ clericorum ⁊ aliquorum laicorum ⁊ forte contingit q̄ q̄ veniunt magis fauorabiliter
recipiuntur ⁊ p̄mouentur ⁊ eorum negocia expediuntur q̄z aliorum minime compare-
cium. Si vo circa huiusmodi fauores et p̄mociones est deuoc̄o quam videntur in eis
vel honor impensus in hijs fit dn̄is Card. videant ipi diligent̄ cum q̄ p̄ honor

aut fastu vel vana gloria ecclesias diuersorum frequentant vel capellas ad placendum eisdem
ex domo dei faciunt domum negociacionis quia si non essent negocia que expediri
desiderant et affectant cantantibus dominis Card. missas hore matutine forsitan tunc
dormirent. Alter enim sub religionis et deuocionis specie fauore dominorum Cardinalium
nituntur emere seu mercari. Quibus si ecclesia ex eo a domino prestatur fauor ut gratia
procul dubio in templo Cardinalis id est in capella sua sunt ementes et vendentes
Et sic quos Christus eiecit domini Card. introducunt. Absit. Sic enim domini Card. ha-
bent prelatos sibi domesticos qui ex iusta causa et racionabili in suis ecclesiis
non resident vel forsitan pro ecclesiis aut aliis negociis racionabilibus in curiis
moram trahunt. non esset inique si tempore celebracionis diuinorum missas et
vesperas frequentarent et ipsis personaliter interessent. Sed quod mouent prelati in
curiis ad nullum usum aliud quam ut sequantur palacium et capellam et qui
bus posset in suis ecclesiis residere nec habent negocia in curiis prosequenda
ecclesias fugiunt aut alios pro consciencie sue quietudine. Sed solum sit sperans contra dicere
ad capiendum ecclesiam meliorem ut Cardinalatum utique est absurdum
et dissonum racioni. Deo est ergo sacrificium offerendum. Ymmo sic videtur esse de lege

et dissonum racioni. ‖ Deo est ergo sacrificium offerendum. Ymmo sic videtur esse de lege
naturali. quia in qualibet etate et apud omnes naciones ... Sed
Quanto dico quod nature. quia in qualibet etate et apud omnes naciones ff

Quanto dico quod natura. quia in qualibet etate et apud omnes naciones ff
Quanto sunt aliqui sacrificiorum oblaciones licet modus sit diuersus apud diuersos. Aliud
enim fuit sacrificium veteris legis et aliud est noue legis. In veteri enim lege sacer-
dos hostias pecudum ymmolabat et sanguinis pecudum erat remissio peccatorum.
In noua vero lege idem est sacerdos et sacrificium
sicut dicitur xij q. ij. gloria episcopi. In fide catholica firmiter credimus. Debent ergo domini
... Christus de summa trinitate et fide catholica. firmiter credimus. Debent ergo domini
Cardinales passim hoc sacrificium offerre tamquam episcopi presbiteri sacerdotes dyaconi vero
illud cum deuocione suscipere pro peccatis suis et illorum quorum elemosinis sustentantur.
Non enim potest maius esse sacrificium quam corpus et sanguis Christi. Nec ulla obla-
cio potior est quam illud pura consciencia offerendum per episcopos et sacerdotes et per
ipsos et dyaconos pura mente est sumendum. Sic satis in multis de conse. dis. ij.
Nichil in sacrificiis. Ad istud vero sacrificium offerendum vel sumendum sunt alia sa-
crificia premittenda. Nam quoddam est sacrificium cordis. sacrificium oris. sacrificium
manuum. et sine istis sacrificiis illud vix sacrificium summum non potest digne. quia
deus non respicit sacrificiorum magnitudinem sed mentem offerentium diiudicat xx iiij q. i
Sacrificium cordis consistit in vera contricione de quo dicitur de pe. dis. i
Cordi et pura. Sacrificium oris consistit in deuota oracione de quo dicitur xxiij q. ij
In oracione. Sacrificium vero manuum consistit in elemosinarum largicione sic in
Non estimemus. Sacrificium vero manuum consistit in oblacionibus offerendis. Et ad istud
eodem capitulo dicitur non estimemus. Ideo deo sunt oblaciones offerende. Et hoc de conse. dis. i Omnis
christianus tenetur secundum beatum Gregorium vij moris. ... Iste est
... sic etiam veteri lege iudei sunt obligati. sicut dicitur Exo. xxxiiij.
Et per manus
oblaciones debent tradi sacerdotibus sicut habetur x. q. i. quia sacerdotes
sacerdotum sunt pauperibus offerende xvj q. i. Decime. Et licet istis sunt offerende
ut per se sed propter deum cum in istis est sacerdos et pauper est creatura. quod
non per se sed propter deum cum iustis est sacerdos et pauper est creatura. quia ad
... Quod vni ex minimis meis fecistis michi fecistis dicit Salvator. Propheta enim ob-
Sacrificia sunt deo facienda licet ad manus sacerdotis de conse. dis. ij. et dixit In
oblacionibus deo faciendis plura sunt pensanda. primo quis offerat vel homo
non habens maculam dis. xl ... Nunc etiam y. q. i. Sponsus et ... proposuisti
Secundo pensandum est quid offeratur scilicet iuste et debite acquisitum et possessum
... Septimum est honora dominum de tua substancia id est de tuis iustis laboribus. Cum
... tollit ut bene dispenset constat sine dubio quod dominum non honorat i q. i
go male tollit ut bene dispenset constat sine dubio quod dominum non honorat i q. i
Non est. Videant ergo domini Card. quid prosit construere magnas ecclesias ex
muneribus conquisitis. Sic enim domini Card. recipiunt munera et promouent negocia
per muneribus que postea applicant vel legant ecclesiis aut monasteriis aut ipsas edi-
ficant. Nunquid ista est oblacio certe non. Beatus Augustinus dicit. Qui offert
sacrificium ex substancia pauperum quasi qui victimat filium in conspectu patris. Immo-
lans ex iniquo oblacio est maculata quia dona iniquorum non probat altissimus
xiiij q. v. Immolans. Victime enim impiorum abhominabiles deo sunt. Unde scriptura dicit
Tercio pensandum est qualiter offeratur quia si dubitans aut hesitans in fide sacrificium
vel oblacionem offert nichil vel eius oblacio. Unde de conse. dis. ij. dicitur quod offe-
rens oblacionem in fide non debet ullatenus dubitare quia si offert et non recte diui-
dit illa que offert ab aliis peccat sic Cayn qui non recte id est simplici et recto
corde diuisit oblacionem a fructibus offerendis. quia stipulam obtulit non de eo dubitat

ꝛ. Sacrificium

ꝛ oblaciones

cui offerre debuit ut i glo. dr. sic ergo hesitans de peticione minime exauditur Ja. p° ca. lo.
postulet autem in fide nichil hesitans et dabit ei et non improperat. ita quod offert deo
et de ipso dubitat nichil salutis ex oblacione consequitur. Quantum autem homo offerre
debet non est taxatum legis statuto sed hoc in devotione consistit offerentis ut tantum de
sua sibi offerat. ad quod devocionis mentis eum inclinat. Si tamen quis deo plura
vovit et promisit utique sunt integraliter persolvenda sic hr. xvij. q. i. Quam̄uis.
Qualiter autem sit offerenda planum est quod recta et bona intencione non ad vanam
gloriam non ad fastum vel honorem proprium sed ad honorem dei et proximi utili-
tatem quia in iudicio cordis consideranda est elemosina tribuentis. Nec est consi-
derandum quantum sed qua mente qua affectione dat quis quod dat.

§ Vota

Tercio est advertendum quod vota eciam sunt deo facienda et persolvenda. faci-
enda quantum sic illa sine quibus non est salus ut renunciare dyabolo
vij. q. v. Sunt quidam et de conse. dis. iiij. personam. persolvenda et sunt spe-
cialiter quia votum licitum deo emissum semper est tenendum xxx. q. v. Que
deo. debet tamen votum fieri cum deliberacione xvij. q. i. De viduis. sine animi tur-
bacione et calore iracundie de cler. coniugat. Quidam item cum sana mente de
regula Sicut tenet... possint vovere libere est dubitandum. Nam hostien-
Utrum autem domini Card. in Summa de voto § iiij°. quis vovere possit in princ°.
dicit prohibentur autem quedam persone quo ad votum emittendum habent
liberam voluntatem sic quidam clericus monachus impubes uxor famulus. Et quod episcopus
non possit hoc intelligere videtur de illis per que persolvitur vinculum matrimonii
spiritualis quod est inter ipsum et suam ecclesiam sponsam suam. sic patet de regularibus
transeuntibus ca. licet. Item nec debet aliud votum emittere per quod ecclesia sponsa sua
preiudicium sustineret et iacturam ar. de hoc de prebendis ca. ij. primo nec votum
peregrinacionis debet emittere per quod ab ecclesia oporteret diu absentari sine licencia
speciali domini pape aut ecclesie consensu sicut patet de voto ca. magne § verum
ar. ad hoc vij. q. i. presentium votum tamen abstinencie et elemosine temperate e-
mittere potest ar. viij. q. i. clemens et dis. detestanda c. relatum et § viij. potest ergo episcopus
quodlibet votum emittere per quod bonum prestatur exterius et illud implere. si autem
sine ecclesie iactura potest observari vel in alia opera pietatis domini pape dispensa-
tione commutare. Cum ergo aliqui domini Card. sint actualiter certis ecclesiis vinculo
spiritualis matrimonii alligati utpote episcopi quantum ad episcopos cardinales eisdem
videtur. Quantum vero ad presbiteros et dyaconos Card. quorum aliqui sunt ecclesiarum
episcopi. et ab ipsorum sunt cura absoluti et supportati possit dici quod sicut nullus
clericus sine licencia prelati sui potest emittere votum peregrinacionis nec aliud per
quod velinque oporteat eum ecclesiam suam. sic dicitur de conse. dis. v.
non oportet de quo canone fit mencio in ca. Amonet Ita nec domini Card. presbiteri
et dyaconi. quod et ipsi subsunt domino pape immediate et iure ordinario quod episcopus Ro-
manus est ubi sunt ipsorum ecclesie et iure exempcionis sibi tamen subsunt. Nec non
beneficiorum aliis prelatis astringuntur obedire. An vero possint vovere religionem
etiam et illam intrare. planum est de episcopis quod non sine licencia expressa domini pape
et hoc sive sint consecrati sive electi patet vij. q. i. mutaciones et in ca. licet de
regula. De aliis vero dicitur quod possunt transire licencia prius petita a superiori. Sed hoc
hodie minime observatur. Sed videtur aliter esse loquendum de dominis Card. et de
aliis clericis. quod et ipsi saltem assistencie habent curam universalis ecclesie sic patet li. vi. c.
fundamenta. et presertim quod privilegio insignia dispensacionis ecclesie deferunt
tam in anulis quam in mitris eciam non dum episcopi ordinati. Cum ergo ipsi subsint soli
Romano pontifici et ad prestandum eidem sana consilia sicut deputati et e-
lecti et futuri pontificis et aliorum prelatorum et cardinalium fratrum suorum
ad ipsos spectat eleccio. ipsi etsi alas habere vel pennas ad volandum ita
tamen astricti sunt nexibus preceptorum quod absque Rom. pontificis permissione cui im-
mediate subiecti noscuntur liberum non habent ad religionem volatum. Ipsi enim
domini Card. ad faciendum utilitati universalis ecclesie sunt utique deputati que utili-
tas utique speciali utilitati preferetur et in hoc casu preponitur doctrina silencio
sollicitudo contemplacioni et labor quieti. ut satis apparet de regula ca. licet.
Ad hoc facit dictum sancti Thome in summa q. lxxxviij ar. viij. ubi dicit quod
nullus potest se firmiter obligare ad faciendum aliquid quod in sua non est potestate
sed illud tantum potest promittere quod ex sua voluntate dependet. Cum ergo domini
Card. quantum ad statum ipsum sint in alterius potestate non possunt vovere quod illi

statum non convenit quare nec religionem profiteri vel efficaciter nisi de licentia domini
pape. nec habitum religionis predicte assumere sine licentia domini pape remanendo Car-
dinalis quia habitus ad religionem pertinet et religiosus tenetur in monasterio residere nisi
de sui superioris licentia ad extra vocatus ordinaretur. Si ergo dominus Card. religionem as-
sumeret manere non debet nisi dispensative nec recedere potest sine domini pape licen-
tia ideo nec mutare habitum sine ipsius assensu. possunt tamen ieiunia et absti-
nencias ac alia opera exercicii spiritualis que non repugnant statui promittere et
vovere. Sed quia hiis dictis potest dubitacio insurgere. Nam videtur quod vinculum
forcius enervat et solvat quod est minus sicut non obstantibus sponsalibus
quis potest ad religionem convolare. et quia forcius videtur promissum factum deo quam
homini. videtur quod non obstante obligacione et promisso quocumque facto cuicumque
si voluit potest deo totaliter se dare et ei se per religionis ingressum obligare.
Item forciori vinculo dominus noster papa est astrictus et alligatus ecclesie quam quicum-
que Cardinalis. Et tamen dominus papa potest papatum dimittere libere sine alterius
consensu sicut patet de renun. li. vi. quoniam et per consequens religionem intrare. sic fecit
papa Celestinus qui ad monasterium seu heremiticam vitam renunciato pa-
patu est reversus. ergo et dominus Card. hoc facere poterit. Pari modo ad primum istorum
dicitur quod sub promissione deo facta non cadit nisi quod est virtuosum. Est autem
contra virtutem ut id quod est alterius deo offeratur ut alias de rapina fi-
eri posset oblacio. Cum ergo aliquis voluntatem suam alterius potestati subiecit
et voluntati non est voluntas illa retinenda nisi superioris voluntas dei
voluntati contrairet. Sed si prelati et superioris voluntas est recta et iusta
et secundum deum ei obediendo obedit deo ab ipso recedendo recedit a deo,
quia est iusta et divina. Non est ergo aliud vinculum vel promissio forcius dei
et prelati dummodo non precipiat aliquid contra deum. Sed obligavimus se obediendo
prelato qui iubet quod est iustum et divinum obeditur deo. Simili quoque dicitur
sponsalia solvuntur per religionis ingressum verum est. quia in sponsalibus est
sola promissio et non opus subsequitur. In religionis ingressu est promissio et
effectus subsequitur. Verum et econverso si aliquis vovit simplici voto reli-
gionem et postea de facto contraxit cum muliere tenet contractus. Si dicatur
ponatur quod Cardinalis religionem ingrediatur, ergo ubi remanebit magis
hoc episcopus qui non est alio matrimonio alligatus. Dico quod dispensative posset
intrare et remanere tam isti quam illi. alias non. quia domino pape immediate sunt sub-
iecti et ita alligantur sibi ad obedienciam. sic qui de facto contraxit uxorem
Et qui de facto intrant religionem obligant in ipsis remanere. Item non est simile
de religione matrimonio et cardinalatu. quia in matrimonio et religione agitur
de bono private persone. Status autem cardinalatus est ordinatus ad bonum
et utilitatem tocius ecclesie. unde quia forciora sunt vincula tendencia ad bonum
communitatis quam privatum. Cardinalis statum suum deserere non debet nec potest sine
superioris licentia. Item non est simile quia ad matrimonium et religionem quilibet
per se transire potest. ad cardinalatum nullus nisi vocatus quare nec statum ipsum
potest dimittere nisi dimissus. Item status cardinalatus est utilior et magis fru-
ctuosus quam status religionis sit quiecior et magis securus. iste nobilior puta
contemplacionis alius utilior. Et tamen vero dico quod papa renunciare potest sine consensu
aliorum libere papatum qui magis est astrictus quam cardinalis. Dicitur quod
papa superiorem non habet qui causam vel eius causas debeat iudicare. sicut
cardinalis. ideo libere per se ipsum potest renunciare. Cardinalis vero cum pape est
subiectus non potest sine examine sue cause facto per eum in cuius est statu illum
dimittere et alterius se subicere voluntati. quare aliud est de papa et aliud
de cardinali. Et tamen quod papa nullius alterius subsit iudicio nisi dei. xi. q. iii.
facta. Multa alia sunt super in quibus deo obligamur. que omnia non sunt presentis
speculacionis. licet multa reducantur ad ista. | Ab hoc est advertendum quod subditus

Obligantur vero ad illa que tenentur debentur. in quibusdam obligatur suo
superiori. et superior in quibusdam suo subdito. et sic quilibet sue vel suo proximo
Inferior tenetur superiori obedienciam et reverenciam. superior tenetur subdito defensionem
et iusticiam. et quilibet tenetur proximo mutuam fidem dilectionem et veritatem. et sic istis
vera non potest iusticia observari. Veniendo vero ad obedienciam in qua subditus

| Obedien[cia]

suo superiori est obligatus. Considerandum quod ista obediencia est necessaria ad omnem bonam
policiam, quia nichil valet prudens princeps si non adesset obediencia in subiectis. Unde
et Aristoteles in politicis, et similiter reprobat policiam democraticam in qua omnes cives
erant equales et bona erant communia, quia nec erat in eis princeps vel subditus. Et
postea disputando determinat quod melius sit regimen oligarchie quod paucorum et divi-
tum oligarchiam vocat regimen ubi divites in civitate principantur. Postea dis-
putative inquirit de aristocracia, que est regimen virtuosorum, an sit melius
regimen, et declarat quod regimen aristocracie, id est virtuosorum et pauperum, sit me-
lius quam oligarchie, id est divitum non virtuosorum. Et ultimo concludit quod regale
regimen quod est unius tantum virtuosi sit melius quam multorum. Que omnia parum
concluderent si obediencia non esset subditorum, presertim quando naturali vigentes ingenio
aliis dominantur. Ista eciam obediencia multum valet hominibus, maxime clericis, quia
per ipsam in presenti merentur graciam, et sine ipsa merentur culpam et eternam
dampnacionem, patet xi. q. iii. dis. Cum sint; per ipsam eciam in futuro merentur vitam
eternam, patet xi q. iii dis. Si inimicus xi q. iii. Quid ergo ad hoc quod aliqua
obediencia sit meritoria seu fructuosa requiruntur quatuor, scilicet abdicacio voluntatis,
rectitudo intencionis, abdicacio proprietatis, abieccio tarditatis. Primum est renun-
ciacio voluntatis, quia tota obediencia maxime stat in retencione proprie voluntatis.
Obedire enim sumitur ab audire alium qui sibi licet precipere. Unde si quis semper
suam retinet voluntatem et actu et habitu, quod dico propterea quia multi subsunt
aliis quibus licet non semper aliquid actualiter precipiatur, habent tamen promptitudinem
habitualem obediendi si quod preceptum eisdem necesse esset. De aliquorum obediencia
quidem constat quia dum precipitur sibi grata. Primum ergo et principale obe-
diencie est renunciacio proprie voluntatis, quod beatus Gregorius in moralibus satis declarat
pertractans illud verbum i Regum xv quod obediencia sit melior quam victima, dicens:
obediencia victimis iure preponitur, quia per victimas aliena caro, per obedienciam
vero propria voluntas mactatur, viii q. i Sciendum summopere. Et est verbum beati Gregorii
in moralibus ubi licet non ponantur verba alia Gregorii moralibus, tamen alia sequuntur
sub hac forma: tanto ergo quisque deum citius placat quanto ante eius con-
spectum repressa sui arbitrii superbia gladio precepti se immolat. Secundum est
rectitudo intencionis, que attenditur in hoc si solum non obeditur in prosperis et
gratis, verum eciam in contrariis seu adversis. Et hoc declarat beatus Gregorius loco
preallegato: Nam ubi obediencia aliquid concupiscere habuit, nulla est. Nam cum huius
mundi successus precipitur, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hec
obedit obediencie sibi virtutem evacuat si ad hec ex proprio anhelat. Neque enim
se sub obediencia dirigit qui ad percipienda huius vite prospera libidini
proprie ambicionis servit. Rursus cum mundi despectus precipitur, cum probra adi-
pisci et contumelie iubentur, nisi ex semetipso animus appetat, obediencie sibi meritum
minuit, quia ad ea que in hac vita despecta sunt invitus nolensque de-
scendit. Hec ille. Debet ergo obediencia esse sincera et recta, que non solum est in prosperis
sed et in adversis. Quinimmo in prosperis si obeditur nescitur an ex voluntate
vel voluptate propria procedat vel ex obligacione subieccionis. Pari modo si quis
fortuite et casualiter obedit non est in ipso rectitudo intencionis, quia in animo non
habet obediendi propositum, licet a casu perficiat quod iubetur. Tercium est abdi-
cacio proprietatis. Unde et beatus Augustinus pertractans illud verbum regule sue non dicatis
vos [illegible] aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. Sic dicit: Cum huius
congregacionis nostre fratres non solum facultatibus sed voluntatibus propriis in ipso
ordinis suscepcione renunciaverint ac se per promissam obedienciam penitus aliorum
potestati et imperiis in corpore et anima subdiderint, certum est eos nichil habere,
possidere, dare vel accipere sine superioris licencia debere, xii q. i Non dicatis. Quartum
est abieccio tarditatis, quia vera obediencia tunc acceptabilis erit deo et dulcis
hominibus si quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut non cum murmure
aut cum responso volentis efficiatur, quia obediencia que maioribus prebetur
deo exhibetur. Obediencia enim vera quietem non prestat subdito nisi fiat quod
precipitur a prelato. Quare et ipsa vera obediencia festina est et moram
nescit, xi q. iii dis. Si inimicus.

Ultimo est advertendum cui sit obediendum. Circa quod dicendum quod in quibus quis auctoritati superiori
est obediendum. Dico autem superiorem qui habet iurisdictionem spiritualem vel temporalem
prout in quibus eminet xc iii dis. a subdiacono. patet de maio. et obe. c. solite
patet xxiii q. i. Summa. ii q. vii. Sacerdotes. Et in ipsa obediencia talis est ordo. Primo
quod ut primo domino deo obediatur. quia sic potestas maior minori preponitur ad obe-
diendum sic deus omnibus hominibus prout dis. viii. Quod contra xi q. iii. Imperatores
post deum sancte Romane ecclesie est obediendum. quia ipsa est mater et caput omnium
ecclesiarum dis. xii. Non decet. et c. se. dis. xc iii. Si inimicus. Post hanc episcopis et
clericis et sacerdotibus sue diocesis est obediendum vii q. i. Cum in fratribus Monachi vero
et alii religiosi in hiis que spectant ad regulam abbatibus. et suis superi-
oribus plus obedire tenentur quam episcopo sicut clericus plus suo episcopo quam archiepiscopo
xviii q. ii. quod sic et c. abbates xvi q. iii. conquestus. Item secularibus po-
testatibus sic est obediendum ut deus non offendatur. xi q. iii. si. xi q. iii.
Si quis prohibet xv q. vi. Nos. et c. se. Modus vero obediendi debet esse talis
ut obediatur in bonis non resistetur in dubiis non obediatur in malis. Primo
ut obediatur in bonis quia summa mulieris laus inter alia bona iniuncta est haec
ut obediat in bonis quia summa sibi utiliter impetrum fuit obtemperare xxiii q. i. Summa utile
quod sibi utiliter impetrum fuit. In dubiis non est resistendum. sed si sine nota mo-
nitum est quod bonum est. In dubiis non est resistendum sed si sine nota in-
obediencie potest differri differatur. Sin autem secure obediatur. et culpa est
precipientis. si malum est quod fit ex precepto et non obedientis xxiii q. i. quod
culpatur in fi. vii et post obedientiam quam est bonum obmittendum. sed inquantum
malum mortalis culpe faciendum xi q. iii. Quid ergo. In malis ergo non
est obediendum sicut patet ibidem xi q. iii. Non semper et in multis c. se. de
tem. or. dilectus filius.

Contra istam obedientiam multi sunt errores inventi. Nam quidam dicunt
quod potestas clavium recessit ab ecclesia Romana ex quo a Constantino imperatore
accepit temporalia. et postmodum ipsa cepit contendere et ligare. Ergo dicunt
quod ille qui Christum perfectius imitatur in vera paupertate humilitate et obe-
diencia et castitate iste est caput ecclesie. et isti soli est obediendum. Ipse
dicunt quod si clerici sunt plures eque ille inter se habentes
conditiones et sanctitate et cetera. dicunt quod si tales non e-
potestatem eligere unum qui sit caput illius ecclesie. Et ita dicunt quod si tales non
ligent vel concordare non possunt et nullus inter eos est perfectior. vel saltem
nescitur quis perfectius Christum imitetur in premissis. tunc ille qui prior
hanc formam perfectionis spiritualis assumpsit est caput ecclesie. Et illi est precipue
obediendum et nulli alteri quamdiu ille in hoc statu permanserit et si nescit
perfectionis singulis est obediendum quousque quemadmodum eligendo nisi contra p-
fecerint in quo casu quilibet potest aliquem ipsorum obedire quem elegerit. Ex quibus
concludunt quod ex quo papa Romanus habet divicias et Cardinales et prepositi co-
tendunt quod apud eos nulla sit potestas clavium quia Christus non quesivit sponsam
suam ecclesiam ut dicunt hiis qui habundant diviciis et deliciis et premunt
delectabilibus mundi. tamen in hiis que concernunt cibum et potum lectum et vestitum
et honorem mundi seu superbiam. sed pauperibus humilibus despectis in hoc mundo
et spretis qui pro Christo paciuntur miserias et contemptum pompe et voluntarie
ecclesie euacuat tali modo et docent in anglia
Isti ergo obedientiam sancte Romane ecclesie
sicut inventi hec patuerunt coram almanie inquisitore dicentes quod clerici mo-
derni temporis sunt fastuosi luxuriosi crapulosi. et quod ecclesia dei sit per ipsos prosti-
tuta sicut illa meretrix babilonica. Contra istos nullum valet argumentum auctoritatis
quia decreta curiarum aut decreta-
les dicunt contra premissa non admittunt nec decreta
lex. unde si dicta decreti futura et alia et hebrea dicit et plura alia adducuntur
contra eos derident huiusmodi dicta dicentes clericos illa scripsisse pro palliatione avaricie
et superbie sue. Ex istis erroribus sequuntur et alia quia ipsi concedunt quod puri
laycus possunt conficere et omnem confitentem audire in statu illo consistentem quo
Christus imitatur perfecte nec superius expressum est expressum. Et si queratur de sacer-
dotibus modernis utrum possunt conficere et an habeant potestatem clavium dicunt
quod sic. non virtute ordinacionis episcoporum sed virtute approbacionis fidelis populi
que approbacio virtutem ordinacionis suppleat coram deo. Dicunt eciam quod si clerici

illi consenserunt vel consenciunt decretali domini Jo. pape xxii. Cum inter nonnullos
quod dicta approbacio eius non suffragatur quia et ipsi sunt veri heretici et clavium
potestatem amiserunt etiam si essent archiepiscopi vel episcopi vel status cuiuscumque. Sed
illis tantum suffragatur etiam approbacio populi fidelis qui de hac decretali
nichil sciunt vel non consenserunt manentes in sua simplicitate sicut et ceteri
rustici de quibus ecclesia nichil curat. et est quia contra istos supra in prima
parte scripsi ubi de rebus et temporalibus ecclesie aliqua annotavi ideo non curo
verum isti sunt fatui et presumptuosi in sinu quod. quia quod dictus Christus quem tamen
per alios dicunt se imitari perfectius concluditur falsitatem quod ipsorum perfectio
quod statum ecclesie ponunt in eternum. quia si sola opinio vel imitacio sufficit
ad constituendum caput ecclesie quilibet posset in die centies esse papa et totiens
deponi et privari papatu. quia quotiens sibi placet quilibet potest opinari Christum
habuisse temporalia, et quotiens placet potest opinari non habuisse et pari-
modo unus potest appetere quotiens vult temporalia et suscipere etiam de vita quam
perfectam vocant vel vivere carnali et consentire et postea resilire. Et sic secundum
eos totiens acciperet papatum et perderet habet claves et perderet. Nec esset ali-
quis certus quis esset ~~vicarius Christi~~ alterius opinionis. quia quod tantum est in intellectu
et voluntate immo quis sepe loquitur contra illud quod opinatur vel nullus esset
certus quis esset vicarius Christi. Et constat secundum eos quod Christus ecclesiam suam noluit
relinquere sine sponso certo et multa alia et ipsorum dictis adducebantur
per que se viderent vesanos et cetera. non sane tamen non est multum contra tales dis-
putandum ubi secundum per confessionem errorum est procedendum ad facta iuxta modum
et stilum inquisicionis. Circa sunt etiam illi qui bergardi et begine in almania

Contra istam obedientiam incurrunt licet non negent nomen suum postquam emanavit
constitucio clementine ubi condempnatur extra ad nostrum de heretico. Et vocant
se fratres vel swestriones id est sorores de voluntaria paupertate isti tenent plures
[illegible] conventus in almania et inter aliquos optimos et aliquas purissimas
immo communiter viri inter eos sunt corrupti et corrumpunt et plures mulieres. Isti te-
nent sicut patet in tercio articulo condempnato in predicta decretali quod propter
ipsorum perfectionem non subsunt alicui creature allegantes pro se sicut videm diabo-
licum apostoli ubi spiritus domini ibi libertas et ad Cha[illegible] iii [illegible] preter istos errores
venerunt multos qui omnes tendunt ad lasciviam carnis immo de illa perfectione spiritus et lib-
ertate [illegible] intendunt nisi pro quanto videlicet eis ad lasciviam et carnalita-
tem [illegible] non subtiliavimt se vt eius videtur declinantes ad alios nephandos
errores. Nam comperi per experienciam quod ipsi laborant in quadam vocabulo perfectionis
quod vocant equalitatem. Istam equalitatem non dicunt aliud nisi quod homo sine
honore sine verecundia sine remorsu perficiat quodcumque appetibile. licet coram aliis
ignorantibus ipsorum maliciam vocent illam dimissionem seu equalitatem firmitatem
animi ad sustinendum equaliter prospera singula vel adversa. Isti dicunt non orandum
non ieiunandum nec aliquod penale corpori faciendum. Isti etiam per confirmacionem sue
partis sue quod adducunt statum ade et eve dicentes tales omnes dictum ne perfecisse
sine peccato quando in hac equalitate perstitissent Nam in paradiso nudi sunt et sine
rubore et verecundia se viderunt. et coniungi poterant sine peccato et comedere omnia
delectabilia paradisi sine peccato et quotiens volebant excepto ligno vetito. Et sic semper
fecissent si in illa equalitate permansissent vt scilicet sine omni rubore et verecundia perfecissent
appetibile [illegible] qualecumque. Pari modo isti dicunt se posse resurgere ad perfectionem status
innocencie si reducere se valerent ad talem equalitatem vt sine rubore et remorsu
conscientie perficerent que natura cupit et affectat. Etc. ~~ad talem equalitatem vt sine ru-~~
~~bore et remorsu~~ dicunt si dormiant non appetitur dormire si carnes sumat si affectum
si commiscentur carnali si talia et huiusmodi similia sine rubore et verecundia et remor-
su conscientie possent perficere essent tamen perfecti sicut primi parentes in gradu innocencie
extiterunt in quo talia sine rubore et remorsu exercebant Et per huiusmodi et forti-
ficacionem sue membri adducunt quod Christus sit passus pro nobis ut nos nunc pati de-
beamus nec ieiunare aut vigilare vel orare vel consilia istius. quia hoc facere
nichil est aliud nisi Christo improperare mortem suam. quod non valuit vt dicunt Christum
pati si nos pati aliquid et [illegible] debeamus. ipse enim pro nobis passus est
vt nos essemus liberi de cetero ab omni lege [illegible] isti per suam
malam et fictam ypocrisim et heresem nephandam multas personas bonas duxe-
runt ad hoc vt non ieiunarent vel orarent immo peccatum mortale credebant ieiunare

vel orare vel quodcumque penale corpori faciendo isti et obediam ecclesie destruunt vt
puniti et tales multas cepi et tradidi aliquos iudicio seculari Nam fomitem ipsorum
motiuum est istud quia ipsi credebant perfectionem hominis parentum in equalitate illa con-
sistere per quam verecundia et remorsus consciencie excludebant quod est falsum
sed ipsorum perfectio fuit inperfecta subiectione sensualitatis ipsi racioni que fuit in
eis non a natura sed ex dei speciali dono vsque dum preceptum legem veteri preua-
ricabantur quo facto aperti sunt oculi ipsorum et cognouerunt legem aliam esse car-
nis id est sensualitatis et aliam spiritus et racionis et propter brutalitatem potencie sen-
sitiue cognouerunt erubuerunt amplius nudi incedere et fecerunt sibi perizoma-
ta istam autem legem carnis de qua loquitur apostolus ad Ro. 7. Video autem
aliam legem ~~carnis~~ in membris meis repugnantem legi mentis mee et captiuantem
me in legem peccati que est in membris nullus curate pte. Et ideo statim homines pare-
tes eum per peccatum inciderunt in eam erubuerunt ire nudi. Hanc legem isti ne
prophandi heretici euitare non possunt nec vitare. Sed pro expletione sue libidinis
effectum ipsius carencie perficiunt id est carencia ruboris et laboris sentent carenciam
legis repugnantis. Non ergo equalitas illa et carencia verecundie et remorsus
consciencie in actu carnis pro statu innocencie fuit perfectio illius status. Nec perfectionis
fecerunt parentes primi. Sed carencia legis peccati patuit sic in suo effectu. In ca-
rencia ruboris et remorsus. Non ergo est perfectio dicendi et censendi ex eo si sine
rubore actus peccati committitur. Sed sunt vilissimi heretici reputandi quia licet in ruboris
et verecundia pro inverecundia peccati committi fingant excludere non tamen valent integre
illa perficere vel simulant exterius pro expletione tam nephande libidinis Sed in
illa perficere vel simulant exterius pro explecione tam nephande libidinis sed n-
per huiusmodi actus turpes quos agunt intrepide appetitum sensitiuum possent tota-
liter subdere racioni sicut fuit in statu innocencie quod est possibile. Sed quia hoc est im-
possibile pro statu isto ipsorum opinio est manifeste falsa et omni spurcicia plena
Consilii nec dictum apostoli est sic intelligendum vt christus pro nobis sit passus vt
nos nichil pati debeamus. Sed dicitur pro nobis passus est quia pro se pati non
potuit quia peccatum non fecit et ideo pati pro se non debuit nec potuit. Sed quia
pro passionem suam nobis ianuam regni aperuit pro nobis passus est non ut
supportemur a pena totaliter. Sed ut opera nostra penalia sua passione nobis merito-
ria fiant et existant. Dictum eciam apostoli quo dicit vbi spiritus domini ibi libertas pro
ipsis non facit vt liberi dicantur exinde ad faciendum licite que affectant. Sed intelligi-
tur quod spiritus facit liberum a lege seruitutis et mortis qualis fuit lex vetus et mosayca
que habebat penas carnales. Lex autem christiana que est lex spiritus nos ab illa liberauit. Et
ideo vbi spiritus domini id est lex spiritus ibi libertas a lege carnis in qua sunt miserabiliter seu
que habebat penas

Nunc volumus est dicendum de hijs in quibus superiores et subditi obligati. quo-
rum dixi iusticiam defensionem. et quia iudex est animata iusticia vt dicit philosophus
v. ethicorum et inde iudex dicitur quia populo ius dicit. Licet necesse est iudex in quo iusticia
non est. Ideo omnis superior diligenter debet aduertere vt iusticiam non obmittat. quia
ipsam omittendo superioritatem amittit. Circa illa vero que pertinet ad officium iudicis
est aduertendum vt non sit munerum receptor. Non sit ex odio persequutor non
sit sceleris ex fauore defensor. non sit eius consilii possessor vt sit legum imita-
tor furoris et ire sit exclusor. circumstanciarum sit discussor et vindicte sit preci-
pitator. vt ne sit iudex testis et accusator. sit proprie consciencie examinator. ne sit
timore remissior ne sit impietate rigidior. Primo dico quod bonus iudex non
debet esse munerum receptor patet xi. q. iij. capitulo Si ergo. patet ibidem c. recte et ca-
no licet xiiij q. v. Non sane et quia de hac materia satis scripsi supra in principio
istius tractatus vbi de vitanda cupiditate agebatur et postea circa de fortitudine
agebatur. amplius circa ipsam nolo hic immorari. iudex iudicat ex odio

Secundo est vitandum odium persequencium ~~Et~~ eorum. et si vindictam profert ~~iusticiam~~
penam culpe non est liber. Et istud satis apte innuitur xi q. iij capitulo Quisquis
Et si ergo vero dicitur quod sentencia aliquando est iusta ex animo proferentis. iniusta vero ex ordine
et causa aliquando vero iusta ex animo et ex causa sed non ex ordine. Aliquando est iusta ex
animo et ordine ^ordine^ causa. ~~aliquando vero iniusta~~ Et in parum dicitur quod ex animo est iniusta cum aliquis
peruersa integritate iudicans ardentis in alterum vel in quemlibet eciam ob odium non

amore iusticie sed livore odii vel precio aut favore adulatorum simul preferet. et istud eciam satis consulatur ca. quatuor ibidem. Secundum notandum quod istud odium in malis iudicibus fit aliquando ex duplici causa, efficit enim aliquando in castigacione cupiditatis et avaricie / subtraccione adulacionis et veneni. Primum patet iii Reg. xxi ca. de Achab rege Samarie et Jezabel uxore sua et Naboth Iezrahelita. Achab enim et eius uxor odio persecuti sunt Naboth usque ad mortem quia vineam suam Naboth regi Achab noluit dare cuius amore et cupiditate datum est falsum testimonium contra Naboth et iudices iniqui sentencia contra ipsum sinistra lapidibus obrutus fuit Naboth xxiii q. i. convenior. Secundum patet Hester iii ca. de Mardocheo qui quia noluit adorare Aman non solum in se verum eciam in omnes iudeos sinam delecionis et destruccionis accepit. Revera sic fiunt multi iudices modernis temporibus ipsi enim cupidi et avari vellent aliorum hereditates possidere vel dono accipere a aliis rapere sicut possent. Et si est qui eis non applaudit et adorat facta ipsorum non approbat et emendat odio tales persequuntur et opprimunt continuo. Unde isti venerea sub figura Saturni optime sunt descripti. Nam Saturnus pingebatur et fingebatur a poetis esse homo senex curvus tristis et pallidus qui una manu falcem tenebat et in eadem draconis portabat ymaginem, qui dentibus caudam propriam commordebat. altera vero filium parvulum ad os applicabat et eum dentibus devorabat. quatuor eciam ipse se habebat liberos scilicet Jovem, Junonem Neptunum et Plutonem quorum scilicet unus Iupiter virilia patris amputabat ipsum de regno suo expulit. et ante ipsum pictum erat mare in quo dicta Saturni virilia abscisa proiecta videbat de quibus Venus puella pulchra nascebatur. iuxta deum Ops uxor sua in cuiusdam matrone similitudine pingebatur que opem egentibus dabat et panem pauperibus porrigebat. Certe tales sunt mali iudices odio pleni ex avaricia et superbia que ducuntur in ipsis. Isti enim sunt senes id est moribus malis antiquati curvi a rectitudine virtutis inclinati et ad terram per avariciam inclinati. pallidi odii livore contra eos quia eis dona et munera non porriguntur vel quia eis non applaudit et adulatur. Isti habent falcem in manibus suis ad resecandum ac secandum alios quos odio habent falce rapine iniurie et iniusticie opprimunt destituunt spoliant rebus pariter et honore. Isti comedunt suos filios id est suos subditos quos amare et defendere deberent id est eorum substancias consumunt rapinis exactionibus. Isti eciam dracones tenent quia pro certo famulos et officiales rapaces detractores venenosos et dyabolicos ut quasi secum habent ut ipsis mediantibus pauperes subditos devorent infament et infestent. Isti accipiunt Opem id est diviciarum cumulacionem in uxorem contra aliquando contingit quod post multorum devoraciones et afflicciones finaliter Jupiter id est filiorum et subditorum unus dum timere ceteris audacior contra talem malum patrem insurgit et ad papam seu alios superiores ipsum trahit et a virtute propria ipsum castrat et contra ipsum litigat tamdiu donec ipsum de regno id est prelatura vel officio detrahit et deponit. cui optime dici potest illud Ysa xiiii. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris corruisti in terram qui vulnerabas gentes. Iustum enim est ut qui filios suos et subditos iniuste diripit et predatur ut ab aliquo filiorum et subditorum finaliter invadatur et castretur virtute et a regimine deponatur. Itaque virilia sua per que sua virtus et potestas seu virilitas aliquos persequendi designantur in mare tribulacionis et afflictionis aut paupertatis proiciuntur et contingit quod talis filius ipsum sic iniuste expellens de prelatura succedit eidem sicut Iupiter Saturno patri suo. et contingit eciam quod de viribus ipsorum id est potestate tyrannica qua alios spoliant Venus nascitur dum eorum bonis male receptis alii luxuriantur, quia revera famuli et baiuli aut ballivi et officiales virilia enim bonorum talium dum deponuntur et propter iniquitates suas quas gesserunt in suis officiis castrantur et puniuntur solent rapere et in eis luxuriari et gaudere et de viribus talium venus impudicicie et veneris generatur ut de ipsis vere dicatur illud quod scribitur Ecc. xiiii. Qui acervat ex animo suo iniuste aliis congregat et in bonis suis alter luxuriabitur. hec ergo si sunt detestabilia et periculosa cum iudicia multomagis domino Cardinali. quia sicut sepius scripsi ad Romanam Curiam multi confluunt et de diversis regnis et quod fit in Curia a maioribus de facili postea trahitur in exemplum a minoribus non solum propinquis verum eciam longe lateque distantibus ubi facta maiorum narrari consueverunt. Concludatur ergo odia a mentibus dominorum Cardinalium qui Romani presules sunt iudices ut premisi [illegible] causa quia si clerici debent odium et emulaciones maxime vitare dicit xxxiiii [illegible] ergo multomagis domini Cardinales hoc vitare debent etc.

Tercio iudex debet advertere ne sit scelestus ex favore defensor. Et est hic notandum quod iudicia hu-
mana sunt in triplici differentia. quoddam est in quo favor humanus est graviter loquendo
est iudex et consiliarius, favor humanus licet non sit iudex est tamen consiliarius
favor humanus nec est iudex nec consiliarius. Iudicium in quo favor humanus est iudex et
~~est et~~ consiliarius est iudicium humanum vel istius mundi. Et voco iudicium non solum se-
cularium verum etiam clericorum ubi munera recipiuntur preces exaudiuntur propinqui et cogna-
ti preponuntur alienis postponuntur adulacio diligitur veritas occultatur. Istud est iudicium
iudicia ecclesiastica fiunt per clericos et prelatos et est racio quia vel tales promoventur
in iudices per carnem et sanguinem in paterna successione vel aliorum electione. Si primum
dicatur constat quod favet carni et sanguini et in iudicio magis favet propinquo vel
consanguineo quam alieno et non solum consanguineis verum etiam fautoribus et fami-
liaribus plus etiam favet nobilibus quam rusticis plus divitibus quam pauperibus plus
adulacioni quam veritati. Si per electionem promoventur suos diligunt electores et fautores
et eorum fautores et persequuntur suos impeditores. Ista sunt iudicia humana dico
propter infirmitatem carnis que fragilis est et habet complacenciam in sibi gratis et con-
venientibus et displicenciam in adversis.

Aliud est iudicium in quo favor humanus licet non sit iudex est tamen consiliarius et est id
iudicium ~~in quo favor humanus et~~ audiencie apostolice et dominorum forsitan Cardinalium. Nam
in isto iudicio favor humanus non est iudex ut firmiter suppono quia numquam audivi quod
in Curia Romana per dominum Cardinalem aut in audiencia alicuius venerabilis fiat contra iusticiam
dummodo quis non negligat causam suam. Unde et vidimus quod viri retractavit sententiam
alterius si ex errore aliquid est gravissimum. Sed certe quod favor humanus est ibi consiliarius
in iudicio illis et assessor tunc sepe contingit quod cause protrahuntur et suspenduntur per multa
tempora et interim quod litigantes et maxime pauperes coguntur exponere et res suas dimidiare et
dimidie et forsitan vendere et contingit etiam quod cum dolore scribo quod plures miserabiles
moriuntur antequam ipsorum ~~cause~~ cause expediantur. Et hec alia sunt ex favore dominorum
iudicum et alia ex corrupcione notariorum qui scribunt aliqua acta parciliter et defective et
uni parti communicant et tradunt per correctione et emenda corrupti muneribus et multis modis
et ubi sunt baratre in Romana Curia per notarios per quos pauperes miserabiles opprimuntur
et gravantur super quibus debent domini advertere sicut fecit dominus meus Cardinalis coram
quo causam deduxi fratrum predicatorum de Colonia pluribus annis qui comperiens nota-
rium dedisse parti civitatis acta in causa negavit copiam earundem ipsum ad se vocavit
sibique dixit me presente. Si frater isti haberent tam bonos florenos sicut cives civitatis utique
haberent acta eque tunc ne amplius feceris alioquin ponam te ubi celum videre non
poteris neque terram. Hec et plura alia comperi de eodem que clare sunt indicia quod muneri-
bus corrumpi non poterant quovismodo unde de et pro ipso bene possum dicere id de quo
psalmista Beatus qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus. Dominus
conservet eum et vivificet eum et beatum faciet eum in terra et non tradet eum in animam inimicorum
eius. Certe ad litteram verificatum est quod dominus beatum fecit eum in terra, quia tunc vocabatur
et dicitur pater sanctus et
dominus Stephanus claromontensis summus penitencia nunc vocatur
beatus excludunt ergo domini Cardinales et auditores palacii istum humanum favorem a iudicio
suo et abbrevient strepitum ubi clare cognoscunt ius pauperis miserabilis [illegible]
pacientes. Nam sunt nonnulli auditorum quibus in remotis partibus ubi ipsorum
volavit fama salus etiam optatur sepissime ab ignotis laudes de ipsis dicuntur
et ipsorum expedita et iusta iudicia sepe narrantur. Et econtra sepe recitatur aliquorum
tarditas et pigricia que multis dant dierum suorum fines et timores dolorosos. Audeo
enim constanter asserere quod multi nunquam intrarent lites scientes se habere causas iniquas
et iniustas nisi quod spem ponunt in lapsu temporis et per tempus sperant se posse contra pau-
perem obtinere. Et si non per sententiam saltem credunt se posse via composicionis obtinere
Forte michi dicetur Nunquid legisti canonem Evariste pape ii q. i Deus omnipotens ubi
acceleracio sententie prohibetur et factum dei nobis traditur in exemplum qui tamen dixit Unde scivit
et cognovit nec ad sententiam processit contra Sodomam donec descenderet et videret an
opere sic esset impletum quod clamor extitit insinuatum. Non ideo hec fecit quod ea igno-
raret. Sed ut nobis exemplum daret ne precipites in discuciendis negociis et iudicandis essemus
et ne mala proximorum prius quisquam presumat credere quam probare. Hec ille. Cui
et ego respondeo Nunquid legisti canonem beati Augustini dicentis Si ea quibus deus
vehementer offenditur mescimus vel ulcisci deserimus ad irascendum utique divini-
tatis paciam provocamus. xxiii q. iiii. Si ea. Nos enim ego dico sententiam ferendam
de re legittime non probata quod deceant dilaciones non necessarie nec a iure permisse
aut tamen prorogentur aut appellaciones frivole admittantur aut sententia precipitem

Fetum

testium suspendatur. aut quod iudex quiescat et vacet ocio aut aliis intendat negociis
et excepciones frivolas admittat et excusaciones fictas protendat. hoc non swadeo nec
bonum dico ymmo sacro canone inhibetur ne iuste diffinita suspendantur dicente
beato Gregorio sic sine iudicio nolumus quemquam condempnari. Ita que iuste diffinita sunt
nulla patimur excusacione differri ii q i sicut. Est iudex nec consiliarius et est

Tercium iudicium est in quo favor humanus nec iudicium sancti concilii. Et certe ma-
gis potest dici dei iudicium quam humanum. Certe si omni homini expedit scelerum
fautorem excludere et proponere. multo magis homini expedit domino cardinali. quia favere
impietati est qui potest obviare et non facit xxiii q iii. Cum potest
et ea ostendit. unde et non corrigere perversos nichil aliud est quam fovere dis. lxxxiii
nemo et ea se. xiiii q vi Si res. xxiii q iii Consequens unde prelatus qui favet
in malo parantibus vel qui piger est in corrigendo. ipse eis in malicia so-
ciatur xxiii q iiii Ita plane et c. amalis sunt et c. recedite. dicunt glossa Card. si
non timerent de favore malorum non possent utique a peccatis ipsis se aliquatenus
excusare Cum non consentit peccantibus et defendit delinquentes apud deum
et apud homines est maledictus xi q iii Cui consentit unde et per hanc tria
boni iudicis condicionem certa subiungitur ut non sit consilium criminis possessor.

Quarto iudex debet advertere ne sit criminis possessor quia non habet frontem ~~puniendi~~ puni-
endi in alio quod ipse commisit. unde et beatus Ambrosius super beati immaculati sic dicit
Iudex ille de alterius errore qui non habet in seipso quod condempnet iudicet ille qui
non agit que in alio putavit punienda ne cum de alio iudicat in se ferat sententiam
iii q vii Iudicet Dum enim iudicans alium de crimine cuius ipse est possessor ymmo
pocius a quo ipse est possessus seipsum condempnat ibidem c. inscitulati Iudex non
cuius vita cum loco iudicis non concordat sepe immeritos condempnat xi q iii. plerumque
contingit. unde et ille discretus iudex qui seculum per ignem iudicabit iudeis mulierem
in adulterio deprehensam accusantibus respondit Cuius sine peccato est vestrum primus in illam
lapidem mittat Jo viii ubi eciam premittitur quod inclinavit se scribens in terra et per ea
erigens se dicebat Cuius et c. Quidam dicunt quod ibidem scripsit quod post erectionem eis
dixit. secundum glossam dicit quod scribebat peccata eorum. vel quando phariseorum leget in terra peccata
sua Sed beatus Ambrosius dicit et est in glossa interlineari. quod non scripsit nisi illud propheticum terra
terra absorbe hos viros abdicatos morti Jeronimus vero in quadam epistola ad hyre-
neum videbatur sentire quod sic scripsit terra terram accusat et tunc erigens se dixit
iudeis Cuius sine peccato est vestrum et c. quod exponens beatus Gregorius in moralibus dicit Ad aliena
quippe punienda peccata ibant et sua delinquerant subaudi impunita revocentur
itaque intus ad consciam ut prius propria corrigant et tunc aliena reprehendat. hic
iii q vii Cum sine Non gregorio quis presumat corrigere quod in seipso sentit impunitum

Quinto debet attendere bonus iudex ut legum sit imitator. quia qui iudicat non
voluntati sue obtemperare debet sed quod legum est tenere iii q vii iudicet. unde
et ibidem dicitur quod constanciam quam iudex de domo apportavit debet deponere in loco
iudicii et secundum allegata procedere et de offi. ordi. Si sacerdos et de imm. in preciis
Tanta enim est legis auctoritas ut iudex condempnando iniquum secundum legem non peccat
quia non ipse sed lex condempnat xxiii q v. Iudex et ea se. lex enim observari debet
maxime in debiti ordinis observacione. in exquisite cause discussione inferiorum cre-
dulitatis exclusione. indelibata sine ~~pp~~ appellacione et contra ex parte iudicis
observare debet ut procedat ex inclinacione iusticie auctoritate iure et secundum rectam
prudenciam Jo dico legem servandam in ordine seu modo procedendi. consistit partim in
iniciis in procedentibus et partim ex sequentibus In procedentibus dictum est supra ut
primo iudex seipsum iudicet quam alterum condempnet unde et apostolus i ad chor xi
dicit Si nosmetipsos iudicaremus non utique iudicaremur. Consequenter autem debet esse talis
dictum est supra in auctoritate beati ambrosii. tali iudici. Multum enim est iudici necesse
advertere illa que sunt necessitate legis observanda. quia sic dicunt doctores communiter
Iudex sive tulerit iniquam sentenciam ex certa malicia sive iuris ignorancia tenetur
ad restitucionem et ad totum interesse parti lese nisi possit inducere illum pro quo
iudicavit ad satisfaciendum parti lese et hoc sive iudex sit ordinarius sive
delegatus sive sponte sive ingente ut acceptante voluntarie delegacionem
Secus si quis cogitur ad iudicandum et petet consilium a iurisperitis ~~ut dicitur~~
~~tunc non tenetur quod si iudex aliquo tempore consuluit~~ et apponet diligenciam quam
posset ut bene iudicaret. talis enim si ferret iniqua sentenciam ignorante non tenetur
ad restitucionem sed si negligens fuit in petendo consilium a iurisperitis cum eos habere

potuit tene etia si iudex aliq cont conscientiam q̄uaz aut aliqd p graciam
vel p sordes in q̄uctme partis esset suspensus p annu ab execucione officij et
irregularis si interim celebraret sicut hec satis patet de sen et re iudi li vi
Cu eterni Item qdam obseruanda circa pmulgacionem excōis q̄ ponit eod li
cu medicinalis de sen exco. Et qz dom iurists in iur sc certi est ego p
dictis amplius nolo imorari. Et at iudex dz iudicare cu cause cognicōe
hec satis apte dicit scus Job xxix ca dicens Causam qua ignorabam dilige
tissime inuestigabam. sup quo vbo dicit btus Grego in moral maiora cuncta
tarde credenda sunt cu audiuntur et citius punienda cu sciuntur veraciter et
cognoscuntur. Circa vo ad finem appellacionis delibatam iam dixi in precedenti
folio pari mo qd debeat fieri ex zelo iusticie dixi vbi de exclusione ad
dicebatur Qd aut debeat fi cu obseruancia pietatis et nunc dicetur in vltimo
membro istius capti Si vero iudex sciret aliquem inocentem qui esset falsis te
stibus conuictus dubiu e apd multos an iudex talem dz iudicare sm leges
vel sm veritatem qua nouit Beatus eni thomas q lxiiii ar vi ar iii dicit
q si iudex no pt inuenire modum liberandi talem debz eu ad superiorem re
mitte. Si aut hoc no pt facere no peccat ferens sniam sm allegata cerasi ocida
qua ipe iudex no facit sed assentes eum veri inccts Ray est in summa ti
de iuramento et piurio § viii Circa de iudice dicit q in hoc casu fere omnes
doctores iuris canonici concordant q possit sm allegata iudicare In fine est
dicit q scaligis cum dolore animi talem inocentem iudicare et cdepnare q no
audet iudicem pter hoc cdepnare sz ingerere ei pniam ad cautelam magis
tn consulit vt alij eum deleget vel causam ad superiorem remittat Glozator
tn simile wilhelmi dicit q est tlis si ad superiorem mittatur no videt tutum
nec credit hoc faciendum sz potius dia mala esse sustineda qm faciat ad
mortem vel mutilacionem inocentem cdepnare vel expone cdepnandi hic audet
iudicem cōdempnatez a pcco mortali ~~cdempnare~~ excusare Wilhelmus est i summa
dicit ex quo iudex sciret negocij veritatem cu sinis cu circumstanciis q ptis iudex si
prudens fuit potest viam inuenire p qua libet inocentem Si vo testes emollire
no possit vt desistant nec alia via possit inocentem liberare ptestetur se hre
conscientiam condempnandi et ostendat inocenciam accusati probabiliter quantu potest
pter scandalum aliorum et tunc absoluat eum a iudicio suo vt si velint causam
ad superiorem deferant. Iudici vt furoris et ire sit exclusor qz reuera animus
turbatus nescit tene modu Semp eni putat plus

Sexto qt necce bono

posse qz pt vn et lex dicit iratu si iratus no videt legem vn et laudabi
les dicuntur iudices in quibus nec ira nec furor dnatur xi q iii Illa pparitorum
et ca sequentibus Et qz d hac ira dcm e i pncipio qr libri vbi dicebat q ira
ira aliorum consiliarios esset excludenda ideo nunc tanseo discussor et istud vc

Septimo bonus iudex dz attende ut circumstanciarum sit summe iudici e necce
vt ne solum adutat circumstancias negocij et cause de qua agitur sz etiam
psonarum agencium et cont quas agitur qz reuera si pauper contendit cum
diuite vt cociter diues paupi imiratur vn et in talibus litibus bz aduerte
ne dilacones multe dentur p quas possit paup cotinue in lite detineri
qz paup diu litem cōtinuare no pt inops vel succubat vel sibi nocumento
ponat Aduertende sunt go in singlis negocijs et psonarum actio et qualitas
negocij an superior vel equalis patens humilis vel superbus ii q i In prim
et xxx q v §. ca vltio Iudicantem ne sit credulitatis aut vindicte precipitator

Octauo bonus iudex dz attende quia reuera hec facilitas credulitatis et vin
dicte multa mala operatur Nam ex facilitate credulitatis sequitur facili
tas vindicte Multi eni sunt et magni qui sunt valde precipites in credendo
malis et maxime dictis contra se. Et tales eciam sunt faciles et prompti ad vi
dictam Contra quos scribit btus Augus Jo epo chonnithorum dicens Si quid
vo ad aures tuas de quorumque clericorum peruenit quod te iuste possit offende fa
cile non credas. nec ad vindictam te res accendat incognita dis lxxxvi
Si quid Et hinc dco concordat dcm bti Augus de pnia vbi dicit Crimina va
sunt quedam tn iudicia no sunt credenda nisi certis indicijs demonstrentur xi q iii
Crimina et xv q vii Si quid Reuera periculosa res est festina credulitas mali
et ad ipam sequitur festina vindicta. vindicta eni festina in multis casibus prohibetur

6

1

8

Nam licet vindicta que fit animo vlciscendi semper sit mala. animo tamen corrigendi licite infertur malis nisi forsan habeat multitudinem xxiii. q. iiii. Non potest et dist. l. non constituetur nisi. Vel nisi timeatur desperatio et obstinatio vii. q. i. § cum ergo. Item nisi timeatur scismatis periculum xxviii q. iiii. non sit manifesta per iudicium xx iii. q. iiii. Forte Item si crimen soli iudici est notum. quia tunc ex vindicta iudex fieret proditor ii. q. i. Si peccaverit. Vindicta ergo non est expediens etiamsi fiat animo corrigendi in casibus predictis. sed animo vlciscendi nunquam est bona dist. xl vi. Sedicionarius xiiii q. i. Quod debetur xxiii q. iiii. Ita plane. Nec est vindicta sumenda de crimine ... quia illa deo est reservanda qui dicit Michi vindicta et ego retribuam xxiii. q. i. § i. post medium Item vindicta propria prohibetur que est ad vlcionem xx iii. q. i. nisi. et c. Paratus ii. q. iiii. hec omnia ex textibus

Nota marg.: quinque ... si ... vindicta ... dist. l. vt constituerentur. Item si reatus et culpa non sit ...

9

Nono bonus iudex cavere debet ne sit iudex testis et accusator. Iudex enim sine accusatore condempnare non debet. sicut nec Christus iudam abiecit a se cuius perfidia clare constabat xx iii. q. iiii. Si quos. et mulieri dixit in adulterio deprehense Vbi sunt qui te accusabant et quia nullus condempnare debet sine accusatore. Ideo iudex non debet esse accusator et testis. Sic enim dicit beatus Augustinus omelia de penitentia in hec verba. Multi corriguntur vt petrus. multi tollerantur ut iudas. multi nesciuntur donec veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum Nos vero quemquam a communione prohibere non possumus quamvis hec prohibicio nondum sit mortalis sed medicinalis nisi aut sponte confessum aut in aliquo seculari vel ecclesiastico iudicio nominatum aut convictum. Quis enim vtrumque sibi audet assumere vt vnusquisque ipse sit accusator et iudex. hec Augustinus et habetur ii q. i. Multi. Tales enim iudices possunt merito declinari quia naturale est suspectorum iudicum insidias declinare iii. q. v. Quia suspecti et tales esse sunt ... testes rei et iudices sicut eundem patet post medium. Est igitur quatuor assignandum vt in omni iudicio contencioso et publico quatuor sint persone videlicet iudex accusator defensor et testis. Nec aliquis per duorum vel trium in hoc casu supplere officium vi et iiii. q. iiii. i. § ex eo dicitur Nullus vnquam presumat accusator simul esse et iudex et testis. Iudex debet advertere vt sit per se consciencie reparator quia verum

10

Decimo bonus iudicium est iudicare primo considerando personam demum culpam adiecit. Quam iii. q. vii. postulatus et c. sequenti. vii et quatuor iudicium publicum debet precedere de pe. dist. i. In accusatione. Iudicandi iudicium vim istam ac tior.

11

Vndecimo caveat. ne sit timore remissior aut ... multiplex quia aliquis timet suum vxorem vel amicum perturbare in proferendo veram sentenciam Alius ne si offendat per suam sentenciam familiaris amici sui quia sibi simile quod contingat Aliquis vereretur tyrannidem contra suos vel ipsorum familiares et amicos veniret sententia et sic iusta sententia ex multiplici timore impeditur. Quia et alius timet propter pecuniam promissam vel publicam immediatam recepta si contra donatorem fieret sententiam et omnis talis timor est malus et maxime in iudice. Quia enim quatuor sit odio vel inimicicijs amicicia vel munere vel metu tot quot modo iudicium pervertitur Augustinus testatur dicens Cum vtrumque aut consanguinitate aut amicicia vel hostili odio vel inimicicijs in iudicando ducitur pervertit iudicium Christi quod est iusticia et fructum illius vertit in dampnacionis amaritudinem xi q. iii. Quatuor modis § quia vero et c. sequenti dicitur quisque metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat iram dei super se provocat. Sequitur in bono iudice ne sit impietate rigidior vii et apostolus ii. ad

12

Duodecimo. Thi. iiii. dicitur Argue obsecra increpa in omni paciencia et doctrina. Debet ergo iudicium esse mixtum pietate et rigore. quia secundum gregorium disciplina vel misericordia multum destituitur si vna sine altera teneatur dist. xlv. disciplina et parum infra. Conscienda ergo est lenitas cum severitate faciendum quoddam est ex vtroque temperamentum vt neque multa asperitate exulcerentur subditi neque nimia benignitate solvantur vii et c. sequenti dicitur Omnis qui iuste iudicat stateram in manu gestat in vtroque penso iusticiam et misericordiam. sed per iusticiam reddit peccati sentenciam per misericordiam peccati temperat penam ut iusto libramine quedam per equitatem corrigat quedam vero per misericordiam indulgeat. Misceat ergo bonus iudex vinum cum oleo ad sanandum vulnera samaritani Luc. x. i. parte. Vinum enim mordicat et mundificat. oleum lenit et fovet Correctis enim quisque plus debet mansuetudinis quam rigoris xlv. dist. Cum in sinceram et c. licet vii et asperitas nimie increpacionis nec correctionem recipit aut salutem Videm enim beatus ... stimulus sit movende persona est Quarum scilicet debe-

Octavo premissa aliqui querit an iudex habere ad quam iudicetur secundum bernhardum in glo. super Sed dissimulatus extra de rescriptis quia iudex debet esse pendulus neque inquirere debet ab alijs quid eum loqui oporteat Sit autem de iudi. in pri. c. vi. de con

sanguinitate et affinitate ex tris nisi tamen si illiteratus est et habeat consuetudinem
causarum sive periciam iudicandi potest ei causa committi. Nullus tamen potest esse iu-
dex in causa certa nisi sit peritus in causis sicut habetur in glo. super prima ca. xxxv
In iudice enim requiritur sciencia mediocris sicut et in prelato de elec. cum olim
nob. et de rme. Nisi possit licite aliquo casu pecuniam recipere non videtur. quia
Utrum vero iudex si accipit vel accipit pro ferenda sententia simpliciter sine deter-
minacione ad bona vel mala vel accipit ad ferendam iustam sententiam vel accipit
ad ferendam iniustam sententiam. Ultima possibilitas non debet dari ymmo tenetur ad restitucionem
tocius dampni si dolo vel malicia aut crassa negligencia fert malam sententiam. Similiter
ceteram vel primam non potest licite fieri quia iudex eo quod iudex est tenetur facere similiter
et eciam tenetur ad iustam sententiam. Unde si pro aliquo predictorum pecuniam recipit turpiter
recipit. et crimen concussionis committit Et idem est dicendum si recipit pecuniam ut
non iudicaret cum debet iudicare vel ut non male iudicaret i. q. i. Iubemus et de
non iudicaret cum debet iudicare vel ut non male iudicaret i. q. i. Iubemus et de
symo. c. Nemo et Aug. xi q. iii. Non licet iudici vendere iustum iudicium et ra. si licet
at advocato vendere iustum patrocinium et iurisconsulto iustum consilium glo.
eciam super palle. ca. dicit quod crimen concussionis est cum quis in officio constitu-
tus extorquet aliquid per metum a subditis aut cum non vult facere quod tenetur
nisi data pecunia. Aut cum aliquis officialis et iudex aut miles ultra statuta
stipendia extorquet. Unde et beatus Io. bapt. dixit militibus Estote contenti
stipendiis vestris neminem concucientes luce iii. Contra eandem videtur quod non illi qui dedit
Cui vero debeatur pecunia sic male recepta quia turpiter dedit vel pro sententia in-
iqua vel non ferenda sententia sed ei debetur in cuius iniuriam dedit vel ut alter
recepit i. q. i. Iubemus ar. xiiii q. iiii Si quis in atrio Si vero recepit pecuniam
ad ferendam iustam sententiam. quia forte mora fuit nociua credo quod danti eam te-
ad restitucionem quia danti pecuniam tamen facta est iniuria eo quod iustum iudicium exactus
est petere pro pecunia quod gratis debebat accipere et hoc facit exemplum non sane
i. q. v. et de symo. dilect. Si vero aliquis pecuniam dat iudici ut eum iudicem
sibi inclinaret sub specie recti et ita indirecte ac tacite intendebat ipsum corrumpere
non illi sed pauperibus vel illi in cuius dedit iniuriam vel in arbitrium ecclesie resti-
tuenda est ut in c. non sane Si vero pauper perdidit causam suam propter hoc quod iu-
dex non vult facere sententiam iudex tenetur ad restitucionem litis estimacione ei qui per
eius negligenciam lesus esse cognoscitur xxiii q. ii. Dne. et q. v. Administratores
In summa ergo videtur quod iudex iniuste pecuniam potest licite recipere ne dum supra.
queritur prodo crassetur dis. lxxxvi. Non satis et hoc intelligitur de ordinariis
iudicibus qui dignitates et redditus habent assignatos et de hiis quos oportet indi-
ciam non oportet facere maiores expensas Illi vero qui non sufficiunt ad illas faci-
endas sicut sepe contingit de iudicibus delegatis possunt petere moderatas
expensas et inculpabiliter sicut patet de vi et ho. cle. Cum ab om. xii q. ii. Caritatem
Nemo enim cogitur suis stipendiis militare ut ad Chor. ix. Cum ergo dominum card.
viam non faciant vel expensas propter indigenciam de eis nisi super sit copiose provisum
de beneficiis et aliis bonis necessariis planum est quod non debent quod recipere a partibus
Ulterius queritur an iudex possit aliquem condempnare sine accusatore Ad quod
respondetur sicut thomas in summa q. lxvii ar. iii quod iudex est interpres iusticie un-
de phus dicit v. ethicorum quod ad ipsum confugiunt sicut ad quandam iusticiam animatam
Iusticia autem ut supra assumpta non est ad seipsam sed ad alterum. et ideo oportet quod iu-
dex iudicet inter duos quorum unus sit reus et alter accusator. et ideo
in criminibus non potest aliquem condempnare iudex nisi habeat accusatorem. actus
xxv dicitur Non est consuetudo romanis aliquem condempnare quam accusatus
presentes habeat accusatores et locum defendendi accipiat ad abluendum crimina
que ei imponuntur Nichilominus si infamia criminis contra aliquem currit locum
accusatoris habet Unde et Gen. iiii c. dicitur Cayn vox sanguinis fratris tui
abel clamat ad me de terra Unde et evidencia perpetrati sceleris clamorem non
indiget accusatoris de accusacione evidenciam In denunciacione vero quia ibi non in-
tenditur punicio sed emendacio nichil agitur contra denunciatum aut denun-
ciatum sed pro eo et ideo non est ibi necessarius accusator Unde et in hiis
super quibus laborat infamia iudex ex officio potest procedere.
Ulterius est sciendum quod iudex inferior non licet preterem aliquem a pena ab-
solvendi que propter accionem est infligenda Secus de deniacione quia ubi nulli
fieri iniuria unum et pro republica et pro eius medela accusans est ut reus pu-
niatur Princeps tamen quia habet plenam potestatem in republica si ille cui passus est in-
iuriam velit remittere culpam potest eum a pena licite absolvere si tamen hoc publice
utilitati non videt esse nocivum

Contra vero iudicium istud senciebant manicheorum error qui dicunt neminem iuste posse iudicari allegantes pro se dictum Christi Mt. vii. Nolite iudicare et non iudicabimini. Iste dicunt legem mosaycam iniquam fuisse ex eo quod penas carnales et mortales inflixit ipsamque dicunt a dyabolo esse factam. Item assumunt pro se verbum domini dicentis michi vindictam et ego retribuam. Item allegant pro se verba et doctrinam Christi Si quis te percusserit in unam maxillam prebe ei et alteram et per quod de nulla iniuria sit pena petenda nec pro ulla culpa pena infligenda. Item assumunt pro se dictum apostoli ad Ro. xiiii quod dicit Tu quis es qui iudicas alienum servum suo enim domino stat aut cadit Dominus autem omnium deus est Sed revera meretur ex iniquitatis sibi quia si iudicia non esset pireret universum et maxime dispereret bona policia quia nullus timeret alium et hoc ipsi heretici intendebant quia cum malas opiniones et hereses dogmatizabant et tenebant propter quas se timebant posse occidi ecciam invenerunt inter errores quod non sit licitum quemquam iudicari et occidi Nam revera hoc licitum est quod procedit ex inclinacione iusticie et quod procedit ex fervente caritate et hoc est iustum iudicium Quod vero dicunt heretici Christum dixisse et inhibuisse iudicium hoc est verum de temerario iudicio vel usurpato Temerarium est quando dimissa et preposita recta racione solum iudicat secundum voluntatem et affectionem vel ex quo quis legibus contemptis iudicat secundum leves coniecturas. Qui enim talis sive sit iudex sive non tale faciens iudicium temere iudicat et contemptibiliter iudicat quia leges vel modos secundum quos iudicare debet contempnit Pari modo dicimus iudicare de hiis que ad ipsum non spectant iudicium sicut iudicare de divinis de quibus iudicare non debemus. cum supra nos sint ut dicit beatus Augustinus in li. de sermone domini in monte temerarium iudicium est. Iudicium vero usurpatum est quando quis non est iudex datus vel constitutus ab illo qui potuit de iudicio se intromittit talis enim sibi usurpat iudicium cuius potestatem non accepit. tale enim iudicium Christus prohibuit ut non iudicaremus de illis de quibus iudicare minime debemus et quod non iudicaremus nisi modo et forma quibus iudicium recte et bene fit Et quia homines sepe sibi usurpant alios iudicare quos non debent vel ex levi coniectura alios diiudicant Ideo prohibuit Christus non quia de iudicium esset malum sed quia temerarium et usurpatum esset malum Item quia in iudiciis multa sunt pericula Potest dici quod Christus prohibuit voluntatem iudicandi non necessitatem Sicut et dixit Nolite iurare non tamen in necessitate prohibuit omne iuramentum sed prohibuit voluntatem iurandi sine necessitate Pari modo dixit Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt non ad excludendam omnem dileccionem simpliciter qui precepit dileccionem proximi sed prohibet dileccionem non necessariam que magis est secundum voluntatis appetitum quam secundum legem racionis Unde et dicit propheta. divicie si affluant nolite cor apponere non excludit divicias sed cordis dileccionem in eis Quod vero secundo dicunt legem mosaycam esse a dyabolo factam menciuntur quia Io. in apocalipsi moysen appellat servum dei quod non esset si lex sua mala esset et dyabolica Dicit apostolus in epistola ad ebre. dicit quod moyses quidem fidelis erat in deo tota domo sua sicut famulus in testimonio que dicenda erant Et dominus in ewangelio iubet audiri moysen et prophetas quod utique non faceret si lex sua mala fuisset Item dominus apparuit discipulis suis euntibus in emaus scripturas incipiens a moyse et prophetis quod utique non fecisset si lex moysi fuisset dyabolica et mala Quod vero tercio dicunt quod deus sibi soli vindictam malorum et ipsorum punicionem reservavit certe non est verum. licet enim sibi deus semper reservet punicionem malorum et post hanc vitam non tamen pro statu presenti excludit potestatem iudicum aliorum Unde non dixit. michi soli vindictam et ego retribuam. sed quia participacionem et tamquam delegatus a deo quia qui potestati resistit. dei ordinacioni resistit ad Ro. xiii unde et i pet. ii ca. dicitur Subditi estote omni humane creature propter deum. sive regi tamquam precellenti. sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malorum laudem vero bonorum Et Christus dixit pylato Non haberes potestatem in me nisi tibi datum fuisset de super Omnis enim potestas a deo est et non solum vindicta deo debetur sed eius ministro. Unde et potestatem emere sive puram iurisdiccionem cum sit res spiritualis symonia est. Non ergo est exclusa potestas iudicum si dominus omnium eminenter sibi reservat vindictam sive in presenti sive in futura vita Quod vero quarto dicunt Christum docuisse si quis te percusserit in unam maxillam prebe ei alteram consilium est non necessitas. Nec hoc dixit Christus nec docuit abstinere a quolibet sed a perfectis qui non solum implent dei precepta sed eciam abstinent consilia. nec per hoc excluditur malorum punicio quia plures iudices non abstinent consilia quia nec castitatem aut paupertatem

aut abediencam punitur vel obseruant hoies eciam et ideo necia est malorum
primas quia homines sunt pro etatem rerum vxorum et voluntatem quibus si inseat
iniuria certe necia sunt iudicia Ad dem vero apli ad Ro. xiiij cu dicat tu qs
es qui iudicas alienum seruum verbum apli est contra temerarios iudices et sibi
vsurpantes ptatem iudicandi illos qui erant sub lege xpi qui cibis vtebantur
vetitis in lege veteri et ideo alij iudicabant eos cu tn ad ipos minime ptinet
vn et dicit aplus. Qui manducat non manducantem non spernat et qui non manducat ma
ducantem non spernat Reprehendit enim et aplus in pluribus locis ewangelij et eplarum reprehendit
iudicia temeraria et vsurpata que sunt contra legem veritatis sed simpliciter iudicia iniusta
sunt prohibita Cristus enim dixit nolite secundum faciem iudicare Ex hoc enim apparet quod
iudicium minime interdixit qz sicut excepcio firmat regulam sic modificacio facti concedit
factum sicut si diceretur non eas velociter ex hoc cursus est minime interdictus sed tantum ve-
locitas ita cum xpus dixit nolite secundum faciem iudicare negauit iudicium et re gesta

Tercio est aduertendum principaliter quod homo tenetur proximo suo viuaz fidem di- | i Misericordia
lectionem et veritatem Misericordia ostenditur et consistit in exhibicione operum
misericordie. Opera vero misericordie sunt duplicia Quedam sunt spiritualia Quedam sunt corporalia
... ex parte rei que prestatur qz doctrina
... elemosine spirituales sunt pociores tam ex parte rei que prestatur qz doctrina
sine correccio sunt in se res nobiliores quia spirituales quam panis vel alia ele-
mosina corporalis tum ex parte illius cui datur elemosina spiritualis qz spiritui
datur tamen comparando elemosinas secundum aliquem particularem casum potest contingere
quod elemosina corporalis preferatur spirituali puta magis est pascendus fame mori-
ens quam docendus sicut et indigenti plus expedit secundum phm ditari quam phylosophari

Ulterius est aduertendum quod dare elemosinam cadit sub precepto et omittens eam
peccat mortaliter vt patet Mt xxv. quia xpus dixit Esuriui et non dedistis
michi manducare et concludit Ite maledicti in ignem eternum ... quod contrarium
caritati dei vel proximi est peccatum mortale. et quia negacio vel subtractio
elemosine homini indigenti a potente dare est contra caritatem ideo est mortale
peccatum vn et i Jo iij dicitur Qui viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit
viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in illo. Patet ergo quod dare elemosinam
cadit sub precepto non dare simpliciter i quocumque modo sed secundum rationem quia si actus non
fit secundum rationem non est virtuosus et per consequens non est meritorius. Ad hoc autem vt elemosina
fit secundum rationem rectam aliqua sunt attendenda ex parte dantis aliqua ex parte
recipientis Ex parte dantis vt sit ei superfluum vltra suam necessitatem qz a
vera et perfecta caritas incipit a seipso. quod enim homo alteri det quod sibi
est necessarium non est secundum rationem nec secundum caritatem quia quilibet plus sibi quam alijs
obligatur. Opportet ergo quod elemosina sit superflua illi qui ipsam dat vt dare
debet et non solum sibi superflua verum eciam alijs quorum curam gerit qz vnusquisque
plus illis obligatur quorum curam accepit quam aliorum. sed videat. Deinde ne
necessitatem suam nimis extendant. Videant deinde ne curam suam nimis exten-
dant qz tunc necessitas nimis extenditur cum ventri seruitur non nature
cum delectacioni subuenitur non necessitati. Tunc eciam cura nimis extenditur cum
familia nimis multiplicatur et cum delicate nutriuntur Ex parte vero reci-
pientis requiritur quod necessitatem habeat alioquin non esset ratio quare ei elemosina
debetur verum qz vnus non potest necessitatibus omnium subuenire non omnis necessi-
tas obligat ad preceptum sed illa tantum que respicit necessitatem pacientis nec a-
liunde sibi sit prouidere aut alius non habet qui sibi velint subuenire Dic enim
dare elemosinam scilicet de superfluo et necessitatem extremam pacienti cadit sub
precepto. alias vero dare elemosinas cadit sub consilio. Necessitas autem hec est
estimanda secundum quod probabiliter potest estimari et sibi superfluum qz si quilibet habet
curam pro vno anno forte sibi nichil superfluum reputaret hoc eciam esset
cogitare de crastino quod dominus prohibet Mt vi probabiliter ergo sunt predicte cir-
cumstancie attendende vt illud reputetur superfluum. quod communiter consueuit
superfluum reputari et vbi homo probabiliter sciret pro crastino necessarium victum
suum quod hodie superest potest hodie superfluum reputari Pari modo vbi ho
probabiliter sciret quod anno sequenti tantum habebit sicut hoc anno quidquid excrescit
hunc annum potest ystius anni superfluum reputari Concordat hijs dictis s.
Tho. super iiij Sententiarum dis. xv et addit quod tunc intelligendum est casus ex-
treme necessitatis cum apparent signa probabilia extreme necessitatis future vel presentis

nisi ei subveniatur cito. Sicut cum aliquis videt aliquem tam debilem quod acquirere non
potest victum et tam pauperem quod nichil habet et alios videt tam pigros et insentes
immo tali subvenientes per hoc et debet in extrema necessitate reputari. Non enim
est expectanda ultima necessitas ut agonizare incipiat vel tantum debilitari quod
elemosina sibi non prodesset et sic iuvari non posset per elemosinam

Ulterius est sciendum quod aliquibus debetur elemosina ex debito sic prelatis et predica-
toribus maxime si non habent et constat eos predicacionis hoc officio, quia qui
pabulum prestat spirituale potest temporalia petere et auditores tenentur sibi dare.
Illis vero omnibus debetur elemosina racione indigencie indifferenter est subveniendum
si homo sufficiat singulis petentibus exhibere. Loth enim et Abrahe et Abraham
qui indifferenter omnes recipiebant ad hospitalitatem meruerunt eciam angelos re-
cipere quos forsitan exclusissent si aliquos repulissent. Non enim ex vita persona-
rum quas recipimus mercedem reddit deus sed ex voluntate et honorificacione et ex
ira et bonitate. Sic hec et alia dicit Crisostomus super Ebreos xlij dis. quiescamus
immo ex caritate dare iubemur elemosinam pro sustentacione non superbie sed hu(manitatis) cari-
tatis causa xi. q. iij. Quoniam multos nisi ex securitate necessariorum ut tibi ne-
gligeret iusticiam. Nam in tali casu dicit beatus Augustinus utilius panis esurienti
tollitur si de cibo securus iusticiam negligat quam esurienti panis frangatur
ut iniusticie seductus acquiescat v. q. v. Non omnis. Hoc tamen est intelligendum
nisi esuriat ad mortem. Tunc enim debet pasci quantumcumque iusticiam negligat
dis. lxxxvi. Pasce fame. Si vero quis non sufficit dare omnibus attendende
sunt condiciones et circumstancie quas beatus Ambrosius ponit li. de officiis que sunt
hec scilicet fides causa locus tempus modus propinquitas etas debilitas nobili-
tas. Et que ista satis declarantur lxxxvi dis. Non satis. Pro hoc eciam Beatus
eciam Augustinus li. de doctrina christiana dicit quod illi qui sunt nobis magis coniuncti quasi
quadam sorte nobis obveniunt. Unde magis debemus. Est tamen circa hoc dis-
crecio talis adhibenda secundum diversitatem coniunctionis et sanctitatis et utilitatis. Nam
sanctiori magis indigenti et magis utili ad commune bonum esset magis danda
quam persone propinquiori maxime non multum coniuncte cuius eciam cura nobis specialiter
non immineat nec magnam necessitatem paciatur. Et huic eciam concordat sanctus
Thomas in summa q. xxxi ar. iij.o dicens quod exhibicio caritatis et beneficiorum ad
magis propinquos secundum attendere attinentes est extendenda. Licet ipsa propinquitas
diversis respectibus et secundum diversa possit attendi. Quia quidam sunt consanguinei
et ista coniunctio est naturalis. Alii sunt conciues et in civili fidelitate sibi mutuo obli-
gantur et coniunguntur. Et alii spirituales coniunguntur. Et unicuique magis est subveniendum
in illo in quo coniunguntur. Licet et hoc variari possit secundum diversitatem locorum et
temporum et negociorum. Nam extraneo pacienti extremam necessitatem magis est subve-
niendum quam propinquo talem necessitatem minime pacienti. Unde et si unus est magis
coniunctus et alter magis indigens ad indigenciam sit intuitus et gradus habeat. Nec
potest certa regula dari cui sit magis subveniendum. Et eciam diversi sunt gradus propinquitatis
quod prudentis viri discrecio potest iudicare. Sed tunc quantum ponat quod per infide-
lis et extraneus fidelis simul indigeant. Nec unquam possit utrique subvenire ergo
quo alteri debet preferre dicit Raymundus quod opinio celebris est quod preponendus sit pater in
exhibicione caritatis sed in dileccione cordis preponendus est patri Christus ar. xxx dis.
ca. i. Quia preceptum est domini Exodo xx. Honora patrem tuum et matrem. Hoc intellige
si equaliter indigeant. Secus si extraneus indigeret ad mortem intrancus vero non.
Sunt enim parentes in recompensandis beneficiis omnibus preferendi nisi necessitas
ex alia parte preponderet vel aliqua alia racionabilis condicio puta communis utilitas
ecclesie vel reipublice. Unde eciam in extrema necessitate esset filius magis defendi quam
parentes prout dicit sanctus Thomas ubi supra. Danda habundanter. Ad quam

Ulterius est advertendum an elemosina sit danda habundanter. Ad quam questionem eciam respondet sanctus Thomas q.
xxxii ar. x quod habundancia elemosine potest attendi ex parte dantis et ex
parte recipientis. Ex parte dantis sicut cum aliquis dat multum secundum proporcionem proprie
facultatis. Et sic laudabile est habundanter dare Thobie iiij.o Si multum tibi
fuerit habundanter tribue si exiguum exiguum libenter impertire stude. Unde
et dominus laudavit viduam mittentem duo minuta cum diceret vere dico vobis
quod vidua hec pauper plus quam omnes misit Luc. xxi. Quia omnem victum quem
habuit misit. Ex parte vero recipientis elemosinam dupliciter dicitur habundans

vno mo q supleat sufficient eius indigenciaz. Et sic laudabile e habundanter
elemosinaz dare. Alio mo vt superhabundans ad superfluitatez. Et hoc no est laudabile
s melius est pluribus indigentibus elargiri. Vnde et apostolus p ad Chor. xiii. o
si distribuero in cibos pauperum etc. dicit glo. per hoc cautela elemosine docetur
vt pluribus prosit. Considerandus e etiam in hoc casu status hominis et condicio
quia magis debili vel nobili aut alias delicate nutrito in cibo magis delicato est
subueniendum. Iterum est aduertendum q in elemosine dacione sunt tria gnalr obseruanda. scilicet
In summa ergo iustum ordo et intencio. Iustum vt non de rapina non de vsura non
de symonia sed de licite acquisito et recepto. Aduertant ergo illi muneris recep-
tores qui impiu iustificant pro muneribus illiteratos et insufficientes beneficia impe-
trant pro muneribus indignos promouent pro muneribus dignos opprimunt pro muneribus
illiteratos et insufficientes commendant pro muneribus malos et corruptos supportant
et excusant pro muneribus quorum elemosina coram non est deo grata. quid ergo valet talibus
constructio ecclesiarum fundacio monasteriorum prouisio collegiorum certe nichil
quia elemosina non debet fieri de male acquisitis. i. q. i. Non est. xiiii. q. v. per totum.
Ordo etiam debet attendi et primo sibi postea aliis detur. Vnde luc. vi. ypocrita
eice primum trabem de oculo tuo et tunc perspicies vt eicias festucam de oculo
fratris tui. Cum ergo alii vult subuenire elemosina spirituali vel corporali subueniat
primo sibi ipsi. Vnde et sapiens miserere anime tue placens deo. quia deo non placet
primo sibi ipsi. Vnde et sapiens ... elemosina ergo primo facienda est sibi
elemosina ad scelere mixta. xiiii. q. v. Secundum elemosina ergo primo facienda est sibi
ipsi siue sit corporalis siue spiritualis deinde iustis deinde parentibus Non quod parentes
sed quia homines sunt. dis. lxxxvi. quod in ipsa inter iustos aut primo proximos si egere
cognoscitur non tamen vt diuites fiant illi sed vt vitam perpetuam et fructum bonum operis
acquiras et precio misericordie peccata tua redimas. Vnde lxxxvi. dis. Non satis
quod est probanda intencio quia est necessaria ad elemosine vtilitatem videlicet vt detur ad lau-
dem dei non ad vanam gloriam. quia in elemosina deus plus pensat animum quam datum. dis.
xl. v. Duc. In medio vtriusque cordis desideranda est elemosina tribuentis nec considerandum
est quantum sed qua mente qua affectione dat quod potest. de pe. dis. v. c. i. danda
est ergo elemosina ab omni homine. quia ab ipsius dacione nullus hominum excusatur
aut supportatur. Est enim opus preceptum omnibus officiis omnibus etatibus necessaria et
ab omnibus concedenda. Non publicanus non miles non agricola vel vrbanus diues
et pauper excipitur omnes in quantum mouentur vt conferant non habenti. Quia enim
plenitudo virtutum est. et ideo omnibus proposita est perfecta forma virtutis. dis. lxxxvi.
Non satis. quod singulis. Ex quibus liquet quod domini Card. ad largicionem elemosinarum
maxime obligantur, quia si quilibet iuxta suas facultates ad hoc obligatur
multo magis domini Card. cum copiose et de elemosinis est preceptum. Vnde et pre-
latis non prodest lectio et oracio nisi assit elemosine largicio. dis. lxxxvi. Fratres.
Si enim deus ad iracundiam concitatur. Ita quod dei ira mundus fame et pe-
nuria premitur. quia elemosina pauperibus subtrahitur vt dicitur xvi. q. i. Reuertimini
Multum est formidandum dominis Card. ne deus eum affligat aut spolio suorum
aut igne incendio vel beneficiorum suorum sublitate et inutilitate vel alio quouismodo
si pauperi non subuenerit sic potest. Iteria sunt elemosinarum genera. Vna corporalis de qua dictum est
Vlterius est aduertendum quod altera spiritualis et hec duplex scilicet dimittere illi a quo
lesus es. et tercia corrigere delinquentes et errantes reducere ad viam veritatis
dis. xl. v. Tercia sunt igitur venia danda de offensis patet dis. l. Considerandum
Nec ab hac elemosina aliquis se potest excusare licet ab elemosina corporali se pauper possit
excusare sicut patet xl. v. dis. Duc. Debet ergo dominus Card. si offenditur vel turbatur
palam confratrem suum vel familiarem quod iniuriam dimittat de corde suo. Ipse namque
est regula et exemplar aliorum. quare ipsum decet maxime ignoscere. quia reuera
multa sunt ex quibus magna premitur turbacio sine racione que si racionabi-
lis homo qui propter magnam racionem in ipso et discrecionem promouetur ad statum
magnum et altum non curat attendere verecundia sibi exinde suarescit et
ab inferioribus et subditis trahitur in contemptum. Nam nichil est quod ita
virum dehonestat sicut incontinencia sue mentis. Sepe enim contingit quod dominus
Card. turbatur ex eo quod sibi resistitur in persona promouenda per ipsum aut forsitan
in promocione propria qui si attenderet quare animus sibi resistitur forte minime turba-
retur. Nam quilibet dominus est liber et quilibet sibi cupit plus honoris quam alteri

et pari modo quilibet habet sibi attinentes sanguine vel affectione quibus se reputat magis obligatum quos si proficit premonendo per aliud dominum Card qui est sibi coniunctos propterea velle turbare non debet Iterum consciencia hominis obligat hominem ad ea que sunt racionabilia. et si homo sequitur illam non debet assumere ad vindictam alius qui per ipsam impeditur Si enim aliquis ex animo turbaret alium forte racionabiliter posset offendi. sed tamen non ex animo fit ex quo sequitur offensa non est de hoc turbandum non enim fit animo iniuriandi quod propter amiciciam fit quia propter consciam fit Sed si voluntate et intencione turbandi aliquis ledet tamen forsitan turbacionis habet sed sine voluntate iniuriam xv q i Si quis non. Sed heu quid dicam Nam multi sunt qui simulant indulgere et vlcisci proponunt nunc michil vindicte simulant in seipsis sed quod factum eis reputant ad iniuriam mente servant usque ad tempus aptum vindicte quod est turpe genus pietatis turpis condicio paciencie quia enim semel dimissa sunt non oportet amplius ad animum reducere xxiii q iiii si illa

Quantum vero ad tercium et ultimum generis quod est correctio fraterna est sciendum quod quilibet ad ipsam obligatus sit ad proximum caritatem. et quia caritas proximum in tantum nisi salutem proximi videt et ista fraterna correctio non est necessaria nisi pro quanto per ipsam creditur salus proximi procurari et in hoc tamen cadit sub precepto caritatis sic dicit sanctus thomas in summa q x xxiii ar ii Sed tamen quia preceptum est affirmativum non obligat ad semper sed pro loco et in omni loco et tempore per quibus creditur posse salus proximi procurari unde et beatus Augustinus primo de Ci. di. dicit Si propterea quisque obiurgans et corripiens male agentibus parcit quia opportunius tempus inquirit vel ipsis eisdem metuit ne deteriores fiant et alios ad bonam vitam et piam erudiendos impediat ac infirmos opprimat et avertat a fide non videtur esse cupiditatis set actio sed consilium caritatis Verum quia dominus Card non est multis familiaris ad quos se possit fraterna correctio extendere de illis cum quibus apostolicis conversatur aliquid est specialiter dicendum nec intendo hic loqui de correctione iudiciali que est actus iusticie et per collacionem fieri habet sed solum de illa correctione ad quam quis non ex officio vel statu sed tamen ex caritate obligatur Est ergo advertendum quod dominus Card conversatur cum superiore sibi equali sibi inferiori sibi; Cum superiori scilicet cum domino nostro papa cum equali scilicet cum consocio domino Card et cum inferiori scilicet cum sua familia sibi subdita et subiecta ad dominum papam an correctio fraterna se extendit ad ipsum videtur dicendum

Quantum quod licet deus aliorum causas commiserit hominibus terminandas et dominum papam suo iudicio reservavit ut di ix q iii Nemo et ca. sic aliorum et de elec. ca. licet possit tamen ab aliis iudicari. si a fide eum contigerit deviare ut xl dis. Si papa In aliis vero a nemine poterit iudicari nisi se sponte subiciat sic habetur ii q vii Nos si incompetenter et pari modo non tenetur nisi voluntarie de obiectis criminibus se purgare sic patet de Sixto papa ii q v mandastis et de leone ca auditum nos tamen deponi propterea per alios eciam si se subiciat eorum iudicio sic patet in ca predicto Nemo et xxi dis. Nunc autem Si patitur est corrigi vel forsitan est correctus sic patet ibidem in glo. de papa marcellino et xxiiii q iii dixit. Secus de pertinaciter perseverante et post monicionem precedentem ammonicionem caritativam et consuetam que est correctio vel magis

Quantum vero ad correpcio fraterna dicitur videtur quod domini Card dominum nostrum ammonere deberent si opus esset primo si non facerent graviter peccarent dummodo cum moderamine circa hec et in hoc observant quia circa in multis est observandum Et primo quod non de facili de ipso malum presumat sic xl dis. Non nos Secundo quod cum omni timore et reverencia ammoneatur eciam cum fletu et compassione si caritas expostulat ut non solum moneatur verbis sed doloris exemplo ammoneatur ut sibi parcat et populo universo et ruinam propriam formident et sibi subditorum casum exhorreat qui suo exemplo miserabiliter vivunt et pro quibus in districto iudicio habet reddere racionem Quia enim Romani pontifices mala prebentes exempla aut fuerunt depositi aut a deo miserabiliter percussi divino iudicio perierunt hic et in futuro patet de Jo. xii qui propter lubricam vitam suam cum voto confusibiliter deiectus fuit a papatu patet de Bonifacio viii qui propter tirannidem subito extinctus fuit. patet de benedicto viii de quo refert petrus damianus quod quidam episcopus eum vidit in equo nigro quasi corporaliter insidentem dixitque ei Nonne tu es benedictus papa quem iam defunctum novimus At ille inquit ego sum ille infelix benedictus qui graviter torqueor veruntamen de misericordia dei non despero vade mox et dic Johanni successori meo ut pecunias in tali loco repertas pro me pauperibus distribuat quia quidquid hucusque datum est pro me de rapinis fuit. Quod episcopus referens Johanni pontifici cedensque episcopatu monasterium intravit Consimile scribitur de benedicto qui nepos fuit precedentis benedicti qui post mortem visus est in quadam molendino i

spe cuiusdam monstruosi animalis cuius caput et cauda erant asinina reliqua vero corporis
sicut visus vero eum inspector fugiens reveretur per ipsum clamavit Noli me fugere
quia homo sum sed sic me reputo sic olim infelix papa corpus bestiali vixi pater
de Anastasio qui propter iniquum favorem fortino impenso dyacono et athanasio damp-
natus per ecclesiam divino iudicio percussus interiit xix dist. Anastasius Et sic certe
de pluribus deduci possent qui scandalose vixerunt quod miserabiliter aut repentine
sunt mortui aut confusibiliter deiecti et penis maximis deputati. Amonicio ergo
domini nostri si opus fuerit cum humilitate cum reverentia et mansuetudine ut ex modo
amonicionis cognoscat et videat quod caritas eum amonet non presumpcio ut videat
quod humilitas eum amonet non arrogancia ut cognoscat quod compassio eum arguit non
presumpcio. Sic enim scribit apostolus prima ad thimotheum iiii. Seniorem ne increpaveris sed obsecra
ut patrem, et ideo dixit redarguit demophilum monachum quod sacerdotem irreverenter
corripuit eum pericientem de ecclesia eiciens. Debet ergo hec amonicio fieri in occulto
quia et hoc est lex contra ihesu christi et petri successorem unde et layci et clerici videntes
aliquid fieri in curia que scandalizant facilius deponunt scandalum si assunt qui
huiusmodi facta sciant exponere et trahere ad bonum intellectum aut forsitan excusare quod
preter dominorum consciencia et voluntate perpetrantur. sicuti revera multa fiunt per
prelatos dominorum consciencia et voluntate perpetrantur. Secrete ergo est facien-
da huiusmodi amonicio propter duo. primo quia forte eorum amonicioni dabitur talis visio
per quam innocenciam amoniti clare cognoscat et apud alios sciant eundem effi-
caciter excusare, Secundo si contrarium perciperet dominum papam esse amonitum super excessibus
iam illa vera crederet de quibus prius forsitan dubitabat. Quando ergo
factum domini pape potest occultari vel ad bonum trahi intellectum ad vitandum scandalum amonicio
fraterna debet fieri in occulto et caveri debet ne huiusmodi in occulto facta amonicio aliis per
modum publicetur. Multa enim sunt occulta diu fiunt que per omnia dum facta sunt
aliis publicantur. unde et expedit huiusmodi amonicionem non fieri per omnes quia non possunt
fieri occulte sed per duos vel tres vice domini. Aliis vero amonicionis tempore debe-
rent orationi insistere vehementer supplicando ut deus sic illuminet cor sui vicarii quod
recognoscet et corrigeret corrigenda et emendanda et hec essent observanda in
duobus casibus. primus est si per factum domini pape sequitur scandalum quod tamen factum
in se et ex genere suo non est peccatum mortale. Secundus est quod huiusmodi factum domini pape
non dum scitur ab aliis licet sciant ipsi domini cardinales quod scitum ab aliis generaret scandalum
unde et prima amonicio debet fieri ad deponendum scandalum secunda ad preveniendum
Pono gratia exempli quod quottidie mulieres conclave domini intrarent hoc factum non
est peccatum in suo genere quia de illud quod est peccatum ex suo genere cum homo est peccatum et semper
nec aliquo modo sine peccato fieri potest sic furari etc. Sed constat quod introitus mulieris
ad conclave viri potest fieri sine peccato et ex domini nostri et aliorum quia possunt forsitan con-
fiteri aut alia monita salutis suscipere. et tamen si huiusmodi introitus mulieris sciretur
maxime non attinencium proculdubio scandalum maximum esset scientibus ymo toti
ecclesie si sciretur quia non potest cum deo toto corde habitare qui feminarum accessibus
copulatur. femina enim sicut sapientibus constat esuriit dist. xxxii. hospitiolum q.
re nec sine scandalo gravi huiusmodi frequencia mulierum fieri posset quocumque modo nec
certe mulieres ex attinentes. quia talis sola non venit et si cum aliis attinentibus
veniret aliis tamen hoc nesciret an essent attinentes vel non. Unde et beatus Augustinus
dissuadet ex cohabitacione sororis dicens. Que cum sorore mea sunt sorores mee
non sunt lxxxi dist. legitur quod beatus Augustinus Patet modo est loquendum si huiusmodi frequen-
cia adhuc esset occulta quod preveniendum est scandalum caritativa amonicione ne
factum quod sine scandalo tueri non potest amplius invalescat. sed quod ab ipso circumspecte
sistatur Si vero excessus esset notorius aut publicus certe esset cum reverencia
tamen et mansuetudine publice amonendus Sic enim dicit apostolus prima ad thimotheum v. peccantes
coram hominibus argue ut et ceteri timorem habeant. et exponit beatus Augustinus
de publicis et notoriis. quia in talibus non solum est ei subveniendum qui peccavit
sed eciam aliis qui eius exemplo ceciderunt. Et hoc confirmatur dicto beati Gregorii dicentis
Paulus dicit Seniorem ne increpaveris. sed hec eius regula tunc est observanda
cum culpa senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda minorum quod si hoc facit
domine culpa publica ii q. vii. paulus dicit Sicut enim laudabile discretum quod est vene-
rentiam et honorem exhibere superiori ita rectitudinis et dei timoris est si qua in eis
sunt que indigent correctione nulla dissimulacione postponere ne totum quod absit
corpus morbus invadat si languor non fuerit curatus in capite ibidem q. vii. sic ipse
Certe caput totius ecclesie est dominus noster papa et eius peccata si publica essent darent

aliis maximam occasionem delinquendi, immo tota dei ecclesia exinde nimie periculo patetur. Caveant ergo domini cardinales ne forsitan metu vel cupiditatis vel ambitionis eorum tempore dissimulent et silentio tabescant aut diversis differunt super huiusmodi ammonitione ne forte laycis arguendi prelatos detur occasio. Sic enim dicit venerabilis Beda sedens super sedem petri epistolam quod nonnunquam multi catholicorum minime in eadem amant iniquitatis ut et docti ab indoctis clerici a laycis minus arguantur ii q. vii. Sequitur ibidem et ss. quia ergo tacere dicti subiungitur eo quod personam cuiuslibet peccantis alterius et ut ita dicam capite legibus iiii^or tenetur. quia qui facit peccatum similis est peccanti tamen in peccato simili in culpa. attende quod dicit in principio quod nonnulli catholicorum minime in eadem amant iniquitatis ut etiam a laycis minus arguantur. Si enim tacet dominus Cardinalis quia est pro domino nostro promotus aut tacet quia sperat amplius promoveri aut tacet quia suos propinquos vellet honorari aut tacet quia suas vellet supplicationes signari et exaudiri. aut tacet quia sperat succedere aut cuiuscumque talimodi gratia delictum superioris dissimulat, indubie amat mercedem iniquitatis certe sic quia iniquitatem pro mercede dissimulat. Hic possit dari triplex responsio. Primo enim posset dicere dominus Cardinalis

Sed forte quod ad eum non pertineat dominum papam arguere nisi in causa fidei prout xl dist. si papa patet ii q. vii. omnes. Secundo posset dici supposito et concesso quod dominus papa possit argui super criminibus non tamen per aliud probrum est arguendus quia reprehensio tunc est iusta quando primo fit in se et post exercetur in alios prout iii q. vii. cum sine et ca. iudicet et ca. postulatis. Tunc ergo me senciam peccatorem diceret forte dominus Cardinalis papam reprehendere non debeo. Tertio forte diceretur si ego libenter monerem et arguerem alii non vellent consentire et si solus facerem non proficio sed indignationem incurro.

Primum responsionem videtur primo quod iure non prohibetur, immo conceditur.

Sed hinc replicatur. et quod dominus noster potest humiliter et cum reverentia corripi sive argui et quod iura que videntur facere ad oppositum seu in contrarium non prohibent nisi temerariam reprehensionem aut illam que ex nimia usurpatione procedit que magis est iudiciaria quam monitoria verum et vitam pape accusando cum superiorem non habet coram quo possit accusari. Nec iudicando quia nullus est iudex suus redarguere prout quod in hoc sensu loquuntur capitulum Si papa et similia ca. omnes non tamen prohibent ammonitionem caritativam et fraternam que fit cum humilitate et reverentia sic patet ex eodem capitulo omnes ubi concluditur quod licet sententia pastoris omnis gladio i. sententia condempnationis ferienda non sit reprehendenda tamen prudenter recte. Et hinc concordat ca. Nemo xxi dist. ca. Si quis nos etc. Et hinc

Secunda evasio nisi culpa sua mortalis est et publica sed nichilominus nec hec valet. Licet enim iudex qui obligatur ad faciendam iusticiam exactus et requisitus iusticiam proponere seu permittere non debet et si sciat se peccato mortali obnoxium sed non exactus potest suspendere. Et ad hoc faciunt capitula supra allegata pro hac parte videlicet de iudicibus qui alios habent condempnare quod prius se et suas conscientias debent purgare quam alios condempnare. Sed nichilominus super iusticia requisiti ipsi possunt et debent facere iudicium verum et rectum. Item illa capitula possunt intelligi de iudicare temerario et proterno quod magis obest quam prodest maxime si sciat delictum simile vel maius corrigentis et de hiis est scriptum in evangelio. Quid vides festucam in oculo fratris tui trabem autem in oculo tuo non consideras ubi dicit beatus Jeronimus quod xpus de hiis loquitur qui peccato mortali detinentur obnoxii et in mora peccati fratribus non concedunt.

Cavendum ergo et tacendum a correctione fraterna ab illo qui manifestum peccatum habet de quo publice constet. quod talis non videtur ex caritate corripere et ammonere quia vera caritas incipit a seipso ut primo corrigat possessorem deinde per compassionis intuitum in alios diffunditur. Vide et Jo. Crisostomum exponens dominum xpi cap. vii. Cum non dicas fratri tuo etc. In quo proposito puta ex caritate et salute proximi tum non e contrario primo salvares teipsum ergo non alios sanare sed per bonam doctrinam alios actus zelare et sic laudem ab hominibus querere quod non est opus caritatis et propterea nec ammonitio talis hominis dicenda est fraterna correctio quia illa intelligitur fieri ex caritate ad fratris salutem et emendationem. quia eum corrigendus sciat alium in maiori peccato consistere cuius correctionem spernet. immo forte contra ipsum sic corrigentem furore magis calesceret quam corrigentis verbis obediret verum et beatus Augustinus dicit in sermone domini in monte accusare vicia officium est bonorum quod cum mali faciunt alienas partes agunt. et ideo sicut beatus Augustinus subiungit cogitemus cum aliquem nos reprehendere necessitas cogit utrum tale sit vicium quod nunquam habuimus et tunc cogitemus nos homines esse et quod in ipsum eadem possimus vel hic potuisse vel quod tale quid habuimus et iam non habemus et tunc tangat memoriam communis fragilitatis

ut illam correptionem non odium sed misericordia precedat Si autem invenerimus nos in eodem vitio
esse non obiurgemus sed congemiscamus et ad equaliter penitendum invitemus Ex hiis patet
quod prelator si cum humilitate corripiat delinquentem non peccat nec sibi novam condempnationem
acquirit licet propter hoc in conscientia fiat ut saltem sua propria peccata penitus condempnabilem se o-
stendat et sic intelligitur dictum ad Ro. ii In quo alium iudicas te ipsum condempnas
eadem enim agis que iudicas. Hec omnia dicit sanctus Tho. q. xxxiii. ar. v. in cor-
pore. In ar° vero vi°. dicit quod fraterna correctio que est ad emendationem fratris nec
irritationem sed amonitionem est solum facienda quando probabiliter potest presumi emenda fratris
et ubi probabiliter potest presumi lapsus ulterior ad peiora non est facienda quia ea que
sunt ad finem sunt regulanda secundum finem. Ex quo patet responsio ad tertium dubium quod
dicitur quod timet ex sua correptione non sequi emendam sed irritationem et indignationem
Certe si emendam non credit probabiliter sequi ex sua amonitione posset licite ab-
stinere a correctione domini Card. sed verecunda irritatio non est timenda nec indignatio
aut turbatio quia vix aliquis corrigitur aut monetur ut desiderata proponat
quin irritetur et turbetur Non ergo debet dimittere aut postponere fraternam amonitionem
propter turbationem domini nostri aut alterius et sui indignationem etiam si nullus dominorum Card.
sibi vellet assistere quia quilibet dominorum debitor est fraterne correctionis et unius
negligentia alterius negligentiam non excusat quinymo scientes quod tenetur per amonitionem debet
et tenetur scilicet proximum nostrum ut caveat et abstineat ab hiis que contrariantur honori
suo et saluti sue et proximorum nec certe credo quod dominus Card. sue conscientie a deo
possit satisfacere aut ecclesie Romane in qua tantum est honoratus si non corripit aut
saltem quod in se est facit que ad honorem ipsius ecclesie credit expedire Nec est
trepidandum timore ubi non erat timor. quia utique credendum est et probabiliter
quod dominus noster papa sibi exinde non indignabitur sed ipsum semper habebit cariorem
ut patrem sui honoris et salutis zelatorem Dummodo dominus Card. amoneat occulte cari-
tative et mansuete Nec est de facili presumendum quod caput ecclesie et vicarius Christi sit
immemor sedis sue et salutis sue ut contra amonitionem fiat deterior quam omnes vellet vel
saltem velle debet fieri meliores quare ex ipsa amonitione non est tota ex timore
scandali domini nostri postponenda nec etiam ad longum tempus credo firmiter plura sunt
bona intentione per prelatos multos et principes que tamen multi scandalizantur. Nec est
alius defectus que ad emendam nisi quod nullus familiarium voluit domino scandala
aperire. Si enim scandala fuissent nota domino statim ab occasione scandali desti-
tissent. Et cum essem Alamanie inquisitor tunc sibi in provincias et habui familiarita-
tem multorum prelatorum quibus aliquando aperui illa que de ipsis dicebantur
et inveni quod indecenter detractiones gravissimas sustinebant. quia hoc quod faciebant
ex pietate alii trahebant ad lasciviam unde et multum sinistre familiaribus suis fuerunt
indignati quod tanto tempore eos dimiserunt in tali infamia laborare Sic et ego
dico in proposito quod possibile est aliqua fieri scandalosa que possent cedere
ad infamiam sive notam domino nostro pape. et tamen totaliter et omnimode sine culpa
sua sicut gratia exempli posset contingere quod aliqua persona boni status cuius conscientie
dominus noster plene crederet et complete aliquas supplicationes privatas expediret
pro pecunia et est possibile quod talis offensi possent dicere dominus noster multum est [illegible]
tus pro pecunia ex quibus tamen ubique cum fecerit vix aliquis cognosceret nisi quod domi-
nus supplicationes pro pecunia expediret. Sicque omnes scientes scandalizarentur et con-
stat tamen si talia domino nostro dicerentur quod utique de remedio provideret Item superius
memini me scripsisse quod quendam familiarem domini Card. quandam mulierem inte-
bat in quadam domo simulans hoc facere pro usu domini Card. sicut michi retulit
confessor eiusdem domini Card. et nisi confessor ad instigationem meam hoc domino
revelasset. ille ribaldus continuasset sua nephanda facta sibi ad culpam et domino suo
in maximum honoris sui detrimentum Presumendum ergo semper est melius ubi
de malorum experientia certa non habetur. Sine ergo formidine si qua essent dicenda
utique deberent dici. et si emulationes malorum sequuntur exinde non est culpa am-
monentium sed culpa amonitorum et cum dominus noster superiorem non habeat coram
quo posset accusari per quem puniri posset. si quod absit non curaret amonitionem
secretam vel publicam nichil restaret amplius nisi quod oretur pro ipso ut vel
emendetur vel subtrahatur de medio ne ecclesiam maculet perdat destruat vel
confundat suo pernicioso exemplo. que deus piissimus per sua infinita pietate aver-
tat in futurum. quod de presenti opus esse non credo. quia sicut superius scripsi mihi constat
per experientiam quod dominus noster scienter propter favorem aut munera a recto et iusto
non recederet quoniam sine. et si modum experientie mee vellem exprimere esset non bene

affectus in utroque consentit, sed sufficit loqui generaliter ne tacendo totaliter videatur nocere innocentem et sufficiat tacere particularia ne forte videatur plus adulacioni studere quam veritati. Ad finem correctionis dominorum vel Cardinalium mittit se et adiuvet

Secundo querendum quod alii amoneri possunt quam dominus noster papa quia ipsi superiores. Sunt distinguendum ergo videtur sic primo quia culpa domini Card. est publica vel occulta si publica arguendus est publice sic publice peccant quia per publicam argucionem satis fit non solum delinquenti quantum ad se verum eciam quantum ad alios. Unde et publica reprehensio caret duplici scandalo unum est labes aliorum secundo culpe dissimulate aliud est quod per talem dampnacio ab aliis domini Card. consilia suspicantur. Sic ergo manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda de pe. et re. manifesta sic et publica culpa mortalis cuiuscumque est publice arguenda. Et sic dicebat apostolus scribens ad Timotheum v. peccantem coram omnibus argue ut ceteri timorem habeant. In publicis enim non est tantum subveniendum lapso sed eciam lapsis per casum suum. Non tamen debet dominus Card. cito credere delictum alicuius Card. esse publicum quia Card. non consuetum conversari clero vel populo nec potest scire quid ipsis constet et si dicat sibi unus camerarius vel alius familiaris propterea non debet ex eo credere culpam esse manifestam. Sed manifestum et publicum dicitur quod ipse una cum pluribus videntibus et audientibus videt vel audit videntibus dico culpam quam tanto sit quod communia peccata occultari consueverunt audientibus sic si unus cardinalis in publico excedet verbo inhonesto vel contra civilitatem Cardinalium vel coram multis audientibus aliis. Ille enim est publice arguendus. Defendum tamen est illi si presens quia superioritatem habet. quod si ille non faceret quantum tamen insolidum duximus sine tocius civitatis turbacione fieri possit et cum superioris reverencia quia illi non est faciendum iniuria sed locus et tempus oportunitatis sunt expectanda. Dixi eciam quod communia peccata occultari consueverunt. Quamvis non est de facili quemquam publice arguendum de cuius culpa certa sciencia non habetur. Quia si aliquis esset innocens qui tamen nocens crederetur per manifestam increpacionem culpa apud alios magis invalesceret. Ubi tamen nulla esset sed ponatur casus quod factum est publicum per quod quivis informatur et scitur esse publicum. Indignum est super hoc publice arguendum certe non nisi publice sciatur malicia facti et culpa. Ulterius ponatur casus quod aliqui inter se querantur dominum Card. et quod sit publicum nescitur tamen publice ad quem finem scilicet si ad malum vel ad bonum. Unde et utrumque sciendum esset antequam publice arguatur sed bene super scandalo esset ad partem primus arguendus. Et si de scandalo non curat tamen se verum ostendit in culpa scandali quam sciens paciatur et admittit factum quod sine peccato omitti posset et quod raro sit absque peccato immo prius scit se scandalo materiam ministrasse nec emendari curat sed fortificat famam de se malam. Quod quia non est verisimile quod dominus Card. honorem suum quem omnis homo naturaliter diligit ita negligeret nisi grandis concupiscencia que ita captivat mentes hominum quod resilire non possunt ab incepto cum teneret alligatum. Tenetur ergo dominus Card. vel materiam scandali amovere exponendo et declarando sufficienter ad quem finem fecit opus scandali. Et si scandalum amovere non potest factum tenetur preponere per quod scandalizat. Quod si neutrum facit est utrumque publice arguendus immo denunciandus et accusandus.

Ulterius quia sepe nescitur an facta sint publica vel non non est cuilibet credendum ut primi si eciam si plures referant ipsum esse publicum et eciam si referentibus esset publicum non tamen aliis. Sive nec coram aliis nec coram pluribus argui debet quam sciatur quod sic est. Iuxtorium ubi tunc publicare ubi prodesse potest xxii q. v. hoc videtur in fine ita est demittendum publicare ubi prodesse non potest. Sed si aliquis diffamet apud alios nec ipse emendatur nec audientes immo peiorant. Si vero aliquis estimat culpa esse certam scita domini Card. de aliquo dictorum aut circumstanciam culpe que est occasio scandali procul dubio coram omnibus super hoc vel ex parte enim esset per aliquos arguendus quia et omnes et singuli hoc tenentur et non solum ad partem facere inscio alio quia dum alius nesciret hoc factum esse scandalizaret forte de negligencia Card. sed eciam publice coram aliis vel ad partem aliis scientibus et hoc modo et forma quibus melius credit lucrari fratrem suum. Quod dico propterea quia si semel esset correptus correptus per aliquem et ipse hoc male et contemptibiliter reciperet culpam in emendacione excusando vel arguentem arguendo vel culpam defendendo iam non expediret per alium corripi nisi forte esset tante reputacionis per aliis aut propinquitatis vel familiaritatis quod citius per aliis credere amonicio minime sperneretur. Si vero ad vocem primi arguentis ostenderet se humilem et paratum emendari iam non esset opus ut per alios arguatur si sciatur eum emendatum immo plus expedit coram tacere nec facere sic acsi eius culpa constet

Si vero factum est occultum ita quod nullus sciat delictum Card. nisi alter Card. forte
sibi magis familiaris. iterum est distinguendum. quia illud vel est tale quod posset in
dampnum dampnum redundare sicut si tractaret de malo totius ecclesie vel quo ad caput
ipsius vel membra aut eos prodendo inimicis et hostibus aut sciando discordias inter
eos aut eruerit in ecclesia aut destruere statum et personas ecclesie ita quod pro tanto non
solum esset nomina faciendi sed aliis. et statim hoc Cardinali. et si solus sciat oc-
culte. debet domino nostro denunciare secrete vel alteri qui huiusmodi periculis melius et conve-
nientius posset succurrere et impedire. Si vero factum domini Card. est tale quod solum redit
in malum peccantis et in malum illius cum quo facit et consentit quia fit vel cum quo fit
sicut actus carnalis. tunc ad hoc solum tendendum est ut dominus Card. peccanti
succurratur et aliud a periculo preservetur et hoc more periti medici qui si potest
sanitatem confert sine precisione membri si non potest precindit putridum membrum
et vita totius conservetur. Ita et qui studet emendacioni fratris. debet si potest sic emen-
dare fratrem quantum ad conscienciam ut fama eius conservetur. que etiam est utilis non so-
lum quo ad homines exterius. verum eciam quo ad conscienciam interius. quia pre timore in-
famie multi a peccato retrahuntur. qui eciam irrefrenate peccarent si se infamatos
viderent Arguendus est ergo dominus Card. ad partem et metu infamie forte cessabit
quia sicut videt fratrem suum ad corrigentem pervenisse ita et ad alios ne perveniat
timere habet et cavere. Beatus Jeronimus dicit. Corripiendus est seorsum frater ne si
semel pudorem amiserit permaneat in peccato Item multum est cavendum de fa-
ma domini Card. ne dum unus infamatur alii infamentur. aut forsitan status ipse
sicut dicit beatus Augustinus ad clerum yponensem. Cum de aliquibus qui sanctum nomen pro-
fitentur aliquid criminis vel falsi sonuerit vel veri patuerit instant satagunt
ambiunt ut de omnibus hoc credatur Item cavendum est de fama domini Card. si vero
est occulta quia ex peccato suo posset sciret ab aliis sequitur aliorum provocatio ad peccatum idem
sicut vel maius. Unde patet quod de necessitate precepti evangelici super proximum caritate et dilecc-
tione danda est ut secretam correctio denunciacionem precedat. quia hoc eciam est doctrina evangelii
dicentis Si peccaverit in te frater tuus argue eum inter te et ipsum et hec quo ad occul-
tum. quia dicit si peccaverit in te hec eciam correctio que non est aliud quam fraterna mo-
nicio debet fieri semel vel pluries et quociens et tociens sicut fructus emenda speratur
Cum vero iam probabiliter cognoscitur quod secreta ammonicio non valet procedendum
est ulterius ad testium inductionem vel denunciacionem secretam vel ad infamacionem eciam
vel alio quomodo quo lucrari et emendari frater credetur nisi forte probabiliter
crederetur ex certis signis quod huiusmodi ad emendacionem fratris non proficerent nec valerent
quia tunc pocius est tacendum totaliter et orandum pro ipso quam infamandus Unde
et correctio fraterna cum sit amicabilis ammonicio non debet esse ad vituperacionem
fratris sed delicti detestacionem sicut est correctio prelatorum que est eciam vituperacionem
fratris et persone et delictorum sicut dicit apostolus secunda ad thimotheum iiii. argue obsecra in-
crepa etc. sed debet esse cum benignitate et racionabili persuasione ut summa modera-
men ex circumstanciis scilicet ex quantitate culpe ex spe correctionis ex statu persone
et ex zelo corripientis intimantis et monentis. Primo dico ex quantitate culpe quia
graviora sunt magis detestanda ut eciam ex turpitudine actus et detestacione
peccati resiliat a peccato. Secundo ex spe correctionis quia forte oportunum tempus et eciam
locus expectantur. Tercio ex statu persone quia revera prelati singuli sunt ad omni
reverencia ammonendi intelligo magis domini Card. Item ex zelo monentis. quia si zelus
est amarus invidia vel rancore non debet corripere quia aliud purgando seipsum
pollueret Cum eciam ex tali radice denunciare vel accusare aliquem eciam de peccato
infamato infamato peccare mortaliter. Finis eciam debet esse ut lucretur fratrem. Et si
intencio vel finis non est corruptus vel amarus scilicet fratris infamia vel amaritu-
do vel turbacio vel odium vel superbia. eciam si bonus sequitur effectus nichilominus
peccaret mortaliter Debent ergo domini Card. mutuo se fovere et supportare defectus suos
inter se corrigendo et emendando non ex invidia sed ex dileccione et caritate in
qua quilibet alteri obligatur. nec tamen sic sint mutuo affecti ad seipsum ut peccatum
publicum defendant mutuo aut excusent aut eciam occasionem peccati ~~ad seipsum~~ vel
scandali quia hoc nichil est aliud nisi peccato et scandalo maiora et ulteriora occa-
sione ministrare Nullus enim dubitat sane mentis quin si dominus Card. defenderet et
excusaret publicam culpam alterius de qua aut cuius occasione fama facit malum
presumitur vel presumi consuevit vel scandalum est subortum omnes scientes excu-
sacionem et defensionem huiusmodi et facientem et excusantem parem iudicarent videant
ergo domini Cardinales quod excusando fratrem aut socium se et totum statum non inviscerent

videant quod edificando non destruant emendando non infament palliando non manifestent
et certe conscientie et fame ipse principaliter est satisfaciendum et si aliter esse non posset
cum dispendio fame alterius ad correctionem sue familie quia sicut tenetur ei ad pabu-
Tertio circa dominus Cardinalis tenetur lum corporale ita et ad spirituale Infidelis enim est
qui non tantum curam suorum non solum corporaliter vincit metaliter et spiritualiter
unde et dicit apostolus prima ad thy. v. Si quis autem suorum et maxime domesticorum
curam non habet fidem negavit et est infideli deterior. Ex hoc autem quod dicit
suorum et maxime domesticorum patet quod patresfamilias non solum tenentur curam gerere
sed circa domesticos id est circa filios ut exponit beatus Augustinus sed etiam circa omnes suos
per quos intelliguntur servi capellani scutiferi et omnes alii qui de familia sunt
hec autem cura ~~correctionis~~ correctionis non debet solum esse verborum sed etiam exempli
boni quia hec est species elemosine ut dicit beatus Augustinus. Unde sicut ad elemosinam
corporalem tenetur quilibet necessitatis tempore ita ad elemosinam spiritualem quilibet tenetur
tempore necessitatis spiritualis que necessitas est attendenda cum videt quis errare
vel cadere et maxime hec elemosina ad illum spectat qui curam gerit curam
Sed si vero familiares nec sic corriguntur scilicet per correctionem domini Cardinalis vel illius
qui locum eius tenet abiciendi sunt maxime si credit probabiliter eos per
hoc corrigi et in malicia minime perseverare ne promotores criminis videantur
sicut patet dis. xlvii. quod necesse. Si tamen dominus Cardinalis credet probabiliter eos propter hoc
non emendari sed forte licentius peccare et credet eos suo timore retrahi
a peccatis si secum essent non est sibi imputanda familie perversitas dummodo faciat quod
in se est amonendo et corrigendo sicut patet xlvii dis. quantumlibet. canonicus tamen et
tutius pro honore domini Cardinalis est et tales a se amoveat. si vero essent mali eo
inscio in nullo sibi possunt imputari quia beatus Augustinus dicit quantumlibet vigilet
disciplina domus mee homo sum et inter homines vivo nec mihi arrogare audeo
quod domus mea sit melior quam archa noe ubi inter octo homines reprobus inventus est
nec domus abrahe cui dictum est eice ancillam et filium eius vel domus ysaac
cui dictum est Jacob dilexi et esau odio habui. Presumitur enim vehementer contra pre-
latum de crimine negligentie quod adeo magnum est quod deposicionem inducit lxxxi.
dis. dictum. et quia non habet frontem reprehendendi alios qui non corrigit suos ne-
gligentia correctionis familie facit ad repulsionem promovendi ab honore et aliis licitis
actibus xlvii. dis. Non enim et presumitur prima facie contra habentem malam familiam
quod per eum steterit donec probet contrarium dis. lxxxiii. provenit. Caveat ergo
dominus Card. qui est episcoporum promotores ne culpabiles inveniatur in illo propter
quod clericum in episcopum repellerent ab honore. et quia de hoc plura scripsi tunc [illegible]
a pluribus de presenti ipse si quilibet alii ad dilectionem et amorem obligantur ex

Dilectio

Ulterius est advertendum dei precepto multomagis tamen dominis expedit mutua dilectio
quia si illam sanctam et bonam habuerint status ipsorum erit in solido. status ipsorum
firmabitur et exaltabitur in eternum. Si vero inter ipsos dilectio non fuerit nec amor
procul dubio status deficiet finaliter et ipsi mutuo se destruent in substantia et honore hoc
enim est primum et maximum preceptum ut deus diligatur et proximus nec dei di-
lectio potest haberi sine dilectione proximi juxta dictum beati Johannis in canonica sua
prima iiii.o ca. Qui non diligit fratrem suum quem videt deum quem non videt quomodo potest
diligere et sequitur et hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat et fratrem
Qui vero mandatum dei spernit quomodo potest deum diligere quia qui dicit se nosse deum
et mandata eius non custodit mendax est ibidem secundo ca. Diligendus est ergo deus
diligendus est et proximus. quia hoc est dei preceptum ut proximum diligas sicut teipsum
ut istud adverbium sicut quod est nota similitudinis non notet equalitatem dilectionis di-
lectionis quia nullus aliud tantum diligit sicut se sed notet medium et finem dilectionis
ut scilicet ad omne bonum ad omnem salutem mentis et corporis eum diligas sicut
teipsum id est in presenti ad gratiam et in futuro ad vitam eternam hoc enim quilibet vellet quicumque
diligit proximus diviso calore predat ad acquirendum ipsa. Sicut dicit Boecius de
de consolacione et ista est vera dilectio iste est verus amor. Omnis amor
alius ab isto non est verus amor sed concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum
aut superbia vite pre omnibus ergo mundi nocumentis et [illegible] dei vitent odium
invidie et emulaciones inter dominos Card. quia passionibus in ipsis durantibus
venena status eorum est [illegible] dicimus

Et quia amor duplex dicitur cavendum est ne falso amore decipiat semetipsum
Est enim amor mundialis qui sequitur appetitum sensitivum. Amor divinus

Im sequitur racionem Amor mundialis ut predixi magis concupiscencia quedam aut appetitus
commodi alicuius quam amor Nam de amore mundi Valerius dicit quod est quedam
passio inviscerata procedens ex vision vel inmoderata cogitacione forme alterius
sexus qua quis alius super omnia cupit alterius potiri amplexibus et omnia
de utriusque voluntate in amoris precepta compleri Iste non est rerum amor sed
vanus ut homo diligat quod ipsum affligit nec ei quietem prestat Unde et philosophorum
quidam dicit cum amas non sapias cum sapias non amabis Et regule istius
falsi et deceptiui amoris dicunt quomodo doluit et edit que amoris cogitacio
vexat et crebro amantis actus in coadamati cogitacione fertur talis enim amans
nichil bonum credit nisi quod placere potest nec solent aliqui tali amore feri nisi
quos nimia habundancia voluptatis vexat quia sic amans coadamatis solacijs
saciari non potest et talis amorosus semper est timorosus et talis consuevit pallescere
cum videt amatum et in ipsius ymagine continue detinetur eius mens intenta
De hoc amore dicit poeta Res est solliciti plena timoris amor Unde et O-
vidius de hoc fatuo loquens amore in epistolis vocat amatem orbum et non videntem
dicens in metro Victa precor genibusque tuis regalia tendo Brachia quid do-
ceat non videt ullus amans Et quia hic amor est magis complacencie et delectacionis
vehementer imperceptibili dolore est permixtus iuxta dictum cuiusdam dicentis amor
est error conscientissimus insaciata fames dulcis deceptio absque labore quies et
absque quiete labor Et in resistendo est maxime inclinacioni ac isti amori quia
nisi restringatur nulla etas nullus sexus nullus status nulla condicio ipsum potest
excludere Unde et sepe contingit quod hoc amore reges et principes prelati et clerici
veniunt in derisum dum nesciunt sue concupiscencie ponere finem aut medium Iuxta
dictum sapientis Post concupiscencias tuas non eas ne cadas in derisum inimicorum tuorum
Restringendus est ergo auditus visus et ceteri sensus qui sunt aptoria istius
amoris mundialis. Oculi quidem sunt multum custodiendi ad cavendum de isto a-
more mundi et carnali quia visus mulieris capitur lenocinio et visus ymaginis mulieris
multas vanas infert cogitaciones Unde et propheta petebat averte oculos meos
ne videant vanitatem. Auditus et verba carnalia verba delectabilia secundum mundum
sunt ei restringenda quia sepe auditus accendit concupiscenciam carnis et fertur quod
in illud amorem quod sola aure percipit. Obturande ergo sunt aures more aspidis
surde et obturantis aures suas quia non exaudiet vocem incantantis et venefici
incantantis sapienter ut dicit propheta Seneca multi credunt se infestinatas et
incantatas cum fatuo amore se spoliare non possunt sed certe ipsi sibi ipsis in-
festinaciones et incantaciones confingunt enim et ymagines rerum delectabilium quos
ipsi non se gestant mente et caracteres eorum infestinates et has figuras confirmat in homine
aut inveterata complacencia earundem aut ille principio humani generis inimicus quare
statim esset ad alias occupaciones divertendum ut supervenientibus aliis ymagi-
nibus et speciebus sine idolis priores credent importunitati posteriorum Item et
lingua est restringenda ne ad hanc det operam quia sepe inepta proposita dant
responsa Unde si quis vult a carnalibus et mundialibus abstinere studeat precipue a verbis
abstineat quia colloquia turpia corrumpunt bonos mores Unde et quidam antiquorum
philosophorum dixit a verbis turpibus abstineto quia eorum licencia impudenciam nutrit
Et Socrates dixit que facere turpe est ea nec dicere honestum puto Nam
ea que pietatem vel estimacionem aut verecundiam nostram ledunt et ut generaliter
dicam que bonos mores ledunt nec nos facere posse credendum est quomodo
non fiant Unde nec excusabiles sunt multi qui turpia loquuntur non intencione
turpi ut pretendunt sed iocandi causa quia nichil interest ut dicit Seneca
quo animo faciat quod facere vicioseum est Nam verba et facta percipiuntur
cuius nescitur et secundum exteriorem noticiam iudicatur homo Restringendi ergo sunt
omnes sensus a turpibus quia et ipsi sunt nuncij cordis et referunt cordi que relata
revocare non possunt quam resisti et eo melius et levius cavetur a noxijs et precipue
ab amore istius mundi transitorio et caduco qui nichil dolor delectabile affert vel
promittit sine miseria et tristicia subsequente Sed diligendus est proximus amore
casto amore pie divino amore recto et amore racionis quia et talis dicitur esse amor
hominum quia racio viget ut sic a bestijs distinguuntur cognicione sicut est et appetitu et
amore distingui debent Cum ergo illud preclarissimum collegium dominorum cuius
sit decoratum insignibus persone intellectu et racione vigentibus credendum est
hoc quod ab ipsis iste mundialis et probestialis amor sit procul Et sic habitus
est credendum sic ab omni fideli homine est orandum et deo supplicandum
ut eorum uniat amore recto et divino et in ipso teneat et confirmet

Iste autem amor rectus et divinus hunc ordinem habet ut mundus contempnatur corpus proprium non nimis diligatur proximo nos debito famuletur. Deus super omnia diligatur. Etenim cum aliter diligit ordinem vere dilectionis pervertit. prout apte declarat prosper libro de contemplativa vita qui dicit ordinem dilectionis pervertunt nec modum diligendi custodiunt qui aut mundum qui contempnendus est diligunt aut corpora sua minus diligenda plus diligunt aut proximos non sicut se ipsos et deum plus quam se ipsos forte non diligunt de pe. dis. ii. Si quis semel super caritatis Certe mundus non est diligendus sed spernendus affectu quia et ipsius regnum est plenum timore unde et xpus istud regnum fugit sicut patet Jo vi. cum iudei ipsum regem facere voluerunt et ipse dixit. Regnum meum non est de hoc mundo Jo xviii. Et non enim delicie mundi sunt plene miseriis patet de dionisio tyranno qui quendam amicum suum eum beatum reputanti gladium in pilo equi super caput appendit ipsum faciens sic sub gladio in epulas residere quam historiam copioso stilo refert macrobius super sompnium scipionis li. i. Cumque ille horreret epulas et mortis periculo conturbaretur dyonisius sic loquebatur. talis meus est vita quam beatam tu dicis et putabas Seneca munera prosperitatis mundi sunt prava insociabilia et caduca et eorum amatores periculis continuis se exponunt prout satis apte declarat beatus Augustinus in officio sine [illegible] decens amatores mundi. omnia quid militaris maior nec poterit esse spes vero quam ut amici mundi sitis ubi nisi fragile et plenum periculis invenitur et per quod periculum pervenitur ad maius periculum. hec omnia et dimittamus hec vana et inania et conferamus nos ad solam inquisicionem eorum que finem non habent. Vita hec presens est misera incerta mors subito abripit et post hoc negligencie nec supplicio luenda sunt Non est ergo mundus amandus in quo tanta dolorum et miserie materia occasio

Secundo corpus proprium non est nimis diligendum quod fit cum ei dantur alimenta non ad necessitatem sed ad voluptatem vel delectacionem. Et dico ad necessitatem quia ille qui non habet ex statu vel ex condicione persone vel ex consuetudine quod cibis delicatis et sumptuosis utatur si utitur corpus suum excessive diligit. Dimitto enim de et delicatus corpore qui a sua iuventute cibariis delicatis utebatur si talibus utitur quia non est culpa sua sed parentum unde nec salva sanitate posset forte resilire a consueto. talis si delicatis utitur cibariis et potibus non est dicendus diligere nimis corpus suum. et forte minus est delectacionis in delicatis quam alius rusticus vel burgensis in grossis. sed dolere debet si propter consuetudinem non aliter quam delicate vivere potest sicut patet dist. xli. Non cogantur Sed indignum qui a iuventute cibariis grossis uti consueverit et nunc veniens ad statum altiorem vel perfectiorem hec spernit et contempnit primo pre aliis nobilibus qui ex consuetudine talibus uti consueverunt in cibis delicatis et potibus plus excedit plus debito corpus suum diligit Certe sic quia ei non sunt ad utilitatem vel necessitatem sed magis ad delectacionem et voluptatem. Contra quos eciam loquitur beatus Jeronimus dicens esse detestabile ut natus in rusticano tugurio et milio nutritus et pane simila et mella fastidiant xii. q. ii. gloria Et seneca licet tales videantur corpus proprium diligere non tamen diligunt si bene pensetur quia excessus ciborum maxime insuetorum et inequalium conquassare solet corpus et macerat finaliter egritudine diutina de con. dis. v. Nichil

Tercio si ordo debitus dilectionis et amoris debet observari cavendum est ne proximo nimis famuletur quod fit cum proximi defectus remanet incorrectus quod fit cum proximi excessus remanet impunitus Certe non est vera dilectio cum quis ex amicicia proximum non vult corrigere timens eum forsitan turbare vel eius amiciciam amittere. hec enim vocari non meretur dilectio ut cuius scelera per amiciciam approbet et culpatum per alium excuset et defendat. Sed certe non est vera amicicia aut dilectio sicut bene declarat beatus Augustinus scribens contra pinenianum xxiii. q. iiii. Non potest quis precepta Nec omnis qui parcit amicus aut qui verberat inimicus. sic eciam scribit beatus Augustinus ad vincencium donatistam v. q. v. Non omnis Pari modo non est signum vere dilectionis cum excessus dimittitur impunitus. sed scribit beatus Augustinus contra faustum xxiiii. q. iiii. quod crudele Corrigatur ergo proximus fraterna primo correctione ut scilicet dupliciter quia si non corrigitur si animam ipsius diligis et ad te pertinet puniatur quia in hac te homo proximum sicut se ipsum diligere ut laboret quantum potest ut ipsum ad colendum deum inducat xxiii. q. iiii. debet homo quod fit cum homo inducere ad peccatum dimittendum ac deo famulandum. sive hoc fiat per proximum fraterna ammonicione vel eciam iudicialis punicione uterque enim est vere dilectionis ordo et signum v. q. v. Non afferat xxiii. q. i. paratus ii. q. v. Non putes

Quarto vere dilectionis ordo expostulat ut deum plus quam nos ipsos diligamus. hec non intelligas ut homo intencior actu et ferventior deum plus diligat quam se ipsum

vt seipsum possum diligere quantum possum et tunc deum plus diligere non possum sed intelligo hanc intentionem non quo ad actum sed quo ad rem volitam vel quo ad intentionem complacendi Quo ad
rem volitam vt deo maiorem honorem id est summum honorem et summam volumus beatitudinem
quam nobis non volumus nec velle debemus nisi in ipso deo sicut et bonum nostrum honorem
nostrum et beatitudinem nostram in ipsum referre debemus. et ad illa plus eum diligere quam nosipsos
qui huiusmodi non sumus digni, sicut se angeli reputabant qui ceciderunt, debemus ergo
deum plus diligere quam nosipsos intentione complacendi. vt scilicet omnia mala pacienter
velimus tollerare quam ei displicere prout satis apte hoc exponitur. de pe. dis. ij. §.
caritas vbi dicit in hec verba Illi vero plus quam se diligunt deum qui pro eius amore
sue ad tempus saluti non parcunt seipsos in tribulationibus et periculis tradunt nudari
facultatibus propriis patrie sue exterminari fieri parentibus et vxoribus ac filijs parati sunt
renunciare. Et vt totum dicam ipsam mortem corporis non solum non refugiunt
sed eam libenter excipiunt ambientes a corpore suo vita magis quam a deo vite sue vita
discedere Iste est ordo vere dilectionis quem homo deo sibi et proximo obser-
nare tenetur. Hanc si hanniees observaret reliquisse tunc esset fides et veritas inter eos
Nec accipio hic fidem et veritatem prout adeo inter similitatem obligationis et promissi
solutionem. vn et ille qui soluit quod promisit et verbum suum tenet ope et effectu
et nutu servat fidem et veritatem qui promissa non soluit nec vim dat suis verbis pro-
culdubio virtuosi hominis amicicia cito carebit Caveat ergo ne turpia aut inhonesta
ex amicicia promittantur aut petantur alias cito dissoluitur amicicia et merito. Nam illa sola
sunt facienda pro amico et petenda ab amico que absque dei offensa et lesione consciencie
fieri possunt quia nulla est excusatio peccati si amici causa peccaverit vt dicit Tulius
Vnde nec est vera amicicia inter eos qui peccati federe iunguntur vnde et tulius dicit Si omnia
facienda sunt etiam inhonesta que amici volunt non amicicie tales sed coniurationes pu-
tande sunt Caveat ergo dominus Card. vt non promittat nec faciat nisi que licita sunt
et que absque periculo consciencie fieri possunt Nam ego exempli gratia taceo hic non vidi me
enim presente venit quidam monachus cisterciensis ordinis ad quendam dominum Card. pe-
tens et rogans ab eodem domino Card. ex parte G. domini Card. albi pie recordationis nuper
defuncti quatenus sibi vellet assistere in promotione cuiusdam magistri in theologia Bertoldi nomine
eiusdem ordinis ad ecclesiam cysterciensem. statim ille dominus Card. qui tunc inter alios non
erat parve reputationis rendit in hec verba. dicatis domino nostro Card. albo quod ego promisi
sibi Card. quem et nominavit assistere in promotione illius crucifigi de domo theutunica.
Alioquin sibi libenter assisterem in persona istius si promissum huiusmodi non obstaret Ac ille
sic ad omnia veniens replicavit contra promissum huiusmodi dicens Reverende pater non faciatis
consciam quod personam lineatam et que diebus vite sue deo in religione militavit postponitis
propter personam layicam et totaliter illiteratam que diebus suis non deo sed mundo militavit Cui
replicationi rendit dominus Card. in hec verba frater vos almanni consuevistis tales episcopos
habere qui sunt magis vsitati et experti in bellis quam in libris et ideo non facio de hoc
consciam quia in almania nullus monachus proficitur Sed monachi nichilominus iterum
replicavit dicens pater reverendissime verum est vtique quod alamani consueverunt tales
episcopos habere si tamen sciatis causam, et rendit dominus Card. ecce libenter sciverim Cui monachus
Causa quare tales habere consuevimus quia tales nobis Curia Romana dare consuevit Alioquin
causa venerabilis nec vnus illiteratus pro aliis promoveretur tali ad Curiam declinarent Quo verbo
vereca nec vnus illiteratus ex aliis promoveretur tali ad Curiam declinantes. Quo verbo
rendit summissa voce forte verum dicis
dominus Card. summisso capite tanquam repressus rendit summissa voce forte verum dicis
sed ecce resilire non possum propter a promisso de quo doleo Ecce quod promissio indiscreta
dolorem inducit et forte consciam promittentis vulnerat. alias dominus Card. promissor
minime doluisset. hec ergo nunc dominus Card. sit lex amicicie. vt neque petantur neque promittantur
que contra honestatem sunt. et si quid in contrarium inconsulte promittitur consulitur tenere
quod tamen firmissima non subsistit et si quid in contrarium xxij q. iiij In malis promissio inquit est impia
quia in male promissis fides est rescindenda xxij q. iiij In malis promissis rescinde fidem in turpi voto muta decretum
que incaute vovisti ne facias impia est promissio que
scelere adimpletur vt ibidem dicit nec aliquid inhonestum est promittendum ibidem innuitur
Studeat ergo reverendissimus dominus Card. sibi mutuo in rationabilibus complacere et in hijs que honesta sunt
tenere fidem et veritatem Nullus suum commodum reputet quod est alterius nocumentum vel incommodum
sit ergo petere vel concedere quod rationi non convenit Nam maximum ornamentum amicitie
tollit qui ex ea verecundiam tollit Tulius enim dicit maxime servanda officia in amicis in libris et non
tollit et verecundiam tollit Tulius enim dicit Consilium ergo verum dare
liberaliter cum recte possis et libenter quod non sit equum consilium officium amicicie est Consilium ergo verum dare
gaudeat libere publice in consistorio et ad partem sive in conclavi. hec enim societas in qua
omnia sunt que putant homines expetenda scilicet honestas gloria tranquillitas atque iocunditas
vt cum hec assint beata vita sit cum sine hijs esse non possit que cum optima ma-
xima que sint si adipisci volumus virtuti opera danda est in qua dominus Card. nec amicitiam
nec vllam rem laude dignam consequi possumus. Ea vero neglecta qui se amicos habere ar-
bitrantur. tunc demum errasse se senciunt cum eos aliquis casus experiri contingit
et que si assint vere amicicie locus erit Tunc enim quilibet alteri absque periculo

credere potest et debet quia tullius dicit quod nichil in amicicia fictum nichil quod simulatum est quia
Nam ficta omnia cicius quam flosculi deciderunt nec quicquam simulatum potest esse diuturnum
Et nichil est dulcius quam habere cum quo omnia audeas loqui sicut tibi ipsi. Nichil quam
pulchrius quam morum similitudo bonorum virorum et idem tullius subiungit quod omnium
societatum nulla prestancior nulla quam firmior est quam cum viri boni moribus
similes familiaritate coniunguntur hec est enim perfectio illius future quietis visionis
eterne societatis invicte inviolabilis amicicie que utrisque hominibus post hanc vitam
in vera beatitudinis gloria eternaliter possidenda promittitur et pollicetur Quam nostram vitam
post dies prolixos dominis cardinalibus nobiscum cum ipsis ille concedat qui dicit
de seipso Ego sum via veritas et vita Amen. Da gloriam deo

Sacro generali concilio Basiliensi die lune xv februarii Anno domini millesimo quadringentesimo xx
xiiii apud ecclesiam maiorem in congregacione generali per Johannem archiepiscopum
Tharentinum petrum episcopum paduanum et lodwicum abbatem sancte Justine paduanum
presentate fuerunt tres bulle tenoris sequentis Eugenius etc. Venerabilibus requiren ad-
mitti ad presidenciam concilii prout in eis continebatur. Deinde super operacione dictarum
bullarum per sacras deputaciones fuerunt deputati patriarche archiepiscopi episcopi et do-
ctores videlicet ac Jurisperiti numero xl. Cum una cum dominis Card quibus continue mane
et sero convenerunt in refectorio sancti ffrancisci et post multas discussiones quatuor
partes ex ipsis convenerunt in hoc quod presidentes nominati in dictis bullis non possent
aut deberent admitti bullarum predictarum vigore Sed pro honestate concilii
et honore pape ac sedis apostolice aliqui in ipsis nominati et specialiter domini petrus et domini
Nicolaus et Julianus Card sancte crucis et sancti angeli possent per concilium admitti
cum certis qualificacionibus in ambasiata per ipsos illos deputatos avisatis. Die mar-
tis die marcii fuit facta relacio in deputacionibus de predicta discussione habita
et summa relacionis facte in altera deputacione est hec proutque additis vel mutatis
que ut attencius intendant formatur in tale dubium.

Utrum in dictis bullis nominati debeant sive possent admitti illarum vigore salvis
auctoritate et libertate generalium conciliorum specialiter constanciensis et huius ipsorumque decretis ac
preeminencia potestatis que in ecclesia residet super cunctos fideles

In primis notatur quod principalis bulla dicte presidencie continet in se quatuor scilicet preeminencia
pape ad concilium pro eo quod disposuit suos presidere legatos. Secundo auctoritatem ipsorum et
subauctoritatem concilii quia datur eis potestas statuendi discernendi etc. cum consensu et
approbacione concilii. Tercio coactivam Jurisdictionem absque omni limitacione. Quarto totam
generalem facultatem ad omnia specialiter quomodo posse dare modum et ordinem
celebracionis dicti concilii. Ex quibus omnibus manifeste resultare videtur su-
perioritas pape ad concilium simpliciter et absolute in omnibus causis atque modifica-
tione super premissis ab illis qui tenuerunt partem affirmativam videlicet quod debe-
rent admitti fuerunt inductum primo presidentes admitti debere in presiden ex hoc
quod papa est caput ecclesie prout in decretis Et etiam sit caput ecclesie patet ex decretis
Constanciensis concilii in quo dicitur quod quilibet fidelis etiam si papalis sit dignitatis
teneatur obedire generali concilio legitime congregato in hiis que pertinent ad generalem
reformacionem ecclesie in capite et in membris Constat autem hoc intelligi de
papa qui est caput ministeriale ecclesie Non autem de Christo vel de primo summo pontifice al-
legatur a sanctis doctoribus quod erat petrus et omnes collegii apostolorum quia ipse primus erat
inter eos et pro omnibus sepe Christum interrogavit quia omnes loquentur per eum Sic igitur
summo pontifici competeret in conciliis ideoque nomine suo fuit decreta approbante
concilio certum in materia fidei ut in capitulo dampnamus de summa trinitate et fide catholica. Itaque
quandoque papa in concilio personaliter est ipse tamquam caput competuntque sibi omnia
que pertinent ad presidenciam puta quod primus sedeat primus loquatur dirigat in agendis
concilium et deliberata concludat. Et cum papa constitutus personaliter non sistens
legati sive vicarii sui in nomine presideant probatur ex gestis conciliorum generalium ephesini
et calcedonensis que sunt de quatuor conciliis maioris auctoritatis in ecclesia dei ubi
patet tam ex commissione pape contenta in litteris apostolicis quam subscripcionibus ipsorum legatorum
pape vicarii presidentes. Hoc etiam patet ex gestis concilii Senensis quod fuit celebra-
tum Anno domini millesimo quadringentesimo xxiiii ubi etiam in decreto publice sessionis vocantur
presidentes qui erant legati pape Nec obstat decretum concilii constanciensis in quo
dicitur quod papa tenetur obedire concilio in hiis que pertinent ad generalem reformacionem ecclesie
in capite et in membris quia intellectum huius decreti idem concilium exponens in xxxix
sessione inter cetera statuit sic quod futurus summus pontifex per dei graciam de proximo assumendus

cum hoc sacro Concilio vel deputandus per singulas naciones debeat reformare ecclesiam
in capite et in curia Romana secundum equitatem et bonum regimen ecclesie etc. Ex hoc etiam
infertur quod cum ad papam pertineat debita reformacio ecclesie eciam in capite ad eum in se
vel legatis suis pertinet presidenciam in hoc concilio eciam si sit congregatum ad reformacionem
generalem ecclesie in capite et in membris. Et hoc modo videtur dictum Concilium intellexisse
ut decreta generalia in materia reformacionis videlicet post eleccionem pape sed sunt facta
sub nomine pape sacro approbante Concilio. Item probatur. Nam potestate congregacionis
ecclesie in concilio generali papa non perdit plenitudinem sue potestatis licet ipsius potencia
Sicut ergo quando Concilium non est congregatum omnes fideles obligantur stare dispo-
sicioni sue, ita et in concilio congregato et cum papa per predictas leges disponat quod
sui legati debent presidere diffinire et statuere in concilio, ergo disposicioni sue est
stendum. Item in omnibus indifferentibus omnes fideles obligantur ad obedienciam pape
simpliciter. Dare autem presidentes concilio sive admitti est quid indifferens, ergo stan-
dum est disposicioni sue. Item est omnis plenitudo potestatis in ecclesia dei preter ea
que ordinis, precipue maxime coactive iurisdictionis, est tota in summo pontifice et
ab eo oritur in omnia membra ecclesie, est enim in ipso sic ut habeat totum et totum
ut ipse sit totum ne faciat preter eum alius. Nam quantumcunque potestatem habeat civitatis
episcopus archiepiscopus vel patriarcha in administracione sibi commissa id totum habet papa
potestatem eciam per se in omnibus administracionibus inferiorum prelatorum exercere sic
ut dicimus quod maior potestas est in omnibus individuis constitutis per multas civitates
eciam in rege qui eos constituit. Sic ergo cum omnis iurisdictio et potestas que est in ecclesia
originem habeat in plenitudine potestatis que est papa, eciam in Concilio generali
racione dicte plenitudinis vendicat sibi presidenciam. Attento maxime auctoribus
in volumine decretorum nec dum summorum pontificum sed generalium sed non universalium
conciliorum assentibus quod nullum umquam fuit aut ratum esse preter consilium quod
auctoritate summi pontificis non fuit stabilitum. Item cum secundum philosophum in ethicorum et
politicorum tres sint species policie ordinate sive boni regiminis scilicet regnum quando mul-
titudo regitur per unum, aristocracia quando per paucos virtuosos et oligarchia quando per plures
inter has optimum modum est policia regni, cum ergo Christus instituit ecclesiam suam dis-
ponendam optimo regimine sequitur quod illud est ad modum regni et sic constituit
unum supremum patriarcham a quo omnis potestas regiminis dependeat videlicet summum pon-
tificem qui est caput ecclesie. Et quando in Conciliis precipue debet fulgere perfectum
regimen, sequitur quod ubi est optimum regimen scilicet principatus regni et ab uno omnia
disponantur et principaliter omnia dependeant et sic competit sibi presidencia.
Ad hoc faciunt auctoritates sanctorum Cirilli. Item probatur admitti debere ex per-
missione per concilium Basiliense facta pape in xiiii sessione quod si adheret eius
recipiunt concilii et quidquid honoris dici vel excogitari possit. Item videtur ne oppo-
natur contra concilium merito notum quod sit inter eum et papam contencio quis
eorum videatur esse maior, quam questionem in discipulis suis Christus dure rep-
rehendit. Et nempe ait quod decet sequi consilium apostoli nichil per contencionem aut inanem
gloriam sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes et alibi honore invicem
prevenientes. Item quia hoc concilium in suo principio admiserit bullam de presidencia
in persona dicti domini Iuliani Cardinalis in Germania legati in qua non fuit
quod in istis cum consensu et approbacione concilii sed dicebatur solum cum consensu
concilii posse diffinire et statuere, ergo non debeant vel non possunt admitti saltem

Pro alia parte videtur quod dicti presidentes suppositis sunt inducendi quadrupliciter:
Primo ex dignitate ecclesie. Secundo ex auctoritate aliquorum generalium conciliorum rata fuere a
principio quo celebrari ceperunt. Tercio ex decretis et gestis Concilii Constanciensis.
Quarto ex decretis et gestis huius Concilii. Circa primum presupponitur quod ecclesia est corpus
et sponsa Christi, ipseque eam diligit supra omnem creaturam iuxta doctrinam apostoli in
epistola ad Ephesios et aliis pluribus locis. Secundo quod ecclesia ex ordinacione Christi debet
manere usque in finem mundi, patet quia novum testamentum dicitur eternum et Christus ait: Ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi. Item ubi non preteribit ge-
neracio hec donec omnia fiant. Tercio quod Christus sic et intime diligit ecclesiam suam
quod ne erraret promisit sibi assistenciam suam, patet ex dicto verbo: Ecce vobiscum
sum etc. Christus autem omnibus sive in omnibus creaturis non dixisset verbum hoc
dando suis specialem confidenciam de sua assistencia. Item patet ex illo Luce
xxii: Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua. Constat autem quod non loquitur
de fide personali Petri cum statim hec defecerit in ipso negando Christum. Item Johannis
xiiii: Rogabo patrem et alium paraclitum dabit ut maneat vobiscum in eternum.

Item ad sit articulus fidei Credo sanctam ecclesiam necesse sunt aut erit tempus in quo non liceat
confiteri hanc fidem Si aut ecclesia dampnabiliter erraret tamen per eo tempore non liceret asserere
credi eam esse sanctam Cum ergo ecclesia ecclesia non possit esse nisi sancta sequitur manife-
ste necesse creaturam vel posse errare Certo quod sicut deus cuilibet creature cui dedit
certum periodum qua determinatur gradum possit vivere vel durare dedit ipsam virtutem
naturalem et intrinsecam qua possit se in suo esse conservare et contra destinationem
sine adversitatibus resistere Ita ecclesie quam voluit usque in fine seculi durare
dedit virtutem et potestatem qua se in suo esse possit conservare et regere aliter de adver-
sitatibus sine conatibus ad sui destinationem resistere et mori se patitur racio ex evidenti
similitudinem primo a fortiori cum Christus ipsam ecclesiam plus aliis diligebat hoc etiam
videtur notari in verbis de ecclesia dictis a Christo in sua fundacione Cum enim dixisset
quod super petram edificaret ecclesiam statim subiunxit et porte inferi non prevalebunt
adversus eam quod significarent quod eo quo edificata sit habeat in se virtutem et potestatem
adversitatibus resistendi et se in suo esse conservandi Ex hoc etiam in canticis dicitur
de ecclesia quod est terribilis ut castrorum acies ordinata quod autem esset
terribilis in se et tribulis si ad conservandum se et tuendum non haberet in se virtutem et
potestatem sed oporteret ab extrinseco subsidium quevitare Ab intrinseco inspirat
Item si papa sit ad quem pro suo debito dignitatis pertinet ecclesiam tueri
et defendere cum tamen ad papam ecclesie non sit essencialis dependencia quia de-
ficiente papa ecclesia non deficit sed esset potius econverso si ecclesia ex se autem
non haberet tamen potestas se conservandi non intrinsece sibi inesset Pro illo namque
tempore quo ecclesia sine papa est aut ipsa nollet tueri non possit se in esse conservare
quod nemo sane mentis asseret habet namque virtutem a Christo fundatore corpus quod
fundata est ad se conservandum in suo esse nec per creacionem pape que
fit ex ordinacione ecclesie ipsa perdit potestatem suam quam a Christo ad sui regimen
et conservacionem accepit principia vero essendi et conservandi intrinseca sunt cuilibet
rei Sicut ergo ecclesia nec propter creacionem pape deficit a virtute essendi ita nec
a virtute et potestate se regendi et conservandi in suo esse hec vero potestas iuxta
auctoritatem apostoli i Corinthios xii videtur inesse omnibus membris sive toti corpori
non autem parti soli membro Dicit enim corpus non est unum membrum sed multa
Si dixerit pes quod non sum manus non sum de corpore non ideo non est de corpore
et si dixit auris quia sine oculus non sum de corpore non ideo non est de corpore
si totum corpus oculus ubi auditus si totum auditus ubi odoratus Nunc
autem posuit deus membra unumquodque eorum in corpore sicut voluit quod si
essent omnia unum corpus non potest autem dicere oculus manum opera tua non in-
digeo et iterum caput pedibus non estis michi necessarii Sed temperavit
deus corpus ut non sit scisma in corpore sed in idipsum pro invicem sollicita
sint membra et sequitur vos autem estis corpus Christi et membra de
membro et quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum apostolos secundo prophetas
tercio doctores deinde virtutes etc Apparet igitur ex hac auctoritate adiunctis eciam
hiis que apostolus dicit ephesios iiii Et potestas ecclesie seipsam conservandi et regendi
ac tuendi inest Christi corpore sive omnibus suis membris non autem quod ex uno solo
membro dependeat in totum Non videtur hec potestas esse in ecclesia res sicut
in quodam toto vel aut integrali cuius essencia et virtus participatur a singulis
partibus subiectivis sed sic in quodam toto potestativo quemadmodum virtus operandi
actus et operaciones dicitur est in ipsa anima et suis potenciis sicut in quodam pote-
stativo et hec potestas non reperitur integre in qualibet suarum potenciarum vel in una
principaliter ita ut ab illa tota aliis communicetur sed est in omnibus suis potenciis
ex virtute unius anime sic videtur in ecclesia in suo esse Presupposito igitur quod ecclesie
insit virtus et potestas se conservandi in suo esse sicut cuilibet rei create addimus quod
ipsa ecclesia hanc virtutem participat singulari modo quo creature spiritualiter corruptibiles
non receperunt licet enim unicuique rei insit virtus se tuendi et corrumpentibus se re-
pugnandi hec tamen non in summo gradu ita quod possit fortiori potestati resistere sed in certo
gradu et subiacet violencie maioris virtutis ut patet manifeste in viventibus que accidunt
et consumuntur a fortioribus in virtute In ecclesia autem virtus et potestas se conservandi
a nulla superatur potestate quod patet manifeste ex dicto verbo et porte inferi non pre-
valebunt adversus eam Cum enim testante Iob xli non sit potestas super terram
que huic comparetur et hec non potest adversus ecclesiam prevalere sequitur quod a nulla
creata virtute superari potest Ex quo sequitur quod virtus et potestas que est in ecclesia
ipsa est suprema inter omnes potestates a deo concessas Nam si aliqua esset maior

iam illa principalis posset adversus ecclesiam sed nulla hec potestas quia ipsa est suprema. Cum ergo ad
sit hec potestas ecclesie ad se regendum et confirmandum est communis sententia sanctorum et omnium
doctorum quod est potestas clavium videlicet scientia discernendi et potencia iudicandi ligandi et
solvendi. que quidem potestas tante excellencie est quod tota universitas hominum illam non
potest concedere sed eam a solo deo acceperunt patet nam in potestate civitatis sive societatis
hominum est aliquem seu aliquos ex se ipsis relegare et a sua societate separare. sed
quod ille qui ab omnium societate expellitur corpore sit separatus a societate dei et
angelorum id est hoc non est in hominis potestate potestatis autem clavium eam hec se expedit
ut que ligantur in terris ligata sint in celis et que solvuntur in terris soluta sint in celis
Et licet sint alie in ecclesia potestates ut conservandi corpus Christi absolvendi a penis etc.
hec tamen principaliter intenditur de iudiciaria potestate an penes papam sive ecclesiam
resideat principaliter et cuius iudicio potius est standum. Cumque ut premissum
est hec potestas insit ecclesie solum ex commissione Christi sive concessione et de ipsius
concessionibus canon biblie prefert autenticum testimonium ideo pro elucidatione huius ad
sacram scripturam principaliter est recurrendum. Primum autem occurrit illa auctoritas que
in expresso loquitur de hac potestate clavium Matthei xvi. Tibi dabo claves regni celorum
et quodcumque ligaveris etc. Hec autem auctoritas prout sancti doctores exponunt verbum est
promissionis potius quam concessionis et cum illi censeant hec potestas promissa in
promissionis fuit concessa. Ubi autem repitur quod per hec verba Christus soli petro hanc potestatem
concesserit sed ipsi ecclesie prout infra habetur xviii capitulo. Ergo sequitur quod potestas clavium
non ad solam personam petri et suos successores sed principaliter pertinet ad ecclesiam
in per eadem verba legitur concessa hoc patet ex serie textus. Constat enim quod Christus
omnes discipulos suos non autem solum petrum interrogavit. Et petrus cum omnibus et
pro omnibus eandem intentionem respondit ac Christus sic accepit quod marcus lucas eiusdem
testatur capitulo ix sic referens. dixit ad illos vos autem quem me esse dicitis. respondens
symon petrus dixit tu es Christus dei filius. Et ille increpans illos precepit ne cui dicerent
ecce manifeste apparet quod visio petri erat responsio omnium. Cum ergo secundum doctores
specialiter secundum Rabanum propter meritum confessionis fidei sic dicta verbum potestatis confessio
autem fuit non solum petri sed omnium ergo et auctoritas potestatis ad omnes debere pertinere
hoc autem patet ex serie textus eiusdem. Nam post hec dicta legitur quod de maiori-
tate fuit tunc contentio inter apostolos sed matthei xviii et xx et luce xxii. Et in ultima
cena quam Christus cum discipulis habuit. Non autem tociens de hac re contendissent
si intellexissent per predicta verba tu es petrus etc. aut illa Johannis i tu vocaberis cephas
etc. petrum esse constitutum principem et maiorem super se ipsos solusque soli aut prin-
cipaliter ad regendum ecclesiam fuisse traditam potestatem. Ne autem hic sensus videatur
nova doctrina patet manifeste per auctoritates sanctorum doctorum exponencium cum dicunt
quod tunc petrus claves accepit sanctam ecclesiam significavit. Unde est causa est que
a Christo claves accepit ipse petrus autem figurative unde Augustinus super Johannem sermone c xxx
iii loquens de ecclesia inquit huius ecclesie apostolus petrus propter apostolatus sui principatum
gerebat figuratam generalitate personam. Quantum enim ad ipsum pertinet natura
unus homo erat gratia unus christianus. habundantiori gratia unus idemque primus apostolus
Sed cum ei dictum est tibi dabo claves regni celorum et quodcumque ligaveris super terram etc.
universam signat ecclesiam que in hoc seculo diversis temptationibus velut ymbribus
fluminibus et tempestatibus quatitur et non cadit quia fundata est super petram
unde petrus nomen accepit. Non enim a petro petra sed petrus a petra sicut
non Christus a christiano sed christianus a Christo nominatur. Sic quippe ait dominus super hanc
petram edificabo ecclesiam meam quia dixerat tu es Christus filius dei vivi
super hanc petram quam confessus es edificabo ecclesiam meam. petra enim erat Christus
super quod fundamentum et ipse edificaretur est petrus. fundamentum quippe aliud nemo
potest ponere preter id quod positum est quod est Christus Jhesus. Ecclesia ergo que fundatur
in Christo claves ab eo regni celorum accepit id est potestatem solvendi et ligandi. Et ille
Item Rabanus cum ius soli petro hec potestas data videtur ceteris apostolis tamen datur
Christo teste qui insufflavit dicens accipite spiritum sanctum quorum remiseritis etc. Item illos
papa in sermone de beatis apostolis. Quodcumque ligaveris super terram etc. Transit in apostolos
alios vis istius potestatis id est ad omnes ecclesie principes huius decreti constitutio omne-
amit. sed non frustra uni committitur quod omnibus intimatur. Item Augustinus in sermone de doctrina
christiana. Est ecclesia corpus Christi sicut apostolica doctrina commendat quod quorum est dicta
Et sequitur. Quid liberalius et misericordius facere potuit qui se ipsum nobis
vicium quam redueremque sustinere valuit nisi ut omnia donarum peccata commissis et gra-
viter fixa nisi dicta reditus uni per nobis exusus concelleret. hac igitur claves

dedit ecclesie in terra sue, ut que solveret in terra soluta essent et in celo, et que ligaret in terra
ligata essent et in celo. Sed ut quisque in ecclesia peccata dimitti non crederet, esset ab eius cor-
rectus adhiberet et eiusdem ecclesie gremio constitutus eadem fide atque correctione sana-
retur in eiusdem ecclesia. quisquis enim non credit dimitti sibi peccata fit deterior desperando
quasi nichil illi melius quam malum esse remaneat ut desertum sue conversationis infideles
Item ibidem Augustinus in de fide ad petrum ca. ii. in quo docet quid de creatura absque du-
bitacione credideat inquit Nullo peccanti esse indicta per penitentiam [illegible] si desperanti non esse
remissio concedenda. Sed et prima paenitentia tunc prodest si eam in ecclesia catholica gerat. cui
deus in persona beati petri ligandi solvendique contulit potestatem dicens: que alligaveritis
super terram erunt ligata et in celis et que solveritis super terram erunt soluta et in celis.
Item Augustinus in de agone christiano: Non enim sine causa inter omnes apostolos huius ecclesie
catholice personam sustinuit petrus. huic enim ecclesie claves regni celorum date sunt
cum petro. Et quod ei dicitur ad omnes dicitur: Amas me? pasce oves meas. Item super
Johannem. Si in petro non esset ecclesie sacramentum non ei diceret dominus tibi dabo claves regni
celorum. quecumque solveris super terram erunt soluta et in celis. Et si hoc petro
tantum dictum esset, non hoc faceret ecclesia, ut que in terra ligantur ligentur in celo et
que solvuntur in terra solvantur in celo. quia quod excommunicat ecclesia in celo ligatur, et
correctus cum reconciliatur ab ecclesia in celo solvitur et reconciliatur. Si ergo hoc
in ecclesia sit, petrus qui claves accepit ecclesiam sanctam significavit. Item glossa ord.
super illo verbo Ephe. iiii: ipse dedit quosdam apostolos dicit: vice christi predicatores
ac etiam ordinatores et iudices. Item Augustinus li. ii. questionum novi et veteris testa-
menti q. lxxv. et in sermone xiii de apostolis petro et paulo: Dominus ihesus christus disci-
pulos suos ante passionem suam sicut nostis elegit quos apostolos appellavit. Inter
hos pene ubique petrus solus totius ecclesie meruit gestare personam et propter [illegible] audire meruit
Tibi dabo claves regni celorum. Et sequitur: has autem claves non homo unus sed unitas accepit
ecclesie. Idem dicit vir in b. Item [illegible] ex [illegible] de pe. di. i. Item in epistola ad glorium sic
inquit: Ecce putemus illos episcopos qui Rome iudicaverunt non bonos iudices fuisse, restabat
adhuc plenarium universe ecclesie concilium ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari.
Et si male iudicasse convicti essent eorum sententie solverentur per universale concilium.
Unde patet quod universale concilium habet auctoritatem retractandi sententias per episcopos in Roma iudicaverunt.
Item ad hoc est auctoritas maxima i c. firmiter de sum. tri. ubi dicitur quod sacramentum eucharistie
nemo potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesie quas ipse con-
cessit apostolis et eorum successoribus ihesus christus. Ecce quod dicit claves ecclesie con-
cessisse non petro solum ac per consequens aliis sed apostolis et eorum successoribus. Cum ergo opor-
teat queri ubi de hac commissione legatur in evangelio. Nec alius locus aptior est
quam ubi predictum est capitulo xviii. Et ex premissis auctoritatibus satis manifeste patet quod potestas
clavium principaliter sit data ecclesie quod satis videtur probari etiam ex predicto textu
evangelii capitulo xviii attenta maxime historie narratione. In capitulo xvi ca. christus dixerat
Tu es petrus et tibi dabo claves regni. Deinde ca. xvii in fine quod mandavit pe-
tro solvi staterem pro eo et pro se. Unde quia ex hiis videbatur eum constitui
capitaneum super alios statim consequenter subditur in xviii in principio: In illa hora
accesserunt discipuli ad ihesum dicentes quis putas maior est in regno celorum.
Unde patet quod ibi [illegible] loquitur de superioritate. Et tunc quibusdam intermediis
christus subiunxit in eodem ca. Si peccaverit in te frater tuus etc. Et subditur: Quod si
non audierit eos dic ecclesie. si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Amen dico vobis quecumque alligaveritis super terram erunt ligata et
in celis et quecumque solveritis etc. Ex qua auctoritate quattuor notari videntur. Primum quod
regni celorum de quibus dixerat dabo hic ecclesie sunt concesse patet ex eadem verba
sub quibus erat facta promissio tunc exprimuntur. Secundo quod concessio hec est in omni
stabili firmitate. patet per verbum quod in dictione premittitur Amen quod notat
iuramenti auctoritatem. Tercio quod in hiis verbis intelligitur concessa potestas ecclesie non
limitate in certis casibus sed in omni plenitudine patet ex signis universalibus quecumque
alligaveritis et quecumque solveritis. Unde si ex illo verbo quodcumque ligaveris notatur in papa
plenitudo potestatis, [illegible] cum non minoris [illegible] sit verbum [illegible] in hoc notatur
plenitudo ita ut ad quecumque se extendit potestas pape se extendit potestas ecclesie. Nec
a potestate pape excedatur potestas [illegible] ecclesie. alias non competeret sibi verbum quecumque liga-
veritis. Si enim ad aliquid precipiendum disponendum corrigendum vel in certo casu puni-
endum solum inesset potestas pape et non ecclesie, quo ad illud tunc posset ad ecclesie
[illegible] iam sibi ad sui [illegible] non inesset potestas [illegible] et oportebat abnegari

verbum quecumque alligaveris Quarto notandum ex dicto auctoris quod xpus voluit iudicium ecclesie esse maius ac supremum in humanis et huic iudicio ecclesie et ipsum petrum sive papam debere acquiescere et obedire patet nam verba predicta scilicet si peccaverit in te frater tuus etc. prout ecclesia in ewangelio feria tercia post dominicam terciam in quadragesima recitat xpus dicebat ad petrum Ergo petrum instituit recurrere ad iudicium ecclesie in hac quod ei dixit dic ecclesie sequitur ecclesie iudicium esse supremum Item ex hoc quod subiungitur si autem ecclesiam non audierit vel super iudicio ecclesie sit tibi sicut ethnicus et publicanus constat autem quod si iudicium petri esset supremum iudicio ecclesie peccator post iudicium ecclesie non deberet statim irremediabiliter reputari ut ethnicus et publicanus restaret nempe iudicium petri in quo tamquam superiori deberet ad hoc sine posse [illegible] Cum ergo dicatur petro quod qui ecclesiam non audit sit ei tamquam ethnicus Constat quod ipse tenetur acquiescere et sic per consequens iudicium ecclesie fore supremum et finale Est attendendum quod hec preeminencia et superioritas ecclesie respectu pape prout apparet ex hoc textu non solum est in hiis que sunt fidei sed etiam in iudiciis criminalibus loquitur de peccato et sic ac ecclesiastica delictorum correctione sive punicione Item quod papa includatur sub iudicio ecclesie expresse probatur quod a correctione fraterna nemo fidelium excipitur Cum ergo quilibet corrigere fratrem si non audiat iuxta doctrinam predictam debet deferri ecclesie Ergo si papa noluit fraterne correctioni acquiescere licet deferri ad iudicium ecclesie Consequentia clare deducitur si ecclesia non haberet auctoritatem in eum ferendi iudicium Ex hiis videtur posse inferri quod non dumtaxat pro notorio ecclesiam scandalizante sed pro alio quocumque de quo papa fraterne amonitus nollet se corrigere licet ad iudicium ecclesie deferre Sic enim eum qui secrete amonitus non corripitur licet amonere coram uno vel duobus Ita coram hiis amonitum licet deferre ad ecclesie iudicium Cum ergo papa non eximatur a primo et secundo gradu huius correctionis fraterne ergo nec a tercio videlicet ut dicatur ecclesie Verum illa auctoritas dic ecclesie Et si iuxta quem ecclesiam sinagogam exponatur prelato tamen si prelatus inferior sit amonitus contempnit oportet dici non sibi eius prelato sed superiori Ita de summo qui non habet aliquem prelatum superiorem se inter singulos est supremus oportet dici ecclesie si sint congregata in totum haberi possit sive autem generali Concilio ipsam representanti verum est enim documentum apostoli Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit Nec ab hac veritate exemptus animus pape Secundo principaliter quod ecclesie iudicium sit dignius ac supremus ex consideracione nominum ac rei per illa significata que in sacra scriptura digniora de ecclesia que tamen pape non possunt competere dicuntur nam de ipsa ecclesia quod est mater ecclesiastici xxiiii Ego mater pulchre dilectionis et timoris etc. Item Domina Treni primo domina gencium etc. Regina psalmo xliiii Astitit regina a dextris tuis Sponsa in libro canticorum sepe et apocalypsis xxi vidi civitatem sanctam iherusalem novam descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam etc. vi scilicet Dicitur etiam corpus xpi ephesios i iiii v et colossenses primo Ex prima appellacione cum ecclesia sit mater papa vero filius ipsius excellencia parentalis dignitatis monstratur racione honoris et obediencie que a filio debentur matri Nec potest dici quod quantumcumque inter fideles papa sit maior non est ecclesie filius Nam ut inquit Augustinus libro i de simbolo [illegible] iiii Si quis ab ecclesia separatus inventus fuerit alienus erit a numero filiorum dei nec habebit deum patrem qui ecclesiam noluit habere matrem Et alibi docet quod cum ecclesia sit sponsa xpi omnes filios quos xpus habet hos ecclesia gignit sibi sive parturit Ex hac sequitur nullomodo dici posse quod papa sit pater ecclesie cum nullus sit pater sue matris Sicut enim salvator mt xxiii docuit quod unus est pater vester qui in celis est sic in terris unica est ecclesia domina fidelium vero Secundo inducitur ex eo quod ecclesia dicitur domina papa vero et episcopi non domini sed iuxta auctoritatem apostoli dicuntur ministri et dispensatores misteriorum dei sic etiam xpus cum de maioritate doceret apostolos dixit mt xx quicumque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister et alibi sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare Item luc xxii ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat unde propter hoc renuit pape appellari summus ministerium ecclesie Nec potest dici quod sicut xpus venerat non ministrari sed ministrare cum esset dominus Ita papa quod debet se exhibere ut ministrum cum sit dominus quia xpus eum non dominum sed vicarium instituit Ad hoc etiam facit quod communiter per omnes doctores dicitur quod dominium rerum temporalium que in ecclesia possidentur est non penes papam archiepiscopos sive quoscumque ecclesiasticos qui non domini sed dispensatores dicuntur sed est apud ecclesiam sicut apud dominam Tercio ex eo quod ecclesia est regina est enim sponsa eius qui est rex regum et dominus dominancium ac princeps regum terre apocalypsis Item ex eo quia ecclesia est sponsa Nam dicit bernhardus libro de consideracione ad eugenium papam quod papa est paranimphus sponse videlicet ecclesie ex quo

denominacione satis apparet dignior excellencia ecclesie quam ipse est. Ex hac consideracione Augustinus dicit li. de symbolo quod ecclesia totum possidet quod a viro suo accepit in dotem. Si totum possidet nichil suum est. Augustinus. Ergo absque omni excepcione omnia sibi subiecta sunt quam Christo sponso suo. Ipsa autem subdita est viro suo. Quinto ex hoc quod ecclesia est corpus papa vero unum ex membris istius corporis hoc autem videlicet quod fideles sunt corpus Christi et membra huius corporis quod est ecclesia magistraliter ad longum docet apostolus in epistola 1. Chor. xii. Unde super hoc non decet multum immorari. Ex hoc sequitur scripto quod ecclesia est quoddam totum papa vero pars huius totius patet quia omne corpus unum organicum constitutum ex diversis membris tamquam ex partibus integrantibus ipsum totum. Ecclesia autem est corpus Christi mixtum organicum fide et caritate vel ecclesia est universitas fidelium bonorum et malorum orthodoxam fidem tenencium in sacramentis ecclesie habencium societatem. Cum ergo papa non sit hoc corpus quod est ecclesia sed unum ex membris ipsius iuxta auctoritatem apostoli ubi dicit corpus non est unum membrum sed multa sic papam convenit esse partem huius totius ipsum vero corpus est quoddam totum. Et cum ipse non est ... omne totum maius est sua parte manifeste concluditur quod ecclesia est quoddam maius et nobilius et dignius quam papa. Saltem maius autem non intelligendum mole quantitatis corporee sed magnitudine virtutis excellencie et dignitatis sine periculo. Unde ex hoc argumento tamquam ipse noto ab aliquibus doctoribus infertur quod cum Christus sit caput ecclesie et de racione capitis est quod sit pars corporis cuius est caput quod tota ecclesia sit nobilior Christo inquantum est homo et quantum ipse in membris ecclesie comprehenditur ad quod inducunt textum apostoli cum glosa ubi dicit vos autem estis corpus Christi et membra de membro glosa membra de membro dicit membra dependencia de membro id est de Christo capite et commembro nostro. Racio autem huius assignari possit quia ecclesia includat assistenciam Dei iuxta illud ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi ego sum in medio eorum nec est possibile intelligi ecclesiam sine huiusmodi assistencia et influencia graciarum intrinseca. Unde manifestum est quod maius aut dignius excogitari potest non posse ecclesie comparari in excellencia et dignitate. Ex hiis satis infertur licet pape suo modo conveniat dici caput ecclesie non propterea se debet ecclesie anteferre quinymmo ex hoc fortasse inferre posset quod corpus quod sit contendit se tante excellencie preferre facto suo assercione tacite male senciens de auctoritate et dignitate sancte matris ecclesie nec dum non esse superiorem membrum ecclesie non possit qui caret recta fide et per hoc censetur se ab ecclesia separare reputat enim se caput talis corporis quod ... assiletur in condicione videlicet quod sicut ipse potest errare et deficere ita ecclesia possit. Eo enim ipso quod ipse vult iudicium suum preferri iudicio tocius ecclesie maxime quantum quod estimat eam errare posse et sic eam non semper sanctam et catholicam esse. Que assercio si sit de hiis que sunt fidei aut de necessitate salutis maxime constat quod sit fidei catholice dissona per consequens. Unde merito posset inferre quod separat se ab ecclesia et desinit esse membrum et per consequens caput. Nec potest dici quod ipse non separat se ab ecclesia sed pocius econverso videlicet quod ecclesia se separat ab eo. Unde pocius corpus videtur tenere adherere capiti quam caput membris. Attendat enim providencius quod hoc dicit. Sic enim impossibile est ecclesiam esse divisam quia de eius racione formali sive intrinseca proprietate est esse unam ita impossibile est eam se ab aliquo separare sicut ignis de cuius racione sive propria passione est esse calidum impossibile est se frigefacere et immobile se movere seu mortuum se vivificare. Cum ergo in predicto casu reperiatur quod est divisio et ecclesia non possit se dividere oportet intelligi quod hec divisio sive separacio proveniat ex parte pape qui cum sit mortalis per naturam et sepe moriatur per culpam et potest effici membrum putridum vult se in dignitate preferre ecclesie matri sue que semper vivit in fide et caritate. Et de hac excellencia ecclesie super omnia membra sua docet Augustinus in sermone sive tractatu super ult. ca. pu. ubi exponit per mulierem fortem ecclesiam intelligi. Et inter ceteras laudes attribuit quod ipsa ecclesia iuxta auctoritatem divine scripture preciosior est omnibus suis lapidibus preciosis vocat enim lapides preciosos filios et sanctos eius. Unde dicit quod quantumcumque aliquis sit magnus ipse tamen si lapis preciosus est est ornamentum eius, quia omnis lapis preciosus est ornamentum eius et ipsa est preciosior omnibus lapidibus preciosis. Si autem papa esset superior quam ecclesia iam ipsa non esset preciosior omni lapide precioso, quod papa non sit ea superior nec est equalis quia ecclesie sponsam

esse pape vero ut c s dom p antimphun eius esse competit hec ad superioritas
dignitas sive excellencia ecclesie respectu singulorum membrorum suorum ut premissum est intelligi
debet quantum ad preeminenciam et perfectione et virtute sive sanam et potestatem
Sic enim inter angelos esse docemur excellenciam unius ad alterum et ratio
probatur auctoritas ecclesie et eminencia dignitatis super papam et omnes fideles
ex condicione huius potestatis prout in ecclesia et in papa dicitur esse est namque
in ecclesia hec potestas continue et permaneter ac perpetue Nec enim assignare est
diem horam vel momentum in quo ecclesie deficiat hec potestas et durabit semper
usque ad consummationem seculi In papa vero non est sic cum non semper vivat
posset eciam privari et sic care potestate postea de novo eligi et iterum eam
habere est enim omne permanens et continuum preferitur variabili interpellato et
temporali sequitur quod potestas sive auctoritas ecclesie preeminet potestati pape Secundo
quia potestas in ecclesia semper fuit est aut erit recta quo ad ea que sunt fidei
nec unquam ecclesia a fide deviavit papa vero sepissime quia in ecclesia hec potestas
inobliquata est et confirmata in bono ita quod nedum unquam errabit a lege fidei
sed nec unquam errare potest de ipsa namque est dictum a deo Sponsabo te mihi in
sempiternum Osee ii Et quia ut dictum est cum ecclesia debeat durare usque
in finem mundi nec erit unquam nisi una et sancta igitur quia sic est articulus
fidei igitur impossibile est eam aberrare. hoc autem summis pontificibus non est con-
cessum videlicet quod eo ipso quod aliquis est papa sit confirmatus in gratia dei et efficiatur
impeccabilis Nam historie antiquorum et experiencie modernorum temporum demon-
strant oppositum Et ideo quia in ecclesia est donum cognicionis veritatis speciale quod necessaria
ad salutem inspirat illud Joh xvi. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem et tym iii.
Scias quomodo oporteat te in domo dei conversari que est ecclesia dei vivi columpna et
firmamentum veritatis que duo verba scilicet columpna et firmamentum denotant merito
inobliquitatem indicii Summi vero pontifices sepe indigent ab aliis edoceri eciam
de veritatibus necessariis ad salutem per ecclesiam autem innotescit multiformis sapientia
dei nedum hominibus sed eciam ~~[illegible]~~ omnibus principalibus et potestatibus in celestibus
prout testatur apostolus Ephes iii Et per hoc sequitur quod auctoritas ecclesie se habet ut mensura
sive regula accionum pape patet quia rectum est index sui et obliqui et ~~pa~~
mensura et regula ordinari debet per aliquod
omne quod obliquabile est ac deficere et errare potest regulari et ordinari eciam
inobliquabile et indeficiens Sic autem est de auctoritate pape respectu ecclesie et hoc eciam
licet inferri quod ad ecclesiam pertinet imponere leges pape et modum quo debeat et
liceat inferri quod ad ecclesiam pertinet imponere leges pape et modum quomodo debeat et expresse consisteri
possit regere ecclesiam dicitur Et quia has leges in casu sibi prohibitum et expresse consisteri
pretervire non licet nec dispensare In aliis vero non interioris ecclesie non sit tolle
exprte pariter a principe licet pape dispensare Sed et quo ad ipse dispensacionem
faciendam statuitur per ecclesiam papam debere sequi aliquorum consilia speciatim huius
non licet ei dispensare Item certo inducitur quia auctoritas hec prout est in ecclesia
est circa bonum In papa vero et si inspirata est ordinabilis ad bonum ecclesie
habeat tamen eciam bonum tamen constat quod in eo habet racionem alicuius perfectionis que
non competit prout est ecclesie et ex hac ratione omne bonum que iuxta philosophum primo
ethicorum sic dividitur et manens et habitudine huius gratitatis habet racionem excellencie
sive preeminencie Item constat quod ecclesia sibi eligit sive constituit super eam ipsa
auctoritate ac eum deponit pape vero non est eligere sive constituere ~~eam~~ ac
destituere eam quia ipsum constituit sive aliam ecclesiam hec enim a Christo constituta
est. Et si papa alteram conficeat aut heresi inficiatur deponere eo ipso desinit papa
esse et non solum deponere ecclesiam non potest sed nec aliquam de gradibus quos in ipsa
constituit Christus de quibus videtur contineri i Cor xii et Ephe iiii Ex premissis sequitur
quod cum hec auctoritas sive potestas prout est in ecclesia sit permanens continua et
perpetua recta et inobliquabilis sive in bono confirmata. Et per ipsum cuncta omnis
cognicio necessarie veritatis potest per ipsam constituere et destituere potestas vero ipse
ab hiis omnibus deficit ergo preferitur sibi ¶ Quarto preeminencia auctoritatis huius probatur
primo ex habitudine finis licet enim omnium que sunt a deo constituta deus ipse sit
primus finis et principalis tamen constat eciam in hiis quedam aliis ordinari ut ad finem
sive manifestum est autem quod inter hec duo esse altius finem potius ecclesie quam
pape convenit Illud enim finis dicitur ad cuius bene esse alterum ordinatur. ecclesia
autem non ordinatur ad bene esse pape sed econverso papa ad suas actiones ordinari
debet ad bene esse unde tunc acciones pape sunt bene ordinate quando ex ipso

pervenit bonum ecclesie. Male vero qui ab hoc fine deficiunt sive eidem contrariantur. Hic autem
ut dicit apostolus prima Chor. iii. omnia vestra sunt sive Paulus sive Apollo sive Cephas sive
vita sive mors presentia sive futura, omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei.
Super quem locum glossa ait: sic et omnia vestra sunt, vos autem Christi non hominis, et ideo non
in homine gloriamini sed in Christo, cuius sumus creatione et recreatione. Hac ubi dicit apostolus
ut sicut hec vestro iudicio concessa sunt et subiecta ita et nos Christo subiciamur. Unde
manifeste apparet quod Cephas positus est ecclesie et ad eam ordinatur tanquam
ad finem et ipsius iudicio subicitur, non econverso, videlicet quod ecclesia sit eius ut admittere
ad eum. Et hoc dicit apostolus ii Chor. x. xiii. et Ephes. iiii. quod potestas data a Christo
est in edificatione ecclesie. Ita quod ex similitudine quadruplicis cause, scilicet finalis, efficientis,
formalis et materialis, prima edificatio aut bene esse ecclesie est finis potestatis concesse.
Ex hac sequitur secundo quod ecclesia se habet in ratione efficientis saltem principalis, sicut
anima cum sit finis corporis se habet ad omnes operationes in ratione principalis efficientis.
Et fines in mortalibus se habent ut prima principia actionum, ita ut fine presupposito
sequatur actio et non existente illo cessant operationes et motus. Cum ergo huic corpori
quod est ecclesia multe competant operationes que habent exerceri per membra sua ad finem
sive bene esse huius corporis et ipsius virtute sequuntur, quod ipsum corpus se habet ad ipsas
operationes in ratione principalis agentis, membra vero eius ut minus principalia sunt
ut instrumenta, sicut potentie anime dicuntur esse quedam instrumenta ad operationes suas.
Papa vero licet sit nobilissimum membrum ipsius, quia tamen in ipsius corporis virtute
et fide et ad eius finem operari debet, non sibi competit respectu ecclesie habitudo principalis agentis sed minus principalis aut instrumenti primarii. Et cum ita se habet aliud in
ratione principalis agentis preferetur ei quod ratione secundarii sive instrumenti. Ex hac
consideratione licet inferre quod est potestas instrumenti sive agentis minus principalis
non sit maioris amplitudinis quam principalis agentis. Quod ut predictum est sicut in
papa sic est principale organum est plenitudo potestatis, a fortiori est in ecclesia.
Et quod papa sic est principale organum huius operationis ecclesie quod etiam absque eo
ut ipso mortuo ecclesia possit exercere suum summum iudicium, patet quia ecclesia nullo papa
existente exerceret, et quia alia organa sunt per que operari possit. Et quia frustra
sibi inesset hec suprema auctoritas iudicii si in ea exercere non posset nisi papa volente
exercere vel exequi. Cum enim papa sit liberi arbitrii quod hec cogi non posset,
tunc esset auctoritate pape remanet ecclesie. Quod si ipse agendum iudicaret permitti suo
esset invita ecclesia traderetur exequendum, iudicium vero ecclesie exequi posset nisi
eo volente. Unde aperte dici quod sic ecclesia preferetur in iudicio et auctoritate discernendi ita in exequendo. Nec enim dubitat quod si post in disceptatione an aliquid
sit negocium catholicum aut iustum si ab una parte ecclesia iudicat et econtra papa,
quod iudicium ecclesie preferetur iudicio pape. Iuxta epistolam directam per concilium Africanum pape Celestino, ubi inter alia dicitur: prefato itaque debite salutationis officia impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facile admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis recipere. Quia
hoc esse Niceno concilio diffinitum facile advertet venerabilitas tua. Nec universique providentius gratiam Spiritus sancti defuturam, qua equitas a Christi sacerdotibus
et prudenter videatur et constantissime teneatur, maxime quia unicuique concessa
est etsi iudicio offensus fuerit cognitorum ad concilia sue provincie vel
etiam universale provocare, nisi forte quisquam est qui credat unicuique posse deum nostrum
examinis inspirare iusticiam et innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Nam ut aliquem tanquam a tue sanctitatis latere mittatis nulla invenimus
patrum synodo constitutum. Quia illud quod pridem per Faustinum tanquam ex parte Niceni concilii exinde transmisistis in conciliis veri-
oribus que accipiuntur Niceni a sancto Cirillo coepiscopo nostro Alexandrine ecclesie
et a venerabili Attico Constantinopolitano antistite ex authentico missis, que etiam ante
hac Innocentio presbytero et Marcello subdiacono, per quos ad nos directa
sunt, venerabilis memorie Bonifacio episcopo predecessori nostro a nobis transmissa sunt,
in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros
quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum secu-
li in ecclesiam Christi que lucem simplicitatis et humilitatis diem deum videre cupientibus
et alia manu: dominus vestram sanctitatem vestram longitudine avertere pro nobis custo-
diat domine frater. Frustra autem prevalet in iudicio suo papa, si tandem
oportet ei subdi pro eius exequende. Premissis rationibus apparet minus sufficientem eo

quorundam consideracionum comparacionum potestatem ecclesie sive generalis concilii ad intellectum
potestatem at pape ipsi voluntati ita quod ecclesie sit consulere et iudicare quid agendum
sit quod exequi solum ad papam pertineret esset namque debilissimum iudicium si non posset
exequi nisi pro voluntate eius qui contrarie sentiret agendum nec compescendum
suum posset eum hortari aut compellere ut posuit quod ipsa non possit secundum ecclesia et si possit
iudicare contrarium esse agendum id non potest effectualiter exequi nisi per
manum eius et volente summo pontifice unde apparet dicere quod cum potestas ecclesie
sit potestas clavium videlicet auctoritas sive sciencia discernendi et potestas ligandi atque solvendi
quod sic ecclesia preferatur pape quo ad primum scilicet in iudicio discrecionis ita in
secundo videlicet potestate exequendi ligandi ac solvendi etenim unde sine alio petro potest
ecclesie concessum quod ambo sunt Tercio probatur racio tale formata omne namque
iudicium quod se habet confesse et indubitabiliter ad rectitudinem veritatis sui legis
est forma illius iudicii quod potest ab huiusmodi rectitudine declinare Sic autem est de
iudicio ecclesie et actionis pape quod ecclesia nunquam deviat nec deviare a recta fide potest papa vero frequenter sepe contra racionem cause mali sive subiti papa
eum sive subiectum sive materia iudicii ecclesie quod et potest ipsum iudicare deponere
suspendere sive privare ad tempus vel perpetuo papa autem in ecclesia hoc non potest nec
enim statuere aut est pape posse quod nullus in ecclesia possit orare confiteri laudare deum celebrare aut baptizare posset et ita de multis ergo ecclesia possit papam privare seu suspendere ab actionibus papalibus papa autem non potest ecclesiam
ab actionibus que sibi inquantum talis est competunt Constat quod papa se habet
ut subiectum sive materia super que exercere potest ecclesia iudicium non autem econverso hec autem
multa attestacione non indiget quia constat clare historiarum antiquarum legentibus
quo ecclesia ipsa auctore insignos pontifices exercuit crebro deposicionis et suspensionis
iudicium nec obstat si dicatur quod cum tota ecclesia subest pape quod potest aliquid
statuere sive mandare ab universis fidelibus observandum ecclesia enim non solum
potest precipere pape quid agat sed ipsum privare aut suspendere ab actione quare
papatus sibi competit hoc autem in ecclesiam papa exercere non potest Et sic potest suspendere
papam ipso est ~~manente~~ manente papa ab usu administracionis ecclesie ita quod ea possit
sibi interdicere eandem administracionem in certa parte vel quod in una provincia exerceat
et non in alia aut pro certo tempore de quo ecclesie videtur Tamen enim potest in toto pot in
partem sic quod in maius et in minus quod tamen ille maiori subicitur licet enim multis consideracionibus institutus sit immediate a Christo ipsa habet potestatem tamen ad usum et conmoditatis institutus sit immediate a Christo ipsa habet potestatem circa tamen ad usum et
certo subiectum iudicio ecclesie sicut regule directive Sic enim potestas episcoporum est sive
dicitur a Christo et datur in electione aut confirmacione sive eorum electionum vel in consecracione est tamen manifestum est quod subiacent iudicio pape quo ad execucionem ~~pape~~
patet est de potestate consecrandi et absolvendi in foro consciencie que est immediate a Christo
in omnibus presbiteris est tamen quo ad exercendum suarum operacionum multis potestatibus creatis
subiacet Circa ad supradicta emergunt quatuor dubia Primum namque est quod in papa est
plenitudo potestatis sicut et in ecclesia est ergo dubium An hec potestas in eisdem sit una vel
plures Secundo posito quod una sit quod potest in utroque tota et inseparabiliter existere Tercio quo
respectu unius et eiusdem in ecclesia superioritas et papa inferioritas denotetur Circa
respectu unius et eiusdem in ecclesia superioritas et papa inferioritas denotetur Circa ad primum duas esse potestates arguere videtur diversimode essendi in utroque Circa ad primum duas esse potestates alia eciam
situs subiectorum Altera enim sic est in uno quod non potest in pluribus esse alia etiam
etenim unius papa non plures esse potest ecclesia vero non unius sed multorum nomen est plurium
insimul collectorum Et sic dicit Augustinus in Ethicorum et libro Politicorum Sic differunt
potestas regiminis in policia regni et aristocracie quia illa in uno hec in pluribus est et
hanc pluralitatem esse videtur facere consideracio diversarum proprietatum que hinc
potestati inest in ecclesia et papa conveniunt quia in ecclesia permanent continue et oblique
biliter in papa vero non sic esse dicitur Item diversitas extencionis quia ad aliquid se extendit in ecclesia ad quod non in papa hoc tamen non obstante dicitur una esse ex proprietate eorum que in premissis et eius concessione leguntur Primum est enim primo
quod dicitur ligaverit et post quamque alligaverit etc. Item quia in utroque dicitur summa sive
suprema quod vero per superhabundanciam dicitur uni soli convenit et quamvis plures esse oporteret dicere quod se habent ut primo diverse vel contrarie disparate aut eiusdem
racionis quorum multum applicativa racionem competere potest et ita diversitas subiectorum
induat diversam accidencium iuncto erat sequens dubium Quod hec una potestas in-

Subiacet pape iudicio quo ad malicias et moralitates de aliquo soli quod est a deo dimisse et tamen quo ad exercicium

diuisa potest esse in ecclesia et papa dicitur primo quod non est diuisitas subiectorum ad papam sit ecclesia
unus de ecclesia et sic non ponuntur duo diuisa subiecta in quibus haec potestas utrumque in diuisis
esse dicatur sed quod est una unio in papa et ceteris fidelibus ut collectis in unum Si
vero ponatur in casu quod tota ecclesia tota esset in unum collecta nec papa se vellet con-
iungere oportet aliud dici scilicet quod tunc dicitur in eo casu quo papa est unus unde sic ecclesia est
una nec diuidi potest ita [illegible] summa potestas illi competens non potest esse plures cum in primo
subiecto non sunt plura accidentia eiusdem rationis potestas autem ligandi et soluendi
de qua nunc agitur eiusdem rationis est in utroque. Ad hanc etiam difficultatem com-
mouendam faceret consideratio rerum super quibus et temporis in quo ecclesia congregatur
et causa uidelicet quod in materiis super quibus congregatur ecclesia iudicium eius super
papam eminet. Secus cum ecclesia congregata nedum super hiis ad que congregatur sed si
uiderit expedire ad alia pro quibus congregata non fuit potest intendere uidetur
quod premissa consideratio non est sufficiens Restat ergo tercio dicere si una est in quantum quo
potest intelligi quod ecclesia superior papa uel inferior dicatur Respondetur quod causa est propter diuersum
participandi sine [illegible] modum Ecclesia namque ut premissum est sic habet istam potestatem quod
in ea est continue perpetue et indeliquabiliter [illegible] illi omnis notitia ecclesie
veritatis est [illegible] in ea ut quisque [illegible] In papa vero non sic est. Sic ergo dicimus quod [illegible]
et idem est liberum arbitrium in viatoribus et beatis quo ad coactionis immunitatem
sine excellentie dignitatem non est magis in uno quam in alio sed [illegible] comparatur
ad id ad quod ordinatur scilicet ad seruandam rectitudinem Est enim secundum Anselmum potestas
seruandi rectitudinem propter se. Quia hanc rectitudinem in beatis liberum arbitrium ex-
tunc est confirmatum per gratiam seruat semper et indeliquabiliter ita quod non potest errare In
viatoribus vero quod deficiat gratia confirmationis non semper huiusmodi rectitudinem seruat
sed ab ea frequenter deficit. Ideo iuxta communem doctrinam doctorum potestas liberi
arbitrii in beatis maior in viatoribus dicitur unde cum Johannes baptista nunc in gloria
superior sit multis angelis tamen de eo cum in via esset Christus dixit qui minor est
in regno celorum maior est illo. Et in uno eodemque homine si primo non habuit gratiam
confirmationis et postquam confirmatur dicimus quod idem liberum arbitrium post gratiam confirmationis
est se ipso maius quam erat absque illa consideratum. Sic suo modo loquendo quia ecclesia a Christo
est fundata est super firmam petram quod etsi aliquando fluctuet et temptationibus et aduer-
sitatibus [illegible] tamen cadere potest siue errare a recta fide Ideo potestas hec prout conside-
ratur in ipsa ecclesia uidetur habere gratiam confirmationis qui promisit quod mitteret paracli-
tum qui maneret cum fidelibus in eternum et quia orauit patrem ut non deficiat fides eorum
et quod ipse est cum fidelibus omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et quia huiusmodi inflexi-
bilitas ad errorem non sic summis pontificibus competit de quorum pluribus legitur
a fide errasse hinc [illegible] in ecclesia superior quam papa vel huiusmodi potestas inferior dicatur.
Et sic viatores tenentur credere reuelationibus angelorum quia sciunt eos non posse errare
unde Zacharias pater Johannis baptiste qui non statim angelo credidit in penam perdidit
loquelam prout habetur Luce primo. Ita etiam fideles tenentur obedire et stare iudicio
ecclesie et eius determinationi [illegible] iudicio illius quem sciunt non posse errare nec
debent disceptare de causa quomodo possit esse uerum quia cum hoc quesiuit Zacharias
ab angelo ideo factus est mutus Sicut enim ab ecclesia distant angeli eiusdem doctrine
reuerenter acquiescunt secundum auctoritatem apostoli Ephe. iii. Tanto magis omnes homines tenentur
eius stare dispositioni cum sint ignari et peccabiles. fideles multo amplius ad id
tenentur propter reuerentiam quam debent sue matri et pre omnibus summus pontifex quanto
pre aliis filiis maiori dignitate in domo sue matris se cognoscit fulgere et sic tenetur
eam amplius honorare Non enim accipit dignitatem papatus ut cum ante fuit electus
ecclesia reputaretur sed et catholica ac uera sponsa in iudicio ipsa hoc abstulerat
et transtulerat in papam ita ut ipso eo sistente uerax ipse ecclesia [illegible] putetur
et [illegible] fideles teneantur dispositioni pape contra acquiescere determinationi ecclesie
quod contingeret si iudicium pape deberet preferri iudicio ecclesie Hanc enim dignitatem
quod ipsa non possit errare a Christo habet et quamdiu fuit semper retinebit Nec hanc con-
[illegible] cum papa ecclesia constituit in eum transfert sed apud se retinet unde
ratione huius dotis quam a Christo recepit primatum et dignitatem super omnes homines
obtinet nec cuiquam secundum apostolum subiecta est nisi Christo sponso et capiti suo. Et
propter hoc ipsa subiacet iudicio suo quod sibi ex parte sui capitis est et quicumque non
intelligat quomodo uideatur sibi habere in quantum [illegible] capitur nullatenus in absencia
Christi sponsi sui et firmiter credit sic omnes fideles tenentur stare determinationi ecclesie
cuius tanta est auctoritas secundum Augustinum quod dicit se euangelio non credere nisi eam auctoritas

ecclesie commissis. Si autem credimus revelacionibus angelorum et revelacioni et auctoritati
ipsorum quas credimus nullatenus fallere velle nec posse in quibus enim res occulta
ubi racio reddi non potest creditur solum propter auctoritatem dicentis nisi enim ecclesia hodie
assereret scripturas et cetera quod de actionibus christi scripta sunt vera esse quis
crederet quod christus est de virgine natus et pro peccatoribus mortuus ac quod resurrexit
et in celum ascendit non autem sic crederetur si solus papa id assereret quia
scimus eum posse errare et deficere itaque cum ecclesia in hiis que fidei sunt et morum
non possit errare propter assistenciam christi in medio eius qui non permittit papa
vero hoc non habet hinc multo et si una sit potestas in utroque tamen ecclesia superior papa
inferior dicitur ita suo modo dicitur quod si papa duos iudices constitueret in equali
potestate si alter eorum circumspectione et prudencia preeminet esset quod in gracia confirmatus
ita ut iudicium suum esset inobliquabile et errare non posset tunc multo securius diceret
de illa potestate inferior esset si in utroque eadem esset potestas ac iurisdictio etsi constanter
tunc quod alius esset in gracia confirmatus nec posset errare si nollet iudicium suum
illi summittere multo reprehendendus esset. Constat autem ipse quod ecclesia non erret nec umquam
sibi christus sua assistencia promisit hoc enim est primum et unicum principium irresolu-
bile ad quod omnia que sunt fidei et salutis fidelium non errat. Credit namque prout
dicit articulus fidei ecclesiam sanctam catholicam esse. Si autem erraret tam sancta
non esset. Unde sequitur quod cum ex dono gratie sic confirmata in iudicare veritatis et si
et eadem sit potestas in ea ac summo pontifice summe prevalida superior dici potest
De quarto dubio videlicet de modo exercendi hanc potestatem in ecclesia et papa patet
hactenus videntur fuisse considerandum scilicet quod hec potestas in ecclesia dicitur consistere
formaliter sive fundamentaliter et radicaliter. Ministerialiter autem in summo pontifice
eo quod ipse tamquam summus minister ecclesie habet exercere omnes actiones ad regimen
ecclesie convenientes. Nec enim ministerium huiusmodi videtur competere dignitati et excel-
lencie ecclesie que sponsa et regina dei appellari. Errat itaque interim sic dicentium quod licet
in ecclesia sic potestas consistat quod tamen ecclesia numquam posset exire in actum huiusmodi potestatis
nisi per manum summi pontificis. Et quod frustra esset ecclesie potencia actiones. Numquam
ei posset competere. Cum omne eius iudicium delusorium esset et quod ab origine nascentis ecclesie
reperitur appellaciones actionum sibi attribui semper. Nam dicitur quod ecclesia anathematizat dicitur
et dispensat decernit declarat mandat et sic de aliis actionibus. Nichil propterea dicitur
quod si per esse ministeriali intelligatur quod ea que iudicat deliberat aut dictat agenda
est papa mandet disponat precipiat ordinet ac exequatur. Sic est in ipsa ecclesia hec potestas
ministerialiter dicitur esse. Hoc enim ministerium videlicet declarare precipere et disponere quod ab omni-
bus fidelibus tenendum et agendum sit non in dignitate magis autem preeminencia
magnificat itaque in eam hec potestas est radicaliter sive fundamentaliter quod ei inseparabiliter
adest estque fundatum et electorum pertinencia quod in fide actione et virtute omnes
actiones potestatis exercent suas actiones. Est etiam in ecclesia hec potestas formaliter quod hec potestas
ipsius robur et decor est per eumque ut predictum est in omnibus aliis qualitatibus sive po-
licite distinguitur. Est tercio hec potestas in ipsa ministerialiter sive executive quod ut sibi vide-
tur opportunum exercere illam per se vel aliis potest committere sed cum papa sit eius membrum me-
brum nobilissimum et summum quod principes est et si velit conformare exercitum hanc potestatem per illud
ita tamen quod in sua potestate nichilominus est et potest eam per se exercere vel aliis committere
Est enim libera nec umquam nisi suo sponso id est christo capiti subiecta. Et quamvis ecclesie
ut sponsa domino nostro subiecta sit quamvis sit ille primus et excellencior inter
ministros domini intelligendum est tamen quod cum potestas huiusmodi que est in ecclesia sit discernendi
sciendi et iudicandi potestas et ad discrecionem iudicium requiritur deliberacio sive consideracio
prima est enim mature deliberari ea de quibus est esse iudicium quod hec deliberacio non
comode huiusmodi fieri potest si per ecclesiam intelligatur multitudo fidelium que est in diversis
partibus mundi dispersa. Unde isto modo intrepido cum post dispersionem apostolorum a iudea
ad predicandum gentibus numquam tota multitudo fidelium fuit in unum congregata sit numquam
dicimus quod quamvis ecclesia disposuit aut disponere possit nec de huiusmodi questione
an iudicio ecclesie vel pape potius sit standum oportet multum dubitari cum numquam
venit casus quod tota ecclesia sunt congregata aliquid precipiat nec forte in futurum
contingeret. Ut ergo constet habeat locum intelligi de ecclesia que est congregata licite
in generali concilio quod ipsam veraciter representat et in quo ipsa ecclesia vere vel
interpretative aut virtualiter consistit et multo dicitur consistere cum in generalibus aliis

ut sint aut interesse debeant per se vel secundum suos procuratores maiores prelati principes et sapientes
ac de omnibus statibus ecclesie viri electi et excellentiores vocati legitime ut debeant providere
super necessitatibus utilitatibus ecclesie et alii quorum sit vocari non pertinet representatur ad minus
unde recte potest dici quod potestas disponendi de rebus ecclesie existit in concilio generali quod
ipsam representat sicut civitatis et potestas ipsius dicitur consistere in rectoribus et magnatibus
civitatis ita ut quod maiores de civitate disponunt civitas facere dicatur, et sic
in primo famoso collegio seu concilio generali videlicet Niceno in edificatione symboli
status subiungitur / cetus autem quorum dicitur ecclesia prout supra allegatum est Constat autem quod in
illo actu erat aggregata ecclesia utique sed generale concilium et tamen sub nomine ecclesie
sententia profertur Sic etiam habetur in actibus apostolorum quod aggregacio maiorum ecclesia nominatur
huiusmodi ergo potestas quam dixi esse unica in ecclesia sive in concilio et in papa differenter
considerata inesse ipsis in respectu sive habitudine ad actum Est enim in ecclesia ut dis-
posicione remota ab actu Non enim potest exire in actum nisi primo aggregetur in unum
ac precedat deliberacio prout autem est in concilio est in disposicione proxima et propinqua
Iam enim ecclesia aggregata est et potest deliberare prout vero est in papa consideratur
in disposicione ad actum quasi immediata et propinquissima tanto videlicet propinquius quanto ipsa in
semetipso facilius ac levius considerare ac deliberare potest et sic discernere quid
agendum. quoniam si debent multorum deliberaciones teneri prout fit in generali concilio
ubi quandoque convenit magna multitudo sapientum et etiam aliorum et quandoque sunt inter
eos varie affecciones ac opiniones diverse in eandem sententiam non sunt facile reduci-
biles unde si sit in disposicione propinqua ad actum non tamen ita propinqua sicut in papa
Et hec etiam possunt ad intellectum satis notabiliter considerari Si enim potestas ecclesie complectitur disponendi
sciam ad quod requiritur matura deliberacio tunc in consilio hec habentur ex multorum dis-
cussione sapientum. In ipsa vero non sic requiri dicitur maxime prout quanto ad sententiam effe-
ctum que a concilio procedit quam que a papa solum tunc integrum sit iudicium quod
plurimorum et ceterorum confirmat et iuxta auctoritatem sacre scripture multitudo sapientum
sanitas est orbis terrarum et quod notanter attendendum est quod in consilio intelligitur
assistencia Christi et presencia spiritus sancti. quod tamen non sic reputatur de sententia sine iudicio ipse
Pro clariori eiusdem huiusmodi ulterius est intelligendum quod ecclesia consideratur dupliciter videlicet
ut est corpus Christi misticum et ut quoddam corpus politicum, primo modo consideratur prout a Christo
regitur donis et carismatibus graciarum et hoc corpus unum vivens semper vita spiri-
tuali fide et caritate. quod hoc Christus eam ut sponsam suam respiciat et gubernat nec
permittit eam maculari et a se separari quia sibi specialiter assistit defendens ipsam
ne pereat et isto modo ipse caput ecclesie est solus Christus iuxta doctrinam apostoli in epistola
ad Ephesios. Alio modo consideratur ecclesia ut corpus politicum secundum quod est alia communitas
aut societas politica que etiam absque influxione graciarum et carismatum ac speciali ex
assistencia Christi est ex naturali iudicio potest debite regi humana aut lege divina secundum
quod etiam infideles multum habent de lege dei et se conformant illi Et sic ex sensu naturali
habet regi per unum quod vocatur caput sicut rex et princeps est caput regni vel principatus
Et isto modo dicitur ab aliquibus quod capitum pape competit esse caput videlicet prout est corpus poli-
ticum. prout vero est corpus misticum non ipse est simpliciter caput. sed potest dici vicarium et
minister capitis. Constat enim quod non conveniunt ei condiciones capitis videlicet quod influit in
ecclesiam sensum et motum graciarum et donorum spiritualium nec efficaciter aut intencione sine
excellencia prout Christo hoc competit Si vero dicatur quod si competit influere saltem in administracione
sacramentorum vel in doctrina predicacionis ubi dominum constat per alios quoque et sepe duo hoc
fieri habundancius in ecclesia dei et per quos non huiusmodi influencie nec sibi videtur competere
Cum ad ecclesiam consideratur prout aggregatur in concilio generali potius se habet ibi ut corpus non
misticum sed ut corpus politicum videlicet maxime quod sepe dicitur auctoritate ubi sunt duo vel tres
aggregati in nomine meo ibi ego sum in medio stans et nichil operando sed tunc ipse
tamquam per singularissimo quod quasi in medio eorum intelligitur quod est in medio adiuvans et
defendens influens suam graciam et dirigens in agendis approbando et confirmando
sententiam et iudicium quod ab ecclesia sic legitime aggregata procedit Item etiam eo quod dicitur Actuum
xv° visum est spiritui sancto et nobis quod ubi apparet quod spiritus sanctus sunt operatur et
indicat tunc habetur quod est in concilio. constat autem quod hec respiciunt ecclesiam ut est
corpus misticum et ex hoc sequitur quod ipse non est dicendum quod caput concilii sit
aliquis quam Christus nisi valde extensive et tamen modificative videlicet caput ministeriale et forte
hoc non convenire sibi nimie quod principale agens scilicet Christus in conciliis per se et immediate

operetur non videtur quod in hoc sit facienda mencio de ministro non sic autem est cum ecclesia non est
in unum congregata Nam tunc christus regit ecclesiam suam mediante summo pontifice
Ita ut iudicia et ordinaciones de regimine ecclesie ab hoc uno videlicet summo pontifice
procedunt ad inferiores In concilijs autem non sic ab uno principaliter iudicia procedunt sed
ab omnibus simul et regimen ac disposicio ipsarum dicitur esse immediate a spiritu
sancto Unde quando ecclesia non est congregata similiter potest dici esse a deo sed mediante
papa velut ministro In concilijs autem non est aliquid medium inter ipsam ecclesiam
et spiritum sanctum quod patet ex eo quia papa in concilio non habet exercere iurisdictionem
super ipsum concilium alias concilium non esset in libertate que sibi necessaria est in concilijs
ad habendam debitam deliberacionem Hinc est ergo quod in concilio cum spiritus sanctus sit im-
mediatus rector videtur quod ibi papa non se habeat ut ministrum et sic non competit ei esse
caput concilij prout ecclesia consideratur ut corpus misticum quia spiritus sanctus est immediatus
rector. Nec ut corpus politicum quia in concilijs potius se habet ut corpus misticum Ergo
in concilio ut sic ei non competit ei esse caput Hic modus loquendi videtur convenire sacre
scripture primus enim quam populus israel peteret sibi regem regebatur per iudices qui specialiter
ad regendum illum populum dabantur a deo Cum vero maiores natu israel venerunt
ad samuelem iudicem a deo datum dicentes constitue nobis regem ut iudicet nos sicut
universe habent naciones Respondit deus ad samuelem qui super hoc interrogaverat non te abie-
cerunt sed me ne regnem super eos. Ecce quod deus regit per seipsum sed filii hominum
nolunt regi per unum caput ad modum nacionum deus reputat se abiectum. Eciam
christus pro speciali dono dixit quod est in medio congregatorum in nomine suo. que auctoritas
maximum locum habet in concilio generali ergo velle recipere aliud sive alios rectores aut
presidentes qui sint ut reges gencium dominantes eorum et potestatem suam exercere videntur ne
regnet super eos abicere christum qui se promittit in medio eorum Hinc moyses cum deus
ei dixisset quod mitteret angelum qui introduceret populum in terram promissionis non con-
tentus supplicavit et concessum est ei quod deus ipse per se educeret eos et precederet
Videtur non mirum et auctores sanctorum doctorum ac etiam conciliorum decreta sic sepe no-
minent ipsam videtur distinguendum et sic intelligi posse videlicet quod papam esse caput
concilij consideratur dupliciter vel in actu primo vel secundo hoc est aut in habitu aut exercicio
Constat enim quod quando papa dormit est caput ecclesie sed tunc non exercet actiones capi-
tis Sic papa cum est in concilio realiter licet vere sit caput ecclesie ut primo co-
competebat quando ecclesia non erat congregata sed quia tunc christus sive spiritus sanctus in con-
silio per se et immediate ecclesiam regit ac exercet actiones competentes capiti hinc p-
tunc saltem quo ad causas super quibus concilium intendit papa non omnino se-
hebit ut caput sicut primo sed videtur cessare actiones capitis substituti sicut dele-
gati in prouincia delegantis ipso mediante potest etiam assignari alia consideracio quod
ad modum dicitur cum quibus et iudices constituuntur ad universitatem causarum ac racione
alicuius populi cum plena et libera facultate ita ut sibi competit simpliciter esse
caput illius populi post tamen dati sunt sibi consortes in eadem potestate quo ad unam
vel plures causas sic tamen quod ipse semper maneat primus et preeminens inter
omnes consortes licet non perdit aliquid de potestate quam primo habuit tamen ex adiunctione
aliorum hoc habet ut cum actio iudicis ab eo solum primo procedit in datis causis
super quibus adiuncti sunt quam in aliis aliis tamen tunc oportet quod iudicium in hijs ma-
neat firmum ut sit de quo adiunctorum consensu Tunc igitur videtur quod cum ipse eos
vocavit ut coadiutores ut alias in casu licito ipso etiam renitente convenerunt con-
intelligi ipsos in cura ac iudicio habere potestatem simul cum eo et actiones debe-
esse communes Nec est indignum putari quod sint coadiutores ipsius pape quia sm
apostolum i chorinthiorum In ecclesia dei adiutores nominantur Iterum est alia consideracio
iuxta sententiam doctorum prelati sive episcopi habent per electionem sive confirmacionem aut consec-
cionem immediate potestatem a christo super corpus super corpus christi verum et misticum
Competit eis naturaliter illud quantum ligaveritis super terram etc. Et quorumcumque remi-
seritis peccata ac euntes docete omnes gentes etc. Eadem enim ut explicabili patet
hec potestas in consecracione dantur ipsum huius vel illius populi sed quantum
tamen quo ad exercicium huius potestatis recipiunt a papa populum deputatum in quo nec in
alio de communi cursu exercere debeant potestatem, nec propter huius determinationem
concessionem populi conferetur ab eis potestas que ipsis primo absolute competebat
ad regendum ecclesiam Iuxta auctoritatem apostoli Actuum xx. Attendite vobis et uni-
verso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acqui-
sivit sanguine suo Cum ergo congregantur in concilio illa potestas que primo

eis competebat in hunc videlicet intendere ad regimen universi generaliter efficitur in actu unde
primo censebantur vocati qui ad suos determinatos populos in partem sollicitudinis. Cum autem sunt
in concilio ut sint attendant ad regimen universe ecclesie videtur quod sunt vocati in
plenitudinem potestatis non sigillatim singuli sed potius omnes. Ex hac apparet quod congregatis
concilio non convenit pape esse caput quo ad omnes respectu sicut et primo videtur
enim habere socios in plenitudine sue potestatis quos primo habebat in partem. Primum mo-
tivum est quia quando actio procedit ab aliqua multitudine supposita illius multitudinis sunt par-
ticipes ipsius actionis patet de suppositis trahentibus navem. Si enim in illa multitudine
unus solus per se efficeret illam actionem iam non multitudinis sed solum unius actio diceretur.
Cum ergo iudicium dicatur a concilio ut a multitudine agente et consenciente procedere oportet
intelligere quod non a papa solum sed et ab aliis procedit. hoc autem non competeret nisi in
ipsis suppositis intelligatur esse virtus sive potestas cuius vigore actio ab ipsis procedit
unde sequitur quod potestas diffiniendi in congregationibus quo ad regimen universe ecclesie
non solum est in papa sed et in aliis qui debent convenire sive concurrere ad actum. quod in
primo eis non competebat sed erant solum coadiutores in partem sollicitudinis quo ad deter-
minatas porciones populi christiani. Ex hac etiam videtur sequi quod si et papa secundum multorum
assercionem sit fons et origo saltem quo ad execucionem omnium potestatum et iurisdictionum
que sunt in ecclesia. Ita ut nullus administrare sive regere possit de iurisdictione ecclesiastica
nisi ab ipso exequendi mediate vel immediate potestatem assumat et ipse solus habet totam
ac etiam maiorem ad hoc potestatem quam omnes quia potest immediate ministrare per se et regere
quemcumque populum inferioribus prelatis ab eo commissum. Potest etiam extra eius mediate potestatem
quod videtur esse verum quantum ad potestatem per quam sunt vocati in partem sollicitudinis. Sed quantum ad
illam que eis in generali concilio competit in plenitudine potestatis ad regimen universe
ecclesie non sit verum sed hanc habent immediate a Christo nec dum quantum ad habitum quia hoc
sibi competebat antequam essent in concilio quod ut supra dictum est omnes episcopi habeant
a Christo immediate potestatem sed etiam quo ad execucionem in habitudine ad regimen universi
populi christiani. Et hic videtur esse sensus et intellectus decreti Constanciensis de auctoritate conciliorum
ubi dicitur quod concilium recipit immediate potestatem a Christo. Et hec est racio quare cum
papa omnibus prelatis sigillatim possit mediate potestatem respectu populorum sibi commissorum
etiam cum sint in concilio non illam potestatem sine execucionem que eis inquantum sunt in concilio competit
quia hanc non ab ipso sed immediate habent a Christo nisi forte per accidens si contingat aliquem
execucionem vel alias in iudiciis pro tempore concilii procederetur legitime sicut possunt superiores
quilibet. Eo enim ipso quo concilium congregatum est potestas que ipsis prelatis habitualiter com-
petebat ad regimen populi christiani generaliter exit in actum. Nec enim in concilio ipsi habent
diffinire et iudicare prout a papa potestatem acceperunt ad speciales populos. quia si sic
sunt extra loca suarum iurisdictionum. sed prout a Christo potestatem generaliter acceperunt eisdem
iam habent materiam paratam in qua dictam potestatem exerceant scilicet populum christianum qui com-
missus est iudicio et regimini concilii generalis. Ex hiis possunt considerari aliqui qui in
generali concilio competit diffinitivas voces habere utrum quod hoc quod alias habent populum specialem
suo commissum regimini vel ex alia racione verum quia de hoc non agitur. Ex premissis legem iudicium
ex hiis etiam possunt cognosci quomodo intelligenda sit oblacio ex parte Galli facta pape videlicet quod si fecerit
iniuncta per concilium erit caput concilii. Non enim intellexisse concilium creditur quod si papa esset
caput concilii ut in eo solum esset potestas sive auctoritas diffiniendi ita quod ipse solus si presens
esset aut deinde absencia sui presidentes haberent diffinire et consilium dumtaxat consulere.
Constat enim hoc esse contra intencionem concilii. Nam cum monet papam confiteri debere hoc
fuisse a principio legitimum concilium et esse et tamen non interfuerat sua potestas pape quia ipse
revocaverat presidenciam et facultatem ab eo concessam. ergo intelligebat auctoritatem diffiniendi
in concilio non dependere solum ex concessione pape aut existere solum in presidentibus suis.
Alias enim iniuste egisset monendo papam confiteri quod verum non erat. Attento etiam quod dicitur
in decreto vicesime sessionis ubi manifeste patet quod non est de necessitate celebracionis generalis
concilii quod papa presideat in eo per se aut suos presidentes. Ibi namque statuitur quod si intra diem
inchoacionis concilii papa per se aut legatos suos non interfuerit illo die celebrata
missa de spiritu sancto per illos qui ibidem interfuerint ab eo die stabilitum et inchoatum esse
concilium efficaciter censeatur. Et si per quatuor menses papa distulerit per se aut suos
legatos interesse quod eo ipso sit suspensus ab omni administracione papatus. non possit autem dici
concilium si potestas diffiniendi esset solum a papa. Et ad hoc omnibus decretis per concilium usque in
illud tempus actis evidentissime constat de preeminencia sua et superioritate respectu pape per
illa verba voluit intelligi quod superioritatem ipsam quam totiens demonstraverat sibi com-
petere per dictum quod papa sibi adhereret presertim cum ipsa adhesio ad confirmandum hoc

superioritatem esse validissimum argumentum quinymo patet conversionem consilii que incipit sepenumero hactenus contra presidentes consilii allegabatur amplius in eorum contrarium hec pestiferum volumus de superioritate pape in concilio suo tempore ecclesie patentur insurrexerunt quibus manifeste videtur quod oportet intelligere predicta verba in alio sensu forte iuxta premissa superius. Ex hoc videtur responderi posse ad argumentum quod satis apparet urgere. cum enim virtus unita sit fortior seipsa divisa. quia tunc partes intensiores habent operaciones. Si papa cum ecclesia erat non congregata exercebat operaciones sibi ut pape competentes a forciori hec sibi in concilio competit cum ecclesia sit ibi unita et per consequens partes erunt intensius agentes. Unde papa cum sit pars principalior non diminuetur. sed tunc sua actio intensior esset erit intensior. patet responsio quare hoc non sibi competit ut prius et sic cessare debet actio inferior esset eciam attendendum quod esse caput ecclesie sive sine concilii competit sic pape quod non alteri eciam competit sibi. quia singulariter in ecclesia dei hec autem principalitas sola est implurificabilis ita ut non possit alteri committi aut delegari petrus namque petro et successoribus suis non autem substitutis vel delegatis hanc dignitatem dicitur concessisse Christus posito quod pape competeret esse caput concilii non ex hoc sequitur quod suis presidentibus. quia hec principalitas preeminencie videtur esse indelegabilis ex predictis videtur deductum quod dicebatur contra presidentes videlicet quod dicti presidentes non sunt admittendi in concilio secundum formam in predictis contentam repugnat namque dignitati ecclesie quod iudicium pape preferatur eidem potius quam ipse ecclesiam sibi competat statuere et ordinare que competunt ad suum conservacionem et regimen. Et quia cum est congregata est immediate iuncta suo vero capiti et per consequens ipsa que est tanquam medium inferius proximum habet accionem prout in concilio congregatum non habet coercionem iurisdictionis coactive que quando ecclesia non est actu congregata super singulos sibi competit a forciori igitur non convenit esse medium legatus a papa constitutus bene autem convenit pape in concilio premonere sollicitare et dirigere sed non pro convenientie et assistente concilio ipse solus possit ac debeat statuere et diffinire ac declarare iudicialiter et sentencialiter hoc enim dicit auctoritatem superioritatis. Caput enim dicitur tripliciter scilicet inicium et sic aliquis locus dicitur caput vicarum et in psalmo In capite libri scriptum est de me id est in inicio Alio modo per quandam dignitatem sive honoris prerogativam. absque in auctoritate sive superioritate prout ipse longevus et honorabilis ipse est caput Item pro quadam auctoritate indigendo premonendo id quod bonum est. et sic dicitur de Saul quem respectu predictorum pape non competunt in concilio. Secundum autem generale racione cuius hec superioritas probaretur dictum sufficit quod est conciliorum auctoritas quia visa fuerunt concilia in principio quo celebrari ceperunt. premissa autem diffiniciones generalis concilii quod convenit tantis esse dicitur generalium generale secundo

Presupponitur quod sicut actiones personarum concilii quantum ad ea que conciliantur sunt secundum genera ita quod non unus duo aut tres sed omnes insimul agere dicuntur Ita et auctoritas racione cuius eis competit sic disponere est eorum omnium simul Si enim in papa solum vel eius legatis existeret diffiniendi et statuendi potestas. decreta conciliorum non dicerentur constare eorum universali consensu Cuius contrarium asserit gregorius papa in c. xv di. Quoniam universi enim dicitur quod eorum ubi consensu constituta sunt. si in consencientibus nulla auctoritas statuendi esset. quia nec dissensus potuissent impedire. hoc autem patet discurrenti gesta eorum quae antiquorum conciliorum in quibus reperitur sic dicitur. Sancta synodus vel sacrum concilium statuit aut diffinivit declaravit vel anathematizat vel placuit vel placet sancte synodo. aut per similia verba Item in subscripcionibus eorum episcoporum qui interierant reperitur sic dictum Ego enim episcopus diffiniens subscripsi ut iudicantes aut statuentes Et in verbum potestatis in subscripcionibus legatorum summi pontificis qui interierant. nec plus attribuunt ipsis quam quibuscumque aliis qui synodum celebrant et hoc reperitur sic factum fuisse in quatuor conciliis. que dicuntur esse tante auctoritatis sicut quatuor evangelia Similiter in aliis quatuor que otto papa iurat in sua professione in principio sui pontificatus et de hoc quod omnibus erat in conciliis auctoritas diffiniendi. nec dum reperitur per ysidorum in libro conciliorum et in aliis libris de gestis conciliorum sed eciam in decretis et quod amplius. quia eciam presente papa reperitur quod auctoritas diffiniendi competebat episcopis synodum celebrantibus vel eciam concilio et sic ab eis papa diffiniri postulat prout Item reperitur quod summi pontifices acquiescebant decretis ac declaracionibus ac statutis per sacra generalia concilia nec licebat eis in aliquo refragari sed pocius se illis confirmare ut patet ex dicto decreto gregorii Canones et non illa videlicet decreta generalium conciliorum destruunt quisquis presumpserit absolvere quos ligant aut ligare quos absolvunt Item idem si ea si ea destruerem que antecessores mei statuerunt non constructor sed eversor esse iuste comprobarer Item absit a me ut statuta maiorum

cum sacerdotibus meis infringam quia in iniuriam facio si fratrum meorum iura perturbo
Item Leo X^c ad perpetuo generaliter ordinata sic utilitate nulla commutatione varientur
Item Gelasius. Confidimus quod nullus iam christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum
quod universalis ecclesie approbavit assensus nullam magis exequi sedem pre ceteris oportere
quam primam. Item Urbanus papa sic quidam dicentes Romano pontifici semper li-
cuisse novas condere leges. quod et nos non solum negamus sed etiam valde affirmamus
Sciendum vero summopere est quod inde novas condere leges potest ubi evangeliste
aliquid nequaquam dixerunt. Ubi vero dominus vel eius apostoli et eos sequentes sancti patres sen-
tencialiter aliquid diffinierunt ibi non novam legem Romanus pontifex dare sed potius
quod predicatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Item Zozimus papa
contra statuta patrum condere aliquid vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas
Item Leo papa Ideo permittente domino pastores hominum summus effecti uti quod patres nostri
sive in sacris canonibus sive in mundanis astrinxere legibus excedere minime debemus
Contra statuta eorum quippe agimus salubrima statuta si quod ipsi domino statuerunt
concilio in nihil non servamus. Item predicta duo patet quod actiones eorum que concilium celebrant
sunt quedam. Alioquin nisi communis auctoritas ac quod ordinacionem concilii papa acquiescere te-
neatur. probatur ex gestis quatuor conciliorum de quibus fit mencio in actibus apostolorum
In primo namque de electione Mathie legitur quod licet Petrus qui primus erat ubi
dicitur quod exurgens Petrus in medio sic ceteris honorabilius pro ut spectabat ad presiden-
tem proposuit et conclusit sic faciendum Actus I, qui videntur notare auctoritatem
et iurisdictionem fuit omnibus communis. Nam dicitur de omnibus quod statuerunt duos et dederunt
eis sortes. In secundo vero concilio de quo Actus VI legitur clarius ubi notatur dicitur quod
convocantes XII multitudinem discipulorum dixerunt non est equum nos etc. Et subiungitur
quos constituamus super hoc opus et infra quod imposuerunt eis manus. Constat autem
quod hec manifeste notant in omnibus apostolis esse eandem auctoritatem. Et in hiis specialiter adver-
tendum est quod nec dum statuere sed etiam ad concilium convocare omnibus apostolis non soli
Petro tribuitur et quod non solum in causis que ad fidem dicuntur communiter pertinere
sed etiam quo ad disposicionem ministrorum et institucionem in ecclesia officiorum hec duo concilia le-
gem expressisse. In tercio autem concilio de quo Actus XV satis clare patet. Cum enim Iacobus
ultimo iudicavit non dixit quod Petrus qui primus erat iudicavit sed inquit Simon nar-
ravit epistola etiam non nomine Petri sed apostolorum et seniorum ministrorum. In quarto etiam Actus
XXI quod Paulo fuit iniunctum a congregacione seniorum ut debet se conformare ceri-
moniis legis mosaice. Actus ubi notatur quomodo quia subditur hoc ergo fac quod tibi
dicimus. Et autem Petrus acquiescet iniunctis sibi et ordinatis per concilia apostolorum
patet manifeste I Actus VIII ubi dicitur quod audientes apostoli quod Samaria recepisset
verbum dei miserunt ad eos Petrum et Iohannem et Petrus absque alia discussione
statim iniuncta implevit. Missio autem de sua racione sequitur auctoritatem in mittente vel
missi. Unde ex hoc quod in evangelio legitur quod filius mittit spiritum sanctum. sancti et doctores
concludunt quod spiritus sanctus procedit ab eo, et quia pater a nullo procedit sed e converso
in eo auctoritatem respectu aliarum personarum. hinc est quod nusquam legitur missus. Et
etiam papa observare tenetur ordinata per concilium tanquam ex necessitate ex quibus
aliorum patet manifeste ad Galathas II. ubi apostolus testatur quod pro eo quod Petrus dabat
occasionem ut alii fideles non observarent decretum factum in dicto tercio concilio
Paulus restitit sibi in faciem reddens causam ad predicta resistencia quia ipse Petrus
reprehensibilis erat eo quod non ambulabat ad veritatem evangelii. Ex quo autem verbo
quoddam singularissimum forma notandum patet quod decretum primus concilii ab apostolo repu-
tabatur tante auctoritatis ut diceret quod veritas primus est veritas evangelii. Constat
enim quod non continebatur saltem expresse in evangelio id super quo Paulus reprehendit Petrum
sed continebatur in dicto decreto et forte ex hoc verbo sumpsit Gregorius quod quatuor
concilia sunt veneranda ut quatuor evangelia. quia Paulus veritatem dicti decreti
dixit veritatem evangelii. Secundo notatur quod ubi agitur contra libertatem religionis
christiane nullatenus paciencia ferendum est statim debet resisti patet ex principio dicti
capituli ubi dicit Paulus quod cum aliqui subintroducti fratres explorare libertatem
quam habent fideles in Christo. quod nec ad horam cessit subiectioni ut veritas evangelii
appareret. Constat autem esse contra libertatem christiane religionis quod summus pontifex asse-
rit sibi competere pro suo libito posse immutare decreta quecumque fiant a generalibus
conciliis unde pro tuenda hac libertate ne christiana religio redigatur in hanc servitute

Iuxta exemplum apostoli videtur esse opus maxime meritorium super hoc resistere. Tertio quod ne-
dum quando summus pontifex infringit decreta, sed quando ex eius actione aliqui sumunt
occasionem quod ea non observant, licet sibi resistere. Patet quia petrus cum fuisset, licet
adhuc erat libertas utendi legalibus, sed quia quando ipse utebatur putabant genti-
les quod erat de necessitate eo tempore, ideo fuit reprehensus, quia ex ipsius exemplo
alii sumebant occasionem non se conservandi praedicto decreto. Certo notum quod nedum pro
peccato mortali sed pro solo veniali quando illud est scandalum subditorum licet redarguere
summum pontificem. Patet quia post adventum spiritus sancti in die penthecostes apostoli fuerunt in gratia
confirmati nec peccaverunt mortaliter. Unde tunc nec petrus mortaliter peccaverat, et tamen
pro solo veniali a paulo tam dure reprehensus publice fuit. Et advertendum diligenter
quod si solo paulo licuit declarare contra actiones petri quod non ambulabat ad veritatem
evangelii, quanto magis licet concilio congregato respectu summi pontificis. Ex hac igitur
auctoritate quae merito pro maxima tenenda libertate ecclesiae habenda est litteris au-
reis. Item patet quod summus pontifex tenetur observare decreta concilii. Nam si non
tenebatur, iniuste paulus redarguisset petrum. Est etiam diligenter attendendum quod
iuxta illud quod scribitur act. xv tempore apostolorum in tanta veneratione erat concilium
sive congregatio apostolorum et seniorum quod putabatur non licere cuiuscumque ardui etiam ipsum
petrum facere absque praedictorum deliberatione. Unde quia petrus baptizavit cornelium
qui erat gentilis et comedit cum ipso, quando reversus est in Ierusalem ubi erat congregatio
apostolorum, disceptabant adversus illum. Et hoc opere bono et ad excitandum oportuit
quod redderet rationem de gestis. Constat tamen quod praedicare gentibus verbum dei et
baptizare eos erat ipsi petro et aliis discipulis a domino praeceptum, Math. ult.:
Euntes in universum mundum praedicate evangelium omni creaturae baptizantes eos etc. Ex hoc potest
aliquis animadvertere quanto hodierno tempore maiori existimatione se reputet summus super
petrum. Nam de opere sibi adeo iniuncto quando id fecit absque scitu aliorum adversus
eum disceptabatur. Et tamen nunc papa dicit quod incognitum ~~Et tamen nunc papa dicit~~
et sacrorum primum orthodoxorum et christianorum moribus alienum esse videtur ut quis mor-
talium de ipsius papae voluntate, dispositione et iudicio audeat quomodolibet disceptare. Cum
tamen fuit disceptatum adversus eum et ipse fuit a paulo tam dure reprehensus. In hac etiam
existimatione pro tempore quo post persecutionem martyrum ceperunt celebrari generalia
concilia reputata fuerunt decreta praecedentium conciliorum. Primo enim in concilio
petebatur an super materia de qua agebatur esset iam canon alicuius alterius concilii
et illi stabatur ac si fuisset auctoritas contenta in sacra scriptura. Et si quid papa vellet
disponere aut asserere contra ipsum canonem non acquiescebatur ei, immo expresse legitur
in concilio Affricano sicut supra allegatum est quod cum legati papae ostendissent litteras
summi pontificis asserentes sibi competere de appellatu episcoporum cognoscere iuxta deliberata
in primo concilio Niceno, concilium sedit aperte videri an ista in gestis ipsius concilii
continerentur et finaliter missum ad greciam pro veris exemplaribus dicti concilii et quia
ibi non repertum est quod papa per suas litteras asserebat, responsum fuit non standum esse
in hoc litteris papae. Sed quia in volumine decretorum etiam plurimae auctoritates reperiuntur
super materia conciliorum et quaedam videntur nimis extollere auctoritatem summi pontificis,
est intelligendum quod a praedicto tempore videlicet sancti silvestri cum tunc essent in ecclesia quattuor
patriarchales sedes, videlicet Romana, Constantinopolitana, Alexandrina, Ierosolimitana
et Anthiocena, concilia quae celebrabantur erant multiplicia. Unum erat enim con-
cilium provinciale metropolitanum uniuscuiusque regni sive nationis. Et super hoc concilium
patriarchale, videlicet omnium ecclesiarum quae erant subditae illi patriarchatui. Et sic
erat concilium patriarchale Anthiocenum aut Constantinopolitanum. Ita etiam erat concilium
patriarchale Romanum in quo conveniebant de omnibus ecclesiis subiectis sedi Romanae,
non autem de illis quae erant subiectae aliis sedibus quattuor, et quando hoc concilium celebrabatur
Romae ad intersedendum isti concilio homines ordinati a papa Romano tenebantur et
iurabant singulis annis aut biennis visitare limina sanctorum apostolorum. Super haec concilia
patriarchalia quae etiam nominabantur generalia erat concilium universale in quo erat congregatio
ex omnibus ecclesiis quae erant subiectae omnibus quinque sedibus, et decretum quod in tali
concilio ubi fiebat appellabatur canon qui erat regula universalis totius ecclesiae. Et
summi pontificis epistolae vel decretales dicebantur illa decreta quae papa Romanus
faciebat in suo concilio patriarchali de consensu episcoporum qui omni anno visita-
bant limina apostolorum. Unde quia sic conveniebat Romae semper patriarchale concilium
quod apud alias sedes non erat sed inusitato facto certis conveniebant temporibus,
et quando aliquid a papa fiebat cum consensu dicti concilii vel presbyterorum et

dyaconorum ecclesie Romane qui erant sibi coadiutores et consiliarii assistentes hoc di-
cebatur facere ecclesia Romana sive sedes apostolica Non autem quia ex sola voluntate summi
presidentis eciam huiusmodi epistole decretales erant tante auctoritatis ut decreta aliorum conciliorum
non autem ut canones qui fiebant in concilio universali Et ideo ex hoc videtur constare ex hiis
que narrantur super hac questione inducere. dicitur Ubi enim manifeste legitur quod liber canonum qui
in conciliis fiebat habebatur in tanta veneracione ut contra epistole decretales ubi
non continebantur opponuntur quod debeant esse tante auctoritatis et tandem dicitur quod in ipso libro
canonum reperitur quod huiusmodi epistolis credi deberet sicut canonibus. Ideo sunt tante auctoritatis con-
clusio tamen decima est Attendendum eciam quod hec concilia generalia ubi fiebant non tamen auctoritate
summi pontificis quam ipsius ecclesie Unde in sentenciis ipsorum conciliorum legimus quod
dicebant Auctoritate igitur a Christo accepta ex communi autem sacra synodus diffinit Unde quod
concilium universale habeat auctoritatem a Christo immediate manifeste patet inspecti gesta anti-
quorum conciliorum In primo namque magno concilio Niceno statim post editum symbolum
statim subiungitur anathematizacio ecclesie auctoritate dicendo eos ante erat tempus
quando non erat et prius quam nasceretur non erat et quia nullis subsistentibus factus est
aut qui alia substancia vel essencia dicunt esse trepton hoc est convertibile aut mutabile
filium dei. hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia. hec est fides quam ex-
posuerunt patres primum quidem adversus arrium blasphemantem et dicentem creaturam
filium dei et adversus omnem heresim extollentem se et insurgentem contra catho-
licam et apostolicam quam cum auctoribus suis dampnant apud Nicenam civitatem sup-
detum ccc.xviii. episcopi in unum congregati quorum nomina provincias etc. Hoc eciam
patet in multis aliis generalibus conciliis et quasi in omnibus de quibus mencionem
facit ysidorus in libro conciliorum Item prout patet discurrenti gesta conciliorum
manifestum est quod presidere in concilio generali non dicitur soli pape convenire
primo legitur quod in multis conciliis presidebant imperatores sub quibus generalia
fiebant concilia. hec autem presidencia prout in gestis ipsorum conciliorum legitur
non dicebat in presidente auctoritatem diffiniendi statuendi sive declarandi sed offi-
cium ut quoniam introducendi negocia in concilio et promovendi Unde imperator
qui presidebat interloquebatur inter concilium et personas contra quas in concilio
procedebatur vel que debent aliquid in concilio proponere dicebat enim Syno-
dus iubet ut talis suas actiones proponat vel exponat aut similia, delegatis
autem sedis apostolice legitur quod erant consedentes. vel quod interfuerunt legati aut
interfuit legatus sedis apostolice non autem legitur quod presiderent nec istud verbum
reperitur dempto de concilio Vene[illegible] autem in gestis cuiusdam affricani concilii
narratur quod in litteris pape continebatur eos destinasse ad presidendum in dicto
concilio nomine humilitatis sue. quamvis ipsi in subscripcionibus suis vocarent
se presidentes sed in subscripcionibus quas ysidorus refert qui videretur se hic quasi co-
alium sive notarius concilii testificaret non exprimunt nomen presidentis. quod autem
allegabatur de concilio Senensi quod ibi legati pape nominati se presidentes fuit
dictum ab hiis qui interfuerunt ibidem quod in tres sessiones in predicto concilio
Senensi et papiensi facte fuerunt in quibus sic nominati sunt nisi in ultima et hanc nomina-
cionem extorserunt quasi violenter et cum displicencia ac resistencia plurimorum
Item quod non liceret illud allegari in confirmacionem primo propter modum quem quidem
qui ibidem tentus est a presidentibus pape debent per ecclesiam statui ne unquam
legati pape in conciliis presiderent et privare ipsos hoc honore sine excellencia
etsi aliis competeret Fuit quidem notum ecclesie dei quanto cum scandalo et quam
turpiter dicti presidentes illud concilium dissolverunt. Cum enim ad hanc dissolu-
cionem faciendam nullum potuerunt obtinere consensum primo quando tunc erat in concilio
certo die festo cum tota civitas concurreret ad spectaculum dimissis litteris affixis
de dissolucione fugierunt occulte de loco concilii Item quia quando in concilio legati
pape sunt presidentes papa putat se dissolvere concilium per revocacionem pre-
sidencie ipsorum sicut factum fuit in hoc concilio basiliensi Itaque cum ipsi con-
cilio principaliter competat auctoritas diffiniendi statuendi ac declarandi et papa
teneatur eius decretis acquiescere sive legatio non videtur competere talis auctoritas
presidencie iuxta formam in dictis bullis contentam Secundum non posset stare sal-
va conciliorum auctoritate Tercium principale quod quo dicebatur probari predicta conclusio
erant gesta concilii constanciensis et decreta eiusdem factum ea que generalia sunt
de auctoritate et potestate generalis concilii et ea que sunt ibidem facta in processu contra [illegible]

Johannis xxiii et per unionem consequencium pro cuius clariori evidencia sciendum quod habetur in
libro de gestis ipsius concilii dictum concilium fuit convocatum auctoritate pape Jo. xxiii. Et
die veneris xvi mensis novembris Anno domini Mo cccco xiiiio fuit tenta prima sessio
et presedit dictus Jo. papa qui celebravit missam et fecit sermonem. Deinde cum
papa de nocte clandestine xxi die Marcii Anno domini Mo cccco xv recessisset et ex
cuius recessu aliqui putabant concilium esse dissolutum statim successive facte fuerunt
tres sessiones. In quibus decretum est quod per dictum recessum pape aut prelatorum vel
aliorum sequencium ipsum dictum concilium non esset dissolutum sed quod remaneret in sua
integritate et auctoritate etiam si que ordinaciones in contrarium facte essent vel fierent
in futurum Item quod ipse Johannes non mutaret vel transferret Romanam curiam et officia
publica illius de dicto loco Constancien. et processus si quos contra faceret et cen-
suras esse irrita Idem quoad privaciones et translaciones quorundam prelatorum
et beneficiatorum in lesionem ipsius concilii et quod non crearet novos cardinales. et si quos
crearet declarabat concilium pro non cardinalibus haberi Item fecit decreta duo
de potestate et auctoritate concilii generalis quorum tenor sequitur. Et primo quod ipsa Synodus
in spiritu sancto legitime congregata etc. Deinde in quinta sessione induxit etiam formam
procuratorii in qua dictus Johannes papa debet constituere certos per concilium nominatos
procuratores cum iuramento deo ecclesie et concilio de [illegible] eos revocando ad cedendum
et renunciandum papatui nomine suo omnes suos procuratores vel duos ex ipsis in quo pro-
curatorio inseruntur multe clausule alie tangentes signa plenissime subiectionis ad
concilium et inferioritatis. Item in eadem sessione nominati sunt aliqui qui nomine concilii re-
quirerent ipsum papam quod infra duos dies debet eligere certum dignum locum. et quod debet
personaliter se transferre ad eum infra decem dies. Item in sessionibus continentur de ci-
tacione et processu contra ipsum papam Johannem symoniaca pravitate et dilapidatorem
ecclesie racione quorum et aliorum criminum contra eundem late fuerunt per concilium primo sententia
suspensionis ab omni administracione papatus in spiritualibus et temporalibus deinde sententia
deposicionis et privacionis et eieccionis a papatu inhabilitacionis ut reeligi non
posset. hec autem omnia supra dicta utrum probabeant testimonium de superioritate pape
respectu concilii vel e converso quilibet habens graciam de intellectu faciliter iudicare potest
Item hoc patet manifeste ex decreto xxxix sessionis ubi instituitur de perpetua et futura
celebratione conciliorum ut si casu scisma contingeret quibus occurri debet remediis
Nam inter cetera statuitur contra eos qui pro papa se gererent pena suspensionis ipso
facto ab omni administracione papatus in multis casibus et inhabilitacionis ad illum
et quascumque alias dignitates Item in eadem sessione statuta est certa forma iura-
menti quam quilibet electus in Romanum pontificem debet prestare. et inter alias clausu-
las inseritur quod tenetur tenere fidem secundum tradicionem generalium conciliorum. Iterum ad generale
concilium penas infligit summis pontificibus propter peccatores excessus et indicit
leges quibus suas in futurum dirigant actiones irritum decernens quidquid contra
attentatum fuerit manifeste constare videtur de ipsius concilii superioritate respectu pape. sed
quia supra dicta specialiter que de processu contra Johannem papam propter hoc quod quidam
de quibus non omnibus constat et quia non generaliter determinata sunt declarata sed incerto
processu qui ex diversis circumstanciis pro tempore advenientibus non reputantur tante au-
ctoritatis ad arguendum huiusmodi superioritatem Ideo ex predictis duobus decretis que iam
in ecclesia divulgatissima sunt inducitur. Et primo ex hoc quod dicitur in spiritu sancto legitime
aggregata Namque ut salvator inquit quos deus coniunxit homo separare
non potest ut ita quod deus dicitur fecisse coniunctionem quo ad eius separacionem homo potestatem
non habet etiam si summus pontifex fuerit qui tamen in omnibus dicitur preside quanto a fortiori
cum concilium sit in spiritu sancto legitime congregatum summus pontifex non habebit pota-
tem dissolvendi Constat autem quod si in conciliis non sit alia auctoritas nisi que ab ipso
concreditur summis presidentibus. ita ut ipsi possint absque concilio vel eo renitente
concilium vero eius dissencientibus nichil valeat diffinire Tunc manifeste sequitur
quod in potestate pape esset dissolvere et separare concilium in suos presidentes revocando
sic diebus nostris fieri temptatum est in concilio Senensi et hoc Basiliensi. Sed si hoc
non potest quantum ad coniunctos in matrimonio quia coniunxit eos deus. multominus dis-
solvere poterit concilium congregatum spiritu sancto et per consequens non videtur habere auctoritatem presiden-
cie supremi supra illud. Item ex illo verbo generale concilium faciens, constat enim quod sin-
gulari universale bonum et generale particulari preponitur. Cum ergo concilium de sui racione

includit papam et alios singulares pro maxime eos qui interesse tenentur sic ut totum quia
maius preponitur sue parti ita generale concilium pape. Item ex verbo ecclesiam militantem re-
presentans. Quicumque enim preest in responsione cogitanti dicetur de auctoritate ecclesie asseruntur
ad generale concilium quod ipsum representat trahi necesse est. Alioquin non recte esset re-
presentatio si eadem in presentante et representato non esset auctoritas. Cum ergo ecclesia multipli-
cacione ut supradictum est preferatur pape ergo et concilium generale. Item ex verbo potestatem
potestatem et immediate habet. Si enim concilium habet potestatem immediate a Christo ergo inter
concilium et Christum nichil quo ad ipsam potestatem est medium quod dicetur inferius et
Christo et superius concilio non dicetur esse vel equale sed aut superius. Et sic summo intel-
lectu humane nichil preeminet nisi deus quia ipsum immediate effective ad eos illuminatur et puni-
ficatur. Ita videtur dicendum de concilio quod immediate quo ad suam potestatem a Christo
ut ab ipso spiritu sancto dirigitur et regulatur. Si enim ut predicte bulle de presidencia
videntur dicere quod potestas concilii a papa dependeret iam non a Christo immediate. Ergo
in racione potestatis papa non videtur preeminere. Quinymmo si concilium dictam potestatem
quam data a Christo non sufficeret acceptaret videtur iniuriam facere Christo a quo est omne
donum perfectum. Hinc sequitur quod cum potestatem immediate habeat a Christo superiori quam papa
ei potestate non preeminet. Quinto patet ex verbo cui quilibet etiam si papalis dignitatis
existat obedire tenetur quo nichil clarius dici potest. Nemo enim necessitate coac-
tiva tenetur obedire legi vel statuto inferioris propria auctoritate facto sed papa tenetur obedire
statutis et mandatis concilii ergo statuta concilii non habent vigorem dumtaxat ex
auctoritate pape. Oportet ergo dicere quod concilium habet aliam scilicet suam a superiori auctoritate
ex qua papa mandatis ipsius obedire. Nec enim racio trium casuum que subscribuntur
impediat quominus simpliciter concilio subsit. Tum quia non per modum limitacionis sed magis expressionis
sive declaracionis ponitur. Tum quia affirmacio ponatur quod in hiis conceditur de aliis non
negatur. Tum quia hec tunc specialiter expressa fuerunt ex eo quod super hiis principaliter in eodem
concilio agebatur ut patet intuenti libros de gestis ipsius concilii. Tum quia tamen termini
generales sunt quod quasi omnia sub se comprehendunt. Vix enim est in ecclesia quod ad fidem
vel ad mores non pertineat. Singulariter vero hoc videtur constare per verbum in capite
Quicumque enim tenetur alteri obedire in omnibus que ad suam reformacionem pertinent
simpliciter dicetur illi subiectus esse. Nec restringit verbum generalem reformacionem quia que pertinet
ad personam non singularem sed generalem sepe videtur reformacionem cum ipse non singularis sed
censeatur persona communis. Sexto autem manifestissime patet ex decreto subsequenti ubi
dicitur quod quicumque etiam si papalis dignitatis existat non obedierit mandatis concilii
generalis super premissis seu ad ea pertinentibus quod debite puniatur etiam ad alia iuris subsi-
dia recurrendo. Nam cum quis alii obedire tenetur et nisi obediat per eum debite
punitur maiori censetur inferior. Ex verbo autem quod hic ponitur seu ad ea pertinentibus
manifeste videtur habere intentum suppositum videlicet quod per illa tria que primo decreto ex-
pressa omnia comprehenduntur. Vix enim nedum excogitari potest super quo concilium inten-
dat respectu pape quod non comprehendatur sub clausula superius expressa in hiis
que pertinent ad fidem vel ad reformacionem. Et ultra hoc subiungitur hoc quod premissis
seu ad ea pertinentibus. Si enim omnia videntur comprehendi sub clausula in hiis que
pertinent ad fidem vel ad reformacionem quanto forcius quando subiungitur quod etiam in pertinen-
tibus aut pertinencia ad fidem et reformacionem. Sunt ergo tres gradus ponimus quod papa
subiciatur concilio in hiis que sunt fidei et reformacionis. Secundus quod subiciatur nedum in hiis
que sunt fidei et reformacionis sed etiam in pertinentibus ad fidem et reformacionem. Multa enim
ad hec pertinere dicuntur que non sunt fides aut reformacio. Tercius gradus quod subiciatur
pertinentibus ad fidem et reformacionem. Qui tres gradus videntur tante latitudinis et extensionis
quod vix aliquid excogitari potest quod sub eis comprehendi non possit. Item quod hiis duobus
decretis contra dictam presidenciam arguitur sic ex tenore et forma horum decretorum
manifeste patet quod concilium habet iurisdictionem ordinariam quo ad ea que in eis sunt expressa quod
condicionaliter generaliter et aliis ibidem contentis papa etiam dicitur habere ad ea iurisdictionem
et utraque dicitur esse a Christo immediate. Presidentes vero pape si habent iurisdictionem hoc
esset quia habent eam delegatam a papa qui est multo inferior Christo a quo iurisdictionem
ordinariam habet. Concilium ergo illatam quam delegata est ab inferiori preferri per iurisdictione
concilii que est concessa a superiori. Confirmatur hoc investigabiliter quia cum papa
sit subiectus concilio in dictis casibus nullo modo presidentes sive habentes a papa iuris-
dictionem delegatam quo ad illa in quibus papa concilio subiectus est possent ipsi concilio preferri

Constat autem ex dictis bullis de presidencia que concessa est a papa presidentibus est contraria ad illa super quibus in dicto decreto cavetur quod papa subest concilio. Item contra ad hoc tercio patet ultimo articulo condempnacionis Johannis Wyklephi facte per dictum concilium prout patet per bullam felicis recordacionis Martini pape quinti datam Constancie sacro approbante concilio viij° kalendas marcii pontificatus sui anno primo scilicet Anno domini millesimo quadringentesimo xviij que incipit Inter cunctas pastoralis cure sollicitudines ubi inter ceteros articulos condempnatos dicitur sic Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias error sic per Romanam ecclesiam intelligatur universalis ecclesia aut concilium generale aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super alias ecclesias prochiales ex quo patet de necessitate salutis est credere universalem ecclesiam et generale concilium principatum sive preeminenciam obtinere in ecclesiastica dignitate

Sequitur quartum et ultimum principale videlicet inducere ex decretis ac gestis huius sacri concilii Basiliensis ad presidenciam prout in dictis bullis continetur non esse admittendam. Et quia de superioritate concilii ad papam que est medium ad fundamentum dictarum litterarum fere in omnibus sessionibus et gestis huius concilii fit, quelibet inducere esset nimis prolixum proinde pauca ex multis libebit solum edicere. Primo igitur allegatur secunda sessio ubi eius continetur declaracio quod papa non potuit nec possit hoc concilium dissolvere absque ipsius consensu et declaracione nec possit abstrahere a concilio, qui in eo sunt aut impedire alios ne veniant et quoscunque processus in contrarium esse irritos. In tercia eciam sessione expressius hoc patet ex actu citacionis contra papam et cardinales eciam in ibi contentis. Et in quarta ubi ordinatur quod electio Romani pontificis fieri non possit nisi in loco concilii si eo durante contingat sedem vacare expresse irritando quecunque in contrarium ordinata eciam si papali dignitate fulgerent inhibendo creacionem cardinalium de hiis eciam duobus in septima clausulis. Unde in octava eciam expressius quo ad plura in ibi expressa. In undecima vero specialiter ac manifeste quantum ad dominum imponit equidem summo pontifici necessitatem remedii aut mittendi ad concilium generale sub pena suspensionis ipso facto ab administracione papatus statuens summum pontificem presentem debere racione violacionis dicti decreti nec non cuiuslibet notorii criminis ecclesiam scandalizantis se ac subdere iudicio generalis concilii de super contentis. Aut in duodecima sessione inniti multo opus non est, cum sese omnes ordinaciones et verba eiusdem sessionis contineant intencionem premissarum verum concludit quod hec sacra Synodus in virtute corporis et potentis dei a quo super omnes christifideles immediate vendicat ipsum eugenium papam iustis meritis contumacem ab omni administracione papatus suspendit. Sessio vero xviij irrefragabiliter hanc superioritatem demonstrat. Imponit enim pape cetera forma quam sanctam quidem debeat veritatem confiteri et quecunque contra concilium et ipsius supposita per eum asserta et acta sunt revocare que omnia ut sessio septadecima monstrat prout a concilio ordinatum est et per suas bullas pater papa implevit necnon videtur eciam quod omnia super dicta esse vere ac legittime facta confessus est absque modificacione aliqua. Hec autem summatim colliguntur ex hiis que continentur in decretis huius concilii in publicis sessionibus sollempniter publicatis. Si quis vero inspicere velit ad contenta in rebus racionibus quas concilium in scriptis dedit ad tres legacionis sibi expositas ex parte pape plenissime et racionibus suffulta colliget plurima de hac superioritate que gracia compendii exhortatur omitti. Sed inducuntur ad principale intentum aliqua racione et presuppono quod sic dicti in dicto responsione secunda quod hec articulus superioritatis de quo sacrum concilium cum papa disceptabat concernit fidem ita quod sine interitu salutis eterne negligi non potest. Sed concilium iam declaravit in multis locis hanc superioritatem. Ergo predictas bullas de presidencia que sunt manifeste contrariantur admittere non potest. Et ex hoc patet responsio ad id quod pro alia parte abicitur est quod in omnibus indiferentibus tenentur fideles obedire pape ac stare ipsius disposicioni. Sicut est materia de presidencia patet quod non est indiferens cum manifeste contrariam declaracionem ecclesie facte in Concilio Constanciensi et aliis super dictis que videntur consona esse fidei catholice ad eam eciam non modicum pertinet. Item ad illud evangelii et apostoli non esse contendendum de superioritate quod incunctanter multi ita quod honoris. Sed cum ad fidem ac divinum respiciat honorem constat meritorium esse et pro hiis ab inicio mundi fere omnes sanctos viriliter decertasse. Item nullus obligatur immo non debet admittere id ex quo sibi provenit interitus et sua destructio. hoc autem sequitur concilio ex admissione dictarum bullarum. patet

Dico enim sunt que mater tenet et consueverunt concilia generalia in suo esse preservare scilicet

libertas sive securitas et per huiusmodi bullas hec duo tolluntur Primo enim admittitur potestas
quia secundum earum tenorem potestas diffiniendi non in concilio sed duntaxat dicitur existere
in presidentibus Secundo admittitur libertas et securitas sine quibus tamen generale concilium
non intelligitur rite et legittime celebratum patet Si enim presidentes pape habent super
prelatos concilii coactivam potestatem in ipsorum arbitrio ordinare erit et pape quos et
quando nec alias licet prout ipsis visum fuerit debeant in concilio dicere et que eis contra-
ria videbuntur nollent audire inhibendo ne de huiusmodi quisquam loquatur et quemlibet
eorum putabit illicitum esse dicat ei cur ita facis cum teneam locum pape cui de-
bent ista verba competere Et sic in concilio generali non erit libertas loquendi obstanti
in presidentibus huiusmodi coactiva iurisdictione Non erit eciam securitas cum ipsis competit
potestas per censuras et alia iuris remedia compescendi quos sibi visum erit esse
contradictores Insuper brachium seculare invocandi et quia specialiter exprimitur de brachio
imperiali videtur notari de impressione et invasione timoris fugiendi contra prelatos
concilii cui additur eciam scilicet Cardinalatus dignitate Nec enim est verisimile quod bra-
chium imperiale invocari per presidentes debeat contra episcopos et cardinales existen-
tes in ytalia anglia vel hyspania ubi Imperator non adesset Item quod non expe-
diret seu deberent admitti facit allegamentum ex parte mittentis ipsos presidentes
ex parte constitutorum ac missorum ex parte materie super qua per concilium instatur et
ex parte finis quem intendit Sed quia multa ex premissis que hoc probant et colliguntur
ex predictis rationibus responsionibus per concilium datis commemorari non licet Ideo ab
specificando supersedit calamus Item et si dicatur a quibusdam quod tunc transissent
vetera scilicet disceptaciones et discordie que fuerant propter dissolucionem tamen quia
tam novitas erat ex facta adhesione et papa intendebat concilium prosequi
cum omni favore et devocione Ideo simpliciter recipiendi erant dicte bulle de presidencia
Sunt ac aliis inductum est de eo quod de datis eiusdem diei scilicet xviii kal. Januarii
anno Incarnacionis dominice millesimo quadringentesimo xxxiii essent et bullam adhesionis ac primo et
principalis de presidencia nec in una fiebat mencio de alia et inducebatur sic scilicet
primo papa gessit bullam de adhesione et post ut videbatur saltem aliis
duabus litteris de presidencia multo debuisset de ipsa adhesione facere mencionem Si autem
primo constituit presidentes et post adhesit videbatur velle sapere vetera scilicet opinionem
de sua dissolucione quale debere prout continetur in quibusdam clausulis dictarum
bullarum que videbantur se referre ad constitucionem de presidencia quod sonat dis-
solucionem dictam Si vero sunt utrumque fecisse dicatur multo amplius erat dicere
quod fecisset mencionem de adhesione unde inferebatur sic aut papa constituit legatos
suos presidere concilio cui adhesit vel quod asseruit dissolvisse Si cui adhesit videtur
quod non quia de hoc mencionem non fecit Et quia manifeste videtur comprehendi repugnancia inspe-
ctis tenoribus bullarum de adhesione et presidencia In istis enim dicitur apparenter quod
potestas et auctoritas diffiniendi consistit solum in presidentibus Ex bulla vero
adhesionis elicitur contrarium quia continetur fuisse et esse legittimum concilium cum tamen in eo
fuerint sui presidentes et sic secundum hanc opinionem nec potestas vel auctoritas diffiniendi
Et sic bulle de presidencia non videntur se concomitari ac conformiter adherere ad
litteras adhesionis Si vero dicatur constituisse presidentes ad concilium quod dissolvit ergo
cum secundum illam opinionem non esset concilium antequam sui presidentes adessent videtur quod
inutiliter adheserit quia non erat concilium cui adherere posset Item videbatur contrarietas
ex eo quod cum in ipsis litteris de presidencia dicitur intendendum esse ad reformacionem
ecclesie in capite istius reformacionis quo ipsi pape ac presidentibus suis duntaxat
iudicium competeret ex eo maxime quod nec modo in ea sua specialiter omnino ac solitarie
hinc est quod dicte bulle de presidencia cum non conformiter ac consequenter se haberent
ad bullam de adhesione videbatur quod non essent admittende Attento eciam quod in aliquibus
clausulis videbantur sapere materiam bulle asserte dearum nomine nec videtur
obstare quod bulla de presidencia in persona domini domini pape legati qui a principio
fuit recepta in concilio erat similis istis litteris quia multa propter paciam tollerantur que
si in disceptacionem iudicii adducerentur non transirent Tunc enim non fuerat contencio
de superioritate auctoritatis inter concilium et papam nec questio de auctoritate generalium
conciliorum tamen fuerat elucidata et tunc vix poterat dici esse concilium sed
incipiebat congregari Ipse eciam legatus prout a multis assertum est professus
est nolle uti in ipsa bulla expressa coactiva iurisdictione nec tunc erant multe

circumstancie q[uod] prius ab admissione retraxerunt. Ex premissis visum fuit dictis dominis de-
putatis qui fuerunt in maiori numero quod pars negativa questionis esset vera videlicet quod
salvis auctoritate et libertate generalium conciliorum specialiter constanciensis et tunc temporum decretis
ac preeminencia potestatis que in ecclesia residet super cunctos fideles presidentes in ipsis bullis
nominati ad presidenciam per ipsos petitam non debebant vel possent admitti illarum vigore

Hec supradicta et si non omnia ac integre specialiter quo ad auctoritates prout hic inserte
sunt prefata die fuerunt exposita in ipsa deputacione fuerunt tamen pro maiori parte
eo sive eodem ordine hec fuit seu est de intencione ipsius referentis in omnibus et singulis
super premissis verbo aut scripto temere asserere quodcumque molesti seu ambigui dixerit vel
fecerit sed plurimorum instancia rogatus posuit manum ad calamum. Post vero factam rela-
cionem in ipsis deputacionibus de dicta discussione super materia bullarum de presidencia tam
serenissimo domino Sigismundo imperatore Romanorum etc. qui tunc in concilio presens erat quam
ipsis nominatis presidentibus dominis fuit petitum per diversas cedulas oblatas et
qualificatas de modo recipiendi ad presidenciam supra nominatos quemque ex presidentibus
qui erant presentes tandem cum maior dissensio esset super decretis concilii Constanciensis
de auctoritate et potestate conciliorum imperator quarta die aprilis dedit deliberandum
per deputatos concilii cedulam tenoris sequentis. Avisamenta serenissimi domini
imperatoris super admissione presidencium sanctissimi domini nostri pape in quod ambasiato-
res domini nostri pape incorporentur nominibus propriis et iurent sicut alii et specialiter decretum
sacri concilii Constanciensis quod incipit etc. Secundo admittantur ad presidenciam cum
clausulis aliis decretis excepto iuramento et clausula de renovacione dicti decreti
Tercio quod in nulla sessione in qua renovabitur illud decretum si de ipsa innovando de-
liberatum fuit quod de presidentibus voluerint interesse interfuerint alii non cogantur post hoc
incidit esse non parva disceptacio super certa clausula que in decreto admissionis
ponebatur Et habita concordacione xxiiii eiusdem mensis dicti ambasiatores in
variter concilio quasdam clausulas prout alii et ultra hoc per manum tenent ac defendent
dictum decretum concilii Constanciensis et xxvi die dicti mensis aprilis fuit solemniter
celebrata sessio xvii eiusdem concilii super admissione dictorum presidencium ac
publicatum super eo decretum tenoris sequentis Sacrosancta generalis Synodus
Basiliensis etc. Postremo vero quo ad hanc materiam super renovacione dicti decreti
Constanciensis xxvi die mensis Iunii fuit celebrata xviii sessio eiusdem concilii
et publicatum decretum in forma tenoris sequentis Sacrosancta etc.

In principio creavit deus celum et terram [illegible] Et sequitur fiat firmamentum in medio aquarum [illegible]

[illegible]

Fecitque deus duo luminaria magna luminare maius ut preesset diei luminare minus ut preesset nocti [illegible]

Producat terra animam viventem in genere suo iumenta et reptilia et bestias terre [illegible] secundum species suas [illegible]

Et creavit deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam [illegible]

Masculum et feminam creavit eos [illegible]

Crescite et multiplicamini et replete terram [illegible]

Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona [illegible]

Et factum est vespere et mane dies sextus [illegible] requievit die septimo ab omni opere quod patrarat [illegible]

Formavit deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite [illegible]

Plantaverat autem deus paradisum voluptatis a principio in quo posuit hominem quem formaverat [illegible]

Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum [illegible]

De ligno autem scientie boni et mali ne comedas [illegible] in quocumque enim die comederis morte morieris [illegible]

Faciamus ei adiutorium simile sibi [illegible]

[illegible]

Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea [illegible]

Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem suam et adherebit uxori sue [illegible]

Et erunt duo in carne una [illegible]

Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terre [illegible]

Vult autem [illegible] nequaquam moriemini scit enim deus quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum [illegible]

Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum [illegible] et tulit de fructu illius et comedit deditque viro suo [illegible]

inchoata e̅ etc et c̄ ada isti vbi
di c̄ d̄ iudeis | xv q iii si ipsi
inspecto qui mt̄i monuit etc
d̄ cōse di ii c̄ in talibꝫ ubi culpa
p̄ formaz etc | Cumqꝫ cognouissent
se ee nudos consuerunt folia
ficus et fecerūt s̄ p̄isomata de pe
di ii c̄ iut cognouerūt ꝗ cōpo
et c̄ ipsēs et c̄ f̄ n̄ ada
Adam vbi es de pe di v̄ i sua abs-
condit se adam et uxor eius
a facie domini di d̄ pe di j c̄ et cet
Vocem tuam audiui et timui eo qd nu-
dus eē et abscondi me v̄ c̄ et tu
et de pe di iii c̄ nudas | xxxv
di c̄ vj i latebra pacibu
Quare hoc fecisti de pe di j c̄ de
mꝫ ipsū pq c̄ nouissz i p̄mi
pentes d̄ culpa st̄ responsit etc
Mulier quam dedisti mi in sociam
dedit mi de ligno et comedi [illegible]
v c̄ ada xxxiii di c̄ j i v̄ p
pt̄ hoc plansisti
Serpens decepit me et comedi d̄
pe di j c̄ ipsēs de cause di iii
c̄ sic nosti
Multiplicabo erumnas tuas et
conceptus tuos i dolore paries filios
v di c̄ cū enim p̄s c̄ ipse eius
in v̄ scriūta iglo
Sub viri ptate eris et ipe dnabi-
tur xxxiii q v mānifestū est quia et
c̄ hec ymago i pene famulatus
eē voluit etc et c̄ cū caput in
eo fi
Maledicta terra i ope tuo · xxxiii q
iiii c̄ cuz scd etc fz q i ypn et cose
In sudore vultus tui vesceris pane
tuo j di c̄ ipēs at iglo | c̄ di c̄ in
capite iii tripi
Donec reuertaris i terraz d̄ q sumptus es
qz puluis es et i pulverem reuerteris
xxx q iij c̄ i cretagimo xxxiii q i
c̄ si at fi p̄ c̄ iupi
Fecit qz deus ade et uxori eius tunicas
pelliceas d̄ pe di i c̄ ada
Emisit eū deus de paradiso voluptat(is)
v c̄ ada et xe di c̄ queretz et c̄
di c̄ in capite
iiii ꝗc a Factum e̅ ut offerret caym de fructibꝫ
terre munera dno d̄ cōse di ii c̄ scd
tiēs in glo

Respexit dns abel et ad munera eius
ad caym autem et ad munera illius no
respexit xv di c̄ nec | iii q vii c̄
i glamusq | xxiii q v c̄ scptū | de pe
di j c̄ nuns | et di v c̄ iiii vel i he
dum v̄ respexit | et p c̄ sic accedit glo
Cum fuerunt caym adūsus abel et
interfecit eū xxxv di c̄ vi in
[illegible] | xvi q i c̄ cū at i chaym
malicia nō habet etc
Vbi e̅ abel fr̄ tuus q̄ dixit nescio nūquid
custos fr̄is mei sum ego d̄ pe di j c̄ tell
c̄ [illegible] i pū et di iii c̄ iudas
et di v c̄ ipsima
Nunc igitur maledictus eris sr terraz xxxiii
q iii c̄ sequi imp
Maior e̅ iniquitas mea quam ut veniaz
merear p c̄ demūz pq qū d̄ pe di
Egressus caym a facie dni hitauit i terra
pfugus d̄ pe di j c̄ et venit et p
c̄ [illegible] papa
Et edificauit caym ciuitatem | vi di
c̄ tpis etc v ipis vo
Lamech accepit vxores duas xxxii
q j c̄ quod xxiii q iii c̄ ait vos
Quia occidi virum in vulnus meu septu-
plū dabit ultio de chaym
de lamech vo septuagies septies
xv q j c̄ [illegible] c̄ ait vos p̄ c̄ quod
Tempus quod vixit ada nongenti
xxx annj xxxiii di c̄ porro
Et facti sunt dies matusale nongen-
tenj anni p c̄ porro i v̄ amplius
Videntes filij dei filias hominum quod essent
pulchre acceperunt s̄ vxores ex oībꝫ
quas elegerant xxxii q j c̄ hac
itaqꝫ pq pū v sic quidam etc
Non permanebit spūs meus i hominē
in etnū qz caro e̅ erūtqꝫ dies illius
c̄xx annorum d̄ pe di j c̄ p[illegible] b
legimus i glo
Videns at deus qz multa malicia hominum
esset i terra penituit eū qd hominem
fecisset xxxv q j c̄ hac itaqꝫ pq pū
c̄ ipsum ad maudiam etc
Penitz em me fecisse eos d̄ pe di
iii c̄ in i v̄ tene ingla
Ex oibꝫ aīantibꝫ mūdis tolle septena
et septena masculum et feminam d̄
aīantibꝫ vo i mūdis duo duo mā-
sculū et feīaz xxxii q i c̄ nuptie
Consumpta e̅ ois caro q mouebatur
sup terram xxiii q v c̄ cū quis [illegible]
c̄ in extremis [illegible] | clemit quam etc
Porro archa ferebatur super aquas

xxiiij q i c q desolacionis et c qui non est
v si quis i archa et c
Remansit autem noe solus et qui cum eo erant
in archa vij di g esus ita v in ps
ibi [illegible] sanctitatem et c Egressus est
corvus qui egrediebatur et non reverte-
batur donec siccarentur aque super
terram. Corvus signum quod di i glo [illegible]
columba vel adeo s noe [illegible]
portas [illegible] [illegible] [illegible]
more suo dicat [illegible] c i [illegible]
Odoratus est dominus odorem suavitatis
de qua di ij c n [illegible]
Sensus et cogitatio humani cordis in
malum ab adolescentia sua viij q i
Crescite et multiplicamini et replete
terram xxxij di c [illegible]
Cepit noe vir agricola exercere terram
et plantavit vineam bibensque vinum
inebriatus est et nudatus in tabernaculo xxxv
di g [illegible] et c vij v [illegible] noe
cum vidisset cham verenda patris
sui ac nudata nuntiat fratribus suis
qui operuerunt verenda patris sui [illegible]
c [illegible] i [illegible]
et c [illegible] c iij q vi
qualis et c [illegible] et c [illegible]
et g [illegible] [illegible] [illegible]
d [illegible] [illegible] di c [illegible]
i i archa noe [illegible] octo [illegible]
[illegible]
Maledictus cham servus erit fratribus suis
p c vj v [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] cham peccat
et p c qualis et p c [illegible]
[illegible] xxiiij q iij g [illegible] noe
Iste fuit nemroth cepit esse potens
in terra et erat robustus venator coram
domino vj di g [illegible] ita [illegible]
Venite faciamus lateres et coquamus eos igni
et faciamus nobis civitatem et turrim [illegible]
[illegible] [illegible]
Vixit autem heber xxxiiij annis xxxv
q i g ac [illegible] i [illegible]
Duxerunt autem abraham et nachor uxores
nomen abrahe sarai [illegible] g [illegible]
Eduxit eos de ur chaldeorum [illegible]
i [illegible] v [illegible] abraham et c xxiiij q
iij g [illegible] [illegible] ydolatria [illegible]
Faciam te in gentem magnam benedicam
tibi et magnificabo nomen tuum atque in
te benedicentur universe cognationes
terre xxxij q iiij c [illegible] i [illegible]
Benedicam benedicentibus tibi et maledi-
cam maledicentibus tibi xxiiij q iij
g si quis i [illegible] et c [illegible]
Novi quod pulchra sis mulier et quod
viderint te egiptii dicturi sunt uxor
ipsius est et interficient me et te reserva-
bunt te. Dic ergo obsecro quod soror
mea sis ut bene sit mihi propter te et
vivat anima mea ob gratiam tui xxij
q ij c [illegible] et g [illegible] xxij
iiij c nemo [illegible] [illegible] in glo
et q v c ad [illegible] i glo [illegible]
g [illegible] [illegible] i v [illegible] il xx
Melchisedech rex salem proferens
panem et vinum erat enim sacerdos
dei altissimi benedixit ei et abra-
ham [illegible] viij d con di ij c [illegible]
[illegible] i [illegible] et c [illegible] xxij di
c [illegible] lxxxiiij di c [illegible]
glo [illegible] [illegible] c [illegible]
Et dedit ei decimas ex omnibus xvj
q vij c decimas xxiij q v c [illegible]
i glo
Non accipiam ex omnibus que tua sunt p c
[illegible] in ij glo
Convenerunt in vallem silvestrem que nunc
est mare [illegible] di i c [illegible]
i glo [illegible] [illegible] [illegible]
Noli timere abraham ego protector
tuus sum et merces tua magna nimis
p c [illegible]
Ego sum qui eduxi te de ur chaldeorum
xxxv q i g [illegible] [illegible] glo
Nondum enim complete sunt iniquitates
amorreorum xxiij q v g [illegible]
[illegible] et q vij c [illegible]
Dixitque sarai marito suo ecce con-
clusit me dominus ne parerem ingre-
dere ad ancillam meam si forte saltem
ex illa suscipiam filios xxxij q iiij
c [illegible] sara [illegible] q g [illegible]
et [illegible] [illegible] viij q vij c [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] di c [illegible]
Agar ancilla sarai unde venis et
quo vadis revertere ad dominam tuam
et humiliare sub manu ipsius xxiij q
iiij [illegible] [illegible] [illegible]
Pactum meum et semini tuo post te tuam
[illegible] [illegible] xxxij q iiij [illegible]
[illegible] cum [illegible]
[illegible] i [illegible] [illegible]
Erit pactum meum et observabitis
[illegible] me et vos xxx q i g [illegible]
ita i [illegible] [illegible] [illegible]

Marginal notes: viij c; c viij b; at illa; xxx c a; xxx c a; xx c; xxx c a; xij c; xiiij c; dictum p; xxvij c f; xxx c a; xxxij c a; xxvij c b

Infans octo dierum circumcidetur in vobis omne masculinum cuius preputii caro circumcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo xvii c. ab xxv di. c. ab exordio i. libro in prologo in glo. et iii capitulo in medio libri legis ... Ite viii die ... maiores ... circumcidatur ... xxi ... baptisata ... de circumcisione ... nascebatur c. ... c. ...

Ea die circumcisus est abraham de pe. di. iii ... alii ... circumcisio ... data ... abrahe ...

xviii c. et Iulitam tamen ... et lac vituli xxx v di c. vi ... xliii di ... quo abraham ... et c. ...

Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint ... q. i. c. ... dicitur de actu ... quod ...

xix c. et Habeo duas filias que necdum cognoverunt virum educam eas ad vos et abutimini eis sicut placuerit vobis dum viris istis nichil faciatis mali ... c. ... vii q. i. ... vos ... ut loth ... xxxii q. vii c. offerebat ... xlii di ... quo abraham et loth pro hospitalitatem ... et v et xxxii q. ii c. ...

Ingressus es ut advena numquid ut iudices ... iii q. v ... ii q. vii c. leges

Egressus itaque loth locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius xxxii q. ii c. ... pius

Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem de celo et subvertit civitates istas et omnem circa regionem et universos habitatores urbium xxxii q. v c. ... i ... pe di i c. ... in glo ... iiii ... ut ... Sodomitarum ... xxxii q. vii ... de pe di iii ... sa...

Respiciens uxor eius post se versa est in statuam salis ... di c. i ... glo

Ascendit loth de segor et mansit in monte duo quoque filie eius cum eo dixitque maior ad minorem ... pater noster senex est et nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem universe terre veni inebriemus eum vino dormiamusque cum eo ut servare possimus ex patre nostro semen ... dederunt itaque patri suo bibere vinum ... conceperunt ergo due filie loth de patre suo peperitque maior filium et vocavit nomen eius moab ipse est pater moabitarum usque in presentem diem minor quoque peperit filium et vocavit nomen eius amon ipse est pater amonitarum usque hodie xxxv di c. ... xxxii q. iiii c. ... xv q. i c. inebriavit xl di c. ...

xx c. a Dixit quoque de sara uxore sua soror mea est xxii q. ii c. ...

Ego ... simplici corde feci et ideo custodivi te ne peccares in me et non dimisi ut tangeres eam xxxii q. iiii c. ... et q. v c. ... in glo et ... c. ...

Orante autem abraham sanavit dominus abimalech et uxorem et ancillas eius et pepererunt xxxiii q. i c. ... de pe di ... in glo et ...

xxi c. Cumque vidisset sara filium agar egyptie ludentem cum ysaac dixit ad abraham eice ancillam hanc et filium eius non enim erit heres filius ancille cum filio meo ysaac ... di c. ... xxxii q. ii c. ... et q. iiii c. ... ysmael et c. ... in glo et c. ... in glo

xxii c. Temptat deus abraham et dixit ad eum tolle filium tuum quem diligis ysaac et offer illum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi et sequitur dixitque ad pueros expectate hic cum asino ego et puer illuc usque properantes postquam adoraverimus revertemur ad vos et sequitur levavit abraham oculos suos viditque post tergum arietem inter vepres quem obtulit in holocaustum pro filio xxiii q. ii ... abraham et ... et c. ... xxiii q. v ... abraham ... et c. ... et q. ... c. ...

lxxiii c Mecama signatur in ca° speluncam tom vobis i possiom sepulcri ut sepeliat mortuum meum quemadmodum fiet agro in quo est spelunca quod eo est et sequitur Gabo (?) Mecama ... agro et sepeli mortuum et sequitur terra quam postulas quadringentis argenteis siclos valet istud est precium inter te et me xxiii q u c quaesita et c pugna signa

Sepelivit abraham saram uxorem suam in spelunca duplici que respiciebat mabre hec est ebron xxiii q u c ebron de sepe c i

lxxiiii c Et rebecca tolle te tolle ad et proficiscere et sit uxor domini tui xxiv q ii sapli

Prolatis ... eius et matri dona obtulit et sequitur dixit ne ire ... ysto q° tenere vada xxiv q u c honora

Rebecca conspecto ysaac descendit de camelo et tollens cito pallium operuit se xxiv q v c in illos

lxxv c Abraham vero aliam uxorem duxit nomine centuram xxv q iii § i et

Fuerunt autem dies vite abrahami centum lxxv anni d i c pro

